


U. S. 2-9.

Boyd



17736170

3

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36

14.7

Relación del P^o Mayor E. Siveras de San
37

DONELLVS⁺

+ ENVCLEATVS.⁺

Deliberacion del Sr. Mayor D. Nicolas de Granada
DONELLVS

ENVCLVATVS,

SIVE

COMMENTARII

HVGONIS DONELLI

de Iure Ciuili in compendium ita redacti, vt verum Nucleum
contineant, iurisq[ue] artem, quæ amplo verborum cortice
in illis tecta, apertius exhibeant.

*Accesserunt plerisque capitibus NOTATA, quibus seorsim, partim quædam DONELLO omissa suppleantur, partim
aliorum, idem cum illo vel diuersum sentientium, rationes, pari breuitate excerptæ, referuntur & expenduntur.*

Auctore OSVALDO HILLIGERO Fribergense, Auctore quidem damnato.

*Opus in duas partes diuisum. Quarum prior XVI. Libris Iuris nostri cognitionem continet; posterior XII. reliquis
eius obtinendi rationem complectitur.*

*Hæc editio ab erroribus omnibus proster vindicata, & mendis innumeris quibus præcedens scatebat, (& iuxta Iudicem Expurgatorium
D. BERNARDI DE SANDOMAL ET ROXAS Cardinalis Archiepiscopi Tolletani Hispaniarum Inquisitionis Generalis) expurgata.*

*Cum indicibus rerum, verborum & capitum, tum locorum iuris, cum primis aliorumque explicatorum; itemque nouarum interpretationum,
rationum, vulgata lætionis Tribonianique honoris vindicationum, passim Notatis insertarum, perfectis & accuratis.*



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 24 C. 42 N. 5.

ANTVERPIÆ,

Apud PETRVM BELLERVM.

M. DC. XLII.



A P P R O B A T I O.

DONELLVS ENVCLEATVS iuxta indicem expurgatorium
Eminentissimi Domini Bernardi de Sandobal & Roxas Car-
dinalis Archiepiscopi Toletani Hispaniarum Inquisitoris Gene-
ralis perpurgatus vtiliter imprimi poterit. Actum 16. Octob. 1641.

*GASPAR ESTRIX S. Theol. Licent.
Canonicus, Plebanus Cathedralis Ecclesie, ac
Librorum Censor Antuerpiensis.*

S V M M A P R I V I L E G I I.

Philippus Dei gratiâ Hispaniarum, Indiarum, &c. Rex Catho-
licus, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, &c. Se-
renissimus Belgarum Princeps, diplomate suo sanxit, ne quis Li-
brum, cui titulus est, **DONELLVS ENVCLEATVS** cum annotatio-
nibus **OSVALDI HILLEGERI**, citra **PETRI BELLERI** voluntatem
villo modo imprimat, aut alibi terrarum impressum, in Inferioris
Germaniae ditiones importet, venalemve habeat. Qui secus faxit,
confiscatione Librorum, & aliâ graui poenâ mulctabitur, vti latius
patet in Litteris datis Bruxellæ, 12. Octobris M. DC. XLI.

Signat

STEENHUYSE.



D O.

LECTORI CANDIDO S.



EMENSVS longi itineris viam meliorem, spatij multis confectis, fisto gradum, nec, te in salutato, Lector candide, pedem profero. Non tam vt mori receptissimo paream, quàm quia plura suppetunt, de quibus te moneri ex re mea, exque vsu tuo videtur. Quæ quàm potero paucis, ac velut in procinctu, reliquo itineri, quod breuius, sed salebrosius superandum restat, me parans expediam. Et vnde mihi occasio susceptæ viæ, quosque tramites ambulauerim aperiam. Ex quo Sophiæ, amœniorumque Musarum hortis perlustratis, vastum Iuris Oceanum ingressus fui, vt rectum in eo cursum tenerem, néve temerè hinc inde vagando ratem frangerem cauere volui. Ne multis, à Valentino Gulielmo Forstero Iuriscofulto, atque in Academia Vitebergensi Iuris nunc Antecessore, (cuius auspicijs prima me Themidi stipendia militasse profiteor, neque piguit) libros DONELLI, quos Commentarios de Iure ciuili inscripsit, audiebam. Quos & dum manibus versarer assiduis, DONELLVM plus reliquis, quos ante illum Iuris ciuilis in artis formam redigendi cura exercuit, præstitisse statuebam. Experiebar tamen nimiam prolixitatem eos libros laborare, methodumque quasi demersam latere molestum accidebat. Exoptabam aliquem offerri, qui illis in Compendium redigendis operam nauaret; qui que, præcisus, & amputatis verborum inuolucris, id solum exhiberet, quod ipsam rem, & causam contineret. Verum dum illum expectare serum fortè putarem, mihi ipsi in eo vires ingenij periclitari libuit. Meorum causâ studiorum, atque in mei vnius vsu priuatum, nullo quodcumque publicandi animo. Hinc rem aggressus admodum iuuenis, & nouitius Iuris tyro, quæ DONELLVS proposuit paucis, & simplicissimè concipiebam. Ex rebus equidem pauca, quæ alicuius momenti putabam, omittebam; rationum autem, quibus vel suam firmat sententiam, vel aliorum aduersam infirmat, potiores, quæ tunc videbantur, per medium (vt cum Logicis loquar) terminum excerpebam. Sæpiculè tamen legum expositionum, ac conciliationum summas in corpore Iuris editionis Gothofredi ad ipsos textus adsignabam, inque illo meo Compendio eò memet referebam. Omnia illa, quæ excerpterant, nec quinquaginta quaterniones multum excedebant, ampliori licet cuiusvis paginæ orâ relicta. Totidem verò mundæ, & vacuæ chartæ paginæ interferebam, & adiungebam. Absolutoque Compendio, ordine familiariori mihi reddito, quæ, dum alios peruoluere Auctores, legendo aridebant, cursim excerpta quasi per Indicem colligebam. Et vel verbo vno, aut altero quinam de ea re agerent, notabam; vel, sed rariùs quid statuerent, an in diuersam à DONELLO abirent, quibus mouerentur, simul adsignabam. Hæc aliquando, dum me inuiseret, vir clarissimus, & consultissimus Ioannes Suenius Iuris vtriusque Doctor, & in Salana Pandectarum Professor, mihi que tum multis nominibus, tum quod publico ritu Doctoræ ornamentis suâ manu me decorauit, colendus in Musæo meo deprehendit. Sciscitatus est equidnam illis chartis, quas in manus sumebat, comprehensum haberem. Aperui rem, celare non poteram, rationem instituti mei, atque in quem vsu confecissem, exposui. Petijt, vt ad diem vnum atque alterum commodarem, & inspiciendi, ac euoluendi facerem potestatem. Concessi haud grauatè. Negare si consultius, aut durum erat, & dedecens. Abstulit itaque, penes se aliquot dies retinuit, peruoluit, legit. Hortari me dehinc cœpit, vt curarem, quo typis exscripta, quæ ita collegeram, publici iuris & vsus fierent. Eâ re à legum inaugurata iuuentute solidam gratiam me initurum dicitabat. Esse DONELLI Commentarios, & prolixitate sua onerosos, ac mole sua à lectione plures, pretij quoque magnitudine ab emptione tenuiores abstrahere. Densa quasi nube velatam haberi eximiam methodum, quæ sic in lucem educeretur. Maximè si quæ dispositionem continerent, vti maiusculis in manuscripto ista literis exarata viderat, peculiaribus typis excuderentur. Ita pretij modicitate commotos Iuris studiosos ad emptionem, breuitate compendiosa, & perspicua ad lectionem magis accessuros. Monebat insuper, vt quæ ex alijs adnotata viderat, (pauca admodum erant præ illis, quæ nunc in Notatis relata) adderem, & cuiusvis Capituli fini subijcerem. Restiti ego obtendens meo illa vnius, non aliorum accommodata esse captui. Nec (quod res erat) id consilium mentem meam vnquam subijisse, vt lucem aliquando publicam adspicerent. Informem, ac præcocem foetum domi, & in obscuro natum infirmoorem esse, quàm vt in apicem prodire possêt. Quod si omnino deberet lambendo prius efformandum, limâ exquisitiori singula exascianda. Denuò peruoluendos fore, & studiosius, DONELLI Commentarios, multumque laboris de integro subeundum. Curandum, ne quid penitus in rebus, vel rationibus, quarum in isto Compendio

PRÆFATIO.

aliquas non leuis planè momenti prætermittas noueram, negligatur. Videndum etiam atque etiam, ne sicubi fortè in assequenda illius sententia errauerim, (quod primis studiorum ciuilium annis vix tunc ex ephebo in isto ætatis lubrico facillè accidere potuisset, nec planè numquam accidisse deprehendi) falsa, aut aliena legenti obrudantur. Verendum, ne onere impari oppressæ, necdum satis firmatæ ingenij, ac iudicij vires deficiant. Saltem, si à me hoc, aliòve genere proficisci posse censeret, quæ lucem mererentur, seponere ea, & in tempus premere tutius videri: Dum annos Lætorix legis egrederer, dumque cum ætate iudicium maturefceret. Peruicit tamen nimia cohortatio viri omnigenâ doctrinâ & virtute præcellentis, cuius comperta mihi, nec dubijs indicijs spectata erat fides, ac beneuolentia. Accessit aliorum efflagitatio, cumprimisque viri consultissimi, & eruditissimi Petri Theodorici, Iuris vtriusque Doctoris, mihi que antea contubernij, & conuictus vsu, & postea hospitij iure, semperque interiori familiaritate coniunctissimi, ac tunc quidem Iura publicè docentium Collegio, suo merito, adscripti. Quin & rem cum alijs præclarissimis viris communicavi. Cæterorumque in Lyceo Ienenfi Iuris antecessorum, Doctorum meorum, sententiam exquisiui; alios denique alibi, quos suspicio, & quorum iudicio multum tribuo, consului. Tantum verò abfuit, vt quisquam improbaret, vt nutantem in proposito confirmarent, & veluti aquam adfpergerent omnes. Sic itaque crebriorum exhortationum blandiori impetu coactus voluntati, & auctoritati clarissimorum virorum cessi. Operique me accinxit abhinc penè biennium post ferias videlicet Paschatis, anni M. DC. VIIII. Verùm id nec exacto semestri peregrinatione susceptâ interruptum, ac proximè elapso anno M. DC. IX. sub ferias Pentecostes ad id reditum. Sanè si eam, quam primitus proposueram, instituissem viam, operâ minore res mihi constitisset. Dudum etiam vniuersorum D O N E L L I Commentariorum Epitome in manibus tuis, Lætor amice, versari posset. Quod in Tomos duos dispersit animus non erat. Imò anno vno telam hanc totam me pertexturum mihi persuaseram. Neque me cogitatio, rebus ita compositis, frustra habuisset. Receperam quidem que quibusdam Capitibus, ad oram, vel è regione in pagellis interfertis adsignaueram, vnâ typis exscribenda dare. Sed illa sola, nec alijs vndiquaque conquirendis me fatigare libuerat. Nudè percensere Auctorum sententias, quamque seorsum, vt quid cuiusque, ex quo desumptum, internoscere facile esset, decreueram. Sæpius autem Auctores citasse, locos designasse satis mihi videbatur. Iudicium verò meum numquam interponere mens erat. Ne tamen in alieno tantum opere ingeniosus viderer, constitueram vel huic ipsi Compendio subiungere, vel paulò post seorsum diulgare. Suspicionum, quem inscribere visum erat, librum singularem, in quo triginta circiter Capitibus quædam, in quibus mihi cum nostris non conueniret, complecterer. Quorum aliqua iam tum animo quidem, sed rudiùs concepta, nihil verò chartæ traditum habebam. Verùm à primo isto instituto meo nimium quantum deflexi, aliamque propè viam institui. Res mira equidem vel mihi ipsi. Ægrè admodum initio vix quotidianis conuicijs virorum, quorum magni mihi meritò auctoritas, adductus huic me rei dedi. Ast nescio vnde aucto per memet animo labores mihi non ingeminavi, sed pluribus multiplicavi modis. Onusque iuuenis in ea ætate, quæ & naturâ ad lapsum procliuis, & labores grauiiores refugit, humeris imposui, quantum me, tenuitatis meæ, & infirmitatis conscius, non auerfatum ipsemet sæpe miratus sum. Aliquando etiam viribus defatigatus, indignatus. Cum galeatum serò duelli poenitere animaduertentem. Nam si ea tantum, quæ in vacuas istas pagellas conieceram, ad memoriæ subsidium, loco Notatorum subiecissim, non res illa admodum operosa. Nec etsi maioris certitudinis causâ, si quod leue alicubi dubium hæreret, Auctores isti denuò consulendi fuissent, nimium in eo temporis infumendum. Qua etiam ratione collata illa cum reliquis vix ad numerum aliquem accessissent. Nunc versa vice accidit, vt Notatis rarissimè Capita vacent, perrarò quoque pauciora, sæpiculè ter, quater, sexies etiam, quin & decies aliquando reliqua, quæ ex D O N E L L O, mole sua exsuperarent. Tametsi in omnibus summa breuitate vsus sim, verborum vbique parcissimus. Religiosè, & ad superstitionem penè cauens, ne quod facile verbulum bis positum sine causâ reperiretur. Constitueram antea ad cuiusvis Capituli finem, si quæ haberem ad id adscripta, vno loco referre, quæ ad materiam illius Capituli spectarent. Nunc vero pluribus, diuersisque locis, literis tum in contextu, tum ad oram signatis, quæ à varijs conduxim, inserui, quæ eò maximè pertinerent. Vnde materia sæpe conquistâ, & suppetente, quantum in ordinandis quibusque, & sedem iustam singulis attribuendo, mihi molestiæ deuorandum fuerit, iudicare promptum. Siquidem pluries in Capitibus etiam non adeò longis Alphabeti numerum in illo excessi. Constitueram, quæ priuata meditationes meæ suppeditarent, in triginta Capita digerere, & Suspicionum nomine luci committere. Ast hinc pro triginta illis longè plura trecentis passim interspersa. Quorum etsi nonnulla paucissimis expressa, facile tamen fuit decem, vel plures Suspicionum libros inde concinnare. Si & orationem parumper extendere, & rem quamuis altius, ac ex capite

accessere,

PRÆFATIO.

accessere, vt assolet in hoc genus scriptis, placuisset. Sed quid multis te moror? Quin, quid tum in libris D O N E L L I epitomandis, tum in Notatis meis mihi propositum planius prodo. De illo priùs quid præstare voluerim, tum in rerum tractatione, tum in dispositione. Ac quoad res equidem libellam Auctoris vbique sequutus, nec latum vnguem ab ea recessi. Superflua reiecaui, cortice detracto nucleum verum exhibui. Indeque nomen huic foetui indidi, suggerente id viro clarissimo, quem supra memoravi, Petro Theodorico. Vt autem nihil penitus, quod alicuius momenti, nec in rebus, & sententijs, nec in rationibus ad illas comprobandas, eòsve, qui in diuersum abeunt, erroris conuincendos, prætermitteretur, studiosè caui. Verùm quæ D O N E L L V S sæpius eodem, aut diuersis locis repetit, ego semel posuisse contentus fui loco, qui visus, maximè suo. Quare, si cui aliquando collatione instituta huius Epitomes (quamquam haud scio, an dum sic voco, minus quam pro re dicam) cum ipsis D O N E L L I libris videbantur omiſsa à me, quæ non debuerint, sciat is minime quidquam neglectum, sed alio loco commodiore, vbi D O N E L L V S denuò tractat, mentionem eius rei iniectam, vtroque illic loco citato. Rationum autem vt nullam neglexi, ita inductiones longas præterij, vel in pauca contraxi. Omisi autem tunc præsertim, si regulam aliquam per exempla noster declarat, & ea ipsa exempla ex legibus adducit. Leges enim solas ego nominaui, ex quibus illa petere cuius in procliui est. Maximè vbi nihil in illis obscuritatis, aut collatio exemplorum ad regulam euidentis, ac aperta. Si quæ ratio ipsis legum verbis à veteribus Consultis, vel Imperatoribus expressa, à nostro ipsdem vel consentiente, sententia relata, citata lege, sola adieci hæc: *Vbi ratio*. Si quæ verò aliunde petita, sed ex notiori textu, aut vulgata regula Iuris, ita verbi gratiâ retuli. *Ratio in l. 35. de R. Iur.* Et vt aliquæ legum expositiones obscuriores videantur, si tantum perleges, collato tamen ipso legum textu omnia plana fient. Pro eo quòd vt plurimum legum initia solum, & prima verba profert, numerum ego reposui. Vt & ostenderem semper me inquisiuisse, ac expendisse ipsos Iuris textus, & vt labore diu inquirendi te subledarem. In Nouellis etiam, loco titulorum, quos adducere noster solet, ipse semper numerum restitui. Ex Vlpiani fragmentis, Pauli sententijs, vbi librum tantum citat, ego & titulum, & §: adposui. Interdum leges, quæ in §: diuisæ, minuatum nostro dissecare non libuit. Interdum laudat §: quæ in editione Gothofredi, sunt versiculi alicuius alterius, aliter incipientis. Hoc vbi accidit, ego §: eam, quæ in libris editionis Gothofredi, reposui. Quia illam passim omnium penè manibus hodie teri comperitum est. Quandoque etiam, vbi longiores §: versiculos eiusdem à D O N E L L O prætermittos adduxi, in hoc quoque tuo studio consultum cupiens. Nec numquam titulum falsè citatum inquirendo comperiens verum substitui. Quin nisi inuento eo vero loco, inquirere nec destiti, priùsve animus conqueiuit. Quando noster aliò remittit, his fortè verbis, *Suo loco dicitur*, librum ego & Caput adscripsi; literam etiam; quæ ad oram in hoc D O N E L L O Eucleato conspicitur, si ad anteriora se refert. Denique, licet plerumque diffusam orationem contraxi, & in angustiam coëgi, interdum tamen, licet rariùs, vbi ratio suaſit, sermonem extendi, paulò pluribus, quam ipse noster, verbis vsus, vt res elucidaretur. In Notatis etiam quandoque, si vberior expositio vtilis visa est, eam subieci. Sanè & aliàs, vbi paucissimis comprehendo, quæ fusiſsimè D O N E L L V S, non rarè deprehendes me illius sententiam obscuriorem dilucidasse. Vbi occasio se dedit, multa ex alijs D O N E L L I Commentarijs in Codicem, de Verborum Obligationibus, &c. passim interferui. Vtque à reliquis fecerni expeditiùs possent, non tantum ea hisce signis () inclusi, loco in initio, vel sine adsignato, sed & sæpius characterem diuersitate à reliquo orationis contextu separavi. Summas denique Capitum duobus, vel tribus fermè verbis conceptas præposui. Quæ ego iam abundè ratur, desino de his plura. Cætera, quæ nec verbis idoneis prodere facile, ex lectione ipsa promptiùs cognosces. Paucis de altero, ordine nempe librorum. Quotus, quisque, quæso, eorum etiam, quibus non penitus hospes est D O N E L L V S, eum perispectum ita habet, vt illius ipsi ratio satis constet. Nisi si integros libros peruoluerit, & reuoluerit assiduus. At hoc modo efficere volui (nec nihil omnino effecisse despero) vt siue quis sub initium, siue in medio, siue quocumque tandem loco quid inuestiget, ratio dispositionis horum librorum illi facillè constaret. Vtque qui illa, in quæ quis incidet, ijs, quæ præcedunt, quæque consequuntur, cohæreant, & colligata, aliaque ex alijs nexa sint, vno obuia essent, & eodem aspectu. Distinctis siquidem characteribus, literisque, quas vulgus Typographorum *Versales*, eruditiorum *Capitales* appellat, ea conspicua reddita. Vt à capite ad calcem perpetua sit, & continua quædam series, quam, si cui placeat, paucis horis percurrere possit. Cæterum, vt à methodo illa non deflexi, ita ordini singulorum Capitum non strictissimè inhæsi. Sed vbi concinnius putavi poni priore loco, quæ à D O N E L L O posterius posita, eo locaui. Atque hæc tunc præcipuè, quando absque eo necessaria nec euitari poterat priùs dictorum repetitio, quam anxio semper studio fugi. Exemplum insigne, vbi paucissimis omnia complexus, quæ

P R Æ F A T I O.

prolixiffimè D O N E L L V S, fed neceffe fuit ab ordine aliquantum recedere, habes lib. 12. cap. 26. Qua & ex ratione lib. 1. cap. 18. & feqq. coniunxi, vt ibidem monui. Aliàs feriem Capitum numquam immutauit. Tutiffimè quemuis fidere iubeo, què in hoc nostro D O N E L L O E nucleato reperiet illa ipfa eodem libro, & capite in operibus D O N E L L I tractari. Nam fi quando vno loco tractata ab illo, ad alium conuenientiorè à me translata, ea his notis () inclusi, locumque, ex quo sumpta efferent, adfcripfi. Vt exempli gratiâ lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 29. in fin. &c. Verba sæpe immutare neceffe fuit, fed in fententia nihil innotauit, aut peruerfi, quin eam modis omnibus retinui, etiam cum non probaretur. Verùm tum in Notatis id testatus fum. Qui equidem nulli vni Theoticorum, qui fcriptis rem iuuerunt, fuis plus tribuo, neminem vnum feliciùs, folertiùsque rationem Iuris indagaffe puto. Bonâ hoc cæterorum pace dixerim, qui omnes, vt decet, veneror, nullius laudum meritis detractum eo, nec huic meo iudicio quemquam, fi aliter ipfi videatur, adftrictum volo. Aft non ab aliorum tamen fententia liberiùs, vel libentiùs, quàm ab ipfius noftri feceffionem feci. Veritatis namque mihi vbique potior fuit, quàm cuiusquam auctoritatis ratio. Sed tempeftiuum iam eft, quid in Notatis propositum fuerit, mihi pandere. Quod Poëta fcripfit, & vfu compertum eft, non omnia ab omni tellure produci, id fi quis ad ingenia hominum tranfulerit, haud abfurdè forfan fecerit. Quæ Natura omnibus parens nulli nouerca, vel veriùs præpotens rerum opifex D E V S prodidit. Non minus varia in vna sæpe regione, quàm diuerfæ funt regiones in orbe hoc infero vniuerfo. Sicuti enim præ feraciori aliouin, & cultiori prouincia horridior, & a feraciori altera quiddam sæpe præcipuum habet: ita vfu quandoque venit, vt dum vigilaces viri altum fterunt, alij fomnolentiores vigilent. Vt quæ Lyncei, (quem virum terram ipfam oculorum acie penetraffe finxerunt) incogitantius prætereuntis afpectum fugerunt, ea lufco fortè, oculos intentiores habenti, sese prodant. Adeoque cen trita illa habent, vt quandoque bonus dormitet Homerus, contra sæpè olitor valdè opportuna loquatur. Hæc perpendens animo mecum reputaui, ficut in alijs disciplinis, ita & in noftra ciuili non omnes omnia afequutos effe. Multis itaque collatis faciliùs obtineri fperauit, quod finguli præftare non poffent. Quocirca etfi ita apud me ftatuere, nulli facile solidæ Iuris fcientiæ laude D O N E L L V M cedere, non tamen ex fole illius ductu pendere volui. Non etiam ita iniquus aliorum cenfor fui, vt in plerisque illum Lynceo parem, reliquos lufcos planè fuiſſe æftimarem. Quin multa quoque à noftra prætermiffa, aut leuiſſimè attacta, multa multis locis informata tantum, nec perfectæ, aut perpolitæ animaduertebam. Cæpi igitur confilium varios maiorum, minorumque (vt ita vocem) gentium fcriptores euoluendi. Et quid quifque confonum, quidve diffonum, aut diuerfum à D O N E L L I traditis doceret, quibus ad id rationibus moueretur expendendi, ac ad fuam quæque fedem reuocandi. Euolui plures, felectiora, magis que neceffaria excerpti. Non pauca ex illis expendi, exactiori lima adhibita, quantum quidem per temporis licebat anguftiam. Nam currentes Typographi operæ sæpe feftinationem expoſcebant, sæpe etiam quæ ab ipfo adhuc calamo calebant imprimebant. Præfertim in prioribus, quæ ante interruptum abitu meo opus excuſa: poſt reditum enim, cum ad alia interim diuertiffent, vt ad hæc noſtra redirent inſtantiùs vti. Et poſtquam redierunt, feignitiei non ſemel conuiciam feci, qui maturiùs in manus tuas priorè hanc partem venire volebam. Vbi mirè conflictari Doctores vidi, rationes crebrè contuli, fed breuiſſimis conceptas, vim iudicij, quantulumque, in æſtimando, eligendoque, liberè uſurpauit. Aliquando tamen, ſi non aut ſtatim, aut ſatis liqueret, ſententiam ſuſtinui, temeritatem aſſenſus à lapſus periculo cohibens. Neque ea ſolum, quæ in miſcellaneorum libris (quofcumque titulos Auctores præſigant) confuſaneè tradita, & tractata, velutique auulſa, & lacera membra hinc inde diſſipata aliquo ordine digeſſi. Ac quaſi palantes milites, & diſertores, vel emanſores, in cohortes coëgi, atque ſub certis ſignis collocaui. Sed & ad quamuis materiam, maximè quæ ex celebrioribus celebratorum Auctorum, qui eandem ex profeſſo, vt vulgari phraſi vtar, tractarunt, commentationes peruolutaui. Prætermiſſis, aut ad ſuam ſedem relatis, quæ ferè à cunctis intermiſceri ſolent, heterogeneis, ex ijs; quæ proprie ſua, inſigniora ſelegi. Sicque exempli cauſâ in materia Tutelari Piaggi, Manzini Gutierrezij; Legatorum Matthæacij; Subſtitutionis Maſſini, & Trentacinquij; Succeſſionis ab inſteſtato Forſteri; Vltimæ vniuerſæ voluntatis Vaſquij, & Simonis de Prætis; Interdictorum Menochij, Connubiorum Tiraquelli, Briſſonij, Carerij, Gentilis, Beuſtij, Cypræi, pluriùmque aliorum tum in his, tum in alijs editis tractatus, exque ijs quofdam ampliffimos veloci curſu pertranſij, nuſpian diu moratus, vt ex temporis, quo occupati fuimus, modico æſtimatu facile. Quia tamen ea Iuris noſtri amplitudo, vt etſi in omnibus ſummam breuitatem ſectaremur, ſi de quaque Iuris parte iudicare voluiſſemus, res inſinita ferè futura, nec noſtrarum virium; ſæpiùs ſatis fuit locos Auctorum curioſo indagatori perſtrinxiſſe. Nec riuiulos tantum conſectatus rerum fontes vidi. Quin ſic tibi perſuadeas, nec te fallo, nullum

per

P R Æ F A T I O.

per totum volumen textum citari, quem non priùs legerim, & quantum per tempus licuit expenderim. Si qui Auctores plures adducerent, eos retuli, qui perlecti id, de quo agebatur, probarent, vel ſaltem non planè alieni. Impertinentes penitus (vah quoties reperire mihi viſum etiam in vera ſententia adſtrueda) præterij. Sed nec ad quoduis enunciatum locorum Iuris citationibus vſus ſum. Quin ſi res quæpiam per ſe explicatiſſima, aut loci illi vulgatiſſimi, & notiſſimi, eos producere tam in Compendio Donelliano, quàm in Notatis inſuper habui. Magnoperè diuertens ab ijs, qui ad omne verbum plauſtra tota legum, & auctoritatum conuehentes laureolam ex muſtaceo quæritant. Hoc ampliùs in confirmandis sæpe proſitionibus, quæ comprobatione egere videbantur, locos non omninò notiſſimos non protuli, ſi loco alieno, alij rei demonſtrandæ, adhiberentur. Vt lib. 3. cap. 4. In ſuis aditio nulla. Hic legem nullam adieci. Quam ſi quis requirat, materiam propriam perluftrans, lib. 7. cap. 2. ſuo loco inueniet; vel ſi ordo librorum ipſi non ſit familiaris, in Indice perquirat. Ita autem infinities dum feci, magno compendio vſus fui, quia totum penè Ius priuatim percurriſſus. Nam ſi aliqua nobis peculiariter materia vna tractanda, fieri id neuiquam fortè deberet. Noſtræ verò potiſſimè tempeſtatis viros, vel qui proxima patrum, auroſumque ætate flourerunt, adij, ex eorum cellis epulas adornans. Bartolum, & congeneres Accurfianos non omninò quidem numquam, ſed rarentiùs citatos comperies. Non equidem illos faſtidioſè ſperno, quos vidiffè multa, multa dixiffè luculenter, ac ad ciuilem ſapientiam non parum adiumentum attuliſſe ſcio. At tamen vti ſequens dies eidem homini præcedentis magiſter dicitur, ita, & longè quidem iuſtiùs, opinor, poſterior ætas prioris. Cum quæ à maioribus nuda, ac ieiuna plerumque accepta exornent, condecorent, meliora denique faciant poſteri. Quin vti alia, ita & noſtra diſciplina à vitijs, & ſordibus barbariei emaculata, & priſtinæ dignitati reſtituta. Quæque Aborigines iſti ſæculi magis, quàm ſuo vitio rectè percipere non potuerunt, exactiùs, & dilucidius exponunt nouiores. Quod ſi qui vel nequeunt, vel nolunt agnoſcere, finiſtrè de ſæculi huius ingenijs ſentiunt. Digni meherclè, qui rudi iſta Aboriginum ætate nati eſſent. Vel rudiori etiam, illaque primæua, qua ante fruges repertas glandibus, communi cum pecudibus pabulo, mortales viros Poëtæ fabulati ſunt. Cum veteres plus quàm viros obferuent (vt hæc mihi de ſuo Scaliger largiatur) ſe minus quàm homines deſperent. Nulli verò, ex quo quidpiam mutuatus, ſuam laudem inuidi, nullius nomen ſubticui, nec alijs priùs, occupatione, iure gentium, quæſita mihi vindicaui. Sempèrque in auribus ſonnit ſolennis Plinij ſententia. Benignum, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profeceſis. Sicuti contra obnoxij animi, & infelicis ingenij deprehendi in furto malle, quàm mutuum reddere. Ac ipſe fanè non admodum rarè deprehendi, qui alienas ſententias cum ramis, & radicibus (vt cum quodam noſtrorum loquar) ſuo agro inſeruerunt. Quos & aliquando, ſed leuiter, perſtrinxi: vrbanaſim, non ruſticam, nec malo animo tetigi. Vtque quod ſuum eſt, cuique tribui, ita contra aliena nulli obtruſi. Hoc religioſè, ex animi ſententia, teſtor, nullum cuiuſcumque generis Auctorem ex illis quingentis & viginti, ſi bene numerauit, quorum nomenclatorem præfixum vides, à me laudatum, quem non ipſe priùs adierim. Nec aliorum allegationibus, fallacibus multoties, ſidi. Quin ſi quem nominare libuit, qui vel non erat tunc ad manum, vel inquirere locum non vacauit, ſic retuli exempli gratiâ Tacit. ref. Cuiac. Neque inſiſtitio te fallat, niſi ſi quandoque in numeris, incuriâ operarum, errata irrepreſerunt. Tædioſum recognitionis, ſeu correctionis laborem tui cauſâ ipſe ſuſcepi, ſed mendorum omne lolium eruncare non potui. Verbis autem me nullius adſtrinxi, præfertim vbi quid vel compendioſiùs, vel etiam dilucidius exprimi poſſe videbatur, integro Auctorum ſenſu, quem vt verum aſſequerer, ſemper laboraui. Nec eorum ferè verba retinui, niſi vel ſe immutari citra ſenſus inuouationem non paterentur, vel breuiùs non poſſet concipi ſententia. Stili quoque parciore cura fuit. Nec Tullij myrothecium conſumere libuit. Elaboratæ orationis ornamenta neglexi. Quo quidque breuiùs effari licuit, rudiùs, & planiùs ſcripſi. Quoad eius tamen potui, à ſordido penitus ſermone mihi temperaui. Et vt ſimplici quidem, ſed mundo mandarem, quæ ex neglecti aliquando ſtili Auctorebus exprompſeram, ſtudiui, non nimis tamen anxie, aut exquiſitè. Nec vulgatis Interpretum terminis vti religio fuit. Sanè ſi Pandætiſ masculinum, itemque ſ. ſcemininum epithetum adiectum, ne quemquam id turbet, ſi & alibi contrà nos uſurpaſſe viderit. Modò enim rectam rationem ſectari volui, modò aliquid etiam vulgato vſui dari poſſe cenſui. Cæterùm, cum vera cuiuſque rei cognitio in cauſarum perueltigatione conſiſtat. Quæ ſicuti vni homini ad cognofcendum datæ, ita (verba ſunt Scaligeri) qui eas animo concipit, is demùm homo dicendus? In id adprimè adlaboraui, vt poſt rō dōti, perceptum rō dōti, nec quid ſtatuatur ſolum, ſed & quid ita inueſtigarem. Vtque conſtans Iuri cuius conſtituto conſtare poſſet ratio. Nec ferè animus priùs conquieuit, aut exquirendo defatigatus, quàm eruta eâ, & perquiſita. In quo ſi mentem meam alij non explerent, arculas omnes noſtræ penus ſollicitiùs excuſſi. Et numquid inde depromi poſſit,

(* *) 4

quod

P R Æ F A T I O.

quod animum saturaret famelicum, pertentavi. Hinc multa, quæ nostro, ut dicitur, Marte excogitavimus, passim interpersi. Nec alienis semper pedibus incesse. Quin ab omnium, vel plurium opinionibus non admodum raro discessi. Quamquam longè sapius eorum, quibus recepta semper constitit interpretatio, auctoritatem contra temerariam innovationem asserui. Semperque eorum institutum modis omnibus displicuit, qui non veri necessitate, sed novitatis desiderio, longo usu probata conuellent, nouis commentis omne Ius inficiunt, vanam & veræ gloriæ verè inanem famam aucupantes. Nec minus legum latentem perniciem abhorru procliuatatem, ipsis legum textibus manus audaces inferendi. Quarum multas sinceritati suæ conseruavi, & vbi alij non præuenerunt, à contortis corruptorum vnguibus protexi. In stabilienda verò receptæ lectionis fide rationes crebrò adduxi, quibus non ita, ut truncatores volunt, legendum esse persuadeam. Ut etsi eo modo se haberet lectio, quo illi obtrudunt, veteri in sua sede turbata potius, quam deiecta (neque enim cuiquam privato hæc vis, vel auctoritas) illa potius immutanda, & vulgata, eivæ gemina, reponenda videatur. Tametsi non infiteor multos locos, non altero tantum, sed & multiplici modo conscriptos sententiam haud incongruam recipere. Atque ex his quandoque causis non imi subfellij, pedaneosve Iudices, aut pedarios Senatores incesse. Sed primæ sententiæ viros, & quibus Ius est secunde, vel tertiæ relationis. Cum primis verò & ferè plus, quam cæteros laceffui (si verè laceffere est non fuggillandi animo, qui, ita me salus amet, semper abfuit, sed Iuris nostri à corruptione vindicandi studio perstringere) eum, qui vnus plus, quam omnes alij, in hoc genio suo indulget subtilissimum Sabaudum. Contra quem & Iuris nostri maiestatem, ac eius compositorum, vel ipsius veriùs Iustiniani auctoritatem non semel asserui. Causæ potius, quam virium fiducia magno, & fidenti animo (vtinam pari successu) imparem pugnam Troilus cum Achille, subire non veritus. Sed melioris saltem exempli operâ, spero, à candidis estimabitur eius, qui omnes ingenij, quantumuis tenuis, nervos in asserenda auctoritate illius Iuris conferat, quod magnus ille vir sui præclari acumine, omni molimine euertere nititur. Scribit is se Tribonianum habere pro malo Interprete, cui solenne non modò negligere passim, sed etiam peruertere Iuris rationem. Cuius audacia, & impudentia ferenda non sit. Nihil stultius esse, quam quod Triboniano placet. Pessimum denique vocat, cuius nullis vnquam supplicijs scelus expiari possit. Infinitis alijs conuicijs indignè manibus mortui parentat, iustaque funeri persoluit. Qui si viueret, ipse equidem hanc se amoliretur contumeliam. Quorsum verò ista? Nimirum vt innumeris versiculos, clausulas, periodos integras è corpore Iuris expungendas, ac eam membra putida refecanda incautis persuaadeat. Quæ, tamquam à Triboniano, pro veterum Iurisconsultorum doctrinis obtrusa, pro crassis interpretamentis, deliramentis ineptis habenda auctoritate plusquam prætoriam (Prætor enim numquam lege maior fuit) decernit. At equis tam facilè se adduci patiat, ut credat (quis etiam num ipsi Fabro scribè ita persuasum sit, non addubitet) Tribonianum toties in foedos errores lapsum esse. Qui cum adiuis suis omnes cultissimos, & politicissimos veterum prudentum commentarios ad concinnandum Digestorum opus peruoluit. Nisi planè stupidum, prætenuis, aut nullius potius iudicij, penitusque ἀνάσσειν fuisset contendat. Cui tamen res ipsa reclamant, aliudque compositio Iuris nostri, ac veteris enucleatio comprobant. Totque constitutiones Iustiniani, illo potissimum Auctore promulgatæ, & pleræque sapientissimæ, conuincunt. Quid, quod ipse Faber, cum Interpretum, quos vocat errores, in erroribus, quos inscripsit Pragmaticorum, exagitat, aliquando eos in istos non delapsos, nisi à Triboniano decepti essent, scribit. Siccine ergo maior procliuuitas errandi Triboniano, haud longè à magnorum Mystrarum ætate distanti, illorumque epulis inutrito? Denique exile tempus is habuit operis vniversi absolutioni datum. Tantumne igitur illi abs re sibi à Domino mandata otij, tantum ut operæ in immutandis responsis, suisque falsis, & absurdis (ceu arguitur) opinionibus inferendis, collocaret. Parcerem, inquit alicubi Faber, Triboniano, si in constituendo eo Iure, quod inducit, Imperatorem egisset, non Iuriconsultum. Parcendum igitur, inquam, Iustiniano ipsi, qui, si quidpiam omnino innouatum, id induxit, proque suo haberi voluit. Parcendum Lothario, qui hoc Ius reduxit, totumque nobis restituit, atque in scholis perlegendum, in foro litibus terminandis proposuit. Si maxime itaque daremus, quod numquam dabimus, corrupisse Tribonianum locos, & quidem plurimos, nobisne integrum eos refecare, quibus non Iustinianus solùm, sed & multis post sæculis à nostra ætate in remotior Lotharius Saxo, sacratissimus Imperator, augustam auctoritatem accommodauit. Quamquam nec Iustiniani auctoritas Fabro ita intemerata, illibatæ, quin ipsique insultat, scribens se sentire contra Iustinianum ipsum, ineptum esse argumentum Iustiniani. Et maiores sibi sumens spiritus, (ut mollissimè dicam, leniusque, quam in re tanta fortè conuenit) Iustinianum, cum semel verecundiæ fines transijt, bene, & gnauiter esse impudentem. Perpauci sanè loci, quorum, in hisce auspicijs meis, auctoritatem stabiliendam primus mihi sumpsi præ alijs innumeris, quos tum alij, tum præsertim is, quem nominavi vir acutif-

Ant. Faber 3.
err. prag. 20. in fin.
35. err. prag. 10.
31. err. prag. 7. & 8. & 14.
err. prag. 4. & 5. 16.
Coniect. 12.
18. ac passim.

35. err. prag. 10. pag. 346.

35. err. prag. 2. pag. 512. & err. 9. prag. 541.
b. i. iurif. p. Papin. sit. 6. prin. cip. 6. it. let. 9.

P R Æ F A T I O.

acutissimus, Triboniano obtrudunt. Sed fortè alios, qui me ingenij, cæterisque dotibus superiores, meo exemplo commouebo, ut & reliquos, ab impetitionibus, & calumnijs quasi liberali manu asserant: notam Iuri nostro iniustam eluant, Prudentumque honorem, qui oblique ita petitur, vindicent. Veniæ igitur hac in re ab æquis rerum estimatoribus certus sum. Imò eandem ab illo ipso viro magno securiùs mihi polliceor. Moderatè eum laturum sperans, quòd eadem propè ætate, quæ is priores sex Coniecturarum libros se emisisse scripsit, pari animi, & ingenij libertate, tametsi dispari acumine, rebusque omnibus multo inferior, inueteratarum sententiarum, scripturæque receptæ fidem, ipsorum denique Iuris locorum auctoritatem firmare aggressus sim. Non illius magis, quam aliorum iudicio, & auctoritate (magni aliàs mihi, & meritò æstimandæ) territus. Sed quòd abreptus sum, quòve me stili impetus proeexit spectatæ breuitatis ferè oblitum. Quin reprimò me, & te penè fessum dimitto, claudoque præloquium, si de Indicibus subiectis quedam, ut illic recepi, monero. Eos ternos, vel trium potius generum habes accuratiori studio compositos. Tametsi non planè lubentiæ id mihi fuit; sed meis penè ingratis accidit, per molestam Typographi moram. Primò etenim factum hunc meum eundem cum nouo anno natalem habiturum, post dein mundinis, quæ proximè abierunt, Francofurtensium, in lucem proditurum speraueram. Spem istam dum bis Typographi cunctatio elusit, & ut aliquanto robustior in postremis membris partus exiret, & ut huic rei, de qua nunc agam, plusculum temporis impenderem, effecit. Operosa itaque cura, & scrupulosa penè diligentia primò Indicem rerum, & verborum confeci, longè aliam ab ea, quam vulgares consularij solent, rationem sectatus. Qui ut plurimum ex summarijs Capitum Indices componunt, & qua quisque voce sermo incipit, sub eiusdem litera initiali collocant, nihil pensi ducentes, conueniens is locus sit, necne. Imò & in ijs, qui cæteris exactiores, verbi gratiâ, Reilitigiosæ nulla est alienatio; rei turpe nullum mandatum, nusquam nisi in R. quis reperiet. Absurdè. Quid enim est, quod generali rei appellatione non veniat? Sic in Indice operum DONELLI, Res corporalis, incorporalis, nostra, acquiri prohibita, externa diuini Iuris, sacra, Nullius; quarum rerum commercium, & multa id genus reliqua, ad vocem Res relata. Cum quæque potius ad suas literas referri conuenerat. Vnde multo cum temporis dispendio plures paginas euoluendi necessitas. Alia mihi ratio, scopus alius. Quo quæque verbo oratio inciperet, nihil quidquam curavi, qui & componendo pro arbitrio concepi, & varijs modis concipi posse animaduerti. Idèò exempli gratiâ, Procliuor rei reditus ad suam naturam, non in P, sed in N. Vni de familia facta iniuria, non in V, sed in F, Monoculus à tutela non excusatur in voce Oculus. Ius accrescendæ Repræsentationis non in I, vt assolet, sed in A, & R. retuli. Deinde quæ de aliqua materia extra sedem suam tractata minoriora persequutus sum, & ad eam vocem in Indice retuli. Quæ vero in loco, & sede propria, non item, sed summa tantum Capita attigi. Ac si de eo Caput aliquod breuius, vnâ vocem illic posuisset satis fuit. Quòd si longiusculum, exempli gratiâ, de Nouatione, pluscula quidem de ea in Indice, sed ita: Nouare qui possit, &c. Nam ista, exempli gratiâ, Tutor nouare an possit, Pupillus non potest, Adiectus non potest, Procurator qui possit, &c. non in voce Nouatio, sed alijs literis; sub vocibus Tutor, Pupillus, &c. locaui. Cui bono hæc? Multo opinor. Ita nempe quæ quoquo modo, vel secundariò, tertiariò, quartariò (liceat ita loqui) ad quamdam materiam spectant; alio autem loco, vbi principalis sedes est, de ijs tractatio instituta, in Indice obuia habes, & exposita. Et quæ distitis in hoc opere dispersa locis, in vnum ibi locum congesta. Quod qui attenderit, ei peculiarem insuper, ac non spernendum, ni fallimur, vsum præbere poterit. Nulla in hisce prioris partis libris tractatio de Iureiurando, nulla de Vfuris. Ast in Indice plura de vtrisque relata; ex varijs vndique locis singula conquisita. Sic: In partem seruitute vsus totam retinet, non ad vocem Seruitus retuli. Satis putavi ibi sic generalius positum haberi Seruitutis amissio, sed ad vocem Pars, vbi peculiari vsui inferuaret. Hoc præterea non sine longo, & tædioso labore perfeci, vt in quibusvis vocibus, maxime si plura completerentur, ordinem alphabeticum in digerendis illis denuò, & ferè strictè obseruarem. Itaque exempli gratiâ, in vocibus Legatum, Acquisitio primo, Infirmatio medio, Vxor legatum vltimo loco retuli. Cuiusmodi quid alibi rarissimè, vel fortè numquam, reperies. Mihi certè exemplum, quod in eo sequerer, propositum non fuit. De literis postremo monendus es, quòd quæ in Notatis habentur, semper sequantur; quæ verò in Epitome ipsa Donelliana plerumque paucis antè lineis, non post, reperies. Hæc si obseruaueris, nihil quidquam his libris contentum, quod non se promptè, & citò offeret, pretiosissimi temporis lucrum facturo. Nimis minuta excipio. Quæ si singula in Indicem conijcere voluissim, in nimiam is, & monstruosam molem excreuisset. In eo quoque Compendio vsus sum, quòd iterationem vocis initio posite insuper habui; etsi quandoque à casu vno, vel numero ad alium fieret transitus, ac etsi quandoque alia acceptio vocis relatæ ad vnum, quam ad aliud. In quo imperfectionem orationis breuitatis studium excusabit. Et hæc de priore. De medio nihil monere, eiùsve vsus, qui

PRÆFATIO.

per se liquet, commendare attinet. Postremi generis superest, quem in quinque alios partiti sumus, quibus quæ ex nostra penu depromptimus, exhibere volui. Vti namque aliena mihi non ambij, ita nostra nobis non iniquè afferri putavi. Nostra autem voco, non ea solum, quibus aduersus omnium opiniones eo, quæ rariora sunt. Verùm & ubi vnus fortè, alteriusve opinionem nouam examino, aut modo proprio *euuolūphana*, concilio, meisve, nec aliunde acceptis rationibus, vulgatæ scripturæ fidem, aut Consultorum, & Triboniani honorem, affero. Quod si quæ aliquando fortè ab alijs consimili modo tractata reperies, ne quæso de me sinisterius suspiceris, neu candorem requiras. In tanto quippe (verba sunt Iacobi Curtij) scribentium, & nihil intactum relinquentium numero euitari non potest, vt non à diuersis, multo etiam cæli, ac terræ interiacente eadem res nonnumquam tractentur. illud quoque te exoratum velim, ne me eis aggregates, qui alieni nominis iniuriâ sui munimenta exædificare moliantur, quique voluptatem inde capiunt, si aliorum opera arrostant. Quos iustissima lege, quam alijs paruauerunt, ipsos ruina opprimit. Præuideo sanè intenta quorundam in me iudicia, qui ætati, & conditioni meæ disconuenire dicent, quod à prærogatiuæ auctoritatis virorum scriptis explorandis non abstineam. Quorum pars vitæ moralis exuuias nondum deposuerunt, pars meliore sui parte, & famâ superstities per ora viuorum monumentis suis volitant. Quibus repositum velim, quod minimè omnium me supra eos efferam, quibus primas in studijs nostris, vt debentur, libens, meritoque defero. Verùm liberè, vt in communi causâ, quid sentiam expono. Cùm & paruulis quandoque aperiri, quæ prudentiores fallere consueuerunt, Alcibiadis exemplo compertum habeam. Noui hanc Iustitiæ officinam esse veluti nauim marinis fluctibus commissam. In qua naucleros aliquando peritissimos, à vectoribus, ne commune omnes discrimen incurrant admoneri, absurdum non est. Veritati omnia, nihil ambitioni, nihil ostentationi, aut oblectationi, nihil nouitatis studio dedi. Si quid peccatum illo sine peccatum, publicique commodi causâ, quod vnice me spectasse, priuatum omne postputasse, scias. Facilem te igitur, & benignum meis erratis exhibeas. Nec lapsu atrocius insultes. Frigas imò, & in viam reducas. Non refractarium me, sed paratum rectis monitis parère experieris. Desultoriâ operâ multa deproperata, quæ animaduersionem recipere non abnuo. Quam & libens suscipiam, modò ingenua sit, bonoque animo profecta. Verùm hanc noui sortem scribentibus communem, vt nullus liuidos calumniantium morsus evadat. Et cur me extra eam legem ponam? Nec ego itaque procaces illorum linguas me euitaturum cogitavi vnquam. Sed nec extimui quidquam. Quin malè feriatos carptores suo insipido iudicio, suoque animi morbo relinquo. Peruersa eorum iudicia contemnere consultius, quàm deprecari. Modò tu bene sentias, candide Lector, exque vigilijs nostris aliquis fructus tibi obtingere possit. Quo exantlati operosi laboris mercedem gratiorem, aut vberiore nullam percipere potero. Vale, Lector beneuole, mihi que fauore tuo ad reliqua persequendum, & maiora, cum DEO, & die, audendum animum auge.



SYLLA-

SYLLABVS AVCTORVM QVI IN NOTATIS NOSTRIS DISPERSIM, BONA OMNES FIDE, CITANTVR.

A.	Vincentius Cabotus.	Claudius Dainid.	Henningus Goden.
L Aurentius Abstemius.	Octavianus Cacheranus.	Ioannes Dant.	Ioannes Gæddens.
Accursus.	Ioannes Bapt. Caccialupus.	Tiberius Decianus.	Bernardinus Gamefus.
Valens Avidalius.	Bartholomæus Capolla.	Philippus Decius.	Antonius Gomezius.
Thomas Altius.	C. Iulius Casar.	Gabriel Degast.	Nicolaus Goffo.
Petrus Arodus.	Hieronymus Cagnolus.	Marc. Antonius Delrio.	Dionysius Gohofredus.
Foppius ab <i>Azema</i> .	Cay fragmenta.	Martinus Delrio.	Antonius Gomeanus.
Agellius.	Vrbanus Calueto.	Demosthenus.	Bernardus Grauanus.
Andreas Alciatus.	Ioannes Caluinus IC.	Flores Diez.	Petrus Grangianus.
Alexander ab <i>Alexandro</i> .	Ioachinus Camerarius.	Diodorus Siculus.	Petrus Gregor. Tholosanus.
Ioannes Althufius.	Philippus Camerarius.	Dion Cassius.	Codez Gregorianus.
Petrus Antonius <i>Angesola</i> .	Gulielmus Canterus.	Marcellus Donatus.	Matthæus Gribaldus.
Anianus.	Theodorus Canterus.	Hugo Donellus in alijs operibus.	Ianus Gruterus.
Antimachianelli auctor.	Iulius Capitolinus.	Franciscus Duareus.	Stephanus Guazus.
Gothofredus Antonij.	Antonius Capycius.	Leges Duodecim tabularum.	Antonius de Guenara.
Ioannes Apellus.	Alexander Carerius.	Dynus Muxellanus.	Antonius Guibertus.
Lucius Apuleius.	Vincencius Carocius.		Franciscus Guicciardinus.
Petronius Arbitr.	Caroline constitutiones.	E.	Ianus Gulielmus.
Aristoteles.	Ludouicus Carrio.	Baptista Egnarius.	Iacobus Gurreus.
Henningus Armfens.	Iacobus Durant. <i>Casellius</i> .	Christophorus Ehemius.	Ioannes Gutierrez.
Arnobius.	Cassiodorus.	Hieronymus Elenus.	Lilius Gyraldus.
Dominicus Arumans.	Dion Cassius.	Georgius Acacius <i>Enenke</i> .	H.
Ascon. Pædian. (stitutiones Iosephus Castilio.	Augusti Electoris Sax. Con- Ioannes del <i>Castillo</i> .	Baro Hohenheimensis.	Hadrianus Cardinalis.
Antonius Augustinus.	Paulus Castrensis.	Desiderius Erasmus Rotodamus.	Philippus Hanonius.
Diuus Aurelius Augustinus.	Ioannes Casus.	Nicolaus Euerhardus à Middelburgo.	Arnoldus ab <i>Herfolke</i> .
Ansionius.	Carullus.	Nicol. Euerhardus Iunior.	Dionysius <i>Halicarnassens.</i>
Iacobus Ayrer.	Ludouicus Charondas.	Andreas ab <i>Exea</i> .	Constantinus Harmonopol.
B.	Martinus Chemnitius.		Ioannes Harprechtus.
Franciscus Balduinus.	Claudius Chifletius.	F.	Hartmanus Hartmani ab Eppingen.
Baldus de Vbaldis.	Renatus Choppinus.	Antonius Faber.	Ericus Hedemanus.
Baldus de Bartholinis seu Baldus <i>Novellus</i> .	Cicero.	Petrus Faber.	Henricus Heideccius.
Egunarius Baro.	Georgius Ciglerus.	Timæus Faber.	Ioannes Heisdeldius.
Bartholomæus Barrientus.	Nicolaus Cijnerus.	Fabianus de Monte S. Germaniano.	Petrus Heigius.
Bartholus.	Iulius Clarus.	Andreas Fachinus.	Ioannes Hennequinus.
Pius Antonius Bartolinus.	Andreas Cludius.	Ludouicus Fachinus.	Antonius Heringius.
Ioannes Basius.	Christophorus Colerus.	Bartholomæus Faius.	Codex Hermogenianus.
Claudius de Battandier.	Martinus Colerus.	Prosper Farinacius.	Herodianus.
Christianus Becmanus.	Matthias Colerus.	Minutius Felix.	Herodotus.
Petrus de Bellâperticâ.	Auctor <i>Collationis</i> II. Mo- saicarum.	Ioannes Fernelius.	Baptista de Hieronymis.
Nicolaus Bellonus.	Philippus Comineus.	Iacobus Ferrerius.	Hippocrates.
Petrus Bemus.	Collegium <i>Conimbricense</i> .	Iulius Ferratus.	Homerus.
Hieronymus Benzo.	Franciscus Commanus.	Sextus Pompeius Festus.	Ioannes Vincent. <i>Hododens.</i>
Philippus Beroaldus.	Cæsar Contardus.	Ptolemæus Flaminus.	Ioachim Hopperus.
Ioachimus à <i>Benst</i> .	Antoninus Contius.	Guido Foianus.	Horatius.
Bartholomæus Blarerus.	Leonhardus Coppellius.	Ortolphus Fomamus.	Ægidius Hortensius.
Henricus Bocerus.	Ioannes Copus.	Stephanus Forcatulus.	Fridericus Hortlederus.
Liborius à <i>Bodenstein</i> .	Ioannes Corasius.	Gulielmus Fornerius.	Michaël Hospitalius.
Ioannes Bodinus.	Cornificius.	Radulphus Fornerius.	Franciscus Hotomanus.
Ioannes Boemus Aubanus.	Rainaldus Corsus.	Valentinus Forsterus.	I.
Boëtius.	Emanuel Costa.	Valët. Gulielmus Forsterus.	Iason Mainus.
Boioariorum leges.	Ioannes Baptista Costa.	Valentinus Francus.	Iosephus.
Ioannes Borchold.	Manentes Costa.	Marquardus Freberus.	Paulus Ionius.
Iacobus Bornitius.	Petrus Costalius.	Zacharias Fridenreich.	Hadrianus Iunius.
Ioannes Boterus.	Ernestus Cothmannus.	Petrus Friderus Mizdanus.	Franciscus Iuretus.
Thomas Bozus Eugubin.	Catellianus Cotta.	Nicodemus Frischlinus.	K.
Ioannes Brechans.	Didacus Conarruuias.	Fridericus Frisius Cæriol.	Bartholomæus Keckerman.
Barnabas Brissonius.	Aymo Cravetta.	G.	Hermanus Kirchmerus.
Ioannes Brodus.	Marcus Antonius Cucchus.	Andreas Gaill.	Matthæus Klak.
Philippus Broidaus.	Iacobus Cuiacius.	Antonius Massa Galefus.	Andreas Knich.
Euerhardus Bronchorst.	Iacobus Curtius.	Albericus Gentilis.	Ioannes Keppen.
Gulielmus Budens.	Quintus Curtius.	Scipio Gentilis.	Andreas Kokl.
Augerius Busbequius.	Paulus Cyprius.	Andreas Gerhardt.	L.
C.	D.	Huberrus Gifanus.	Carolus Labbanus.
Caspar Caballinus.	Yodocus Damhuderius.	Petrus Gilkenius.	Laëtantius.
	Lambertus Dancus.	Rudolphus Gjaelenius.	Conradus Lagus.

Alius

INDEX CAPITVM TOMI PRIMI. LIBER PRIMVS.

SYLLABVS AVCTORVM.		
firmatio Principis accedat. l. 3. §. Diuis. 5. de sepul. viol. Baro. ad l. 1. Quod cuiusque vniu. Bronch. 1. Enant. 6. 1. Vsq. 1. contr. illust. c. 47. n. 9. vbi tamen distinguit, an abdicatio coacta sit potestas in principem, an communicatiue. Priori casu cõfirmationem necessariam, posteriori non aequæ. Quod iudicari debere ex eo sentit, si attendatur, an populus sit in possess. vel q. condendi statuta inconsulto principi, an vero princeps in possess. vel q. ea approbandi. Vide Mysing. ad §. i. Inst. h. t. n. 7. & 8. Zaf. ad l. 3. n. 15. c. segg. de ll. d. Consenti Vult. in pr. 1. de l. N. Sic Duar. de l. 1. c. 5. Ius aut commune, aut proprium. Arist. 1. Rhetor. Commune vel cum bestis vel generis humani proprium, & cum aliis Gentibus commune, 1 Conuenit diuisio Mattheac. 1. de via iuris c. 11. n. 4. Ius aliud esse quod æquitatem tantum (naturale) aliud quod vtilitatem (ciuile) tanquam scopum spectat. 1 Lopez animad. c. 1. idem bipartito, sed diuersa ratione, ius videlicet omne esse naturale, vel positium. Positium autem vel esse commune, quod Gentium dicitur, vel proprium, quod ciuile. Communis tamen tripartita Vlp. & Imp. diuisio probatur, ex triplici hominis consideratione: vt animal est, vnde ius naturale: vt homo, vnde ius Gentium; vt ciuis, vnde ciuile. Pet. Greg. in meth. parua l. 2. c. 3. Coras. ad l. 1. §. 2. de l. 1. c. 1. num. 13. Sine naturali rerum natura, sine ciuili, ciuitas; sine Gentium iure generis humani societas stare nequit. Hor. in epitom. D. de l. 1. c. 1. num. 9. Non obstat, quod & ius gent. naturale dicitur; neque enim eodem modo vtrumque à natura est. Ius enim naturale natura per huius Gentium ex ratione dicitur, Lopez d. c. 1. seu illius causa est natura creans, id est, ipse Deus; huius a. natura creata, id est, ratio hominis. Rain. Corf. 1. indag. 10. e Sed Alber. Gentil. 1. de iure belli c. 1. respondet: non eam mentem esse Imp. & Vlp. nec nos ita capere debere. verbum omnes de omnibus gentibus, numero innumeris, regionibus distinctis, &c. Sed vt quod successiue placere omnibus visum est, id totius orbis decretum fuisse existimetur. f Imo & si quid ab omnibus populis receptum sit, iuris tamen ciu. esse potest. si ratione non naturali sed ciuili nitatur, vt vsus testamentorum & stipulatio. A. Fab. 1. iurispr. 2. pr. 4. illat. 1. Neque nisi quod est iuris ciu. apud alias gentes etiam receptum sit, ea res facit, vt iuris ciu. esse desinat. Vult. ad §. adeo 3. Inst. de Locat. nu. 6. A. Gent. 3. l. 1. c. 1. num. 1. c. 1. num. 8. g Conn. 1. c. 6. Iusticia alienum maxime bonum spectat, munus suum aliis impertit, ad hoc ratione, & oratione opus habet. Bestiæ autem quicquid faciunt, sua causa faciunt. Vnde cum illis nulla vitæ societas, per consequens, nec iuris communio. vide Alex. Turamin lib. sing. de LL. p. 1. c. 2. 1. Cuius in not. Inst. de l. N. Quæ bruta faciunt incitatione naturali, ea si homines ratione faciant, iure naturali facere dicuntur, & ita fere Gouern. 1. l. 1. c. 19. & P. Fab. 2. Semestr. 1. Ad quæ impulsu & vi naturali bestie rapiuntur: homines distante ratione, sed non quatenus homines, sed qua animalia. Adde P. Greg. lib. 1. de Repub. c. 1, n. 17. & Bronch. 1. Enant. 3. 1. Hor. in epit. P. de l. 1. c. 1. num. 11. ius naturale appellatum, quod sit in illa hominum feritate ante ius gentium descriptam, cum homines non multum à bellis differrent. Sed postquam ea naturæ vis ad honestatis regulam à iure gentium reuocata, ius naturale inter homines dici coepit, inter belluas vis nomen retinuit. ita Hotom. cuius sententia vix subsistere poterit. Sui enim temporis respectum habuit Imp. describendo ius naturale, non illius primæ ui, &c. Belle Courat. in c. peccati de R. in 6. p. 2. relect. §. 11. num. 4. Ius naturale materialiter quantum ad actus brutis commune esse: formaliter quo ad rationem iuris secus. Et ita etiam Anton. Fab. ad l. 1. §. 3. de iust. & iur. c. 1. Iurispr. 2. p. 1. Aliter Lopez animad. c. 2. n. 5. c. segg. putans, non opus esse ratione in brutis ad id, vt ius in eis sit naturale: quia ius omne, inquit proficiscitur ex ratione legislatoris (qui hic Deus est) non autem requirit rationem subiectorum illi iuri. Bilet n. ad hoc necessaria, vt iudicarent. Iam vero non licet ne de postiuo quidem & scripto iure iudicare illis, quibus ius fertur, c. in istis 4. dist. Sed parere necesse est. In homine autem quia facultas sensitua, cuius consideratione ius naturale ei commune est, rationi subiecta. alio modo quoad hominem ius naturale se habet, non quod non idem sit ius, sed quia hominem aliter regit. Ita Lopez acute. Cum quo fere conuenit P. Greg. in meth. parua lib. 2. c. 3. Adde (qui pariter ius naturale brutis tribuit) Alb. Gent. 3. l. 1. Loriot. de iuris arte tr. 10. (de iure & eius speciebus) ax. 3. o. Forcat. dial. 37. nu. 3. & olim Platonicos & Pythagoricos contendisse, nos cum bestis iure sociatos esse, scribit Turneb. in 1. Cic. de ll. f. 109. h Animalibus enim pro ratione impetus, homini pro impetu ratio est, inquit Senec. 2. de ira c. 16. & quia bruta iniuriæ incapacia, l. 1. §. 3. Si quadrupes paup. ideo & iuris. Sed ad hoc respondet Alb. Gent. 3. l. 1. iniuriam dupliciter dici, 1. quæ conuicta ius & absque animo non admittitur, quæ brutis tribui nequit. 2. generalis omne quod non iure fit l. 1. pr. de iniuriis, & sic brutis tribui potest, e.g. caculus non fouens pullos suos, peccat

peccat contra ius naturæ, Aliter resp Loriot. d. tr. 10. ax. 3. 1. vim iniuriarum non esse iuris naturalis, sed gentium i Baro. ad l. 1. de iust. & iur. Coras. ad l. 1. §. 3. de iust. & iur. 1. populi riter & crasse. Mysing. pr. Inst. h. t. num. 4. 1. improprie Zaf. ad l. 1. §. 2. de iust. & iur. num. 2. 4. 1. minus proprie, & generalius pro iustis & instinctu naturæ, Charon. 1. vni ius, 1. Quod refellit Lopez d. c. 2. animad. k Eo modo quo etiam brutis virtus tribuitur. Coras. d. loc. Cic. 2. de Fin. In bestis sunt humanarum quædam simulacra virtutum; & in Lælio: Id bestie faciunt cum desiderio, & cum quadam similitudine amoris humani. Aliter Duar. h. tit. c. 5. Censetur, inquit, id est ob pertiam in pretio & admiratione sunt. Quomodo etiam Budaus ad l. 1. §. 3. de iust. & iur. resp. Mysing. pr. Inst. h. t. num. 17. c. sic Zaf. ad l. 2. §. post deinde 17. de orig. iur. num. 10. Hor. pr. Inst. h. t. verbo censetur. Quos refellit M. Ant. Maiorag. in epist. ad Roncogall. quam refert Gentil. 3. l. 1. c. 1. Nec enim est, inquit, quod miremur ea, quæ natura pariter ab omnibus animantibus indultis, ideo ipse pronumerari & adscribi sumit. Iuuenal.

Quid prodest, Pontico, longo Ordine censi. Et sequæ metaphoram à Romanorum consuetudine, qua quinto quoque anno ciues censabantur. Et ita fere etiam Mysing. d. num. 17. qui censi exponit, id est, recepti, seu in eum censum adscribi. 1. Vide Vult. ad §. 4. Inst. quib. mod. rest. ius. num. 1. Hor. in §. fin. Inst. de iust. & iur. vbi inquit, per uulgata illa Iuriscoñsultorum ratio, vt quam arctissime diuisionis confingerent. Dissent. Alexand. Tauramin. lib. sing. de LL. p. 1. cap. 2. num. 7. c. p. 2. cap. 2. num. 1. Vlp. Diuisionem sustineri non posse censens.

CAPVT VII.

Species iuris naturalis.

ARIS probatio sumenda, dispiciendum, quod in ciuili minus, in gentium iure magis dubium est. EST igitur RATIO NATVRALIS VIS ET TANQVAM LEX DEI scripta in cordibus nostris ad Roman. 2. vers. 15. Ergo tacitis omnium testimoniis confirmatur, vt si quid contra admissum, & aliorum omnium iudicio damnetur, & auctorum conscientia, tamen si eam plurima pars supprimant vel dissimulent. a Vere autem id est, quod consentit cum lege Dei scripta, quæ eadem sine lege natura in cordibus nostris scripta d. vers. 15. Capita eius summa: Dei cultus, honor parentum, quod tibi non vis fieri, &c. & tria iuris præcepta. Est b autem IUS NATVRALIS DVPLEX. b I. NATVRALIS IN SPECIE, e quod quodammodo commune est brutis. Huius sunt d coniunctio maris & femine, pro creatio & educatio prolis e. l. 1. §. 3. de iust. & iur. amor libertatis l. 4. d. tit. l. 3. §. fin. l. 5. pr. de acqu. dom. & docet experientia: sui defensio, quom omnia iura permittunt. l. 45. §. 4. ad l. Aquil. 1. Cic. i. offic. Principio, inquit, generi animantium omni est à natura tributum, vt se, vitæ, corpusque tueatur, &c. f Obstat l. 3. de iust. & iur. vbi propulatio iniuriæ iuri gentium tribuitur. 3. l. p. la verba d. l. 3. indicant; naturalem esse, illic cognationem natura constituit: Nec discernenda est propulatio à tuitione, e quia ibidem dicitur tutela corporis, quæ certe bestis communis est. Exempla igitur d. tit. subiecta non omnia ad ius Gentium, sed ad vtrumque referenda. Ad illud (ius gent.) exemplum l. 2. 4. & 5. Ad ius naturale autem exemplum l. 3. h At sic iusta coherencia legum non erit; 3. Id compositorum est vi iurium i. 2. IVS GENT. proprium, ITERVM DVPLEX: Quæ diuisio licet in iure non tradita reperitur, tamen & ob conditionem rei, quæ primæ ui maior dignitas, & ob docendi commoditatem apprime conueniens. I. k INGENTVM, vulgo primatum k quod cum hominum i genere natura prodidit, cum nec dominia distincta 1 & ob hominum exilem numerum, rerumque affluentiam quilibet sine cuiusquam offensione occupare licuit. Huius sunt, Religio in Deum, Pietas in patriam, Obsequium in parentes, l. 2. de iust. & iur. Charitas

in proximum. II. EXCOGITATVM, m vulgo secundarium, vbi exigente & humanis necessitatibus a expressum. Cum enim hominum genus numero aucto, communiōe habente conseruari non posse, ne vel terra inculta maneret, argumentum l. 2. §. 1. c. quando & quib. quar. par. vel aliorum industria partos fructus alij desides consumerent; hinc dominia rerum distincta; suum cuique tributum. Inde commercia & rerum commutationes: hinc homines in vnum coierunt collatis ædificiis, ciuitatibus extructis, o quo minus essent o iniuriæ expositi. Cumque vnus imperium plurium dominatu præstaret: in multorum namque imperio, propter naturalem ad diffentiendum procliuatatem, animi in varias sententias distrahantur, & antequam quid certi, quod ex vsu reipubl. statuarur, bene gerendi opportunitas elabatur p regna condita, bella secura q & ius belli, inde captiuitates, seruitutes, r manumissiones.

NOTATA.

a Cic. in fragment. 3. de Repub. Vnus erit communisq; magister & imp. ornatum Deos: Ille legis huius inuentor, discipulator, lator. Cui qui non parebit, ipse se fugiet ac naturam hominum spernabitur, atque hoc ipso luct maxi. p. omnia; etiam si cætera supplicia quæ putantur, effugerit. 1. Iuris enim naturalis quid sit non ex vsu immanitat: effratarum gentium, sed vsu eorum, qui non omnem humanitatem exuerunt æstimandum est. Vult. ad pr. Inst. h. t. num. 2. Coras. ad l. 9. de iust. & iur. Formos. ad l. 1. 4. de V. S. Ant. Guib. 1. q. 6. n. 9. P. Fab. 2. Semestr. 1. p. 7. c. 2. p. 23. Recte Ant August. 4. emend. 4. Peruerse aliquorum mentes nihil pequebant diuinam omnium consensionem, laudante Alberic. Gent. 5. de nupt. 7. pag. 520. Quom vido c. 8. pag. 528. c. 1. de iure belli c. 1. b Ruard. 1. vni ius. 1. Duplex, inquit, ius naturale, quod natura docuit directe naturale, & quod ratio, indirecte ac per cõsequ. In quo autem differant ius naturale & gent. vide Ant. Fab. 1. iurispr. 2. pr. 4. Aliter Forcat. dial. 37. qui triplex facit ius naturale, 1. cum Deo commune. 2. cum brutis. 3. cum hominibus. Zaf. ad l. 1. §. 2. c. segg. de iust. & iur. n. 25. c. multis segg. qui quadruplicem qualitatem iuris naturalis refert. Diss. Ioh. Appell. in dial. de stud. iur. inst. qui inter ius naturæ ac gentium nullum omnino esse discrimen sentit, Vlp. & Imp. reprehendens, e exempla illorum (coniunctionem, procreationem, &c.) tam quadrare, quam si algere, sitire, dormire &c. iuris naturæ quis dixerit, scribit. Verum illis facile est occurrere ex iis, quæ tradunt Baro ad l. 1. de l. 1. c. 1. & Ant. Fab. 1. iurispr. 2. pr. 1. vbi dicit, ius omne æstimandum ex ratione. Edere igitur, dormire, &c. quæ homines æque quidem ac bruta faciunt, ex naturæ tamen necessitate potius, quam aliqua ratione, non sunt iuris naturalis, & Ruar. 1. vni ius. 1. cuius hæc sententia est: Non quidquid iubet natura iustus & instinctus naturæ ius naturale, sed quæ præter instinctum naturæ simplicem vim quandam aequi bonique amplectuntur, vt liberos educare, vim repellere. Quæ quia iustitiæ æquitatiq; effigiem seu quandam ideam præ se ferunt, iuris nomine comprehenduntur. 1. Et Ang. Mattheac. 1. de via iur. 12. Non quidquid commune est animalibus, id hominibus est ius naturale, &c. Sed conuerso ordine, quæ iure & ratione faciunt homines, si eadem faciunt belluæ, illa sunt iuris naturalis. Nec cuiquam, puto, facile probabitur opinio Claudii Dauidis in veltat. leg. ad pr. Inst. de iur. N. fraudem, in vulpe, scuitiam in leone, sagacitatem in cane, &c. non secus quam in homine rationis vsu iuri naturali ablut. de adscribens. Neque paradox, Vacon. qui 1. declar. 1. n. 9. etiam ius naturale arborum & herbarum agnoscit & omnes omnino inclinationes nature naturali iuri tribuit: & triplex ius naturale facit. 1. omnium viuentium. 2. animalium. 3. hominum. Eripiam viuere iuri naturali adscribit, declar. 2. n. 2. e Quod quilibet naturæ instinctu & sine vllo rationis discursu protinus vbi de eo audit, agnoscit. Ius Gent. autem per ratiocinationem introducitur & à natura est mediate. vide Vult. in pr. Inst. de iur. N. n. 4. Hor. ibidem. d Refert huc P. Greg. Meth. parua lib. 2. c. 3. & beneficiorum remunerationem. quia & feras benefactorum memores esse multis exemplis ex omni historia constat. e Et amor prolis omnibus animalibus institus, de quo vide Plut. in lib. de amor. prolis & quo congesit Tiraquel in pref. ad l. 8. C. de reuoc. don. nu. 13. c. segg. Add. Ant. de Gues. in horil. princ. lib. 2. c. 23. f Ita & Hor. in §. ius autem 4. Inst. h. t. P. Greg. in Meth. parua lib. 2. cap. 3. Rain. Corf. 3.

Cor. 3. in dag. 2. qui tamen ad d. l. 3. non respondent. Et facit c. ius. naturale 7. dist. 1. g. ita Pacius r. q. r. dist. inter propullationem...

CAPVT VII.

Iuris Romani auctoritas.

EX superioribus liquet a & ius Rom. iuris appell. mereri, cum 4. causae, quas definitio c. 5. tradita continer, et conueniant. Forma constitutio populi...

potestatem Senatus retinuit & post constitutiones, quibus sibi solis Imperatores leges condendi ius reseruauerunt (¶ per l. v. c. de Senatusconsultis. 4. P. RINCIPVM PLACITA, vid. cap. sequ. 5. MAGISTRATVM i. e. Prætorum & Aedilium h. EDICTA, g. ius honorarium, §. 7. hoc tit. l. 5. in princ. de V. O. quod...

NOTATA.

a Deficere hic aliquid de methodo videtur. Exponendae enim fuerunt prius communes affectiones cuiuslibet iuris...

vnus sententia aliorum duabus, tribus, quatuor æquiualebat. Quod prius se explicasse dicit Cl. Dau. in §. SCrum 5. Inst. h. r. n. 1. & sequ. Vota darent, alii in eorum sententiam pedibus irent...

Rehar. int. le hered. qui h. ind. def. ap. m. princ. i. 2. Releg. l. 3. la intend. exc. i. 1. t. l. 1. v. f. fol. 136.

CAPVT IX.

Constitutiones Principum.

STATV Reipu. mutato ceteræ species exoleuerunt: remanentur principum constitutiones & consuetudines. CONSTITVTIONES VEL GENERALES, quarum tres species refert Theoph. in §. 6. inst. h. r. I. EDICTVM, quo princeps alicui pro...

& epistola dicitur l. r. §. r. de const. princ. §. 6. Inst. de I. N. responsum Principis vel libellis supplicantium e vel magistratum aut iudicum, relationibus, vel consuetibus de iure datum, quibus c. refertur & hinc inde in P. citantur. Omnium par auctoritas: Edicti l. 3. C. de ill. Decreti l. ult. C. eod. quod licet sit de certa causa, tamen...

NOTATA.

Inconsultus citra certam personam, controuersia ac circumstantia determinationem. Vlt. 1. Iurispr. 2. quando non ad certam controuersiam respondetur, sed generalis de re quam...

CAPVT X.

Consuetudo.

IVS non scriptum a est CONSVETVDI, vsus a populi diuturnus pro lege custodiendus b l. 32. & c. seq. de ill. que vt probetur requiritur, I. CVRSVS TEMPORIS. Connati immemorabile requirit, quod inueterata dicatur, d. l. 32. antiquitas probata l. vlt. C. Que sit long. cons. vsus longæus, l. 2. C. d. r. Verborum vsus non inueter, sed alibi explicatur, Eadem enim dicitur diuturna, §. 9. inst. de I. N. l. 33. de ill. longa d. l. 35. de ill. Rub. & l. i. C. Que sit long. cons. Longum autem tempus, vsu iuris decennium e l. 1. in pr. & f. n. de vsu. transp. Rub. & l. pen. de pres. long. temp. & diuturnum non minus decennium, l. 16. §. Qui & a quibus man f II. VSVS CREBRO ITERATVS, actuum frequentia,

g quentia, g quæ quia sola populi vsum, ita & sola citra confirmationem iudicis consuetudinem probat. Obi. Imo contradictorio iudicio firmata esse debet, l. 34. de ll. 2. Consilium ibi est, non iustus, vtilis est illa exploratio, vt releuet onere probandi, & vt certior sit probationis fides. h DE AVCTORITATE ac vi consuetudinis dissentio videtur inter §. 10. Inst. de I. N. ibi tacito consensu, l. 32. in fin. de ll. vbi consuetudine leges abrogari dicitur, & l. 2. C. Quæ sit lon. cons. 2. Distinctio sane inter desuetudinem & consuetudinem contrariam rem non expedit. Desuetudo n. nisi sit contrarii iuris usurpatio efficax ad legem abolendam non est. Ad id n. improbatione populi opus, quæ non declaratur, nisi vel expresse, vel facto contrario, hic & c. 12. k Distinguendum igitur inter legem & consuetudinem in genere sumptam & in specie. In suo genere non vincit, id est, non maiorem vim habet lege. l. Lex enim in suo genere eandem prioris consuetudinis abrogandæ potestatem habet. Hoc igitur innuitur, consuetudinem municipalem legem populi Rom. tollere non posse, quia nec lex cuiusdem generis scripta, id est, itidem municipalis, id efficeret. Sic consuetudo ciuitatis legem principis cui subdita est, non abolet, nisi confirmetur à Principe.

Donell. Solloredo in d. S. 2. c. 9. §. 1. C.

NOTATA.

a Non quod scribi non possit, sed quod non accessit sit, vt loquitur l. 36. de ll. Vile & imo est in scripturam redigi consuetudinarium ius, vt & litibus innumeris & sumptibus, quos ad probationem fieri oporteret, via præclaturæ. A. Fab. ad d. l. 36. vbi testatur, Gallie consuetudines provinciales non modo scriptas, sed & variis comment. illustratas haberi. Sic & testamentum nuncupat: & si forte scriberetur, tamen recte dicitur factum sine scriptis. Muret. ad l. 2. §. 5. de orig. iur. b Duar. de ll. c. 11. definit: Ius non scriptum, quod in morem vetustatis vulgi approbatione perduxit. Dissert. à moribus, quod mores sint actus consuetudinem præcedentes & eam inducentes. Mattheac. l. de via iuris c. 33. nu. 2. Sic tamen accipitur quando consuetudo facti dicitur c. 1. de consuet. in 6. & quando vulgo probari debere consuetudo. id est actus ex quibus inducitur. Turamin. lib. sing. de LL. p. 3. c. 6. nu. 8. Quid autem obseruantia à consuetudine differat vide Treult. vol. 1. disp. 1. th. 9. c. 1. com. 10. n. 6. & Hot. ad §. sine scripto Inst. h. r. Et in Epi. ad tit. de ll. n. 4. per l. pen. de I. & Iur. l. 1. §. 1. de off. eius l. 5. de iurif. l. 9. de parricid. Vbi que enim in his locis dicitur more maiorum. Plut. de lib. educ. in 2. Das tri. xv. xv. xv. Tantum igitur tempus, inquit Hot. requiritur, quantum superfluum hominum nec aras, nec memoria comprehendit per l. 1. §. ult. in 2. l. 2. §. 7. de acq. pl. arc. & ita etiam Cl. Dant. in d. §. 9. Inst. de I. N. m. 5. non improbat omnino Duar. de ll. c. 11. d. Longa autem dicitur non discretione brevis, ita & à vlla vim habet, quæ non sit longa, sed adiectione perpetua. Cuiac. 20. obs. 1. c. Ita & Vult. in §. sine scripto, n. 9. Inst. de I. N. Lorient. de iuris art. tr. 10. (de iure & eius speciebus.) ax. 69. Arum. exercitat. Inst. in 1. th. 19. & ita vulgo Dd. referente Gail. 2. obs. 31. n. 3. Vvesenb. in pa. de ll. n. 9 vbi & dispositionem iuris Saxoni. quod triginta & vnus annorum spatium requirit. Landr. lib. 1. art. 19. Reinb. par. 6. diff. 2. iuris Ciu. rationi conuenire putat, quod ad præscriptionem iurium tricennale tempus exigit. Sed Anton Fab. l. Iurispr. 2. pr. 11. errare pragmaticos, qui consuetudinem cum præscriptione iurium confundunt. Præscriptio enim nullum ius acquirit nisi præscripti, & in eos duntaxat contra quos præscriptum: & in tantum in quantum possidet præscribens vel quasi. Consuetudo vero acquirit ius in vniuersum omnibus & contra omnes in suo casu. f Sed tamen verbo *Diu* non semper significat decennium, probant mihi text. l. 56. D. locati vbi. significat biennium, & in l. 3. §. 2. de remilitari, vbi significari quinquennium docet, collatus l. 13. §. ult. cod. tit. Et longum ac durum quandoque quadraginta annos significare, probat Cuiac. 18. obs. 28. per l. 57. §. 1. de ritu nupt. l. 2. C. de presc. 30. an. qui & 20. obs. 1. Iudicis arbitrio hoc definiendum relinquit, qui pro negotii qualitate modo breuius, modo longius tempus statuat. Cornaf. ad l. 31. de ll. n. 8. Et Duar. de ll. c. 11. per l. 1. de iur. delib. & Mattheac. l. de via iur. 33. nu. 7. Et A. Fab. ad l. 38. de ll. quantuncumque tempus sufficere dicit, modo ad sit pluralitas actuum & vniuersitas. g Quod ipsum & arbitrio iu-

dicis relinquendū dicunt Com. 5. com. 10. Du. de ll. c. 11. Erone. l. 1. aff. 8. nec duo actus sufficere. Dicitur n. frequenter l. 1. Cod. quæ sit longa consuet. Frequenter autem fit non quod bis, sed quod crebro & assidue l. 1. §. alius 2. de ini. Licet communis opinio sit, duos actus iudiciales sufficere, modo notorii sint, Gail. 2. obs. 31. n. 6. vide Menoch. 2. de arbit. c. 81. Vult. in §. sine scripto Inst. de I. N. n. 8. Zaf. in l. 32. de ll. Cornaf. ibidem h Non n. inducit rerum iudicatarum auctoritas consuetudinem, sed inductam probat. Anton. Fab. ad l. 35. de ll. facit l. 38. de ll. vbi consuetudo à rerum iudicatarum auctoritate per vocul. aut separatur vide Cuiac. 10. obs. 1. Vera n. consuetudinis causa est populi consensus tacitus, qui non minus declarari potest per extraiudiciales actus. Cornaf. ad l. 38. de ll. n. 2. Quid n. si tantopere certum ius sit, vt de eo nunquam dubitatum fuerit, quidni maioris auctoritatis sit, quam si in contradictorio iudicio obtentat Anton. Fab. l. Iurispr. 2. pr. 11. illar. 1. Et secundum hanc opin. Cameram iudicasse, Gail. 2. obs. 31. n. 8. testatur. i Quæ est Conu. 1. com. 10. n. 9. Defectum esse ait, quod desit esse in vfu, & eo modo lex non abrogari, sed antiquari dicitur. Non n. hic factis opus est, sed sufficit legem non seruari impune, e. g. Lex est, vt omnes nomina sua quorannis deferant ad magistratū: id si omittatur, lex obsolescit. Non n. factio ciuium, sed legislatoris patientia, non cogentis ad legum obseruantiam, lex concidit, & suo silentio perit. Quare si post renouetur, non potest dici lata contra consuetudinem, sed ius antiquum in vsum reuocatum, ita Coma. A quo parum abest Reu. de aut. prud. c. 16. Cum quo & fere in effectu conuenit posterior solutio Gaddi in l. 102. in fin. de V. S. consuetud. videlicet directo abrogare legem non valere: posse autem per inobseruantiam ei derogare, & sic per obliquum abrogare, dum vim & effectum eius impedit k Et consuetudo imo contraria maiorem vim habet, quam simplex desuetudo, imo & desuetudinem in se continet. Pac. 1. q. 18. Turamin. ad l. 32. de ll. n. 23. Toller igitur saltem legem, qua illam continet, vel si consuetudo continens non abrogari legem (quod tamen falsum puro) desuetudine tamen contenta lex tolleretur, & ita contrariæ sententiæ affectus suis se armis ferunt, & inconueniens videtur desuetudini maiorem efficaciam tribuere, quam consuetudini. Cum n. populi consensu aperto lex condatur, eodem tollitur. Dissensus autem apertus in contraria consuetudine, quando factis lex antea lata improbat, tacitus in desuetudine. Tacitum plus operari apertum inconueniens. Imo sola desuetudo contraria non est legi, eam igitur non tollit. per l. 18. de ll. Sed vt contraria sit necesse est, vt & desuetudinem contineat, & simul voluntatem populi; alio iure ventis indicet, l. Greg Lopez. animad. c. 5. num. 8. consuetudo inquit non vincit legem, l. 1. c. Quæ sit long. cons. nec lex vincit consuetudinem 2. feud. 2. vnde aperte apparet imaginari inter eas conuenientia: non lex habet plus roboris consuetudine, nec consuetudo lege, quia & consuetudo tacita lex est quæ legem imitatur in omnibus, & in abroganda & in interpretanda lege priori. Ita Lopez & recte. Dicitur n. nihil interesse l. 32. §. 1. de ll. non minus seruari consuetudo quam lex l. 35. cod. Aequalem igitur legi vim habet & legis ac consuetudinis pares sunt causæ atque effectus vtriusque æquales, siue imperando, siue prohibendo, eadem virtus & natura. Quare quæ à lege præstantur, & à consuetudine effici necesse est. Vti igitur lex anterior posteriore lege aboletur, ita & à consuetudine: non quia consuetudo fortior sit lege, sed quia posterior. Nam & lex posterior priorem consuetudinem æque tolleret & tamen non maiorem vim consuetudine, sed æqualem habet. Tollit igitur & lex consuetudinem & consuetudo legem. non quia consuetudo vel lex est, sed quia ius posterior, Diss. variis varie adeo, vt Lopez initio d. c. 5. dicat, hac in re tam inconstantes, tamque in aperta luce cæcutire Dd. vt referendi improbus, improbandi incassus labor futurus sit. Vide diuersimode sentientes Muret. ad l. 32. de ll. Duar. de ll. c. 12. & 2. disp. 32. Forcat. dial. 1. n. 26. Hotom. in epitom. D. de ll. n. 10. Olden. in præf. de ord. iur. class. act. præf. xa. Mattheac. l. de via iur. 33. n. 31. Vult. in §. sine scripto, & c. n. 12. Rittersb. par. feud. lib. 1. c. 19. q. 9. & c.

CAPVT XI.

Libri iuris nostri.

I Vs autem omne Rom. quod Iustin. nobis reliquum esse. & cui soli auctoritatem iuridicam tribui constat. tanta §. 19. voluit, quatuor volum. inclusum * I Co. 2

DEX, CON-

b constitutiones Impm. continens b II. PANDECTAE sic dictæ, quod omnis veteris iuris dispositionem haberent e & Digesta, quod opus in ordinem de veterum fragmentis redactum & digestum. III INSTITUTIONES, elementa & cunabula iuris IV. NOVELLÆ, quæ correctoræ, pro ratione temporis quo latæ, sine ordine collocatæ. a Ad Codicem referenda & AVTHENTICÆ Inerit, legibus, quibus derogant, subiectæ & constitutiones quædam Friderici insertæ Codici. His absolute inest iuris auctoritas, illis quatenus cum Nouellis conueniunt e. Libri Feudorum ex vfu & approbatione, non ab auctoribus vim habent. De quibus nostrum non est institutum.

NOTATA.

a Quo tempore libri hi editi, tradit Vult. ad proem. Inst. & in proleg. de stud. iur. & exactius Cont. 1. subsec. lect. 7. b Cur ita vocatus notari ex Cuiac in præf. parat. C. Goth. ad cons. de novo Cod. facienda c. Duar. in scau. num. 5. Merito Pandectæ hi libri appellantur, quod præter iuris scientiam innumerabilium rerum cognitionem ex ijs haurire licet. Et ad inscrip. Pind. cap. 2. hoc Syntagma omnis æquitatis, iustitiæ, doctri. næ, eruditionis, receptaculum, ac veluti quidam thesaurus. Adde P. Fab. 2. Semestr. 1. Vult. tamen in proleg. de stu. iur. pag. 26. nomen hoc amplum magis esse, quam verum. d M. Au. Delr. lib. 2. de princ. iur. pag. 52. Nouellæ, inquit, non rerum, sed temporum ordine digestæ. De versione Lat. Nouellarum vid. Cuiac. 8. obs. 40. qui eam summe commendat, & quo dissent. A. Gent. 2. lect. 11. e Recurrendum semper ad ipsos Nouell. fontes, vnde has particulas excerpti Ineritium & non infrequētissime cas reiciunt nostrates, quod locus primus seu exemplar aliter se habeat, verba sunt A. Gent. 3. lect. 11. Adid Niell. disp. feud. 2. th. 5. lin. C.

CAPVT XII.

Mutatio iuris.

Q VÆ in his libris continentur vim iuridicam ob- tinent, sed si non mutata, l. 32. de ll. VBI TRIA CONSIDERANDA. I. IUS MUTATIONEM RECIPIENS CIVILE, NON NATURALE, §. pen. Inst. de Iur. Na. §. ult. de leg. agn. tut. l. 8. de cap. nym. In illo n. vtilitas in hoc æquum & bonum spectatur a l. pen. de Iur. & I. Vtilitas igitur vtilitate certiore vincitur, quia non omnia omni tempore, loco, conditione vtilia. Itaratio civilis ciuilem vincit b, naturalem non item d. §. vlt. c ETIAM SECUNDARIUM siue postea natum e, quod euincunt i. verba d. §. pen. naturalia quæ apud omnes gentes obseruantur. 2. oppositio iuris naturalis & ciuilis in d. §. pen. qua ostendit Imp. omne ius, quod non est ciuile, se habere pro immutabili. Obstat quod effici possit ne captiui serui fiant, & ita seruitus quæ est iuris gent. secundarii tolli potest. 2. Adiunctum est eodem iure beneficium manumissionis. l. 4. de Inst. & Iur. Vti igitur manumittens nihil contra ius gent. facit, ita nec qui ab initio captiuum seruum esse noluit. Obi. Ius cognationis naturale est d. §. vlt. perimitur tamen seruitute & deportatione, §. pen. Inst. de capit. demin. 2. Neutra perimitur; nam & seruilis cognatio impedimento est iustitiam §. 10. Inst. de nup. l. 1. §. 2. de rit. nup. Disting. autem inter cognationem, quæ naturalis, & iura prouenientia tutelarum, quæ ciuilia, Accurs. ibid. de quibus in d. §. pen. agi docet subiecta materia. Quæ iur. enim an ius tutela legitime caput demin. dirimatur? 2. igitur questionem conuenit. Nam quod ipsum ius cognationis dicitur naturale, in d. §. vlt. fit non propter se, sed propter attributum, quod in re naturali consistat, & ab ea causam habet. In l. 8. de Reg. Iur. iura sanguinis ea accipiuntur, quæ natura (non quæ ius ciu.) constituit: inter eos quos sanguis etiam nolentes coniunxit d. l. 14. §. 2. vt sunt amor parentum, obsequ. liberorum, necessitudo inter cognatos, quæ. & in na-

turali cognatione immutabilia, l. r. de in ius voc. Obli. Libertas iuris naturalis est, & tamen iure gent. & ciu. tollitur, infra 2. com. 9. 2. Ius naturale aboleri in totum nequit: TEMPERARI TAMEN ET EX PARTE MUTARI d non tamen nisi ex iusta causa, POTEST, & hoc est quod dicitur in l. 6. de Inst. & Iur. ius ciuile non per omnia naturalia seruire e. Quare nec libertas vniuersis adimi potest, nec paucis sine causa iusta, quales sunt captiuitas, delictum, &c. neque hoc iniquum f. Seruitus verbis quidem contra naturam, id est, primum manutatis ortum & statum eum, quo primum homo à Deo conditus est §. (hic & supra cap. 7. & infra lib. 2. §. 6. 9.) non tamen sententia, quia naturalis ratio intro- duxit. Cum enim victor ius necis habuerit, merito seruando partem veteris potestatis retinet h. Sic iu- sta est seruitus contra eum, qui se vendendo indignum ostendit libertatis beneficio, quod ita deest imauit. II. MUTANDI POTESTAS eidem cui condendi, l. 1. l. vlt. l. pen. G. de ll. nam & nouum ius constituitur, & veteris abrogatur. III. MODVS. Finiturur ll. non tempore [vri actiones & seruitutes] l. 2. C. de diu. rescript. Eo enim imo firmantur, sed VOLUNTATE CONTRARIA sancientis declarata, vt est in §. pen. Inst. de Iur. N. vel tacito consensu supra cap. 10. vel alia leg. lata, siue nomi- natim prior abrogetur, siue non i, modo sit contro- ria, l. 28. de ll. Quia enim in contrariis voluntatibus plus vna valere nequit, nouissima valet. l. 12. C. de pact. l. 12. §. fin. de leg. 1. Huiusmodi sunt decisiones Cod. e- mendato insertæ k item Nouellæ. Prior autem lex specialis posteriore generali non tollitur, sed ab ea ex- emptæ censetur, vide cap. segg. Si aperte non sit contra- ria, priores leges moderari & interpretari potius, quam corrigere censenda est, vt omnes in ll. Pand. apparen- tes antinomie Const. tanta §. contrarium 15. I CAUSA CORRECTIONIS EVIDENS VTLITAS l. 2. de Const. Procliuas enim ad correctionem recepti iuris vel so- lenniam taxatur. l. pen. in pr. de in integr. restit. m

NOTATA.

a Vtilitas scopus est iuris ciui. vti & iuris naturalis, Mat- theac. l. de via iur. c. 1. n. 5. b De causa diuersitatis legum vid. Conn. 1. com. nu. 5. Cornaf. ad l. 1. de Inst. & Iur. nu. 7. & 8. Man- nat. init. lib. de ll. Rom. P. Greg. 10. de repub. 5. vbi nu. 17. Esset Lex tyrannus, inquit si mutatis causis constitutionis, & ratio- nib. introductionis cessantibus, illa eadem imperaret. f Scitè Vult. ad pr. Inst. de I. & I. nu. 7. Ins apud omnes e tempore omni idem, adiuncta interdum diuersa. Eo enim ipso quod non nunquam est aliud, idem est. Nam proportio temporum; personarum, locorum facit vt aliud non sit, cum non omni tempore, loco, personæ conueniat idem sensu, quod tamen ratione idem est. f In eadem serè sententiam Mattheac. l. de via iur. c. 11. n. 34. Legis ratio, quæ illius anima est, perpetua est, & principia iuris immutabilia, sed conclusiones variatis rebus variatur, &c. quem ibid. vid. & c. 2. §. num. 11 c Consentit Vult. ad §. vlt. Inst. de iur. nat. n. 4. & segg. Turamin. lib. sing. de LL. p. 2. c. 1. nu. 1 Diff. Pan. 1. q. 2. per verba §. pen. Inst. de l. N. Diuina prouidentia constituta d Consentit Lorient. de iur. art. tr. 10. ax. 35. Bronch. 1. aff. 4. Diss. Mattheac. l. de via iur. c. 23. n. 15. quia rotius ac partium, quæ sunt homogeneæ eadem ratio & analogia. Verius est, inquit, effectus quodam nonnunquam impediri. f Et Vult. in §. vlt. Inst. de I. N. nu. 6. quem vide & Cl. David. ad §. vlt. Inst. de iur. N. Nam, inquit, argumentum de toto ad partem valet: & detentum ac progressu postea sic tolli totum: & emanescet sic differentia, d. §. vlt. Inst. de Iur. N. G. & c. Quia certum est neque ius ciu. in vniuersum tolli posse. Quo facit quod Cic. in fragm. 3. de Rep. hinc legi nec obrogari fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Aliter Conn. 1. com. 6. num. 4. qui bipartitam dicit iuris naturæ rationem: 1. Iustorum & iniustorum lex sibi perpetuo constans, nec vilo tempore loco ve mutabilis. 2. moderatrix vtilitatum vitæ sustinenda: respiciens dominia, bella, commercia, &c. & in hoc legum aliqua est potestas, ita vt huius vtilis impediri, & ex parte variari possit. Sic dominia rerum Plato ex sua, quam flagit. repub. sustulit; sic seruitutes orbis Christianus. Nec propterea hoc posterius ius naturale non est, nam & dextræ robar

lex quid in præteritum indulget, in futurum vetat, l. 22. de ll. Obi. Athoc contra naturam legis l. 7. C. de ll. R. Hic sensus est, quando quid in certum tempus conceditur, eo elapso denegatur: vt restitutionem in integrum dat lex intra quadriennium; quadriennio elapso, intelligitur lex indulgisse in præteritum, ita vt postea restituro denegetur. Omnis igitur lex in futurum indulget ratione temporis quo condita, quædam tamen in præteritum, ratione temporis sequentis, vt hic quadriennij. **II. EX CONSEQUENTIBVS.** Consequenti enim prohibito omne id, quo posito illud sequitur & per quod ad id peruenitur, prohibitum. Illud lex aperte fieri vetuit, hoc noluit. Et hoc est quod dicitur in l. 29. & seq. de ll. tam improbari quod fit in fraudem legis, quam quod contra legem; vbi sententiæ legis, saluis verbis illud, qui simulans se parere legi, & co præterire defendens, tamen maxime contra legis nuntium voluntatem, l. 5. pr. C. de ll. Hinc cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti c. 74. de reg. iur. in 6. Nihil enim refert an recta, an obliqua via eo peruenias. *Exempla in l. 7. §. 1. qui & a quib. mand. l. 5. in prin. de don. iur. vir. l. 3. §. 3. in fin. l. 7. §. 3. ad Senatusconsultum Maced. FIT AVTEM PRODVCTIO AVTORITATE AVT PVBLICA, vbi ratio obscura, an qui similes apparent casus, verè sint, eaque Prætoris exemplum illustre in act. in fa. ad exempl. l. Aquil. introductis, idque edicto l. 11. de præf. verb. vel principis. Exemplum l. vlt. C. ad l. Falci. AVT PRIVATA, cuius vis, vbi ratio nota, d. l. 32. ad l. Aquil. d. l. 16. de spons. SED HÆC DE IVRE COMMVNI. IVS VERO SINGVLARE, ita dictum, quod singulari rationi in certis personis & causis innititur, quod contra tenorem rationis introductum, id est a perpetuitate & constantia (id enim tenor significat, l. 5. C. quod met. caus. Cicer. in Orat.) deflectens, nec tamen propterea iniunctum, æqua ob utilitatem publicam iusta de causa constitutum l. 17. de ll. NON EST PRODVCDVM AD CONSEQUENTIAS, l. quod contra l. 14. l. 15. de ll. vbi per reg. iur. non significatur ipsum ius commune, sed regula de interpretatione legum & portectione ad casus similes. 1. Ob constitutis voluntatem, 2. quia sunt exceptiones à iure communi, regulam in casibus non exceptis confirmantes, l. 12. §. 43. de instr. leg. facit l. 32. in fin. C. de appell. Exempla, restitutiones minorum, Senatusconsultum Veill. quæ non dantur rusticis & senibus ob eandem rationem, licet forte quidè rustici imperitiores & magis lubrici consilij sint, quam minores vel fœminæ. Notiora exempla in act. rer. amotarum, testamento militis, & quæ ex privilegio certis personis tribuuntur. Eadem causa est constitutorum personalium, l. 1 de const. princ.*

NOTATA.

- a. Vbi tamen eadem ratio non dicit extensionem, sed proprium intellectum, per l. 6. §. 1. de verb. signi. Bald. in l. 14. de ll. dicens frequenter hoc allegari in practica. Quando enim in pluribus casibus eadem ratio, ea ipsa decidit omnes, non per extensionem, sed sicut generi species inest. Sed quando rationes specie differentes, similes tamen, tunc est extensio, id est, progressio de termino ad terminum per adæquationem & partitum. Petrus & Cynus in l. iura 8. de ll. Refert hac Tiraquell. ad l. 8. C. de reuoc. don. gloss. libertis.
- b. Quod in tanta negotiorum varietate & naturæ mutatione. const. tanta §. 18. impossibile est. Gædd. ad l. 6. §. 1. de verb. signi. n. 8. Ita & Brechæ. ad l. 1. de verb. signi. qui licet hunc vsum & aliis auctoribus creberrimè fateatur, tamen id fieri naturæ ipsius & per extensionem, per l. 195. pr. verb. porrigitur, de V. S. diff. late Gædd. ad d. l. 1. quem vid. Aliter Bald. ad l. quisquis C. ad l. Int. Maest. n. 3. Verba quisquis si quis &c. comprehendere etiam fœminas ex proprio significato. sed non sua vi. verum ob subauditum verb. homo quod sit generis communis & tamen nec in hoc notioribus grammaticis conueniat. Prisc. in stritig gramm. d. 11. c. 1. & sequenti Aliter glo. in d. l. 22. litteram

sonuertens, sic: cum lex in futurum vetat, in præteritum indulget & dat exemplum in l. diui. C. de natur. lib. quod refert & refellit post Barr. Zac. in d. l. 22. n. 4. qui vulgari retenta scriptura & sensu dat exemplum in l. 2. C. de gener. abol. l. vbi data indulgentia abolendi accusationem sine crimine calumniæ tantum de institutis, non postea instituendis accusationibus intelligitur. Aliter Ant. Fab. ad d. l. 22. Indulgentia, inquit, ad ea tantum pertinet, quæ prohibita vult legislator, nisi quatenus indulget. Ergo indulgentia restricta ad tempus præteritum, includit tacitam prohibitionem in futurum. e Quas circumscriptioes vocant Rhetores, de quo vid. Cuiac. 13. obser. 24. Fraudis huius quatuor modos ex Accursio refert Muret. ad d. l. 30. 1. commutatione rerum, vt si quis filios non nummos, sed frumentum inuadit det. 2. commutatione personarum, exemplum l. 3. §. 5. de don. iur. vir. 3. commutatione contractuum, vt si quis donaturus vendat dicitur causa, d. l. 5. §. 54. modo contrahendi l. 8 §. 1. ad S. C. Vell. f Non obl. l. 12. tab. privilegia ne in erro- f gano Cic. 1. de ll. Decemviri enim privilegia vocantur leges in priuatos latis, vt de imperio Pompeij &c. quod & fieri vetatur l. 8. D. de ll. ICI vero quæ ex æquitate ratione contra vulgares reg. recepta Rhen. ad l. 12. tab. c. 2. quæque non in vnam personam concipiuntur, sed in plures eiusdem conditionis Cuiac. 15. obser. 8. Baro in l. 1. de const. princ.

CAPVT XV.

Obscuritatis legum explicatio.

SEd si nihil horum, qua diximus, appareat, regula est: in re dubia verbis legis standum. l. 1. §. licet a 20. vers. in re, de exercit. act. non est existimandus quisquam dixisse quod non senserit l. 7. §. 2. de sup. leg. Quod si ambigua sit oratio, sequenda erit sententia proferentis l. 96 de Reg. iur. **OBSCVRITAS** autem oritur AVT EX AMBIGVITATE QVÆ VEL IN SINGVLIS VOCIBVS, vbi regula, significatio verbi propriam sequendam esse, nisi aliud lex senserit. An c senserit, exploratur 1. ex antecedentibus, vt in l. 1. de bon. eor. qui sibi mort. per sanguinem pena mortis intelligitur, vel seqq. vt verba (peruenire & placere) in SCto de per. her. explicatur ex sequen. clausula l. vtrum 23. de petit. hered. 2. Si vitium in sit propriæ significationi l. 19. de ll. vel quod lex sit supernuacua d vt in l. 35. C. de don. iur. vir. d (donatio) proprie accipi non potest: vel quod inepta, rei propositæ non accommodata. Hinc regula, quoties, idem sermo duas sententias exprimit, ea accipienda, quæ rei gerendæ aptior, l. 66. de R. I. [vulgo, verba accipienda secundum subiectam materiam] sic in iure eundi is, qui iter fecit, non significat eum, qui complanauit vel muniit iter, sed qui iuit. 3. Recurrendum ad leges priores. Qui enim in illis significatus, is retertus videtur l. 27. de ll. exemplum in l. 2. §. 2. de decurion. vel ad consuetudinem optimam legum interpretem l. 37. de ll. 4. In dubijs benignior sententia præferenda, l. 56. l. 168. de R. I. exemplum d. l. 2. §. 2. Sed hæc ita, si priora deficiant. Exceptio est in const. princ. quæ semper plenissime interpretanda, non attentata consuetudine, sed sola voluntate principis, quæ benignissima censetur & munificentissima, l. 3. de const. princ. & ibi Baro. e [modo tamen ea interpretatione alijs non fiat iniuria, ac nihil adimatur, textus in l. 4. C. de emanc. l. 2. §. 16. Ne quid in loco publ. §. 2. cam. 27.] VEL IN STRVCTVRA SERMONIS, cum verbi significatio certa, sed ad quas personas, tempus &c. referenda sit ambigitur. Sic in l. 1. de const. ibi, populus et, & in eum &c. vocabula eum, & ad populum & ad principem referri potest, sed si ad principem referas, vitiosa est sententia, cum populus nunquam potestatem habuerit aduersus principem. [Sensus igitur, in eum, id est, in se, relatum pro reciproco, vt significetur principi data potestas non tantum in provincialibus subditos populi Rom. sed & in ipsos ciues Rom. aequè in singulos tantum, sed, & in ipsum populum seu vniuersos, supra c. 8. Duar. 2. Dissput. 19. 8] Sic si lex sit natus ex meretricie ad honores & dignitates

13
Videat Donell. lib. in §. sed quod int. de l. 1. n. 8. I. chit.

nitates non admittatur. Quint. lib. 7. c. 7. benignius est, nisi aliud lex & consuetudo definiant voculam meretricis ad tempus natiuitatis vel conceptionis, non eius quo ambitur dignitas referri, per l. pen. de pen. l. 1. §. 5. vlt. de R. I. AVT EX INCERTITVDINE NATVRE Exemplum in sine in iure de posthumo. Ius est, Qui in vtero est, partem facit iam nato, vt is interim non nisi partem hereditatis habeat, & pro ea actiones hereditariæ illi & in illum dentur. Quæstio hinc, quota pars tribuenda nato? Quæstio pendet ex numero eorum, qui in vtero. Is quia incertus, non per rerum naturam, sed apud nos, l. 28. §. vlt. de ind. hinc obscuritas non ex ambiguitate orationis, sed ex naturæ incertitudine. Obscuritas hæc explicatur, non vt natura incertum certum fiat, sed vt habeatur in ea incertitudine, quod verisimile sit legem sensisse. Placet igitur perinde habendum, ac si tres in vtero sint, vt 4. pars iam nato assignetur, ita vt si pauciores deinde posthumi nascantur, pro rata ei accrescat, sin plures, decrescat. d. l. 28. §. vlt. & l. 3. Si pars her. per. At cur non potius vnus nasciturus haberetur, quod crebris fit? vt deinde, si plures nascantur, pro portione decrescat antea nato. R. quia lex omnibus posthumis consultum volens, inspicit vult, non quot non nasci, sed quot nasci possent. Alioqui euenire posset, vt natus interim dissiperet & profundat, nec deinde sit, quod detrahi ei possit. At cur non plures tribus nascituri singuntur, siquidem exempla non defunt, d. l. 32. Quia id perarò & præter opinionem accidit, ex quibus iura non solent constitui. l. 3. & seqq. de ll. Obi. Imo ius constitutum legimus de insula in mari enata, §. insula 22. l. de ver. diu. de partu maioris quinquagenaria l. 12. C. de legi. her. R. Disting. inter ea, quæ tametsi raro, eodem tamen modo in suo genere eueniunt, & inter ea, quæ in eodem genere varie accidunt, vt est partus 4. §. vel plurium liberorum. In l. autem 4. de ll. non dicitur de his, sed ex his, id est, de toto aliquo genere non debet statui, vt ius ex iis sumatur, h. quæ raro eueniunt h

NOTATA.

- a. Vt generalia generaliter, specialia specialiter intelligantur, per text. quos ad hoc congregat Gædd. ad legem 6. §. de Verb. Sig. n. 25. b. De conciliatione antinomiarum ex ambiguo vid. Aug. Mattheac. lib. 2. de via iuris. cap. 2. n. 7. & cap. 3. toto. Mercer. in conciliat. pag. m. 709. & seqq. Differentia autem est inter obscurum & ambiguum. Obscurum, quod nullam interpretationem facile recipit, seu quod perspicuum sensum habet nullum: Ambiguum quod duas aut plures facile recipit, seu quod sensum habet certum & perspicuum, sed multiplicem, vt quis accipiendus sit, non appareat: obscure loquitur qui quid senserit, ambiguitate qui verum senserit dubitatur. Cuiac. ad l. 39. de part. & ibidem Ant. Fab. Hor. 2. amicab. 10. Gauhof. in not. ad l. 3. de contr. empr. Ad. Coraf. ad l. 19. de ll. & ibidem Turamin. Duar. de ll. c. 7. Zaf. ad l. 39. num. 3. de part. c. Mattheac. 2. de via iuris c. 3. n. 8. & 9. c. Momothetæ enim & IC. nostri proprietatis verborum religiosissimi obseruatores Cuiac. in l. 8. & seqq. D. de excus. tur. & summus eorum circa proprietatem verborum labor est. Conn. 3. comm. 2. n. 1. Adde d. his, quæ refert Forst. obs. succis. cap. 11. d. Ea enim significatio vel in quouis actu & contractu quanto magis in lege, accipitur, quo fit vt res magis valeat, quam intercidat, lege 80. de verb. oblig. l. 12. de reb. dub. & similibus Vide Mercer. in conciliat. pa. m. 715. Don. ad l. 12. de reb. dub. c. Tametsi Claudius David in vel. leg. ad §. 6. Instit. de I. N. num. 9. beneficia principum plenissime interpretanda dicat, non quod latius sint exponenda, quia privilegia strictam habeant interpretationem: sed quod accuratior examina indigeant. f Sensus certe inconueniens, & quem vel verba proxima d. l. 3. quod à f diuina diu indulgentia proficiunt, satis resellunt (f) item si nec contra ius scriptum emanantur. Nam & tunc stricta interpretatio. Zaf. in parat. de const. princ. n. 11. f sic & Pac. 1. q. 19. plenissime interpretanda, si voluntati principis non aduersatur, qui nec credendus est alicui velle officere, nec ius vigiliis multis constitutum mutare, l. 35. C. de inoff. test. Adde A. Fab. 1. Iurispr. 2. p. 8. illat. 1. 8. Ita & Coraf. ad d. l. 1. de const. n. 7. Quia inquit, licet elegantior relationis sensus hic non optime conueniat, congruentior tamen verbis aptari nequit. f

Aliter Conn. 1. com. 16. n. 1. In eum, inquit, id est, nihil sibi retinuit, nec eum participem fecit duntaxat, sed & se imperii maiestate mutauit, quæ interpretatio tamen in effectu consentit: quomodo & Gouern. 2. l. 6. & A. Fab. in d. l. 1. f Aliter Clau. David in §. 6. l. de I. N. in eum id est, vt penes eum semper & perpetuo maneret imperium ac inreuoocabile esset. Hinc ad Imp. regimena Reip. perpetua translata leguntur. l. 1. de offi. prat. Perpet. Augusti dicti Principis solius est creare magistratus l. 1. ad l. Tul. de ambiru. solius condere & interpretari leges, l. vlt. C. de ll. f Hor. in epit. de const. princ. n. 1. Contulit inquit, i. e. non tantum communicauit (quo sensu bona dicuntur conferri à fratribus), sed ab sese depositam penitus transtulit. f Vnde apparet, opinor, errare eos, qui summam illam potestatem & maiestatem imperii concessisse tantum, & communicasse, non vero abdicasse, seu priuasse, in principem collatam sentiunt. Baro ad l. 1. de const. princ. Joh. Caluin. in rr. de princ. c. 1. Fopp. ab Aezemal. 2. dissert. c. 10. Nam ipsi const. Deo de concept. Dig. §. 7. vers. & nemo. omne ius omnique potestas populi Rom. in Imperatoriam translata potestatem legitur. Transferti autem dicitur, quod vnus datur, alteri admittitur §. 1. Inst. de adm. legat. Rub. D. de adimendis vel transferendis legatis, l. 5. cod. tit. l. 1. C. de in lit. iur. Quo faciunt illa Senecæ epist. 14. Interdum populus est, quem timere debeamus [habet Democratiam] interdum si ea ciuitatis disciplina est, vt plurima per Senatim transigantur, gratiosi timeantur in eo viri (en statum optimatum) interdum singuli quibus potestas populi & in populum data. Alludit certe ad suum æuum seu ætatem, qua vnus dominatione res Romana gubernabatur. Quod si igitur princeps in populum potestatem exerceret, satis conuincitur, populum nihil maiestatis retinuisse, quandoquidem par in parem non habet imperium. Quinimo, si concessisse à populo cognoscere imperium princeps, eum se ipso superiorem haberet. Sed de hoc alias forte plenius. h Pac. 1. quæst. 10. ita 3. Casus, inquit, hi non omnino negliguntur, sed iis non obstantibus leges generaliores, licet in his pariantur exceptionem vt in d. l. 3. si pars her. per. non negliguntur per se, sed negliguntur per relationem ad legem generalem. f Muret. ad l. 4. §. 5. de ll. disting. inter casus raros & peraros, veluti inquit, si fœmina conuertatur in marem (de qua prodigiosa sexus mutatione videre potest, cui luber Plin. lib. 7. c. 4. Agell. 9. Noft. 4. Job. Riolan in Physiol. sect. 7. c. 6. Andr. Laur. lib. 7. hist. anat. q. 8. & ex nostris Tiraquell. ad l. 1. comm. n. 99. & seqq. Gædd. ad l. 38. n. 9. de V. S.) Conuenit Turaminus ad d. l. 3. n. 7. dicens, non loqui leges has de casu raro, sed inopinato. Vt est Lazarus à mortuis suscitatus, nulla tamen de huiusmodi casu lex, Sic Prætor edicit de aqua pluua arcenda, non de lacte, lapidibus, pluuiis arcendis, &c. Aliter Mattheac. 1. de via iuris c. 31.

CAPVT XVI.

Iuris Romani dignitas.

INuento iure Rom. an ei parendum sit, inquiremus. Et præter auctoritatem constituentium ad spontaneam obedientiam nos instigare debent. I. REX DIGNITAS, quia est ars æqui & boni l. 1. in pr. de I. & I. Iustitiæ tuendæ causa comparata, vt definitio Iurisprudentiæ ostendit, diuinarum atque humanarum rerum notitia iusti atque iniusti scientia. Quæ multis ambitiosa videtur. Neque enim rerum gestarum, naturalium, mathematicarum, medicamentorum, notitia hic traditur. Quidam R. quia sine aliarum disciplinarum cognitione, neque perfecte Iurisprudentiæ cognosci potest, ideo sic definiti. Malè. Anne quia orator, nisi qui alias calleat artes, perfectus non est, ideo oratoriam ceterarum notitiam continet? Alii definitionem hanc iuri vt non simulatæ Philosophiæ l. 1. §. 1. de I. & I. accommodari. Fallo. Neque enim tota est Philosophia, sed pars politicæ. Verius respondetur, quia de diuinis & humanis rebus præcipit, non absolute qua res sunt, nec qua gesta, sed relate, quatenus tales; ad hoc: vt quæ Dei Deo, quæ hominum hominibus tribuantur, hic & 2. com. 3.) a Ac quia in harum præstatione vel denegatione versatur discrimen eorum, subicitur iusti atque iniusti scientia b, illud vt fiat, hoc vt vitetur. II. VIRTVS AVCTORVM, e iuris & æqui scientissimorum: Prætoris, Senatûs, Principum, Iurisconsultorum, qui in magno apud Romanos honore. Quid genus

optimum exemplum de Antistio Rege. apud Platen. lib. 2. cap. 3.

August. Barthelemy. innot. d. vlt. de iuris. 100.

b) **h**ic lector quid ex quo cap. sit. b) Ignorantiam enim ab errore differre docent collati §. 5. & §. 10. l. ult. de publican. vid. Duar. ad eum f. de publican. c. 3. Cuiac. 14. obs. 3. e) Dissentit Cuiac. 5. obs. 39. nocere putans & non prodelle, esse diuersa vt damno afficere & lucro non afficere. Interdum quidem, inquit, nocere accipitur pro non prodelle l. 9. in pr. h. t. contra tamen proprie sumitur in l. 7. & 8. b. t. Iuris ignorantia non nocet, id est, non afficit damno, non prodelle tamen etiam, quia damno non liberat. Error facti lucro afficit, damno liberat. Error iuris nec hoc, nec illud praestat; neuter autem error damno afficit, ita Cuiac. vnde ei contrarium Robert. 2. recepti. d) l. 27. d. Annam autem & diem cum simpliciter dicunt Iurisconsulti, vitium accipi vult Goucan. r. 1. v. r. i. l. 10. Sed contra vulgo & vfu forensi recepta est sententia tempus in dubio accipi de continuo, nisi expresse dicatur quod sit vitium, e) prater alios Coler. de process. ex sec. p. a. c. 1. m. 200. e) Duareu. ad Rub. h. t. huc refert i. ignorantiam facti proprii l. fin. pro suo l. quamquam 7. ad S. C. Vell. 2. alieni publice cogniti l. 8. §. 2. b. t. l. 22. de V. S. 3. Ignorantiam eius quod scire tenemur, quae haberet pro scientia l. 5. de reb. cred. f) Regulariter scilicet. Vnde dicitur in l. 11. C. b. t. solei. Sunt enim casus, quibus & in lucris mulieri subuenitur, l. 15. §. pen. ad l. Corn. de fal. l. 8. §. fin. de iur. ff. i. t. Cuiac. 14. obs. 39. g) Dissentit Duar. ad Ru. C. h. t. & de cond. indeb. c. 3. putans sensum esse, quod quibusdam non noccat, non quod nullis, omnibus non, pro non omnibus, vt in l. 9. §. 1. D. si quis cautionibus &c. Accipi igitur l. 8. Duar. de ius tantum, in quib. iuris ignorantia toleratur, sed h) refelli videtur ex l. 7. praeed. h) Dissentit hic Donelli noster i) se ipso in l. 12. c. 28. i) Vide Tiraguel. in vr. de poen. temp. & criminalistis. Ex quibus nihil ideo in praesentiarum refero, quia horum librorum institutum ea tantum, quae ad ius priuatum pertinent exsequi. k) l. 12. §. 3. de lib. ca. l. 32. §. 1. de vfu. & simili. de quibus vide Goad. in lib. 109. de V. S. n. 5. Cra. net. in q. de indem. mulier. n. 53. Adde exemplum n. 32. de neg. gest. Et ratio euidens, dolus consilii est & proteritia requirit, quam error omnis excludit.

Finis libri primi.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Finis & praepcepta Iuris.

EXposita, priore libro, 1. quaestione Principium de iure constituente, sequitur res constituta seu Quid hoc iure caveatur. Id est, **TE VIVERE** a IUSTITIA definitur, 10. de I. & Iur. pr. Inst. eod. **VOLVNTA** smetonymice pro habitu, seu constitutione animi illam mouente, effectus pro causa. Habitus enim hanc voluntatem efficit, (hic & 1. b) com. 16. b) **CONSTANS ET PERPETVA** id est, solius habitus propria longo vfu parta & confirmata e. c) **IVS SVVM CVI QVE TRIBVENDI.** d) Hoc enim munus, hic finis illius, qui idem & iuris & Iurisprudenciae. Ius est praepceptum, Iurisprudencia illius cognitio, Iustitia vis animi cognitum exequens, o) **QVEM ET DOCENT PRACEPTA IVRIS**, ad quae omnis iuris pars referri debet. Verbis autem plures vno fines videntur, re ipsa vnus est. Primum enim praepceptum, **Honeste vivere**, sequentia vii species complectitur. f) **Honestas** equidem & alias virtutes continet, ita tamen vt caeterae non principaliter, sed quatenus ad Iustitiam diriguntur attendantur. g) **Summum** igitur praepceptum, vt iuste viuatur & quamuis alias species virtus habeat, non tamen vt fortiter, temperanter &c. viuatur, praecipitur & si fiat id, non propter illas virtutes, sed qua ad hanc tendunt. Sola enim Iustitia initio huius artis proponitur, non temperantia, fortitudo &c. Nec definitur Iurisprudencia nisi iusti scientia. Vitiose si & praecipit prudenter, fortiter &c. vincere. Exigitur II, cognitione ne quid aduersus eas delinquatur l. 3. C. de ill. Si nihil delinquat in ill. quaevis iuris imperitia impunis est. Fortitudo &

tolerantia a milite, profugii & desideres puniuntur l. 4. §. 6. de re militar. propter fidem iureiurando praestitam non seruata. Continentia iuocet imperatur, non propter se, sed ne contra faciendi alius fiat iniuria, quod est iniustitia. Artis ludicrae causa in scenam produentes infamia notantur, non solum incontinentiae causa, sed quia aliis ad malas artes exemplo sunt, & obfunt &c. Hic autem finis in duas species diducitur. 1. personam respicit, ne violetur vita, libertas, existimatio alterius. 2. res quod cuiusque est illi permittere, alienum non attingere, si ad nos peruenit domino restituere. Vide Cicer. 1. offi. Quamuis autem & secundum praepceptum tertio includatur, Nam & qui alterum non laedit, ius suum ei tribuit, cum ius cuiusque non tantum sit in rebus externis, sed etiam in persona cuiusque infra. 8. Recte tamen haec distincta, verborum vfu generali, quod saepe fit, ad speciem restricto.

NOTATA.

a) Duar. i. disp. II. finem iuris esse vtilitatem populi, atque a ad eum omnia referri, quae tor continentur voluminibus. Horat. 1. Satyr. 3. Atque ipsa vtilitas iusti prope mater & equi. Hinc quae iure subtiliter excogitata, insuper habentur si vtilitas aliud exigat l. 11. de praes. verb. l. 2. de pignor. & sim. f) Et Coraf. ad l. 1. de stat. hom. n. 1. Finis iuris, inquit, est publica salus & civium tranquillitas Hinc l. 12. tab. Salus populi suprema lex esto. Sed Rain. Cor. 2. indag. 13. & Turamin. lib. sing. de ll. par. 2. c. 2. n. 24. finem iuris esse gubernationem reipublicae per §. fin. proem. Inst. Vnde tamen puto rectius inferretur, esse finem studii iuris, quam ipsius iuris Ang. Martheac. 1. de via iuris c. 9. n. 5. Finis inuenitur est, inquit, Iustitia & aequitas, quam vt umbra corpus, sequitur hominum salus & tranquillitas reipub. finis ad quem, est adeptio iustitiae. Scopus autem, seu finis cui haec iustitia quaeritur, est respublica & societatis civilis conservatio. Ad hanc metam tendunt diuersis viis, legislator sanctione, IC. interpretatione, magistratus executione legum b) Ita & A. Fab. ad l. 10. de I. & I. & voluntatem pro habitu accipiunt, Coraf. 1. indag. 11. n. 1. Vacon. 1. declar. 30. n. 16. Baro ad l. 10. de I. & I. & in pr. 1. eod. Mynsing. ad d. pr. n. 10. Baldum. ibid. n. 1. Martheac. 1. de via iuris 15. n. 6. & n. 11. c) Haec enim constantia discernit habitu ornatum, qui semper idem & continenter vult in rebus honestis, quod alius aliquando, Com. 1. com. 3. n. 7. f) Est autem nihil in hominibus stabile Nou. 7. n. 2. Iustus septies in die cadit. Prox. 24. vers. 16. tamet ratione essentiae & naturae suae iustitia semper talis, imo & iustus, qua iustus. Mutatio enim contingit, qua homo est. Neque enim iustus, nisi iuste agat Aristot. 2. Eth. 4. & quamdiu iustus, tamdiu constantem agit. Vnde & Cicer. 1. de ll. virtutem constantem & perpetuam rationem vitae vocat. Vide Pac. 1. q. 4. Bronch. 1. ass. 2. Mynsing. in pr. Inst. de I. & I. n. 11. & n. 13. f) Et iustitia definita hic in perfecta specie, non vt homini peculiariter inharet, sed vt iustitiam proficenti inesse debet inquis Coraf. de art. iur. par. 1. c. 22. & ad l. 10. de I. & I. n. 6. definitionem ait oratoris perfecti a Quintiliano tradi, licet talis fortasse nullus adhuc extiterit f) Non igitur probandi qui definitionem hanc de diuina iustitia. Vult. in pr. Inst. de Iust. & Iur. n. 5. & ibidem Horom. q. nos sequitur Henr. Salmmb. ad proem. reum memorab. Pancirolli pag. 8. Reprob. Martheac. 1. de via iuris 15. n. 13. & A. Fab. 1. iur. pr. 1. pr. 4. d) Rectius sic, quam tribuens. Non enim semper qui iustitiam colit actu ipso tribuit, sed potentia, quoties datur occasio. Nam & Geometria dicitur licet non semper metiatur. Habitus non agit, sed homo per habitum, e) Zaf. ad l. 10. de I. & I. n. 2. Iustitia est ipsa virtus, ius virtutis executione, Iurisprudencia scientia est istius iuris, Iustitia est ipsa virtus distributiva, ius distribuit, Iurisprudencia docet qualiter, id fiat Aut Fab. ad l. 10. de I. & I. putat 2. praepceptum esse potissimum & postremum in se completi. Quod refellit Martheac. 1. de via iur. 15. n. 3. quia tertium praepceptum, inquit, praecipue ad gubernatores reip. spectat & alterum non laedere eo spectat, vt iniustitiam fugiamus non vt Iustitiae habitum quaeramus. f) Caeterum varia & variantes sunt horum trium praepceptorum interpretationes & opiniones, quare a se iustitiam fecernantur. f) Vacon. 1. declar. 30. Bonos efficere studet legislator virtutibus, quae aut sunt in appetitu sensitiuo cuius duae partes, concupiscibilis, quo spectat 1. praepceptum ad temperantiam & irascibilis, quo 2. ad fortitudinem, aut

NOTATA.

a) Vult. in pr. Inst. de iure personarum diuisionem d. lege 1. a generalius effert. Tria, inquit iuris sunt obiecta, homo, res & iudicia, priora habent theoriam, posterius praxin, &c. Dissentit Duar. 1. disputatione 55. putans in d. lege 1. de statu hom. non vitionem iuris tradi, sed hunc esse sensum, quod nullus sit contractus, actio iudicium, in quo tractando huiusmodi simul non incurrant. E. G. In stipulatione quaeritur quis stipulari possit? de qua re, actio est stipulatio an bonae fidei, an stricti iuris, &c. Quem tamen sensum ipse s. vltimus l. de I. N. & institutum Imperat. ac tractatio ipsa & methodus institutionum, itemque princip. Institut. de act. satis contuclunt. Aliter dist. Ioh. appel. in dial. de stud. iuris insti. qui vult personam non esse iurisprudentiae caput, ad quod pleraque in legibus relata referantur, sed circumstantiam, quales sunt causa, locus, tempus &c. lege 1. de p. n. Quia autem latissime diffusa, idcirco eam Caium quibus. capitibus annuerat. Ipse autem constituit duo capita, dominium & obligationem, quod resfulletur infra c. 8. littera B. b) Dissent. Goad. in prolegom. Erotematis Cor. Vultis praefixis & Ant. Fab. 1. iurispru. 2. pr. 6. dicens imperfectam nec plenam esse diuisionem d. legis vltimae magisque pertinere ad demonstrandum effectum iuris, quam ad ius ipsum in partes distribuendum.

CAPVT III.

Diuisio Iuris Civilis.

Sum cuiuscumque aut Dei est, aut hominum **HVMANVM**, Matth. 22. vers. 21. Hominum vel Reipublicae vnde Ius **PUBLICVM** vel priuatum, vnde **PRIVATVM** lege 1. §. 2. de Iustitia & Iure §. 4. Inst. eodem vbi verbum studii non proprie sumitur. Omne enim studium in quacumque arte, ponatur, priuatum est sed figurate pro re & arte, cui istudetur. a) Positiones autem significant themata, id est a capita ad inuestigandum posita, partes seu species. b) Haec autem Iuris Civilis diuisio & veteribus cognita vt ostendunt 1. lib. Cic. de legibus qui lib. 2. exponit ius diuinum lib. 3. ius publicum 2. definitio Iurisprudenciae supra lib. 1. cap. 16. quia omnis religionum cultus II. Numae & moribus Rom. constitutus. c) Distinguitur equidem a Cicerone & aliis, ius diuinum a Ciuili, sed vt nunc Pratorium, & compositoribus, qui definitionem Iurisprudenciae retinentes, a iure etiam diuino Codicem exorsum sunt. In Pandectis autem vestigium eius nullum. Cum enim sacra & Religio Paganorum ac cultus idolatricus a Psal. 96. impius & sacrilegus, sublatus d esset Imp. ius ad suorum temporum regulam accommodans, id vt impium & a suo tempore alienum, consulto omisit. Falso autem quidam e Ius publicum in e diuinum & humanum distribuunt. 1. quia species subijcitur latior genere. 2. Ius publicum & priuatum oppositae sunt species eiusdem generis, hoc autem posterius humani iuris est species. E. & prae 3. A- pte haec sciunguntur, in lege 23. Codice de SS. Eccles. Obs. l. 1. §. 2. de I. & I. n. vide infra h. lib. c. 6. lit. C.

NOTATA.

a) Vult. in d. §. 4. ipsam Iurisprudenciam vult diuidi in publicam & priuata. Voces enim cuius inquit studium, positiones collectum praepceptis artificiosi quid significant. b) Cuiac. ad b) 11. §. de V. Sign. figuram loquendi esse a Stoicorum portibus sumptam qui quod alii genera & species, typos, id est, sedes ac situs, vocant. Alii positiones interpretantur principia: quemadmodum positiones dicuntur cuiusque scientiae enunciatia certissima de v. d. d. Coraf. ad l. 2. de I. & I. numero 1. Quod refellit Com. 1. com. 4. n. 3. f) Improbabilis exponit Lorior. de iur. art. 11. 10. de iure & eius speciebus. ax. 25. Huius studii duae sunt positiones, id est, huius affectionis duo sunt fundamenta. Aliter Vualth. 2. misc. 8. c) Quintil. lib. 2. c. 4. Genera iustitiae, sacri, publici & priuati f) Aufon. Edyll. 11. Ius triplex tabulae quod ter sanxere quaternae. Sacrum, priuatum, populi commune quod vsquam est, d) De variis Deorum gentium, quos Ko. coluerunt nominibus

appetitu intellectus seu voluntate, quo spectat 3. praec. ad Iustitiam pertinens. f) Mynsing. in §. 3. Inst. de Iustitia & Iure primum inquit, se ipsum respicit, in his versans quae uobiscum agimus, ad bonos mores pertinens, 1. ad corpus pertinet, tuetur personas, iniurias cohercet. 3. res & facultates concernit. Et ita etiam Turam. libro sing. de ll. par. 3. cap. 2. numero 24. & fogg. f) Coraf. ad legem 10. de Iustitia & Iure numero 8. Pic cum Deo viuendum ne quid vitii patremus, iuste cum proximo, ne in minimo eum offendamus, moderate nobiscum ne aliena appetamus. Vnde tres exitiales, affectus, libido, ira, cupiditas refrenantur. f) Cl. David in velle. leg. ad §. iur. praec. 3. de I. & I. primum libidini opponitur quae voluptates: 1. ita quae vitionem, 3. cupiditati, quae opes desiderat, quae tres furiae humano generi molestissimae f) Marc. Ant. Delrio lib. 1. de princ. iur. pag. 91. honeste viuere iubet quoad nos refrenando cupiditates corporis, 2. non laedere coercendo irem quoad alios, 3. solum cuique tribuere, quantum ad nos & alios cohibendo auaritiam circa res externas. Varias haec interpretationes, sed quae tamen omnes in effectu prope conueniunt. Duae aliae supersunt, sed a vera sententia immane quantum alienae, Vna est Horom. in §. 3. Inst. de Iustitia & Iure qui his praepceptis triplex officium ICti tradi putat, quorum primum ad ipsius personam tantum pertinet, vt sic se gerat, quo honorem & auctor sibi comparat. 1. ad personam ipsius, quae cum aliis rationem habet, ne calumniose litem intendat, vel aduersarii bonam causam eludat. 3. ad aliorum tantum personam, vt de iure consulentibus ita respondeat; ne cuiusquam fauore a iusto tramite deflectat, sed suum cuiusque imperiat. Altera eff Merce. 2. opin. 2. qui primum refert ad bonum virum. 2. ad bonum ciuem. 3. ad bonum magistratum Qui & ibidem tria haec praepcepta ad triplex officium magistratus, qui ius reddit, refert. Sententiae haec improbabiliores, quam vt in iis referendis immorari conueniant. Quomodo enim sunt praepcepta iuris & quidem prima & summa, si non quemuis obligant, aut ad omnes pertinent; g) Non tamen improbabilis videtur eorum opinio, qui iustitiam vniuersalem hic definiunt, finemque iuris esse contendunt. Baro ad Rub. & lege 10. D. & ad titulum 1. de Iust. & Iur. & passim Al. 1. Pareg. 31. Duar. de Iust. & Iure cap. 3. VVesen. in pr. I. hoc titulo Martheac. 1. de via iuris cap. 9. & cap. 15. Iustitia enim vniuersa est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum Cice. 1. de legibus & obedientia erga omnes leges Arist. 5. Ethic. 1. vbi transgressas leges omnem iniustitiam continere scribit: *μαρτυροῖται, αὐτὸς ἀπέχεται τῶν νόμων ἀδίκων*. Iniustitiam autem vniuersam fuit omne vitium, *ἀπὸν κακίων, ὅτι vocat d. cap. 1. circ. ff. intelligit. Quare cum Iurisprudencia omnes leges proponat, isque obedientiam praestari velit, scopus illius erit vniuersa virtus, non vna aliqua species Et Plato 5. de legibus. Legum vniuersarum summum esse, vt citius reddat *ἰσομετρίαν*. Beatiudo vero effe actio secundum virtutem perfectissima 1. Eth. 7. seu omnes virtutis species, quae, ex v. v. Theognidis. Iustitia complexu continetur Felicitas igitur Reip. cum non in vna virtutis parte consistat; nec II. quae Remp. conseruare ac felicitatem custodire debent, vnus tantum virtutis scopus debet esse praefixus f) Idem arguunt praepcepta iuris, quibus omnia virtutum officia continentur, & primum praepceptum aut Martheac. d. cap. 15. numero 3. omnem virtutis vsum & totius vitae honestatem complectitur. Honestas autem omnium virtutum fons. Cic. 1. offi. & scopus Arist. 1. Magn. Moral. 20. Et virtutes honestas partes Cic. 3. offi. Denique leges praecipere de omnium virtutum officii monstrat. Arist. 5. Eth. c. 1. (aliis 3.) & singularim per species virtutum deducit. Martheac. d. c. 9. n. 10. & fogg. quem vult Confr. Picolom. gr. 10. de virtutibus per urb. eff. vult. c. 28. Ehem. lib. 5. de princ. iuris c. 3. & 4.*

CAPVT II.

Partitio iuris.

Hinc finem, vt assequamur in duabus rebus positum est, in quibus vti paribus omne ius versatur. I. **IURIS NOSTRI COGNITIO**. II. **IL- LIVS OBTINENDI RATIO**. Conueniunt re ipsa diuisiones Caii in l. 1. de stat. hom. §. vlt. Inst. de delu. N. G. & Vlpiani in l. ult. de ll. quam quis ordine & progressu discere. Caius explicat, quodnam sit ius & in quibus versetur. Priora enim duo, persona & res ostendunt quid sit ius cuiusque; posterius, actiones obtinendi a) rationem a Vlp. autem in d. l. ult. causam ponit iuris nobis h) hui & illius partem in b) De his explicatis in sequentibus.

minibus, muneribus & officiis, vnde omnino quae notavit Goth. ad l. 12. tab. lib. 1. in §. diuus. & eos qui caelestes semper haberi colunt. &c. Adde An. de Genen. lib. 1. horol. prin. cap. 4. c. 10. & in primis cap. 11. vbi varia Ethnicorum idolorum nomina recenset, add. si placet. Ioh. Vier. lib. 1. de praefig. Damon. cap. 5. & 6. de variis variarum Gentium idolis & eorum nominibus absurdis ac ridiculis: & de Gallorum diis veteribus. Pithae. 1. aduers. subsec. 3. & 4. & Com. 3. com. 1. n. 1. Vult. ad §. vlt. Inst. d. 1. & I. num. 2. & Hor. ibid. quia sacra ad rempub. pertinent, ius de sacris publici nomine comprehendunt. Sed huius occurrentes in inf. cap. 6. Add. Reus. varior. 12.

CAPVT IV.

Ius diuinum.

Itis diuini auctoritas non ex principum decretis, eaque ratione civile non est, sed quia editis ea de re constitutionibus receptum est, approbatione civile dici potest. RES IURIS DIUINI VEL PROPRIAE SVNT DEI, quaeunque orbis omnipotens continet. Ps. 24. & 115. Deut. 1. v. 14. terra tamen eaque contenta hominibus fruenda data. Psal. 8. & Psal. 115. vers. 16. Huius cognitionis finis non est, vt Deo tribuamus, qui nec exigit, nec indiget, sed vt vitae sustentandae necessaria exim precibus poscamus, proque acceptis gratias agamus. Ps. 50. v. 14. & 13. VELEIA NOBIS DEBENTVR, omnia quidem, sed non omnia exiguntur. Quantumvis igitur optima nobis videantur, quae Deus non exipit, ei iniuria sunt, qui obsequium requirit, non sacrificium. 1. Sam. 15. v. 22. Exigit autem sui cognitionem, potentiae vid. sapientiae & bonitatis erga nos. Ioh. 17. dilectionem, ex totis viribus, Deut. 6. Matth. 22. & cultum.

NOTATA.

De iure diuino vid. Petr. Greg. in meth. paru. lib. 2. c. 2. de rebus diuini iuris idem lib. 2. Syntag. iuris toto, de iure Pontificum antiquo & quae curae fuerint Pontificibus, vid. Cuiac. ad lib. 38. de V. S. Confer. Duar. lib. 5. de SS. Ecles. minist. c. vlt. Briss. 4. antiq. 16.

CAPVT V.

Ius publicum.

Vs publicum bifariam dicitur a. i. quod vtendi facultatem, quod commune est cuiusvis ex populo non ad certas personas pertinens; vt in l. 8. de iur. l. 29. de test. iur. l. 1. in pr. ad l. Falc. l. 2. c. ne vxor pro mar. l. 1. c. si adu. fise. Ter. in Phorm. anue id quidem adipiscar. quod ius publicum est, hic & 8. com. 2. 2. quoad vtilitatem publicam, & haec posterior acceptio huius loci est, l. 1. §. 2. de I. & I. Definitur d. §. 2. QVOD AD REI ROMANAE, id est, reipub. ad discrimen non tantum priuatorum Romae ciuium, sed & aliarum orbis Rom. ciuitatum, quae pro priuatis habentur, l. bona 15. & duab. seqq. de V. S. STATVM PERTINET, id est, de iis rebus sine quibus nec constitui nec constituta seruari potest. Status enim est quo res stat, nec sine consistit. EARVM RERVM DVO GENERA. ALIA PVBLICA NATVRA SYA, sine quibus ciuitas nec constitui, nec illis villo modo destitui potest, vt sunt I. Sobolis procreatio & propagatio ad replendam ciuitatem l. 1. sol. mar. Et ex qua illa oritur c. matrimonium. Horat. in art. Fuit haec sapientia quondam, &c. De quo duo a Romanis constituta r. allectio tum praemis; & abrogatione omnium poenarum, nubentibus lege vel vltima voluntate constitutarum, vid. infr. lib. 8. c. 32. tum coelibum a legibus Inliis de maritandis ordinibus, quae tamen sublata. tit. C. de infr. pen. calib. nec exiguus honor in liberis, ius trium liberorum, de quo scit Duar. 1. disp. 40. magni estimatum, nunc omnibus concessum e. l. 1. c. de iur. lib. 2. Honestas coiuuentionis. Publice interest non turpem aut probrosam prolem procreari. Sed de his suo loco II. Loca publicis vltibus destinata, areae, insu-

lae, agri, viae, itinera, l. 2. §. 3. Ne quid in loco pub. quae licet priuatorum vltibus deferantur, ius tamen foli est in potestate ciuitatis d. l. 2. §. 2. & §. 10. At quomodo publica haec sunt, cum Vlpian. in l. 1. §. 2. de I. & I. publicum ius in tribus tantum ponat, sacris; sacerdotibus & magistratibus. 32. Vlpian. haec tria tantum recitet, quae maxime publica, nec nisi in consequentium priuatis vtilia, nam procreatio liberorum principaliter priuata est, vt & loca publica quoad vsum.

NOTATA.

Aliter Zaf. ad l. 38. de pact. n. 2. & seqq. qui ius publicum d. dici vult. modis, quem vid. & aliter ad l. 1. §. 2. h. n. s. b Sic & Cuiac. 27. obs. 36. Publicum etiam dici, quod eo iure, licet in priuatis causis, publice omnis populus vtatur, quodve omnibus postum id sit, non priuatum singulis. ↑ A. Fab. ad l. 38. de pact. publicum ius interdum dici, quod pro priuatum quidem vtilitate, auctoritate tamen publica constitutum d. l. 38. de pact. l. 3. de testam. l. 20. de relig. l. 15. §. 1. ad l. Falc. Idem 1. Iuris. 1. pr. 5. vbi & hac exceptione ita dici ad differentiam eius iuris, quod priuatorum conuentionibus acquiritur, quodque in id vsque tempus durat, quo conuentio effectum sortitur. & Tabularum nuptialium apud Rom. haec solennia verba vxorem liberorum procreandarum causa duci, vt ex Vlpian. 1. §. 3. Valer. Maxim. lib. 7. c. 7. Incir. 2. annual. Macro. 1. Saturn. 12. &c. probat Bull. lib. de form. p. 542. ↑ Add. Goth. ad l. 120. §. vlt. d. V. S. Cuiac. ad l. 104. de V. S. & ad cap. vlt. ext. de cond. appof. Covar. de Spons. par. 2. c. 8. & c. A. Guib. de matr. c. 2. d. Romae vxoribus pendere cogebantur coelibes. Plut. in Camil. Valer. Max. lib. 2. c. 4. Turrae in ioc. Cic. explic. fol. 210. Baldum. del. Papias p. 506. Rannar. ad l. f. f. audis 79. de R. I. Et ex testamentis solidum capere non poterant, vid. not. Goth. ad tit. 13. frag. Vlp. Orat. Aug. ad pop. Rom. contra coelibatum vid. ap. Dion. l. 56. Ant. de Guen. in horol. prime. lib. 2. c. 3. de calibratus poenis apud Spartanos. Plut. in apophth. Lacon. fol. m. 206. Vid. Anr. Guib. d. cap. 2. & de dotibus c. 7. n. 19. & seq. e. Duar. tamen d. c. 10. per eam l. 1. non omnia priuilegia liberos habentium orbis concessa, neque in omnibus omnino aequiparatos esse, per tit. C. qui numero liberorum se excusant. pr. Inst. de excusat. Ille autem d. l. 1. accipit de his qui cum numero liberorum se excusare possunt, & inde vacationem munerum habent, eam tamen ante illam legem soliti fuerunt petere a principe & impetrare, qua necessitate iam soluuntur. Pincl. autem in rub. C. de bon. mater. par. 2. n. 1. 3. & seq. ius liberorum in d. l. 1. intelligit de iure patriae potestatis, quod omnibus imperio Rom. subiectis, sit ea lege concessum. Licet enim, inquit, id multo ante videatur tribuisse Anton. in l. 17. de stat. hom. tamen non ita clarè circa ius patriae potestatis locus erat. Nec ratum priores constitutiones pro nouiores repeti. Aliter Vult. ad §. 4. Inst. ad S. C. Tertull. n. 1. & 2.

CAPVT VI.

Propter aliud publica.

ALIA PVBLICA PROPTER ALIVD; quae ad malorum publicorum, quae ciuitati interitum parant, propulsionem comparata. Eiusmodi mala gemina. I. Quae a Deo meruuntur; ira diuina; ad quam auertendam sacra, sacerdotes instituti, nec vlla gens tam barbara a quae non putaret pacatis Diis omnia a prosperius credere. Hinc victimae quibus diis libabant. b etiam sanguine humano. Virg. 2. Aeneid. c Sanguine placastis ventos, & virgine casa. Atque hinc est quod ius c publicum in sacris & sacerdotibus consistere dicitur, l. 1. §. 2. de I. & I. Sacra & sacerdotes pertinet ad ius diuinum supr. cap. 4. si quod Dei est spectamus: ad publicum, si vtilitatem publicam: quae inde percipitur, quia etiam gentium opinione in his salus ciuitatis continetur, d. 2. Humana, vel externa ab hostibus, contra d quos auxilium est in re militari, vel interna, eaque triplicia. r. maleficia, quae coerceri publice interest lib. 9. §. 5. de publican. 2. lites, quae conueniunt Remp. Hinc vsucapio. 3. personarum miserabilium neglectus, hinc Nosocomia, Prochorophia, tit. C. de Ep. & Cler. Sed & qui lautioris fortunae, rebus suis quandoque praesse nequeunt, vnde tutela & cura; munera publica. Cum autem ciuitas ad haec expedienda defensoribus

bus indigeat, hi sunt magistratus & praefecti, per quos domi militiaeque res bellicae & rogatae administrantur, maleficia compescuntur, controuersiae dirimuntur, egenis proficiunt, tutores praeficiuntur. Cumque haec sine sumptibus & ministris non expediatur, hinc res ciuitatis, quae duplices, 1. propria vt situs, 2. quae debentur a ciuibus, opera in honoribus gerendis, & muneribus obeundis, & pecunia partim pro officio; ve ctigalia, pensionationes; partim velut ex contractu Poenae maleficorum, quae & ipsa contrahi dicuntur l. 1. d. l. Sed de his omnibus commodius dicemus ab soluto iure priuato e quod necessario praemittendum (vt & Pand. & C.) & quia iuri publ. cum priuato multa communia, & quia si quid dissidet, id exceptum est de iure & causa priuatorum; prius igitur de regula, quam de exceptione agendum.

NOTATA.

Cic. 1. de ll. Nulla gens est, nec tam ferrea, quae non etiam ignoret qualem Deum habere debeat, tamen habendum sciat. Confer. Per. Fab. 2. Semestr. 2. pag. 25. b De sacrificiis paganorum multis hostiarum & victimarum speciebus & de ritibus in iis immolaadis, &c. Leg. Briss. 1. Form. pag. 13. & seqq. & lib. sing. de rit. nupr. pag. 435. & seqq. De sacrificiorum origine, Danuus de primis mundi aetat. & lib. 2. cap. 3. pag. 225. & seqq. &c. Multa hic referre possem ex aduersariis, si vel locus hic conueniens, vel institutum referret. Vnum addo, quod sacrificia olim velato, non detecto capite peragebant. Plut. quaest. Rom. 10. 11. & 13. praeterquam si Saturno, Plut. d. q. 11. Macro. 1. Saturn. 10. vel Honori. Plut. d. q. 13. vel Herculi. Macro. 3. Saturn. 6. circa fin. sacra facerent. Vid. c. Briss. 1. Form. pag. 36. A. Guib. in Polyhist. c. 1. & c. Plut. lib. de oracul. defectu f. m. 267. Homines, inquit, olim immolantes, saepe etiam Reges sobolem suam, non quod haec dij poposcerint, sed vt indignationes malignorum geniorum auerterent, ac vitos & insanos daemouum satietatem amoris ↑ Humanis autem hostiis aras funestasse leguntur olim Scythae, Herod. 1. 4. pag. m. 321. Tauri Schyris finitimi, Herod. d. li. 4. pag. m. 338. Neuri, Solin. Polyhist. c. 23. Carthaginenses, qui & liberos sacrificauerunt. Plut. de superst. f. m. 168. & in Apophth. fol. 171. & de serua Num. vind. f. 379. vbi hunc morem eos a Gelone dedoctos refert, Galli. Cic. pro Fonteio, Plut. de superest. f. 168. Pompon. Mel. lib. 3. de iur. orb. pag. m. 76. Solin. Polyhist. cap. 34. Bod. 1. de Rep. 5. p. 54. quem deestabilum ritum illos a Britannis accepisse dicit. Pithae. 1. aduer. subsec. 3. Et in Africa infantes a parentibus Saturno immolati fuisse, refert ex Minutio Felice in Octauio, Reu. 1. contect. 1. Et proxime superioris aetate Mexicani regni incolae. Petr. Bemp. histor. Venet. lib. 6. Ioh. Metel. in praefat. ad lib. Hier. Orosij de reb. gest. Emmanuelis, &c. qui in vrbe Temixtican quotannis 20. hominum millia diabolo immolata affirmat, adde Vier. de praefig. daemou. lib. 1. c. 7. ↑ Quod autem Iephthae legitur, Indio. 11. filiam sacrificasse, licet mastram Ioseph. lib. 5. antiq. iud. c. 11. Sabell. Ennead. 1. lib. 6. ad aram pro hostia immolatam autement, Hebraei tamen quidam id ita intelligunt, quod in ter Deo dicatas virgines tantum conclusa fuerit, & sic ex hominum societate & vita communi, velut morte, sublata, vt refert Nicol Remig. lib. 2. demonolatria c. 1. p. 194. & seq. quod & videtur Bodin. 1. de Rep. 5. p. 55. Sed haec Hebraeor. expofitio vim verbis facit & cuius, si coniungat d. cap. 11. v. 31. cum v. 39. facile liquet. d. Totius enim societatis humanae fundamentum est religio Cic. 1. de nat. Door. Arif. 7. Polit. 8. Primum in rep. est curatio rerum diuinarum. Vid. P. Greg. 12. de rep. 4. e Non igitur mihi persudat Scip. Genr. qui in praef. ad lector. lib. 12. & seqq. horum Com. praefixa scribit de publico iure non instituisse agere Donellum, Contrariunt enim liquet, tum ex hoc loco, tum cap. 8. huius lib. in fin. 3. com. 23. in fin. 5. com. 2. 9. comm. 11. in fin. 12. com. 4. & 24. in pr. qui loci omnino arguunt mentem Donelli nostri fuisse & ius publicum ab soluto iure priuato, exponere. Fecisset vti que haud dubie, si vicia suppetiisset.

CAPVT VII.

Ius priuatum.

VS PRIVATVM EST QVOD AD SINGVLORVM VTLITATEM PERTINET, lib. 1. §. 2. de I. & I. re. a. Ita videlicet immediate & principaliter a non obli-

que & per consequentiam; seu quod priuatis & singularibus quod suum est, tribuit, Cic. in Top. Ius Ci. positum priuatis, qui sunt eiusdem ciuitatis ad res suas obtinendas. Vbi docendum, I. QVOT SIT SVVM CIVISQVE. II. QVAE RATIO OBTINENDI. De illo si naturae ductum sequimur prius. Praeposita enim in Pand. tractatio, quas fere exorsi sunt a iudiciis; Rationem autem obtinendi accipimus communem, quae in facto & executione, id est iudicium. Quare in l. 1. de stat. hom. per actiones non significatur ius persequendi multo minus autem actus hominum, vt Connan. b sed ipsa persecutio. Ius enim persequendi iuris nostri pars est, & ad res pertinet, nec minus in bonis sunt actiones & remedia ad res nostras obtinendas prodita l. 49. V. S. Quapropter ea cuique iuri ad quod pertinent, adiungamus, ne, si seorsim tradantur, necessaria sit eorundem odiosa repetitio.

NOTATA.

Ita & Zaf. ad l. 1. §. 2. de I. & I. n. 5. Priuatum autem dici a tur ratione obiecti. quod in hominum singulorum rebus atque bonis occupatum sit. Vult. ad §. vlt. de I. & I. n. 11. & ratione finis, vtilitatis priuatae, quae a publica sic differt, vt res singulorum a rebus vniuersitatibus. Duar. de l. c. I. c. 4. Si enim auctoritatem spectes & hoc publicum dici potest. Confer. not. supr. e. §. lit. B. b 2. comm. 1. n. 1. intelliges, facta hominum, Gr. b vniuersaliter, vt & contractus ac delicta hoc actionum nomine veniant. Tomerh. inquit Imp. scil. non Imp. sed Connan. in §. vlt. de l. n. aliter acciperit. Et ita etiam P. Greg. in Syntag. suo, vt apparet ex methodo & partitione eiusdem.

CAPVT VIII.

Quid cuiusque sit in personis & rebus.

SVVM CIVISQVE DVPLEX. I. PROPRIAE, QVAE DOMINI NOSTRI; iura praediorum, &c. quae nullum amplius factum requirunt. II. EFFECTV IURIS, QVOD DEBETVR lib. 15. de R. l. l. 1. de eo quod cert. loc. & debitum recipiens suum consequi dicitur l. 52. §. 10. pro Soc. lib. 44. de condit. in deb. ↑ Errant autem a qui totius Iuris. summa capita putant, dominium & obligationem b. i. quia omiserunt iudicia, 2. quia infinita nostra, quae non sunt dominij nostri, vt status personae, vsus rerum sacrarum, communium, &c. possessio bonae fidei, ius pignoris, Emphyt. seruit. vsufr. PROPRIE NOSTRVM AVT IN PERSONA CIVISQVE AVT REBUS EXTERNIS. IN PERSONA, quod cuique tribuitur, quisque in se habet, tamen res externae desunt. I. Iusmodi VITA, INCOLUMITAS CORPORIS, LIBERTAS, EXISTIMATIO. Seuera iudicia aduersus violatores, vita aufertur neque, incolumitas laeditur, vulneribus, liberas minuitur, existimatio violatur probris & conuiciis.

NOTATA.

l. 12. de notat. l. 20. de reb. cred. vbi Zaf. n. 11. Plures similes a textus. quibus quod suum est, vsurpatur pro eo quod sibi debetur, adducunt, Hor. 3. obs. 17. & Scip. Genr. 1. de don. imp. vir. c. 22. p. 78. Et contractio id quod suum est, dicitur deberi, vt in definitione actionis, infr. 19. com. 1. dos soluto matrimonio. Et quod nostrum est, solui nobis dicitur. l. pignoris 22. C. de vsur. Forcat dial. 96. n. 2. Gilb. Reg. 1. enant. 12. b Myn. b sing. in rub. de ver. diu. n. 2. Ioh. Appell. in dial. de stud. iur. inst.

CAPVT IX.

Seruitus eiusque causa & effectus.

SED haec pro conditione personae varie imituntur, hinc itarum hominum, id est, conditio cuiusque a quae differt a iure personarum vt causa ab effectu. Id enim est facultas viuendi & faciendi quae velis, huic statui seu conditioni tributa. Quia autem haec duo natura

alieni, quæ rata est: Eum enim dominus, à quo conque, iudicio ereptum ire potest. Hinc autem constat, quia maritus dotalium seruum manumittere potest, eius esse etiam vere dominum, de quo infra ad 14. com. 5. b Cuiac. 14. obs. 33. vti nec tutor per l. pen. C. qui man non poss. Cuiac. equidem tutorem manumittere posse sentit, modo pupillus consentiat, quia & filiusfam. potest manumittere consentiente patre l. 13. de iur. patr. l. x. 6. l. 2. de manum. l. 18. §. vlt. de man. vind. Cui certe non consentio, simile hoc maxime dissimile. Tutorem filios pupillum patri comparat Cuiacius. Pupillus tutore auctore manumittit apud consilium l. pen. de man. vind. non autem tutor auctore vel consentiente pupillo, Pro monstro enim id esset, vt consensus pupilli, qui sine tutoris auctoritate perfectus non est, actum tutoris ceteroqui irritum, perficit. Dices, sic periunde erit, ac si ipse pupillus manumiserit: Quod enim quis per alium facit, &c. 2. Manumissio est actus legitimus, qui per alium expedit non potest, l. 123. de Regu. Iur. (quod accurate persequitur P. Fab. 2. Semestr. 20.) Quando vero filius iussu patris manumittit, ipse pater videtur. Nec impedimento est de Reg. Iuris, l. 123. de Reg. l. quia eadem patris & filij persona; non eadem tutoris & pupilli, quod vult quidem Cuiac. dum dicit: tutor & pupillus vnus. sed ponit, non probat. e l. 3. de manum. Ratio. Libertas pro Patre & sub conditione præstari nequit, non potest autem hic competere nisi salua causa pignoris: hoc vero repugnat libertati. Ius enim pignoris facit, vt distrahi possit res obligata A. Fab. 1. Iurispr. 3. p. 2. illa. 6. Et licet tam contrarium libertati, quam vinculum: aut quomodo potest nexu pignoris libertati manumissus inuito creditore l. idem 1. Iurispr. 5. p. 1. illa. 3. Fit tamen libertas manumissus statim arque obligatio pignoratia tollitur, l. 26. §. 1. Qui & à quib. Potest & hic ex testamento fideicommissariam libertatem accipere, etiam si directis verbis data sit l. 14. §. 10. de fideic. lib. Fautor enim libertatis efficit, vt verba directæ inflectantur. Cabot. 2. disput. 21. † neque sic fit iniuria creditori: cogitur enim prius heres pignoris nexu liberare seruum & deinde manumittere. P. Fab. 2. Semestr. 19. pag. 301. q. Hanc rationem refellit A. Fab. 1. Iurispr. 5. p. 1. ill. 3. Quia si vera, non esset omnino obligatus seruus. Arqui in d. l. dicitur generaliter obligatus, d. l. 2. C. de ser. pig. dat. l. 24. de fideic. lib. Ipse hanc rationem habet, quia interest publicè libertatem valere, modo nulli præiudicetur. Non præiudicatur autem in hoc casu si solucendo est debitor; si non sit tunc libertas impediatur l. Aelia Sentia propter fraudem creditorum. Quando autem specialiter obligatus seruus, creditor aperte indicauit, sed hac sibi, non alia ratione velle cautum. e P. Fab. 3. Semestr. 7. p. 87. & A. Fab. 1. Iurispr. 5. p. 1. illat. 5. † De quo vide A. Fab. 1. Iurispr. 5. p. 1. illat. 2. Boet. 8. obs. 17. g De quo vide A. Fab. 7. coniect. 20. h vbi necesse est & consilium & euentum concurrere l. 1. C. Qui man. non poss. §. 3. Inst. Quib. ex caus. man. non lic. l. 10. l. 23. Qui & à quib. Exceptio est in fideicom. liberate, vbi solus euentus sufficit l. vlt. C. qui man. non poss. Ratio differentie quia libertates fideicom. minus favorabiles directis, & quia non habent libertatem voluntatem manumittentis heredis, & quia nec iustam testatoris. Fidei commissaria enim l. 12. tabu. non confirmata sunt Ita A. Fab. 1. Iurispr. 6. p. 1. illa. 1. pag. 205. † Sed multo expeditius Turamin. de exequat. leg. c. 5. n. 11. & duab. seqq. Quia heres non tenetur legataris vltra vires hereditarias, igitur si res alienum exorbet integram hereditatem: seruus libertatem fideicompetere non potest arg. l. 16. Cod. ad l. Falc. Directa autem libertas non ab herede, sed à testatore est immediatè De l. Aelia Sent. vid. Conn. 2. comm. 5. toto. Et cum hic ipso iure irrita datio libertatis, cum alia alienatio in fraudem creditorum facta, rata sit, sed rescindatur. vide not. infra 15. com. 41. i vel Fusia, vti post Conn. Rau. 2. coniect. 1. Rationes eius legis, quæ fuerint exponant. Cuiac. in frag. Vlp. tit. 1. §. pen. C. A. Fab. 1. Iurispr. 7. p. 1. ill. 1. Nouissima Dec. de ap. iur. lib. 1. cap. 10. n. 13. in fin.

CAPVT XIV.

Qui manumitti non possunt. adde quod vlt. quoniam vlt. sunt libertati non competebat. Reber. de iur. lib. 3. excus. 2. n. 36. **E**T MANUMISSI, NE PROHIBEATUR. a **E**IN VNIVERSVM venditus ne manumittatur l. 5. C. si man. ita fuer. alien. vt exportaretur b tit. C. si seru. export. vend. l. 4. §. 9. de manum. testamento prohibitus d. §. 9. vel à magistratu l. 9. de manumiss. l. 9. §. 2. Qui & à quibus serui pænæ effecti l. I. C. qui non poss. ad lib. pen. serui suspecti de adulterio l. 12. in pr. d. tit. & in vniuersum, qui vt subducantur quæstioni manumissus l. 8. §. vltim. de manumiss. **I**NTRA CERTVM TEMPV S, intra decennium, qui plagium commisit, l. 12.

de man. Furiosi vero & infantes possunt: quia libertas obtingit etiam inuitis e l. vlt. §. fin. v. C. de test. man. Er. c go & ignorantibus. l. pen. & vlt. de manum.

NOTATA.

a De prohibito manumitti add. A. Fab. 1. Iurispr. 5. p. 2. ill. 23. & Rau. 2. con. 16. qui huiusmodi seruos putat vispilliones vocari in l. 31. de euect. l. 72. §. pen. de solut. arg. §. vlt. eiusdem legis. Quamquam conuenientius, qui vispillionem vel vt in quibusdam legitur, vispillionem abiectionem & viliam cadauerum latorem & nudatorem ibi interpretantur Cuiac. ad l. 50. de pat. Briss. lib. 1. de solut. pa. 339. b De quo vide P. Fab. 2. Semestr. 4. pa. 54. c Ratio quia vt in serui potestate non est, c ne homo sit, ita nec ne talis, quales natura omnes nasci voluit. Libertas enim qualitas est naturalis. A. Fab. 1. Iurispr. 3. p. 2. ill. 8. Hinc in l. pen. de man. dicitur, iuris rationem (non fauorem ætatis) efficere, vt infans possit manumitti, quia se nihil noui acquirit, sed tantum vinculum seruitutis tollitur, sicut si auis è manu emittatur. A. Fab. 1. Iurispr. 5. p. 2. ill. 22.

CAPVT XV.

Manumissionis modi.

MANUMISSIO FIT AVT VERBIS DUS. **M**IDQVE VEL VLTIMA VOLVNTATE, testamento l. 120. de V. S. codicillis §. 1. Inst. de libert. a **V**EL INTER VIVOS, tum publice, vel a vindicta, vindicta est virgula capiti serui à licitore imposita quæ eum in libertatem vindicabat Boet in Top. b **A**PUd magistratum, Romæ prætorum, in provincijs præsidem tit. D. & C. de man. vind. c vel in cætu Eccle. c siæ tit. C. Qui in Eccle. man. d **T**UM PRIVATIM inter amicos e seu per epistolam §. 1. Inst. de libertin. vtrobique septem e testibus adhibitis. **I**NSUB RITIBUS non obseruatis nihil agitur l. vlt. §. vlt. C. de Codic. Excepti clerici à quibus libertates vltima voluntate quibuslibet verbis data valent, l. vlt. C. de his, que in eccle. man. **A**VT FACTIS, si dominus seruam libero in matrimonium collocet, seruum adoptet aut apud acta filium nominet. §. vltim. Inst. de adopt. instrumenta quibus seruus declarabatur det vel corrumper, coram quinque testibus l. 1. §. 9. & duab. seqq. C. de lat. lib. tol. item si voluntate defuncti vel heredis pileati funus præcedant, d. l. x. §. quia pileum libertatis insigne f. Perf. sat. 5. Hæc mera libertas hanc nobis pilea donant Si in clerum allici patiatur, qui sit ingenuus, Nou. 123. c. 17. Huc refer manumissionem, quæ olim fiebat censu g Cui in Top. Vlp. tit. 1. §. 8.

NOTATA.

a Vnde libertas vel directa, qua ipse testator sine vilo alio factio libertatem seruis tribuit verbis directis, hoc modo: Stichus liber esto. l. 2. 4. 7. 8. & passim de manum. testam. vel fideicommissoria, quæ testatoris iussu per interpositam personam heredem, vel alium datur, hoc modo: rogo, peto, volo, mando, fideicommitto, vt seruus manumittatur i. D. de fideic. lib. §. vlt. Inst. de sing. reb. per fideicom. relict. Et hic dicitur testator seruus ab herede manumittere. Quintil. in decla. cui rit. auia testis: Hunc etiam à filio manumittit eodem modo quo ab alio legare dicimus Rau. de auct. prudent. c. 7. pa. 989. De manumissis testamento vide P. Fa. 2. Semestr. 19. & an hæc manumissio proprie sit legatum vide not. infra l. 8. c. 2. b Ita b & Hor. ad §. 1. Inst. de libert. & Rau. 4. var. 9. Nam vindicta imponi dicitur, l. 14. in fine de manum. l. 12. §. 2. de li. caus. l. 19. §. 4. de cast. pec. † Vindicta autem vocatur illa virgula, quæ alias festuca. Perf. satyr. 5. Plant. in mil. glor. act. 4. sc. 1. ea ingenua, an festuca facta? vbi Tausib. † Plus, de seruanimis vindicta sol. 378. Romani manumissorum corporibus festucam tenuem iniicere. † Alii tamen à vindictio Vitelliorum seruo ob detectam coniurationem libertate donato, Liu. li. 1. vindictam dici volunt. Valer. Prob. li. de liter. antiq. referi Rau. d. c. 9. Alciat. 3. disput. 14. Zaf. ad l. 2. §. 24. de orig. iur. n. 16. Conn. 1. com. 12. n. 4. & 2. com. 4. n. 3. & 2. com. 16. n. 1. A. Guib.

Quib. r. q. 2. n. 13. † De manumissis vindicta cuiusque manumissionis ritibus solennibus, subactis tamen l. 1. C. de Lat. libert. toll. percussionibus alapaum (quæ rhapsimata in l. vlt. Cod. de emanc. Nou. 81 Claudian. lib. 4. de consil. Honor. qui scitè descripsit hunc ritum, felices iniuria vocantur vid. P. Fab. 2. Semestr. 20.) & circumactionibus, vid. Rau. de auct. prudent. c. 7. & 4. var. 9. Hot. §. 1. Inst. de libert. Cuiac. 5. obs. 13. P. Greg. 11. Syn. 5. num. 8. & seq. Forner. 1. selct. 5. Conn. 2. com. 4. n. 2. & 3. A. Guib. 1. q. 2. A. Gemil. 1. lect. 9. c Consul autem apud se quidem manumittere potest l. va. §. 2. de off. consul. l. 20. §. vlt. de man. vin. apud collegam non potest l. 18. de man. vind. l. apud eum, 14. de manum. Non oblt. d. l. vn. in fin. de off. cons. ibi enim sic interpungenda verba, apud collegam v. causa probata, potest, vt comina post verbum probata, non post verb. vero ponatur, vt sit sensus vbi causa probata fuerit apud collegam, cum Consul minor apud se manumittit. Ita Cuiac. 7. obs. 17. Coras. in d. l. vn. num. 10. Gilbert Reg. 1. enant. 29. A. Fab. in d. l. vn. & c. iurispr. c. pr. 7. ill. 11. Arum. disput. 1. Pand. th. 18. Pac. 1. q. 41. Aliter 32. Conn. 2. com. 4. n. 4. Consulem nihil manumittere apud collegam, d. l. vn. in fin. penes quem scil. administratio est, quia alterum inquit consulum imperium, partium in mentes, &c. Et sequitur Alb. Gent. disp. ad 1. Machabæor. c. 7. † De qua manumissio rit. est, lib. 4. Cod. Theod. 7. Nou. 156. & 162. & C. Inst. de his, qui in Eccle. man. lib. 1. tit. 13. vid. c. libertas. 87. dist. c. vn. ext. de lib. vent. Forner. 1. Selct. 4. e De quo vid. Pithæ. in not. tit. 2. coll. 11. Moiaic. Rau. de auct. prudent. c. 7. p. 995. f Nam simul ac manumissi essent demebantur ipsis capilli, ac capiti raso seu caluo imponebatur pileus. Plant. Amphit. Act. 1. Scen. 1. in fin. Hodie raso capite caluus capiam pileum. † Vid. Rau. de auct. prudent. c. 7. A. Guib. in Polybist. Hot. disput. c. 22. & quæ notat Goth. ad l. vn. §. 5. Cod. de lat. libert. 101. Alumbant & libertini nomen patroni l. 108. de condit. & demonst. l. vlt. de Insti. l. 126. §. 2. de V. O. Alciat. 4. disput. 3. Cerr. I. Coniect. ad fr. 26. Briss. 1. antiq. 11. & 2. antiq. 14. Seruus autem propria nomina non fuerunt, sed pro arbitrio & lasciuia sæpe dominorum composita. Qui enim alio referes Erotas Stichos Philargitos de quibus in iuris nostri libris, quàm ad ioculares illecebras inquit Merc. 2. opin. 18. g Inde dicta, quod serui eo ipso quod censentur voluntate dominorum, ciues Romani fiebant. Cuiac. ad l. 1. ut. de V. S. † Rau. de auct. prudent. c. 7. pag. 994. Censu, dicitur, manumittens in effectu concedit omnem vsurpandis nomeni Romani auctoritatem. Census enim est nomenis (quod serui non habebant) facultatumque professio, & vt serui incensu, sic nullus ciuis, qui non profiteretur censum, † Modum autem hunc obsoleuisse, postquam inualuit, vt in Sacrosanctis Ecclesijs manumitteretur & propterea in iuris corpore nihil extare, vult Mercet. 1. opin. 10. sed Cont. 2. lect. 9. etiam Vlpian. tempore morem hunc desisse sentit, quia Vlp. in frag. tit. 1. §. 8. Censu manumittebantur olim, &c.

CAPVT XVI.

Libertinorum status.

LIBERTINORVM STATUS OLIM TRIPLEX, a §. 3. & vlt. Inst. de libert. Vlp. tit. 1. §. 5. & seqq. & tit. 3. Gains. 1. Insti. tit. 1. NVNC VNVS tit. C. de dedit. & de lat. libert. tol. d. §. vlt. Insti. de libert. Justinianus enim primus OMNES LIBEROS CIVES ROM. efficit d. loc. Jmo Antoninus. l. 17. de stat. hom. 32. Anton. hoc tantum voluit, ne quem natalis soli conditio impediat, quo minus sit ciuis Rom. conditionem autem non sustulit, alioquin si per verba in orbe Romano qui sunt, intelligas omnes imperio Rom. subditos etiam serui fuissent ciues. b Intelligendi igitur qui ita sunt in orbe Rom. vt simul partem eius suo iure obtineant, & conditione non minus liberi omni ex parte. Ingens autem olim honos ius ciuitatis Rō. loco c beneficij concessum e populis, ciuitatibus, familiis, magno sæpe constabat, Ait. 22. vers. 28. vide Alciat. 2. disput. 22.

NOTATA.

a Vid. Rau. de auct. Prud. cap. 7. de deditijs vid. Cuiac. 15. obs. 7. b Ita & Cuiac. 4. obs. 5. Anton. ingenuis omnibus b dedisse ius ciuitatis, Iustin. libertinis. Et A. Fab. ad d. l. 17.

ratio est liberti deportati & restituti l. 21. de iure patri.
Non enim vti damnatione filiusfam. quis esse definit,
ita & libertinus. l. 17. de pen. nec potest libertino inge-
nuitas restitui, quæ nec amittit, quippe nunquam ha-
buit. 2. PRIORIS IURIS IN POTESTATE
QVÆ SIT AMISSIO. e Vnde liberatio quadam e
admitit

admit patri omnem potestatem in corpus & bona filij,
vt & liberos eiusdem post emancip. natos l. 1. si quis à
par. man. §. vlt. Inst. Quib. med. etc. Exemplo tamen pa-
troni datur patri bonorum possessio cont. tab. d. l. 1.
in pr. Quid autem opus sit ea, cum habeat etiam quærelam in-
officiosa, vide l. lib. 19. c. 4.) Et const. Iustin. dimidiæ
partis bonorum aduentitorum, quæ prius habet,
vsufructus. §. 2. Inst. per quas pers. acq. l. 3. C. de bon. qua
lib. Distat tamen multum emancipator à patrono;
1. enim operæ filio imponi nequeunt l. pen. Si à par. man.
l. pen. de obseq. 2. obsequium debetur quidem parenti,
sed naturâ, etiam naturali ac matris l. 4. in fin. & 2. ll.
Seqq. de in ius voc. 3. non perinde datur bonorum pos-
sessio liberis emancipatoris, vt liberis patroni l. 2. §.
pen. Si à par. man. 4. Nulla patri reuocatoria actio de
alienatis in eius fraudem l. 2. vbi ratio dt. e Quadam sit-
tio quæ vel communia omnibus: suitatem §. 9. l. de her.
ab int. Exc. est in libertatis dignitate, qui retinent.
f Nou. 8. l. c. 2. f vel propria adoptiuis, vbi nullum ve-
stigium ex pristino iure retineat. Amittuntur omnia
agnatio, cognatio, dignitas, successio l. 13. de Adopt.
l. 6. de Senat. & omnino filij esse desinunt §. 4. I. de exher.
Additur tamen in d. l. 13. voc. ferè, & propter successio-
nem interdum adoptiui l. 1. in pr. si quis à par. man. &
propter quartam adoptiui non rite emancipari supra
c. 23. & propter honestatem in coniunctione matrimo-
nij §. 4. Inst. de nupt. l. 14. de rit. nupt. In naturalibus
g autem manet cognatio l. 8. de R. I. & honor parenti de-
bitus l. 6. de in ius voc. & iura success. à prætoribus tribuun-
tur, §. 3. l. de exher. §. 9. Inst. de her. ab int.

NOTATA.

- a a Mercer. 2. opin. 7. de naturalibus tantum intelligit. f Con-
2. com. 14. num. 3. legitimos intelligit & pro vel. reponit semel,
reprehensum à Cuiac. 10. obs. 23. intelligente per naturales
conceptos in seruitute, & A. Fab. l. Iurisprud. 8. pr. 5. ill.
3. argum. l. vltim. de adopt. vbi addit naturales intelligi non
posse natos ex concubina. quia illi ante Constant. incogniti,
Nonell. 89. in pr. quod licet summo conatu concepat probare
liberos ex concubina vel illicito coitu omnia ciues
non fuisse, & vbiq. in D. verbo naturalium intelligi con-
ceptos in seruitute l. Iurisprud. 3. pr. 4. & latissime tit. 9.
pr. 2. ill. 1. mihi tamen probari non potest, de quo foris alius.
b Quid non tam referendum ad iuris rationem, quam ad
constit. Constant. l. vlt. §. vlt. C. de sent. pass. A. Fab. l. Iurisprud.
c 11. pr. 3. e Remanent tamen vestigia pristina potestatis, qui
effectus suos producunt in pueritatem vsque filij, vt ius dan-
di tutoris, substitutionis, & c. A. Fab. l. Iurisprud. 11. pr. 1. d
A qua tribus casibus repellitur, quos vid. apud Fab. l. Iurisprud.
e 11. pr. 10. ill. 4. e vid. Fab. d. ill. 4. Cuiac. 4. diff. Modest. f Illi
f enim liberantur tantum, in quantum patria potestas contra
ipsos odiosa, non vbi favorabilis, iuxta gl. l. in §. D. de his
qui sui, & C. l. 1. §. 1. ad Senat. consult. Macedon. vult. in §. 4.
Inst. Quib. mod. ius etc. n. 7. Gail. 2. obs. 13. n. 7. Idem tamen
Vult. in §. 5. Inst. de her. qual. num. 2. & 3. dignitate liberatum
sum non esse, sed pro suo & ius iuratis habere, inter quæ
g quod sit discrimen vid. Bellon. 1. supput. 3. g Amittunt tamen
& hi agnationem & familiam, l. 14. de adopt. l. 3. de cap. min.
& pro extraneis habentur §. 3. Inst. de her. qual. morte tamen
liberati, capite non minuuntur, sed in familia & agnatione
manent. lege 3. §. vlt. ad Senat. consult. Maced. Hor. in epit.
D. de adopt. numero 15.

Finis Libri secundii.

LIBER TERTIVS

CAPVT I.

Tutela definitio.

EX his qui sui iuris, quidam plena & integra
libertate fruantur, quidam quodammodo mi-
nuta. Potestas imminuens vel administrativa
vel moderatoria. Illa vel ob ætatem, vt tutela,
a vel ob imbecillitatem consilij f vt curatio minoris,
vel ob morbum animi, vt cura furiosorum, prodigii: corpo-

ris, muti, surdi. Definitur TUTELA l. 1. in pr. D. §.
I. h. VIS AC POTESTAS eodem sensu. Vis
enim est, quod res valet. l. 1. §. 1. de statu lib. l. 72. §. 4. de
solut. b Quæ significatio, quia aliquantulum obscuro-
rior, per adiectam vocem potestas declaratur e IN CA-
PITE LIBERO: quæ si ad tutorem referat, quod
conuenientius est, significant eum capite & personæ
statu liberum esse debere; sin ad pupillum, vt Theoph.
d antiprofolis, erit, in capite pro in caput. Eoque modo d
concepta l. 12. tab. si furiosus est agnatorum genti-
liumque in eo pecuniaque eius potestas esto, l. 1. Rhet. ad
Heren. & Cic. 2. de Inuent. Sed id minus congruè. Dici
enim potius debuisset in capite sui iuris: AD TVEN-
DVM hinc discrimen huius potestatis à patria & do-
minica e quæ illorum gratia comparatæ, & lucrosæ e
illis, qui eas habent. f Hæc autem in gratiam pupilli f
inuenta Cic. 1. off. Dicitur quidem pupillus subici tu-
telæ. l. 3. §. I. h. t. simpliciter videlicet in potestate tu-
toris esse dici nequit, nec impedit tutela, quo minus
pupillus sui iuris & potestatis esse dicatur. Tutela
enim est potestas non vera in personam, sed admini-
stratoria in bona pupilli. EVM, quia non datur rei, vel
certis causis, l. 12. & 2. seqq. de testam. tut. sed personæ;
& vt tunc tamen, non vt imperium exerceat tutor, g
QVI PER ÆTATEM SE DEFENDERE NEQVIT, quia
nec scire: nec discernere potest pupillus, non magis
autem furiosus l. 9. de acquir. hered. J VRE CIVILI
h DATA, vt legitima, ET PERMISSA, vt testa-
mentaria & datua, l. 130. de V. S. i

NOTATA.

- a Vult. in pr. l. h. t. n. 1. differentiâ personarum, quæ in a
tutela vel curatione sunt, & quæ neutra tenentur, ab ætate
sumi scribit; quæ alij maiores, alij minores, & hi vel impu-
beres, vel minores specialiter dicti. Differentia, inquit, com-
munis quidem seruis, sed quoad illos in iure nullo habet
effectus. Quæ non omnino probati posse videatur. Vam
vut seruis lemoueamus, tamen diuisio hæc non est propria
iis qui sui iuris sunt. Neque enim illa differentia illa ab ætate
sumpta propria est patribusfam. neque conueniens huic di-
uisioni, eorum qui vel in tutela curatve vel extra eam sunt,
cum & maiores interdum curæ subiant. Et ita angustior est
ex vna parte ob furiosos, prodigos, qui etiâsi maiores, in
cura sunt; latior ex altera ob filiosfam. qui est minoribus
vel impuberes tamen in neutra sunt. b Sic vis pro potestate in
l. 1. de interd. ibi, vt ipsa personalia sunt, id est, effectus &
potestatem. Quintil. lib. 2. Inst. c. 16. Finis Rhetoricæ vis, id
est, facultas persuadendi. Forcat. Nemonyan. dial. 66. num. 3.
Manz. in de tutel. q. 1. num. 20. f Hor. in pr. l. h. t. verbo vis,
significat facultatem & auctoritatem, arcendi incommodi
etiam ab iniurito, verbo potestas, facultatem regendi guber-
nandique pupilli. f Oldend. cl. 4. act. 31. vis est efficacia iuris
& virtus potestas est auctoritas, & Myns. pr. 1. h. t. num. 3.
f Alter Accurf. qui interpretatur violentam potestatem,
quod tutor iniuritis iniurito pupillo detur, quem sequitur
P. Greg. 11. Synt. 2. num. 2. quod refellit Manz. in de tutelâ
qu. 1. num. 8. & 9. quia sic volens & volenti datus non el-
set tutor, vt nec mater & auia, & c. Alter Vuesf. in par. h. t.
num. 3. Trem. par. 2. disput. 8. th. 1. lit. B. qui pro vis repo-
nunt ius, alter Loviob. de iuris art. tr. 6. de tutelæ ax. 1.
c Sic enim & hæc verba iunguntur in l. 17. de l. l. 7. C. de
Codicil. Synonima quippe si perspicuitati seruiant, in defini-
tione non redundant. vid. Goelen. par. 2. problem. log. 44.
Philosophus 2. Phys. text. 3. naturam definit ἀρχὴν ἢ ἁρχὴν
& ἀρχὴν ἢ ἁρχὴν, etc. Principium & causam motus &
quietis. d & Duar. ad h. t. D. c. 1. Baro & Hor. pr. l. h. t. Cu.
d iac. 21. obs. 23. Mercer. 2. op. 21. e Potestas dominica est e
dominij & possessionis: patria principatus & præminentia:
tutoria videlicet defensionis. Ram. lib. 1. de tur. c. 2. Paren-
tes & domini habent potestatem non solum commodandi,
sed etiam nocendi & incommodandi: & olim ius vitæ ac
necis: tutorum videlicet potestas posita est in commodando
& incommodando arcendo Hor. in pr. l. h. t. f Maius tuticioe ius
habet pater, tam in caput liberorum, quàm in bona, cum
eorum sit dominus ita, vt non inodo tueri, sed & confu-
mere possit. Vuesf. in Par. h. t. n. 4. f Tutela lucrosa potius pu-
pillo, quàm tutori l. 78. de adm. tut. patria autem potestas po-
tius

ius parentibus, quam liberis, tutela onus dicitur, §. item...

C A P V T I I.

Tutela qui subsunt.

CONSTAT TUTELA PERSONIS, ut subiecto & materia constituendi modo, ut efficien-

N O T A T A.

Ita & Duar. hoc titulo cap. 4. Vnum tamen casum esse, quo filiusfam. habeat tutorem, & datum sibi, tanquam...

res simul dantur tutores omnes vniuersi iuris censentur, & vnum patrem repraesentant.

C A P V T I I I.

Qui tutores esse possunt.

II. TUTORIS. PROHIBENTVR QUIDAM NATVRA: minores §. 13. l. de excus. l. vlt. C. de leg. tut.

N O T A T A.

Olim tamen etiam ad pupillos tutelam legitimam pertinuisse, constat ex vlt. tit. 11. §. 22. & ex d. §. 1. 3. & d. h. vlt.

gignam aures recipere possunt si velint. §. in d. c. vlt. im. vid. Piag. de iur. & curat. q. 3. num. 2. 3.

C A P V T I V.

Testamentaria tutela.

DEFERTUR TUTELA, dicitur & mandari l. 26. h. 28. de test. tut. & vlt. tutor dari, aut testamento, aut lege, aut a magistratu.

esto & is nolit constituere vtri velit l. 23. h. 3. nisi certae rei aut causae datus, §. 3. l. l. 12. & 2. segg. h. aliud tamen si vniuerso patrimonio alienius loci, l. 15. h. II. VOLVNTAS. vbi Q. I. DE APPELLATIONE LIBERORUM...

Addunt quidam 4. genus, anomalam seu extraordinariam

riam & irregularem, vt tutela matris & auie *Plag. de tut. Et cur quast. 2. num. 7. Et seqq.* quidam & 5. quasi testamentariam. *Manzin. de tut. quest. 2.* † Sed materna tutela dicitur vocatur legitima in *l. 6. C. ad Senatusconsulti Tertull.* *l. pen. in quib. caus. pig.* Quasi autem testamentaria, (quam vocant tutorem testamentario non rite dati, sed confirmati) diuersam speciem non constituit, vide *c. seqq. † Hor. in pr. l. h. t. tutelam diuidit in legitimam, cuius species etiam fit testamentaria per l. 130. de V. S. ac honorariam, † Cuiac. in par. C. h. t. Et vult. i. iurispr. 25. in legitimam & datiuam, & datiuam subdividunt in testamentariam, & datiuam in specie, seu honorariam. Idem Vult. in pr. l. de Attil. tut. num. 2. aliam esse immediatè à iure, vt legitima, aliam mediata, factò hominis, & vel testamento vel ordinatione magistratus. Sed hæc bimembris diuisio tutelæ deferenda ordinem peruertit. *Arm. excrc. Instin. ib. 3. b* Facultas enim hæc effectus est patriæ potestatis *l. 40. de adm. tut. l. vlt. C. Quand. tut. vel cur.* Quia Lex 12. tab. sic scripta: vti patetiam super tutela &c. *Hor. 6. obs. 5. Et ad §. 3. Instin. de cur. t. l. 10. §. 2. l. 3. h. t.* Obi. Exheredatio sui ius extinguunt, tutor autem non datur, nisi suis *l. 73. §. 1. de R. I. §. 2. additur in d. §. 1. cum moritur.* Exheredatio autem ante aditionem nulla, *l. 20. C. contr. tab. Hor. 6. obs. 5.* vbi tamen vult exheredatio datum non ipso iure probari, sed confirmandum esse per *l. 3. de confir. tut. Quod refellit P. Fab. 3. Semestr. 24. p. 380. c. in seq. † De dato exheredatis tutore vid. A. Fab. l. iur. tit. Qui test. tut. de v. pr. i. ill. d* Qui licet excusationem habeant, §. 3. *I. de excus. non tamen necessaria est excusatio & volentes suscipere possunt, nec si c* susceperint tutelam, deserere licet *A. Fab. d. pr. i. ill. 4. e* Ita enim demum *l. 12. tab. tutelam à patrefam. datum confirmat, si cum tutela rem coniunxerit: tutor enim sine pecunia f* dari nequit *l. 53. d. V. S. Hor. 6. obs. 5. f* Quod *A. Fab. d. pr. i. ill. 14.* rectè accipit, quando tutor datus est exheredato, nam vbi impubes ipse institutus frustra requiritur & expectatur aditio, quæ in suis nulla est. † Aliter alij, quorum sententias vide notatas à *Goth. ad d. l. 9. † Idem Fab. d. pr. i. ill. 20.* tutelæ testamentariæ diem cedere non ab adita hereditate, sed à morte, contra *Dd. vulgo pluribus contentit; quamquam minus propriè sic loquamur, diem tutelæ cedere pro delatam esse. g* Quid ita? quia ius patriæ potestatis, ex quo datur tutor, non transit ad heredem. *A. Fab. d. princ. i. ill. 37. Aliter Cuiac. 17. obs. 38. h* Possunt & verbis *Graci d. iur. l. vlt. C. h. t. Duar. ad h. tit. D. c. 4. Olim autem non nisi Latinis & directis, seu imperatiuis i* vid. *A. Fab. d. pr. i. ill. 19. i* Vbi Haloand. pro *posthumis* habet *posterior* Sed *Florent. & vulg. lectio* ventior. *Lorior. de iur. art. 17. 2. Qui est de natiuit. ax. 5. Hor. in §. vltim. l. h. t. k* Quam tamen rectè *P. Fab. 3. Semestr. 24. p. 374.* accipit de casu, quo testator non tantum nepotes habet ex filiis præmortuis aut emancipatis, sed etiam quosdam filios æquæ impuberes, in quorum persona tutelæ dario consistere possit, per *coniunctionem d. l. 6. cum l. præced. Et per verb. Et ipsi, item, ipsi quoque. Quod si nepotes tantum habeat impuberes, filios autem vel nullos vel emancipatos, vel omnes puberes, vti que filiorum appellatione nepotes accipiuntur, vt actus valeat magis, quam pereat per *d. l. 1. c. 15. l* *lit. D. l. Ex præsumpta voluntate Cuiac. ad l. 2. de excus. Et ad l. 34. de V. S. ex iusta interpretatione l. 201. de V. S. Gwd. in l. 84. n. 1. de V. S. Forst. obs. succis c. 7. id est, non semper plenè, sed ciuili legitima, iustis & æquis rationibus suffulcè. P. Fab. 3. Semestr. 24. p. 377.* in causa fauorabili, cuiusmodi fauor non est in tutela, vt latam interpretationem exigat, quia est testamentario non habeant tutores nepotes, satis tamen ætati tenerè prospectum est lege vel à magistratu. *Vult. in §. vlt. l. h. t. n. 2. † Nec quicquam fit contra nepotum vtilitatem, qui tutorem habent tutorem à magistratu, dandum cum satisfactione & inquisitione. A. Fab. i. iurispr. 12. m* *pr. 1. ill. 36. m* Non tamen è contrario *l. 45. in pr. de leg. 2. vbi ratio, l. 81. de leg. 3.* Veteres enim ludibij causa molles & enervatos scemino vocabulo appellauerunt, vt *liquet ex Aristoph. in Nubibus. Virg. 9. Aen. O vere Phrygiæ, neque enim phryges. Vid. Brecha. ad l. 1. de V. S. Forner. ad l. 122. n eod. n* Quæ enim ratio cur vni magis, quam alteri dedisse censetur. *Alc. ad l. 122. de V. S.* Aliud autem est in exheredatione, vbi si plures filios habens, filium exheredat, nullus exheredatus censetur, quia exheredatio est odiosa. *Cuiac. ad l. 1. 10. de V. S. Manzin. de tut. q. 3. 2. q. princ. n. 5. o* Ita & *Vult. in §. 1. Inst. h. t. Aliter Conn. 2. com. 4. num. 9.* purè inuoluntate dari scilicet si testator omnino velit purè & directè esse liberum, seruum, alicuium, quod fieri non potest. *p* Variè hic varij. *† Conn. sic disting. 2. com. 4. n. 7.* Aut simpliciter datus est tutor seruus, & fideicommissariam libert. consequitur**

*l. 10. §. vlt. h. t. Recurrendum enim ad coniecturas: vtilius autem pupillo si fit patronus sui tutoris, & verisimile est sic diligentior fore tutorem liberum: aut adiecta libertatis mentione & directam. † Sed refellitur ex §. 1. l. h. t. ad quem 28. 34. Conn. directam liberatam ibi significari, quæ directis verbis data, quæ ipsa tamen in effectu vim fideicommissariæ obtineat in cominoditate pupillorum. Sed & hæc 34. confutatur per l. 32. §. vlt. h. t. vbi verè in effectu est directæ, vt *lit. seqq.* Et non est ex coniecturis, sed verè & merè iuris ratione quod directæ libertas competat, per communem omnibus dispositionibus regulam *l. 2. de iurispr. Qui vult consequens &c. † Hor. in §. 1. l. h. t. qui contrarios textus conciliare hic student, eos sui potius ingenij acumen ostentare, quam lectorum studijs consulere: & dissens. quoque agnoscat, *Gutierrez. p. 1. c. 10. num. 2. † Ego tamen istis iudicijs non terreo, inquit A. Gent. 3. lect. 9. † Charon. 1. versim. 21.* Libertas quia tutelæ quæ semper directè datur, inesse subintelligitur, ideo dicitur directæ, aliàs effectu & re ipsa fideicom. † Nec melius *Cuiac. 18. obs. 5.* liberum esse seruo adferere sibi vel fideicom. libertatem ex *l. 9. C. de fideicom. lib. vel directam ex §. 1. l. h. t. † Vult. in §. 1. l. h. t. putat contrarias fuisse l. c. sententias, & eam quæ fideicom. tribuebat approbatam esse in *l. 9. C. de fideicom. lib.* esse enim hunc fauorem pupilli, vt seruo libero reddito, saltem retineat ius patronatus. *Quod refellit A. Fab. i. iurispr. 12. in pr. 1. ill. 42.* per verb. *d. l. 9. prudentib. placuit. † Pergit Vult. Instinianum non affirmare, sed rennare, vt directæ detur, quia non simpliciter dicit accepisse, sed videtur accepisse. Quia, inquit iure stricto ne fideicommissariæ quidem libertati locus. Pupillus namque heres propter l. Aliam sent. manumittere nequit, &c. Refellit & hoc *Fab. d. ill. 42.* quia idem à Instin. scriptum in *l. pen. in pr. C. de necess. seru. her. inst. ibi, ex ipsa tutela datione libertatem ei imposuisse. E* necesse est, vt directæ. Fideicommissariam enim non defunctus, sed heres imponit, *l. 11. C. de fideicom. lib. q* Ergo directè, quod duplici argumento ex *d. §. vlt. probat A. Fab. 6. coniect. 16. i.* ex verb. *vindicare. Fideicommiss. libertas non vindicatur, sed petitur. 2. ex verb. ab adita hereditate. Fideicommiss. libertas petenda ab herede, qui non est heres nisi post aditionem. † Cuiac. in not. 4. sent. Pauli tit. 11. §. vlt. ideo in specie d. l. 31. directam libertatem competere, quod seruus q. liber gemino nomine *Lucius Eros* appellatur. *Et probat Mercer. 2. opin. 18. Et aliquo modo ed inclinat Hor. in pr. l. h. t. † Sed refellunt Vult. ad §. 1. l. h. t. & A. Fab. d. c. 16. Et landato Vult. i. iurispr. 12. pr. 1. ill. 42.* quia ex verbis ipsius legis liquet, non ex scriptura testamenti, sed ex sola tutelæ datione libertatem illic competere: Dicitur enim aperte *cui Eros libertatem non dedit, r* Seruus necessariò fit tutor. *B. & necessariò liber. Libertas autem non debetur, tanquam necessarium consequens tutelæ, sed tanquam necessarium antecedens: At cui datur fideicom. libertas, non nisi volens & petens liber fit. A. Fab. d. c. 19. Et d. ill. 42.* Aliud argum. pro hac sententia suppeditat collatio *l. 28. §. 1. c. d. 7. h. t. † Ita & A. Fab. d. c. 16. argumentum, ait duci in d. §. vlt. à proprio seruo ad extraneum, non è contrario ab alieno ad proprium: & quod alienus non consequitur directam libertatem, obstitit non voluntas, sed potestas & iuris ratio, quæ non sinit directam libertatem haberi à non domino: In proprio autem seruo nihil impedit, sed imo fauor libertatis postulat, vt si directæ competere potest libertas, fideicommissaria ne debeat, ne libertus tutor patronum habeat, quem testator otcinnum esse voluit. *Sed aliter Alb. Gent. vs lit. seq. c* Baro ad *h. tit. Instin.* Et ita communiter tenere *Dd. quod d. l. 9.* accip. fit de tutore dato non in testam. sed codicillis, aliare voluntate, restatur. *Manzin. de tut. q. 2. 2. q. princ. n. 13. Sed Fab. d. cap. 16. Et d. ill. 42.* verba per fideicommissum in *d. l. 9.* ceu spuria & impetiti interpretis, decepti per voc. *agud*, reicit. Repugnantiam enim inuoluere dicit, manumitti per fideicom, quia manumissio ea fit ab herede, non à testatore *l. 11. C. eod. tit. de fideicom. libert.* vnde sciuncti tit. de man. test. & de fideicom. lib. † Sed à correctione textus manus cohibeamus. Non est hoc nodos dissoluere, sed gladio secare. Nec absurda videri debet *Fabro* locutio manumississe per fideicommissum in *d. l. 9.* Sic enim & *Papinian* in *l. 28. §. 1. h. t. verbis fideicommissi manumissus &c. † A. Gent. 3. lect. 9.* Seruumque & in *d. l. 9.* & in *d. §. vlt. l. 10.* fideicom. libertatem consequi, non directam fatetur, sed vtrouique esse casus singulates, non communes per verba vtrouique *pupillorum fauore.* Casus enim communis stat abique vilo fauore in *§. 1. l. h. t. ex Reg. Iuris, l. 2. de iurispr. & ille non est ex interpretatione, sed sententia testatoris. Et si non est communis iure potest directæ libertas competere, esse imò contra fauorem libertatis, dari si deicom,*******

fideicommissariam Casus igitur in *d. l. vbi* directè data libertas non valeret. ex *g. si Falcidia* si prohibita, vnde directæ præstandæ, non vnde fideicommissariæ: *vid. l. 6. D. de fideicom. lib. si ademptæ directæ, aut oneribus grauari: si expeditior ad fideicommissariam via arg. l. 1. de man. testam. Ita Alb. Gent. † Sed verore non obliuiscat *d. l. vlt. in pr. C. de necess. seru. her. vbi fauor pupillorum generaliter dicitur causa, cur libertas seruo tutori simpliciter dato competat, planeque apparet specialem ibi casum fingi non posse.**

C A P V T V. Confirmatio tutoris.

Hæc doctrina testamentariæ tutelæ appendix. **H** Vbi considerandum I. QVI CONFIRMARI DEBEANT, qui non vt oportet, dati, quod 4. modis fit: si non parens dederit: si iis quos non habet in potestate: si non iusto testamento: si rici certæ. Non omnes hi, sed illi tantum confirmadi qui ab his dati, quorum pietas & iudicium optimè consuluisse censetur. Vt dati à matre *l. 2. in pr. h. à patre naturali l. 7. h. à patrono l. 28. §. vlt. de test. tut. vel ab extraneo pupillo nihil habenti in bonis heredi instituto. l. 4. h. denique dati à patre non iusto testamento l. 3. h. 2. QVIS CONFIRMET, iudex competens *l. 2. l. vlt. C. h. prætor, proconsul, l. 2. 6. 8. h. a* præfcs, §. vlt. l. de tut. 3. MODVS. **A** LIJ SINE INQUISITIONE, dati à patre non iusto testamento aut Codicillis non confirmaris. *l. 3. l. 6. D. l. 2. C. h. d. §. vlt. Inst. de tut. aut ab extraneo pupillo heredi scripto, ob eundem affectum & dilectionem l. 4. h. si tamen durauerit voluntas l. 8. l. 10. h. à quæ recessit testator voluntate aperta, vt *d. l. 10. in fin. vel tacitè, si aliquandiu ante obitum tutor scriptus, & potest ea cõgiterunt, quæ si pater euentura scisset, daturus tutorem non fuisset d. l. 8. A L I J EX INQUISITIONE dati à matre *l. 2. D. l. 1. C. h. l. 4. de b* *test. tut.* Ratio in infirmitate sexus, *b* à patrono *l. 28. §. vlt. de test. tut.* à patre naturali filio cui nihil relictum *c* *l. 7. h. si tutor fenator sit. l. 18. de tut. dat.* Posita hæc inquisitio in eo, vt inquiratur non in voluntate dantis: hæc enim etiam in cæteris necessaria, vt modo dictum, sed in facultate, an sit soluendo *l. 5. h. & fit per causam cognitione decreto interposito d. l. 5. C. l. 2. D. l. 1. C. h. pro tribunali l. 7. in fin. h. per l. 3. §. pen. de bon. poss. Effectus r. aut confirmationem tutelam non est eius periculum, nec excusatione opus est *l. 1. c. 2. C. h. t. 2. Quamdiu confirmari potest, nullus locus est legitimis tutoribus, aliàs tolleretur hæc cõfirmandi necessitas per reg. Habenti tutorem tutor non datur, de qua *supr. c. 2. Hinc liquet confirmandum etiam ad cognitionem pro testamentario habendum, d* multò magis iam confirmatum siue ex inquisitione, siue sine ea *l. 3. h. ibi, perinde ac si ex testamento. Vnde & satisfatio ei remittitur, vid. *inf. c. 11. & vt testamentarius se excusare potest l. 1. C. h. [Facit l. 7. Rem pupilli saluum fore, vbi curator testamentarius dicitur, qui confirmatus est. Donell. *infr. h. lib. c. 19.*] Qui autem petant confirmationem dicitur *infr. cap. 8.********

N O T A T A.

a Excip. nisi à patre inter liberos datus minus perfectò testamento videl. frater maior fratribus impuberibus. Tuac enim confirmatio non necessariè est, sed ipso iure valet datio, per *l. 21. §. 1. C. de test. Manzin. de tut. q. 1. secunda q. principalis n. 4. Et 2. seqq. b* Non quia minus fidei & affectionis in matre, sed quia minus consilij & iudicii *A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 1. ill. 30. Manz. d. q. 1. n. 12.* in extraneo autem tamen consilium firmum, amor & affectus non idem. *Vult. in §. 2. l. de tut. n. 8. † Quæ tamen ratio displicet Obrecht. *diffus. 18. th. 344. Et seqq. quia idè est in auo & proauo materno quod in matre. Ratio autem ipsi videtur, quia Romani semper plus eorum iudicij tribuerunt, qui in potestate liberos habuerunt, c* verba hæc: *cui nihil relictum, Tiboniani adde, respicientis ad l. vlt. C. h. t. A. Fab. i. iurispr. 9. pr. 2. ill. 1. p. 334. Et seqq. d* *ita & Piagg. de tutore & cur. q. 9. n. 7. Gutierrez. de tut. p. 1. c. 2. n. 25. Et P. Heig. p. 2. q. 13. n. 8.* Adde quod Prætor confirmans, defuncti, non suum sequitur iudicium *l. 32. de excusat. Et confirmatus**

dicitur iudicium patris habere *l. 1. C. h. t.* Non igitur obstat, quod dare videatur, qui confirmet *l. 130. de V. S.* Id enim verè quociens confirmatio est voluntaria, non si ex necessitate fiat, vt hic. *Dissent. Cui in P. h. t. Et 7. ob 7. Vult. in §. 2. l. de tut. n. 3.* qui confirmatum habendum pro honorario contendant, per *l. 26. §. vlt. de test. tut. Et i. iurispr. 25. n. 21. Et 25. † Manzin. q. 1. secunda q. pr. n. 13.* nec esse merè testamentarium, nec merè datiuum, sed q. testamentarium: & *Gwd. in d. l. 130. n. 4.* nec propriè esse testamentarium, nec propriè datiuum, sed vtrumque non improprie.

C A P V T VI. Legitima tutela.

Legitima tutela, dicitur quod nulla hic hominis dispositio, nulla magistratus auctoritas *l. 5. in pr. h. locus est, cum omnis spes & confirmatio testamentariæ amora l. 1. in pr. de test. tut.* Quare si sub conditione vel a ex die testamento datus tutor, interim, posthabito legitimo, alius à Prætorè datur *d. l. 1. in pr.* Ratio, quia magistratus, vbi res exigit, ad tempus dare potest; legitimus vero à lege, non ad tempus datur, vt necesse sit admissum perpetuò manere. **E**t testamentario excusato vel remoto non ad legitimum redit tutela *q. sed vultis differre, quare hoc casu non recedat ad legitimum? quia quo iure tutela non datur? sed interuentu magistratus. Vnde in §. 2. *infr. inst. de Legit. agnat. Tut.**

Legitimi tutores dici possunt liberi, non ex persona sua: neque liberi patroni, quia ipsi non sunt patroni, neque liberi emancipatoris, quia familià mutatà agnatio sublata est, *l. 7. de c. min.* Ergo per d. reg. *Quos ad hered. &c.* Sed ex defuncti. Jam elucet discrimin. Liberi patroni succedunt in ius sui patris. *E* & in tutelam, quæ eius iuris effectus. Si enim libertus seruus mansisset. iure hereditario filij in eius dominium succederent. *E.* manumisso eo in ius manumissione quæsitum succedunt. Liberi a. emancipatoris in tutelam iure successione, non succedunt. Nam si emancipatus è patris potestate non exisset, eo defuncto non recidisset in filiorum, fratrum videlicet suorum, potestatem. *E.* nec in tutelam emancipatione obtentam. Nec claudicat ratio in nepote ab auo manumisso. *h* Is n. si ab auo non emancipatus esset, recidisset quidem in patris potestatem, non tamen iure hereditario (vri seruus, si non manumissus esset) sed patrio. Nam & exheredatus eandem potestatem obtrineret: nõ aequè exheredatus filius patroni, dominij serui: Patria potestas personale ius est, dominij iuri, reale. **A**tque i

hic genuinus est sensus, d. t. i. de fid. tut. vbi, in v. at quin, obiectio mouetur, in v. quoniam, p. obiectio dicitur diluens. *similis obiectio forma in l. 68. de her. inst. 3. Agnatorum, quando impubes morte exiit de potestate, l. i. §. 6. h. non si emancipatione l. 2. d. h. §. vlt. l. i. h. Frater tamen emancipatus, quia posterioribus constitutionibus agnatis adnumeratur, etiam quoad successionem, tutelam hanc in fratres & forores & ex his prognatos retinet l. 4. C. h. Sed differentia cognatorum & agnatorum sublatam, & quo quisque gradu ab intestato heres fit, eodem onus tutelae subiit. Nouell. 118. cap. 5. In patronorum tutela nihil nouatum; in parentum plurimum: Fiduciaria enim omnis sublatam, & pater nouiore iure succedat filio siue emancipati, siue non ideoque & tutor legitimus, & si auus nepotem emancipet, non ille, sed pater hodie tutor fit, & simul fratres ex vitroque latere. Omnes igitur ad tutelam vocantur, & quia ad successionem, tam cognati quam agnati prout quisque propior gradu.*

N O T A T A.

a Dat enim lex sub conditione tutores, si testamento nemo datus. *Manz. q. 1. tertia q. princ. A. Fab. i. iurispr. tit. de leg. agn. tut. pr. i. §. 1. Et testamentarij fides in specie est a testatore ad probata legitimi in genere tantum. Magis igitur l. con. dicit de prouisione patris. Manz. in q. 4. pr. n. 4. b Ita C. A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 1. illat. 12. c l. quo tutela 77. de R. l. vbi Hottio 6. obf. 5. litteram inuertit, legens quod hereditas peruenit ad tutelam redit, notatus ab A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 2. Non enim prius est, d vt hereditas quam vt tutela deferatur, vid. P. Fab. in d. l. 77. d Vult. in pr. Inst. de leg. agn. tut. n. 3. sic Alia verò legitima quam lex ipsa definiuit, & vel expressè, quae directa, cuius species duae: vna legitima specialius, quae ex l. 12. tab. agnatis deferretur, altera imperatoria, quae ex l. 12. tab. etiam cognatis, vel tacite, quae obliqua, vt tutela patronorum: Alia quasi: nec ex verbis, nec ex mente profecta, sed argumento tutelae legitime introducta: Parentum & fratrum. e Non ex verbis l. 12. tab. Sed sententia, per consequentias hereditatum, l. 3. in princ. b. Manz. in q. 2. tertia q. princ. num. 3. vid. Reuar. ad leg. 12. tab. cap. 12. Mercer. i. opin. 5. A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 2. ill. 2. Nec enim tantum, quod nominatim lege cautum, legitimum dicitur l. 6. §. 1. de V. S. f Ad exemplum prioris, & per extensionem. Manz. in q. 2. tertia q. princ. num. 6. quia pater quodammodo patronus filij emancipati t. t. d. si par. man. Vult. Inst. de leg. par. tut. A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 2. ill. 4. Et dicitur pater legitimi vicem sustinere l. 3. in fin. hoc g tit. vid. Loriot. tract. de tut. ax. 12. g Seu quia propter fiduciam diligenciam ac fidei fraternam inducta Voelsen. in pari. De legit. tut. num. 4. t vel quia non successione spc, sed sola fiducia coniunctionis sanguinis geritur. Baro ad tit. l. de fiduc. tut. Manz. in q. 2. tertia q. princ. num. 9. t Aliter Reu. de au. thor. prou. cap. 5. sub fin. fiduciarium tutorem dictum olim ipsum patrem, si contracta fiduciam emancipasset, Vlpian. tit. 11. §. 5. vbi quia causa tutelae fiduciaria, eademque a patre mortuo ad filium transibat ipsa quoque tutela fiduciaria vocatur. Quamquam d. §. 5. hoc non probet, sed ibi fiduciarius tutor non pater, sed is cui a patre filius mancipatus, scilicet in imag. h seu traditus. Confer Cai. i. Inst. 6. §. 4. h Licet in eo pluraquam manifestè claudicare dicat, Vult. Inst. de fiduc. tut. t Cuius tit. 11. Vlpian. §. 5. hanc rationem Imperatoris falsam esse in patre & in auo ac subtiliorem, quam vtiorem, i quibus probè occurrit Horsen. ad tut. l. de fiduc. tutel. i Ad dit rationem in auo ac nepote Loriot. de tutel. ax. 16. quia si emancipans auus semel legitimam tutelam habuit: sicuti in legitima hereditate successione locus non est. §. penult. Inst. de leg. agn. tut. ita nec in legitima tutela iam suscepta per l. 3. §. penult. hoc tit. Sed si vera haec ratio esset, neque patroni liberi essent legitimi tutores, & d § penult. non probat, sed k refellit Lorioti opinionem. k Etiam adoptiui, quia & illi succedunt, §. 1. in fin. Inst. de legit. agn. tut. Hotom. in princ. l. de legit. agn. tut. Cont. i. subsec. lect. cap. 6. nu. 5. §. 6. t Non obst. l. i. in pr. hic. in verb. agnatis & consanguineis, vbi Accul. per verbum consanguineis putat excludi adoptiuos. Nam ibi per consanguineos significantur fratres. Et consanguinitas est fraternitas, quae etiam est inter fratres adoptiuos l. 44. de Adopt. Cont. d. loc. t P. Fab. 3. Temestr. 24. pag. 378. Ex quo inductum vt fratrum filij cum patris in successione concurrant, co iure etiam vocari cum his ad tutelam patris impuberis. t In feudis autem quia solis agnatis spes est succedendi, soli exclusis cognatis etiam propioribus tutelam subeunt. Vide Schrad. p. 10. sect. 19. num. 31. §. multi sequ.*

V. Reu. vbi supra. n. 8. non sublatam agnitionem exemplum.

S VCCEDIT DATIVA TUTELA (ita vocatur l. de titius 7. d. Rem pup. sal. for. l. vlt. C. de leg. tut. l. 52. C. de episc. & cler.) Cur locus non nisi deficientibus prioribus pr. l. de Attil. tut. quod tamen quoad legitimam non est perpetuum. VBI CONSIDERANDA PERSONA ET MODVS. PERSONA I. DANTIS, qui iurisdictioni praestit, praestit vbi, a praetor praestit §. 4. l. h. l. 3. i. a D. h. t. proconsul, praestit Egypti, l. h. iuridicus Alexandria l. 2. de off. iurid. modo sint sanae mentis d. l. 8. §. 1. legatus proconsulis l. 15. de off. procons. non tamen vi mandata iurisdictionis, sed ex oratione Diu. Marci l. 1. §. 1. h. b Tutoris enim datio neque imperij est, neque iurisdictionis, c sed ei soli, cui dedit lex vel SC. c vel princeps l. 6. §. 2. de tut. Hinc nec mandante praestit de alius tutorem dare potest l. 3. pr. h. t. [nondum concessa hac potestate, non fuit effectus iurisdictionis. tutoris datio, sed ex quo concessa est, iurisdictionis pars esse coepit, nec immerito potest ita vocari, & hoc est quod dicitur in l. 1. de iurisd. Ad ius dicendi officium pertinere pupillis tutores coostituunt. d Doni. infr. 17. com. 8.] Magistratus municipales etiam hoc ius habent l. 3. h. t. sed vt Imp. in d. §. 4. iussu praesidis; (quod tamen ex parte correctum §. 5. l. eod.) & si, non magne pupillifacultates, id est, intra 300. solidos d. §. 5. non tamen iussus praesidis causa est, e licet i. c. necessarius, sed vt d. l. 3. habet, quia illis datum est, a lege scilicet [iussus praesidis tantum implet conditionem legis, non mandata iurisdictionis. Donell. infr. 17. com. 8.] Et vbi absunt, qui dari possunt, decuriones, si maior pars coenerit, dare iubentur. Dant autem omnes hi secundum iurisdictionem suam §. 4. l. de Attil. tut. non quod haec datio sit effectus iurisdictionis, sed ne excedat limites f. Neve f. dent alij magistratus, quam qui iurisdictionem in loco domicilij pupilli exercent l. i. in fin. h. per l. vlt. de iurisd. Hinc si facultates distat, rerum quae sunt Romae praetor, provincialium praestit tutorem dare potest l. 27. in pr. h. 2. IMPVBERIS. Non enim datur non civi, de quo supra. 2. datur tamen de statu suo litiganti l. 17. h. quia ex euctu litis datio vel finitur, vel ab initio inutilis. Et fauore libertatis impuberi seruo, cui libertas & hereditas per fideicommissum relicta l. 13. pr. h. item si directo relicta, datur tutor ad eundem hereditatem d. l. 13. infr. pr. & hic sensus est l. 9. h. t. g Datur absentis, ignorantis, inuito l. 5. §. 6. h. 3. TUTORVM. Vbi respicitur, 1. conditio persona, vt tutor esse possit, de quo supra. §. 5. Seruus autem licet in testamento dari possit supra. §. 4. a magistratu tamen planè nequit, neque cum libertate, quia magistratu, cum dominus non sit, ius manumittendi non est. 2. facultates, & integritas vitae, ac mores inculpati. Officium enim magistratus vt pupillo consulens, der eos, quos rectè gesturos tutelam spes est; omnino autè non dandi, qui vel vtrò ingerunt, qui pecuniã dant, vt creentur l. 21. §. vlt. h. Et si ex inquisitione confirmandus sit tutor de quo c. 5. ea omnia nihil agitur. Prohibentur & alij, qui vel ne excusatione quidè indigent, vt qui legatione funguntur l. 21. §. 3. h. qui iurisdictioni dantis nõ subsunt l. i. in fin. h. vel indigenti excusatione, vt ingenuus datus libertino, vid. infr. c. 9. Et qui a parentibus, etiam matre, l. v. Si cont. matr. vel prohibitus tutor esse l. 21. §. 2. h. qui tamen se non excusans remouetur vt suspensus salua existimatione d. §. 2. d. l. 11. Possunt autem dari & quidam de quibus probabilis est dubitatio, vt collega à municipalibus vel decurionibus l. 19. h. Ratio dubitandi, par in parem non habet imperium l. 4. de rec. arb. R. dec. magistratus municipalis, tutorem dans collegam, fungitur vice praesidis

dis h & ita praesens, maior magistratus, dedisse ceteris. Et qui pro tutore, fideiussit ei contutor dari potest l. pen. h. Ratio dubitandi, ne in vna tutela duplex periculum sustineat, fideiussionis, nomine alieno, & tutelae sito, R. dec. non absurdum est. Fideiussio sua voluntate suscepit. E. per l. imp. pub. 38. de pati. Et absens l. 5. h. R. dub. statuta aduersus absentes non contumaces irrita l. 7. C. Quem. & quan. iud. R. dec. diuersa haec sunt: res geritur litigantium consensu qui hic non desideratur i l. 6. h. & plures simul l. 23. h. t. Non autem separatum l. 9. C. Qui per. tut. propter reg. haberi tutorem tutor nõ datur. II. MODVS DANDI. Nequit dari sub conditione l. 6. §. 1. de tut. neque ex die l. attus 77. de R. l. multo minus ad tempus aut conditionem arg. l. 55. de leg. 1. testatori plus permittitur supra. c. 4. h. t. Ratio differentiae k k i. in affectu patris, qui nihil nisi quod è re liberorum sit constituisse censetur, qui affectus non est in magistratu, vt plurimum extraneo. l 2. Suspensa tutela non laeditur vtilitas pupilli: datur enim interea, dum dies veniat, vel conditio existat, alius à magistratu. At si magistratus ex die dederit, quis dabit medio tempore alium? m ipse ne? At inconstantia eius ferenda non est, si alium det ad conditionem, alium sub conditione, vt postquam conditio extiterit, prior posteriori cedat. Aut enim est idoneus prior datus & retineri, aut non idoneus & nec dari omnino debuit. Sed haec de vera in futurum concepta conditione dicta sunt: aliud si in praesens vel in praeteritum. Eiusmodi enim formula cum rem non differat, sed statim confirmet vel infirmet, dicitur magis, quam est conditio, §. 6. l. de V. O. Valer igitur datio sub conditione si liber est, l. 17. h. & aliud si tacita d. l. 77. de R. l. aliud si ipso iure infir, ex g. si satisfecerit. Haec enim admonitio magis quam conditio d. l. 6. §. 1. de tut. arg. l. 69. de her. inst. Sic datur tutor, dum testamentaria in suspensio est, vbi conditio dies illius extiterit, esse definit, l. 1. §. de test. tut. Potest autem dari omni tempore l. 8. §. 2. h. etiam ferarur l. 2. de feruis, quous loco, nisi detur ex inquisitione, vbi pro tribunali, de quo c. 5. Propria quaedam habent tutelae, illustrium personarum, quae petenda ex tit. C. de tut. ill. & clar. pers.

N O T A T A.

a Et tribuni plebis pr. l. de Attil. tut. t Non igitur verum quod Reu. scribit l. var. 16. omnem creandum tutorem in urbe Roma potestatem à M. Aurel. Antonino ad praetorem tutelarem translatam fuisse teste Iulio Capitolino, cuius haec verba sunt fol. m. 217. Praetorem tutelarem primus fuit: cum autem tutores à consulibus poscerentur, (Quod & apparet ex §. 2. l. de Attil. tut.) vt diligentius de tutoribus tractatur. Ex quibus hoc certè inferri nequit. t Peius idem Reuar. t de quo vrilissimum P. Fabri iudicium §. 6. semestr. 6. p. 78. acutum eum magis, quam in prudentia iuris solidà exercitatum vocantis) d. c. 16. ex ea causa in l. 3. in pr. de minor. verbo consulit deleto proconsulum restituit, quia ait, tempore Vlpiani consulibus vni dandi tutores non fuit. Nam praetorem quod hoc falsum sit, nec semel data consulibus potestas vllibi adempta legatur, etiam in d. l. 3. in pr. nec de tutoris nec de curatoris datione, sed de concessa aetatis venia, vix necessitate habendi curatoris remissa agi, cuius non officianter legenti apparet. b Ita C. Coraf. 5. misc. 24. nu. 5. & Puc. i. q. 50. Broni. aff. 19. c Dissen. quodammodo Hot. quod hoc i. amicab. c Bellon. i. suppu. 2. dicit, non esse iurisdictionis, sed permissionis, quia & patri ea potestas est. Et potestas quam habet magistratus, dandi tutores, est subrogata in locum potestatis datae testatori. t Et Vult. ad pr. & §. seq. l. de Attil. tut. n. 4. Non omnis magistratus tutoris dandi habebat potestatem, nec solus, sed etiam priuatus testamento. Nec concessum hoc ius semper magistratu eidem, sed modo huic, modo illi, vt l. Attilia, praetori urbano, & c. Si esset effectus, iurisdictionis lege Attilia aliisque legibus, Iulia & Titia pr. Inst. de Attil. tut. Vlp. tit. 11. §. 18. opus non fuisset. t Coraf. 5. miscel. 24. & hanc rationem afferit, quia tribuni plebis dant tutores pr. l. de Attil. tut. qui tamen carent iurisdictione. Agell. 13. not. 12. t Hor. in §. 3. l. de Attil. tut. vt praetor non facit heredem, sed lex: ita magistratus tutorem non facit, pro suo imperio vel iurisdictione,

sed lex, qui tunc hanc potestatem magistratu nominatim tribuit. Attilianum tutorem lex facere, magistratus dare dicitur: legimum lex facit & dat l. 5. de legit. tut. Adde A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 1. ill. 14. Diss. Vacon. 6. declar. 78. n. 3. inter iurisdictionem realem & legale distinguit, & aliter Sc. Gent. lib. 2. de iurisd. ad orat. D. Marci c. 1. dist. inter iurisdictionem quae omnibus magistratibus & quae specialiter & nominatim certis dederit. d Pac. 5. q. 69. Et ad d. l. 1. officium ius dicendi latius d. parere & multa ad id pertinere, quae iurisdictionis non sunt, vt l. 6. §. vlt. l. 7. de off. pro l. 15. de off. praef. c. Cui. 15. obf. 19. non ideo mandatur haec potestas municipalium magistratu, sed à lege data, is plerumque exercet, iussu & praeccepto praesidis l. 5. de consuet. quod iussum non, sicuti mandatum voluntati est, sed necessitate iniungit. t Vult. ad tit. de Attil. tut. n. 3. & Aruum e disp. p. 16. ib. 2. & Broni. aff. 19. iussum in d. §. 4. non accipiendum pro mandato, sed pro admonitione per l. 46. §. 6. de adm. tut. t Ita C. Pac. 5. q. 69. Vult. d. loc. n. 7. Eodem modo quo in l. 10. §. vlt. de min. t Coraf. 5. misc. 24. n. 7. verb. iurisdictionis in d. §. 4. designare locum seu territorium, cuius fines transfitti non possunt. t Bellon. i. suppu. 2. n. 4. verba secundum iurisdictionem, referri non ad potestatem dantis tutorem, quasi ca pendeat à iurisdictione, sed ad personas quibus dantur tutores, non aliis, quam qui sunt iurisdictionis. Et haec interpretationes verborum formã diuersã. sententiã conformes, & in effectu eodem recidunt. Aliter Cabot. 2. disp. 9. & Baro in l. 1. de iurisd. videlicet iurisdictionem in d. §. 4. latius accipi. Hodie tamen nostris motibus tutelae datio est iurisd. & imperij, ac à cuiusque loci Magistratu ordinario datur Vult. ad tit. l. de Attil. tut. n. 10. Myns. in §. nos a. 3. l. eod. n. 11. & g Obf. d. l. 9. l. 14. de test. tut. tutor non datur rei vel caussa. A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 4. ill. 13. ideo ad hereditatem ad eundem dari tutorem, quia curator ad id dari non potest, cum eius auctoritas ad aditionem inutilis sit l. 17. §. 1. de appell. h Quod tamen repugnare videtur prioribus, vbi dixit Donellus non iussum praesidis esse causam, sed dationem legis. Nec mouere debet d. l. 4. de arbitris, diuersa enim sunt dare iudicem, quod est iurisdictionis, & dare tutorem, quod non est. Confer. Cui. 7. obf. 17. i Quapropter vnus rei & periculi communio nem omnes vnus vice sunt, Hot. in §. interduum 5. l. de Curator. & Alciat. 3. parerg. 8. Rationem esse, quia tutela datiua sit k actus legitimus, quam refellit Loriot. ar. de tut. ax. 9. & Manz. in q. 3. secunda q. pr. n. 1. quia & testamentaria est actus legitimus, & non omnes actus legitimi respuunt conditionem. l. Consentit Manz. in q. 3. secunda q. pr. n. 1. & Duaren. ad iust. d. de tutel. c. 6. Spenat enim ait pater ad tempus dans tutorem eum consulendum suo filio finita tutela. m Haden est in effectu ratio Bartoli in d. l. 6. §. 1. de tutel. quia factum testatoris in eo quod deficit, potest suppleri per iudicem facti iudicis non potest expleri, nisi per eundem iudicem, vt notat Gorb. in d. §. 1. & probat Loriot. ar. de tut. axiom. 9. & Myns. in §. 1. Qui test. tut. & Guierrez. de tutel. p. 1. c. 11. n. 7. Sed A. Fab. i. iurispr. 12. pr. 1. ill. 13. Rationi illi non esse locum in tutela legitima, cuius tamen par sit causa. Ratio autem differentiae secund. Fab. haec: Tutela comparata, vt patris vicem sustineat tutor. Quem igitur pater elegit, aliter quam ipse voluit tutor esse nequit: cum etiam testatoris voluntas in aliis insequenda sit. A lege autem & magistratu non potest constitui sub conditione qui sit vice patris, cum pater à natura, quae nihil sub conditione facit, nisi purè nemo sit. Sic Faber. argutè fortè magis, quam congruè.

C A P V T VIII.

Qui petant tutores.

M Agni interest pupillo esse, qui eius nomine tutores putant, cum ipse per aetatem non possit. PETVNT igitur QUIDAM VOLVNTATE l. 2. §. 1. h. cognati, affines, amici, familiares parentum, educatores impuberis l. 2. in pr. d. l. 5. & 10. C. h. creditor paternus l. 5. §. 3. d. l. 4. C. h. & hi soli a qui tamè ipsi nõ aliter petunt, a nisi, vel qui coguntur petere, desint, vel suo officio nõ fungatur, d. l. 2. §. 3. l. 10. C. h. QUIDAM NECESSTATE, IDQVE VEL IURE PIETATIS l. 8. C. h. de quo Conf. Seu. l. 2. §. 2. h. l. 2. §. si mater 23. & seq. ad SC. Terryll. §. 6. Inst. eod. verbis hisce: QVA MATER, etiã naturalis tantu b l. vlt. C. h. Quia aequè mater est, eadè illi debetur reuerentia l. 4. l. 5. l. 6. de in ius voc. E. & ipsa eandem debet pietatè liberis. Etiam auia l. 2. §. 28. ad SC. Terryll. arg. l. 20. i. in fin. de V. S. Si tamen mater viuat non aliter, quam si illa non petèdo successione exclusa per l. 10. C. de leg. her.

VEL NON PETIERIT. Hæc voc. & petitionem dationis & confirmationis continet. Nam si confirmandi existat tutores illos non alios postulat *l. vi. in pr. h. Tutores*, certos quorum nomina edere debet. **INONOS**: non si defunctori petiit. *l. 2. §. 23. ad Ter. habiles conditione personæ nec privilegii munitos d. l. 2. §. 32. & §. 37.* qui tamen si susceperint tutelam, mater excusatur, sin autem per se indignus petitus licet a prætoribus admittitur, tamen mater puniuntur *d. l. 3. 4. F. l. i. s. v. i. s.* impuberibus, qui indigent nec alios habent *l. 2. pr. d. l. 9. C. h. e. Vel prioribus excusatis omnibus siue aliquibus. In locum enim excusati vnius alius petendus d. l. 2. §. 39.* nisi reliqui tutelæ sufficient *l. vlt. §. i. h. d. nec decretum sit adiungi alios d. l. vlt. §. 3.* **RETRACTISVE**, si vel ab initio non dati, vel ut suspecti remoti *d. l. 2. §. 41.* vel mortui, §. 40. vel latent. §. 41. Tum enim mater iterum prætorum adeat & cum effectu dari desideret *d. l. 2. §. 41.* Suspectum tamen postulare non cogitur *l. vlt. §. vlt. vbi ratio h. i. CONFESTIM*, vbi primum potuit non impedita *d. l. 2. §. confestim 4. 3. ad Terryll.* Sed Theodosius generaliter annum dedit ad petendum tutorem *iis*, qui ad successionem vocatur pupilli, *l. sci. at. 10. C. de leg. her.* Quidam matrem exemptam inde differunt, & quod ea lex generaliter scripta sit. *E. per l. 80. de R. I.* & quod pietas matris plenius officium exigit. † Sed reflantur *§. pen. de Inst. de S. C. Terryll.* vbi & matri annus indulgetur: & est communis opinio teste *Ang. in d. §. pen. ALIORVM NOMINA DEDERIT, IVS NON HABEAT VINDICANDORVM SIBI BONORVM FILIORVM*, ipsorum tamen, non patris eorum, à quo si quid relictum ei sit, non amittit, quia id non est ex successione filij *e. l. vlt. §. 3. h. Exc. nisi iusta causa eam excuset, vt i. impedimentum naturæ, hostium incurfus, & c. l. 8. C. h. vel iuris, si alium tutorem habeat pupillus, vt sup. 2. vtilitas pupilli, si petiit vel non adiualet, vt si egenus filius l. 2. §. 26. ad Terryll.* si matri relicta hereditas rogata, remissa satisfactione (si non remissa sit, contra est) vt filio puberi facto restitueret *d. l. 2. §. 46.* vel læderet pupillum, vt in specie *d. l. 2. §. tractari 4. 1. ad Tert. 3.* ætas minor *l. 2. C. si adu. delict.* Non autem excusat prohibitio patris *d. l. 2. §. 25.* quia patri non est potestas prohibendi *l. 5. §. 7. de adm. tut.* non ignorantia iuris *l. vlt. C. h. Ratio, quia officium hoc naturalis pietas suggerit, iuris autem naturalis ignorantia nec in muliere probabilis. F. INTESTATORVM*: si scilicet mater eis nõ pupillariter substituta, quia tum pupillus est testatus: Hodie videlicet indistinctè arcetur ab omni successione pupillorum *l. 10. C. de her. §. pen. I. de S. C. Terryll.* Qui textus generaliter quidem loquuntur de illis, qui ad successionem vocatur. In matre autem maxime iis locus, quæ duplici vinculo obstringitur & cõmuni ob successionem, & proprio ob pietatem. **ARCETUR** autè si impuberet accesserint, *l. 6. C. ad Terryll.* secus si puberes *l. 3. C. d. i. Quid ita? delictum enim matris pubertate non extinguitur? Quia impubes & persona eius læsa est, non pubes cui subuenire non potuit mater petitione, & ita magis respicitur persona & res, quàm ipsum delictum **VEL SUCCESSIONIS CAUSSA**. i. Omnes qui ad mortui successionem vocantur *l. 10. C. de leg. her. vel ex testamento*, vt substitutus, qui si adit, solus petiit. Exc. mater quæ tam est à substituto excludatur *l. 8. C. de impuber. & c. de quo aliàs; tamè utriusque eodem tempore necessitas petendi incumbit & neuter per alterum excusatur. Mater enim tenetur ob pietatem substitutus ob successionis spem. Diff. Bart. ad l. 2. h. hoc arg. Legitimus heres aliàs fururus, potest iniuriam institutionis à se amoliri, vt res redeat ad causam intestati, *l. 77. §. 31. de leg. 2. l. 42. de acquir. her. & simil.* Mater autem non petendo efficit vt res res-**

stat æstimationem: sin malit consequatur æstimatio- nem, atque ita actio non præcisè datur ad rem, sed ad rem vel æstimationem, ita non sunt duo domini eiusdem, sed diuersarum rerum: Dominus tabulæ do- minium retinet, pictor picturæ: Quia autem res non patitur hæc seorsim obtineri, alteri soluitur æstimatio vel tabulæ, vel picturæ, & sic suam in rem consequitur, dum pretium ei soluitur. arg. l. 14. de V. S. Hoc autem hic singulare in pictura quod ea pictori etiam non possidenti (secus quam in scriptura sit) salua est, indu- ctum non tantum ob picturæ pretium, sed & ob ex- cellentiam artis. Et quod si possidens malit æstimatio- nem tabulæ vindicanti offerre, retinere potest. Vtrin- que enim hac in re potior est causa possidentis. Nam si dominus tabulæ & pictor habent act. si non ten- cant, & ille pretium picturæ, hic tabulæ offerant, d. l. 9. §. 2. d. §. 3. magis retentionem qui, ex eis possidet, æquè æstimationem offerens. Sed hæc si bonâ fide pinxit d. l. 9. §. 2. Nam si malâ operam perdit, & ne possidens quidem except. habet arg. l. 7. §. 12. h. Sed quid si tertius aliquis tabulam possideat, vter vindicet? Accurs. & alij in l. 9. §. 2. h. pictorem præferunt, quia directam act. habet. Sed non semper præfertur cui actio directa est. Par igitur vtriusque causa & am- bo eiusdem iuris. Proinde melior erit conditio eius, qui prior ad sententiam peruenerit l. 3. D. Quod cum eo. Si eod. tempore ambo ad sententiam venerint, pictori tribuetur tabula, ita, vt domino eiusdem pretium solu- at, quod si renuat, eadem lege domino tabulæ ea ad- iudicabitur.

NOTATA.

a Baro in d. §. huc se (ad d. l. 23. §. 3) Remittere eos scribis, qui Iustin. credunt in P. nullam haberi antilogiam, non au- maduerentis Iustin. legislationem omnem triennio compo- sitam & commendat. Imp. in l. 2. §. contrarium C. de vet. l. enuel. persuasorio ll. exordio contentur, festinationis igno- scendum esse, & c. ¶ Dd. vulgò reprobatu ab Imp. Pauli sen- tentiam, quos & sequuntur. Costal. in dict. loc. 23. §. 3. Vult & Borch. in d. §. 34. & A. Gent. 4. lect. 18. Pugna nulla est, ait, si diserte tollitur Pauli sententia, esset si vtriusque statetur, & non inficere, Henning Vveagner. disput. Inst. 4. th. 7. lit. B. ¶ Pat. 3. q. 43. voculam licet in l. 23. §. 3. esse notam correctionis, & probari à Paulo eorum sententiam, qui pictori tabulam tribuerunt. Nec verba seqq. repugnant, sed sensum esse: Licet pictura non cedat tabulæ, tamen id speciale, ex quo regula generalis non eueritur, sed in casib. non exceptis confirma- tur. Verum perquam dura est hæc interpretatio. ¶ Gæd. in l. 14. de V. S. n. 12. & seq. contendit ex ratione iuris diuersum statui in scriptura, quæ sit accessio chartæ formam non im- mutans, aliud in pictura quæ specificatio accessoria, nouant formam; priori delata addeas (quod & vult Voesen in §. 34. l. h. n. 3.) per l. 14. de V. S. Et in d. l. 23. §. 3. in verbis aut in tabulâ pingitur, non significari tabulam picturæ destinatam, sed scri- bendi & norandi causa factam, coriaciam cereamve, & c. in qua & notæ sphericæ sæpe pinguntur, & ipse litteræ, quia non calamo, sed stylo exarantur, pingi magis quàm scribi videantur. In vers. licet de picturâ, & c. remoueri obiectionem & in vers. sed necesse est, tradi rationem directæ inter veram & artificiosam picturam & eam quæ in coniacis ce- reise tabulis: Ita Gæd. ¶ Quæ non placet. 1. Quia specifi- catio accessoria metum cominentum ll. incognitum, vult. not. cap. seq. lit. A. 2. Quia specificatio non est causa, cur tabula picturæ cedat, sed prærium picturæ d. l. 23. §. 3. & §. 34. l. h. 3. Esto. Sit hic specificatio, tamen ea ita facit dominum, si res ad pristinam materiam reuertit, & ei prior forma restitui nequeat §. cap. 12. lit. B. Hic autem potest, abra- ta sc. pictura d. l. 14. de Verb. Sig. 4. Quia Paulus aperte dicit de pictura alios contra sensisse. 5. Interpretatio vers. licet & vers. sed necesse est perdura, & crebras ellipses requirit. 6. Non scribi debuerat, sed necesse est, verum, nam necesse est, si ibi ratio diuersitatis. b Imò Caius Paulo consentit 2. Inst. l. 1. §. 6. in fin. 32. Sed ille vel alius est Caius, vt voluit. Hot. in §. cum ex alienâ 25. (ipss 18.) & in §. 34. (ipss 25.) l. h. t. & 8. obs. 4. Baro in P. rom. Inst. C. p. & in l. 1. de his qui sui. Tir. in l. 8. C. de reuoc. don. v. Libertis n. 123. A. Gentil. 5. de Nupt. 12. vel Amanus ex Caij Inst. epitomen illam conficit, quendam deptauius, vt Cuiac. in præfat. Cod. Theod. Donlin. l. 1. §. 4. de

de V.O. n. 11. Cont. 1. diffut. 12. vel saltem Caj contextum sepe corrupti Anianus. Cuiac. in not. post. ad §. 3. l. h. t. & 7. obs. 16. Pitho. in not. tit. 16. coll. II. Mosae. Vlt. in §. duorum 4. l. de nept. n. 2. Rittersh partit. feud. lib. 1. c. 16. q. 11. & nec picturam corradere potest, quia nihil inde laturus nisi ut officiat, §. 39. de R. V. Trefin §. 34. l. h. t. n. 3.

CAPVT XXXVII.

Accessio.

SECUNDVM CONIUNCTIONIS GENVS (de i. genero S. cap. 32.) CVM RES PER SE SVBSISTENTES IVNCTÆ COHÆRENT, ac additamentum tantum & expletionem corporis efficiunt, ac vnum corpus propriæ speciei, eiusdemque nominis constituunt, vbi Regula: PARS INFERIOR CEDIT PRÆSTANTIORI. Præstantia æstimatur vel ex magnitudine, si statua pes vel manus addita, vasi fundus aut ansa, lecto fiscum l. 2 §. 1. h. l. 23. §. 3. de R. V. quamuis pretiosior, vt gemma annulo l. 19. §. 13. de aur. arg. leg. purpura vestimento intertexta §. 26. l. h. vel ex pretio, si magnitudo eadem l. 27. §. vlt. h. Si vtrunque magnitudo & pretium eadem, neutra pars alteri cedit d. l. 27. in fin. Præstantiæ n. tribuitur hæc cessio l. 23. §. 4. de R. V. non iure speciei a cum iungens neutram partem fecerit, sed factas vniuerit. Quomodo verò domino consulitur? Si ad plumbaturâ, aut similibus materiis res copulatæ, agit ad exhibendum, vt separatur, separatim vindicat: Sin ferruminatione materiæ confusa, in factum l. 23. §. 5. de R. V. Si vero sciens iunxit partem alienam, quæ cessit sibi, tenetur furti §. 26. l. h. Quod si suam partem iunxit, quæ alteri cessit, bonâ fide, habet except. & amissâ possessione agit ad exhibendum d. l. 23. §. 5. Si mala fide, rem omnino amittit.

NOTATA.

a Errat igitur Gæd. in l. 14. de V. S. n. 11. hanc vocans specificationem accessorium, quando res adiecta eius, cui accessit pars formalis, vel tota forma esse incipit. Quæ differat à nudâ accessione, vt cum adplumbatur quid fuerit, l. 23. §. 5. vers. non idem de R. V. † Non ita Imp. in §. 26. l. h. dicens simpliciter, accessionis vice cedere. Non ita Iuriconsulti. in l. 23. §. 5. de R. V. l. 27. §. vlt. h. l. 19. §. 13. de aur. & arg. leg. Et si iure specificationis, numquam cederet. Semper enim ad priorem materiam reuerti pars iuncta potest. Denique speciei consecutione tantum bona fide acquiritur S. c. 12. hic etiam malâ d. §. 26. l. h. t. in verbis: qui dominus fuit adu. eum qui furti-puit habet furti actionem.

CAPVT VLTIMVM.

Incendum nunc fuerat de personis acquirētium iure naturali. Sed cum hic locus communis sit acquisitionibus iuris ciuili, prius eos modos exponemus. [De personis vid. I. lib. 9. cap. 5. & 2. seqq.]

Finis Libri quarti.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Res corporales & incorporales.

ACQVISTIO iuris ciuili itidem tribus perficitur. Re, modo, Persona. RERVM IURE CIVILI DVO GENERA I. I. §. vlt. de R. D. tit. I. de reb. corp. & incorp. ALIÆ CORPORALES, quæ tangi possunt, quas rerū natura prodidit, vt homo, vestis, fundus, quem malè quidam incorporalibus a accensent a quæque solas Ius Gent. agnoscat, b quia acquisitio illius oritur à possess. & apprehensione naturali l. 1. §. 1. de acq. poss. quæ tantum corporalium l. 3. pr. d. t. Obli. §. vlt. ibi expojimus, & c. l. de vsu & hab.

Res. Illud referendum ad res corporales, de quibus ex professo in præced. egerat Imp. Neuter enim modus acquiritur seruitutes §. vlt. l. de seru. §. 1. l. de vsu. iuris gentium e nec testamentum, nec pactioes per l. 20. C. de pact. Obi. At hic accedit vsus, qui pro traditione habetur. E. pactio nuda est, & c. Habetur pro traditione; rectè, interpretatione ciuili, non est traditio. ALIÆ INCORPORALES, quæ in iure, iuris intelligentia consistunt, seu iuris intellectum habent l. 50. de per. her. quæ non sunt, sed finguntur, & quasi sint intelliguntur: quæ & iura dicuntur, quod non à natura, sed à iure, vt sint, acceperint. d Harum quædam per se consistunt extra personas & res alias, positæ, vt hereditas: quædam corporibus adherent: Et hæc vel consistunt in personis, vt iura rerum nostrarum, quasi nostrarum, & nobis debitarum, vt obligatio & actiones in personam: vel in rebus, vt iura prædiorum, vel mixtam naturam habentes, seruitutes personarum. Et quidem quæ res corporales iure Gent. alienari vetantur, ea etiam Ciuili. Incorporales autem omnes hoc iure acquiri possunt, quippe ob eam causam comparatæ. Non tamen hic ea serie agi potest, vt acquisitioni corporum subiungatur acquisitio incorporalium: Sed de rebus quæ per se subsistunt, vel natura; vt sunt omnes corporales, vel iure, vt hereditas, & aliæ successiois species, ordine agi potest, & debet. Reliquæ incorporales, quia sunt iura rerum priuararum, & earum effecta, omnino causas suas sequuntur, & hunc ordinem repudiant. Vbi enim de ipsis rebus, quibus insunt, ibi & de his querendi locus. Iura illa sunt vel rerum nostrarum; & duplicia. 1. Quæ obtemus aduersus alios, dominium & eius iura. 2. Quæ ab aliis pati cogimur, imminutio dominij per emphyteusim, seruitutes, & c. Vel nobis debitarum. Obligatio & quæ ex illa, actio in personam.

NOTATA.

a Cui. in l. 58. de V. volens fundum esse nomen iuris, & eo significari plenam proprietatē. Quod refellit Donell. nosser in d. l. 58. n. 7. & seq. 1. auctoritate omnium Latinorum. 2. definitione fundi l. 60. l. 211. de V. S. 3. per tit. l. de reb. corp. l. 1. §. 1. de R. D. Obi. Cuiac. l. 56. §. pen. de V. O. n. 8. vitiosa collectio: Qui fundū stipulatus est ibi debetur plena proprietas. E. fundus est proprietatis. Non enim id iudex quia fundus nominatus, sed quia dare promissit. Nam qui spondit traditurum se fundum, non debet proprietatem, deberet autem si (quæ Cuiac. sententiâ) fundus esset proprietatis. † Obi. l. 16. §. 3. ad Treb. ff. Don n. 9. imò contrarium probat Nam si fundus ius esset, non ex eo ad ius duci posset argumentum. Elset enim ratio eadem cum propositione, & idem per idem explicaretur (addo ego, duceretur argumentum à specie ad genus, à particulari ad vniuersale.) Sed ibi est ratio ex comparatione parium talis. Si ex fundo æs alienum deduci nequit, non poterit etiam ex iure, quod non magis ex ære alieno constat quàm fundus. Ita Don. restituit. † Bene tamen monet. Hot. in tit. l. de reb. corp. enun. 1. Quod fundus homo, & c. corp. dicuntur de indiuiduis accipiendum, quod I Cti dicunt fundum hominum in specie, non autem de homine, fundo, veste, & c. in genere, quia res vniuersales à sensib. remotissimæ. Ar. 1. Post anal. 24. text. 182. Nam vniuersale fit ab intellectu per abstractionem præcisionis, vt Metaphysici docent. b In quo Donell. non assentiendum. Quis enim dicit oblig. naturalem, dominium possessionē vel corpora esse, vel adscribenda iuri ciuili, quorum ambigo vtrum absurdus. Et omnino discrimen faciendum inter iura realia, & imaginaria, quæ solâ iuris fictione consistunt, vt hereditas, quatenus à I Ctis dominia fingitur. (non absolute) ius possiminij, & c. Nam & accidentia non esse entia ficta, & rationis, sed realia, ac habere esse extra intellectum, & citramētis cogitationem existere Methaphysici demonstrant. Quamquam non ideo velim quæcumque philosophis sunt accidentia, ea I Ctis dici incorporalia, vt sentit Vult. l. de R. D. n. 5. Scio I Ctos longè strictius res incorp. accipere, non de accidentib. iis quæ cum corporibus natura prodidit, sed de iis quæ impositione hominis existunt, in iure consistunt, de quibus acquirendis agitur, seu, vt Gæd. in l. 5. de V. S. n. 8. quatenus sunt effecta patri-

patriomonij illud augmenta vel deminuentia. Longè itaque alius huius diuisionis vsus philosophis, alius Iuriconsulis. His ea quæ iuris sunt dicuntur accessionem recipere. Vnde hereditas fructibus augetur, l. 178. §. 1. de V. S. l. 20. §. 3. de per. her. l. 2. §. 1. de her. vend. At corpora nec augeri nec deminui dicuntur in iure. Contrâ philosophis sola corpora augeri & deminui apta dicuntur, quæ quantitate videl. prædita, cuius augmentum & decrementum affectiones sunt. c Sed Hor. tit. l. de reb. corp. enun. 5. Seruitutes alias esse iuris naturalis, vt in l. 1. §. vlt. de acq. pl. arc. alias iuris gentium, vt omnes aliæ, reales vel personales, per d. §. vlt. & Padilla, aliis relatis, in rub. d. C. de Seru. n. 9. & Vult. in pr. l. de R. E. n. 5. Nulla res incorp. à natura est, sed ex impositione hominis (vid. tamen not. lit. B.) nec est perse, sed semper spectatur in alio. Et consistit vel in quantitate, vel in numero, vel in facto, vt possessio, vel in iure, quæ est vel vniuersalis, vt hereditas, vel singularis, vt vsufr. & c. vid. idem 1. Iurisp. 62.

CAPVT II.

Rerum corporalium acquisitio ciuili.

IURE CIVILI RES CORPORALES ACQVIRVTVR VEL QVÆ NULLIVS, vt thesaurus vid. S. lit. 4. c. 14. in fin. VEL ALIENÆ ET VEL SINGVLÆ VEL PER VNIVERSITATEM §. vlt. l. Per quas pers. SINGVLÆ VEL VOLENTI-BVS DOMINIS, ET AVT SOLO CONSENSV: idque vel fauore vltimæ voluntatis, legata & fideicommissa, de quib. lib. 8. vel personarum, vt publicis corporibus, ciuitati, ecclesiæ, prochoropis, nosocomis, & c. recessis in l. 23. pr. C. de SS. eccles. & rub. C. de ep. & cl. quibus si quid venditur, donatum, promissum, actio in rem, & ita dominium sine traditione acquiratur. d. l. 23. §. pen. & vlt. * Priuatis non æquè l. 20. C. de pact. nam mancipatio & in iure cessio, de quibus Vlpian. tit. 19. sublata. AVT TRADITIONE, SED NON SOLA, in quo iterum discrepantia à iure gent. quod solâ contentum est, vt donatio requirens insinuationem vid. li. 4. c. 19. lit. B. quæ causa fuit Iust. de eâ agendi inter acquisitionis ciuili, cum ipse antea donationem inter-acquir. modos iure gent. retulisset §. 40. l. de R. D. b Quamquam si non acquisitionem solam ex donatione, sed donationem totam spectemus, habet ea & alia à iure ciuili, vt sunt i. Causis donandi, vt nudo pacto perfecta act. pariat l. 35. §. 5. Cod. de donat. §. 2. l. eod. 2. In tempore donatio propter nuptias, quæ & initium constante matrim. sumere potest. §. 3. l. de don. 3. In effectu, & communi vt possit ob ingratitudinem reuocari, & proprio, donationi causâ mortis, vt pro libitu, solâ penitentia. VEL INVITIS ET AVT FISCO; de quo in iure publico AVT PRIVATIS, QV IN QVÆ CAVSIS I. EST DELICTVM DOMINI vid. l. 7. C. vnde vi §. 1. l. de vi bon. rap. 2. LIBERALITAS PRINCIPIS. Si enim quid donatum duobus, & vnus decesserit sine herede, pars decedentis ipso iure peruenit ad confortem, non ad fiscum l. vn. C. si lib. Imp. soc. sine her. lib. 10. RES NOSTRIS NUMMIS, EMPTA IN CERTIS CAVSIS (Regula enim est in contrarium l. 6. C. de R. V. l. 1. C. si quis alij vel sibi, nam & deficit voluntas vendentis, qui ementi acquisitum vult, & consensus eius, cuius sunt nummi, & ipsa traditio, alij facta) vbi actio vtilis domino nummorum, etiam aduersus ementem, sed & emens vindicare potest ab aliis: verum in concursu dominus nummorum præfertur. Idque fauore vel, persona. in milite l. 8. C. de V. R. vel dotis in re dotali pecuniâ emprâ l. 54. de l. dot. vnde dicitur dotalis. E. est mulieris soluto matrimonio l. 30. C. eod. vocula autem videtur in l. 54. significat dari hic act. non directam, sed vtilem. Accur. & sequaces, cum quibus & Duar. ad l. 22. §. vlt. Sol. matr. c ita demum dotalem fieri si & nomine & voluntate vxoris comparatæ. Sed sic falsa erit regula d. l. 54. Non enim

fieret dotalis, quia ex nummis dotalibus, sed quia non minime & voluntate vxoris. Obi. Imò mulieri non acquiritur l. 12. C. de l. dot. & c. rectè, constante matrimonio, quia tunc dos est mariti l. 9. C. de R. V. Nam & ibidem dicitur dotis actio cõpetere, matrim. sc. diremto. Obi. l. vlt. C. de ser. pig. da. man. & c. Nõ sequitur: manumitti potest feruus d. l. vlt. E. dotalis non est, nam & dotalis manumitti potest l. 3. C. de l. dot. Obi. l. 26. de l. dot. l. 21. de pact. dotal. & c. Diueria sunt, fundum fieri dotalem, vbi pecunia dotalis esse non desinit, ac mulier, soluto matrimonio, vtrum velit, persequi potest: & dotem à pecunia transferri in fundum, de quo in all. II. quod sine voluntate illius non fit, vbi pecunia desinit, fundus solus incipit esse dotalis. Obi. l. 32. de l. dot. & c. Ibi venditæ res non dotales sed mulieris propriæ. Datur & actio mulieri in rem ex pecunia eius donata à marito empram, si maritus non soluendo l. 55. de don. int. vir. d ne fraus d fiat legi vtræ dicenti donationes coniugibus. Vel partim fauore persona, partim odio emptoris: empta ex pupillaribus nummis à tutore l. 2. Quan. ex fac. tut. l. 3. C. arbit. tut. vel curatore per l. 8. §. 1. de reb. eor. qui sub tut. vel ex pecunia ciuitatis à Syndico, quia minorum iure, vtritur l. Respublica 4. C. Quib. ex ca. mai. e vel ecclesiæ ab administratore honorum per l. 23. C. de SS. Ecc. f

NOTATA.

a Et sic donatio hoc casu non potest valer cum alias ab acceptione confirmetur, nec sine ea perficiatur, Cuiac. 12. obs. 28. † Quod tamen in tacitâ & præsumptâ donatione, non procedere post alios. Tiraq. in ll. connub. gl. 5. num. 59. & rub. l. 8. C. de reuoc. don. glof. donatione largitus nu. 115. vid. & H. Pift. lib. 1. q. 13. num 5. b Vult. in pr. l. de donat. num. 1. & ad d. §. 40. ibi traditione dominium acquiri iure gentium, quam præcessit donatio si non tempore, saltem natura, tanquam titulus iustus & habilis. Erant autem addit, & donationes sine traditione perfectæ, quibus & olim iure ciuili, dominium acquirebatur, vt Mortis causa l. 2. de Publ. in rem (de qua ideo Iustin. prius agit, ac de simplici, contra quam in D. & C.) Et donationes mancipatione factæ iuris ciuili (Cuiac. 100. obs. 28. Cont. 1. diffut. 12.) & denique sponfalia largitas. Reliquæ donationes iuris gent. ita Vult. tamen Bero in §. pen. l. de don. tempore quo conscriptæ Institutiones nonnum fuisse speciale contractum sponfalia largitatem veli. † Cont. 1. diffut. 12. donationem quo olim modus acquir. naturalis, hodie esse ciuilem, si non conuictam habeat traditionem. ex l. Iustin. l. 35. C. de don. † Gæd. verò in l. 23. de V. S. num. 6. ita methodo Iustin. satis non fieri, statuens omnem donationem in natura quidem fundatam, formæ tamen perfectionem habere à iure ciuili; olim à lege Cincia Vlp. tit. 5. §. 1. & à præ-tore hodie à Iustin. §. 2. vers. perficiuntur. l. de don. & alius Imp. insinuationem requirentibus: & vtri maxime ratione ciuili, cum sine ea commercia exerceri possint. † Mihi donationem in dist. ciuilem esse persuaderi non potest. Non vtr arg. quo alij, ex verbis Homeri à Iustin. laudatis §. 1. l. de don. Neque enim fateor hoc, sequitur. Græcis in vsu fuit donatio mortis causa Igitur iuris gent. Poruit illis esse ex suis moribus & peculiaribus institutis. Hoc quæro a viro doctissimo, si donatio traditione transigatur, quænam illi forma accessisse ll. Rom. ostendi poterit: imò quænam vel fingi poterit? Quis? Non habet donatio rationem maximè naturalem? Cum natura inter nos cognationem instituerit, quid naturalius, quàm hominem homini egenti subuenire? Cum antiquitas nihil aliud existimauerit esse Deum quàm prodesse mortalibus, Erasim. in adag. Homo homini Deus. Cum natura propensâ ad liberalitatem simus: Cicer. in Lælio. Seneca in lib. de benef. Cum naturali æquitate conueniat, voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis (sive gratis, sive quid pro ea recepturus sit) ratam haberi. Quam quæso, quo æuo, gentem ostendes vel ultra Sinas & Iapones, & vel à maximè barbaris, cui exercitium liberalitatis omne, donationis omnis vsus ignoratus. Sanè ratio hic vel magis vel non minus naturalis, quam in pignore aut negociorum absentis gestione, magis certè quam in fœnoris exercitio, quod iuri gentium à Martiano tribuitur l. 15. de interd. & releg. quod tamen tantoperè omni arate apud omnes ferme gentes, sapientes (quam sapienter non disputo nunc) execrati sunt. Formam habuisse putat Gæd. olim à l. Cincia. Vlp. d. §. 1. verba sunt: Lex Cincia S. certum modum donari prohibet, & c. Quæ

latè parentes, qui non mancipatione, sed vsu tenebatur. *Cui in d.l. 3. Et in d. 1. 19. §. 8. Et Duar. ad h. t. D. c. 1. §. 1. Sed Cont. 1. disp. 10. Et Form. 2. Seleu. 17. si locus vllus corrigen- dus, potius ille §. 8. ex l. 3. quam hæc ex illo d. ita Et Reu. ad l. 12. tab. c. 17. Et Cont. 1. disp. 10. Et Turamin. de verò sub. poss. 7. poss. num. 11. quia adicit, vt incrementum latens, al- iudicis instar ¶ vel quia dominium Quiritar. bonitatio ad- dicitur. Vult. 1. h. t. n. 9. Hor. pr. 1. b. Vscapio enim instituta ad constabiliendam acquisitionem rerum, quæ plenum ius acquisitori non præstabat. Earum duæ erant species, 1. Quæ à non domino bona fide alienata. 2. Quæ à domino, sed non solennitac legitimo Quiritium modo. ¶ Vel quia non acqui- ritur à domino, sed adicitur à lege, Vult. in Par. h. t. n. 4. ¶ vel non transfertur ex consensu, sed adicitur auctoritate legis. Sic & adiectio pignorum cum auctor, iudicis venditur. L. 15. §. 3. de re iud. adiectio bonorum cum quis solâ princi- pis auctoritate pro herede habetur. ius. 1. de eo cui lib. ca. bon. Alciat. lib. de s. ped. præser. n. 59. Et 60. ¶ Sed omnes nunc lib- ri vtrobiq; habent additionem non adiectionem. ¶ vel ad- iectio ratione originis & eius qui amittit, adepto ratione ef- fectus, & eius qui acquirit Cif. in d. 1. 3. n. 2. Adde P. Fab. 3. Se- mes. 7. p. 88. e. verba illa, temporis lege definiti, in d. l. 3. Trib- bon. tribuunt Cuiac. ib. Et ad 11. Vip. §. 8. Duar. in h. t. D. c. 1. in fin. Cif. in d. 1. 3. num. 1. Et 6. Vult. 1. h. t. num. 8. Obrech. disp. de vsuc. 1. b. 29. Contra Cont. 1. disp. 10. Fors. v. v. Instim. p. 1. disp. 8. h. t. 4. ¶ Licet autem hæc definitio non compren- dat bonam fidem & iustum titulum, non tamen manca, cum hæc substantiam vsucapionis intrinsecus non respiciant, nec sicuti superueniens possessionis, ita & bonæ fidei defectus eam intempat Alciat. lib. de s. ped. præser. n. 62. Et in iur. ext. de de præser. n. 14. ¶ Nec necessarium, vt omnes causas comple- ctatur definitio, Duar. h. t. c. 2. ¶ Sed imò hæc implicite con- tineret definitione P. Greg. 40. Syn. 1. n. 6. nam adiectione, ait, tit- ulum indicat, cui adicitur, tanquam subiecto. Ratione aut- rem tituli bona fide quis se possidere dicit, sine quâ titulus pro nullo est. add. Bron. 2. Mis. 4. Gilken. præser. p. 1. c. 2. n. 10. f. 2. seq. f. Hor. pr. 1. h. t. 5. in vniversum requirit: Possessionem, Tempus, titulum; bonam fidem, & integram rei condi- tionem. g. Vult. 1. h. t. n. 1. Et seq. in acquirentem etiam requi- rit, vt dominus esse possit. Quare si quaeratur an silvæ vsu- capere possit, disting. 1. inter factum vsucap. quomodo pot- est: & ius refulans quomodo nequit, vt ipse fiat dominus. 2. inter res, an sit castri. vel quæ castri. peculij, &c. l. 4. §. 1. h. t. ¶ Sed si filij vsucapione late Gilk. de præser. p. 3. c. 1. Re- cte autem noster prius de Personæ requisitus agit, quam de reb. Hic n. verus ordo est, vt prius inquiratur an iuste possi- deat: deinde an res vsucapi possit Theo. in s. furtina l. h. t. A. Massa Galea. li. 3. de exerc. iurisp. n. 40. Et seq.*

CAPVT VI. Possessio.

PRIMUM igitur requisitum, POSSESSIO l. 25. de vsuc. dicta à sedibus l. 1. pr. h. t. pro à sedendo, seu sessione. Possidere enim vt Grammatici & Al. i. disput. 1. à pos & sedere, vt sit posse sedere, seu cum potestate se- dere. Additur in d. pr. quasi possessio, in quo non erymon, sed vt vsucapionem, seu allusio vocis, b explicationis causâ adiecta. Possidere namque est sedes in re pone- re, vel positas habere. Est detentio, id est, res in facto po- sita, c & cum quaeritur & qua sita l. 19. Ex quib. ca. mai. non verò insistendi rei, vt Bart. in l. 1. h. t. & vulgò Dd. e. 1. quia hæc Gr. uatovchi, l. 1. pr. h. detentionem signifi- cans Theop. in pr. 1. de interd. 2. dicitur naturaliter ten- neri ab eo qui illi insitit d. l. 1. pr. h. 3. Possidere res, a causa facti dicitur l. 1. §. 3. & 4. h. t. 19. Ex quib. ca. mai. f. 4. quia per pupillum acquiritur. d. l. 1. §. 3. quia se- mel qua sita, non quamdiu per ius licet, id est, perpetuo, sed quamdiu naturaliter, id est, corporali prehensi- one repeti potest, manet l. 3. §. Nerua 13. h. 6. Quod ius non sit probatur inde, quod quæ de iuribus consti- tuita hic ferè omnia contraria: siue respicias acquisi- tionem. Nam qui iura, omnia vel priusina, recipiunt, vt postliminio reuertit l. 19. Ex quib. ca. mai. vel defuncti consequuntur, vt heredes l. 37. de acq. her. hanc non acquè d. l. 19. Et l. 23. pr. h. t. siue amissionem. Nam pos- sessio alieno facto eripi potest l. 3. §. si rem 18. l. 15. h. & amittitur facultate rei tenendæ amittit l. 3. §. 13. h. siue

personas possidentium. Non omnis possidens habet ius detinendi: vt mulier possidet rem donatam l. 1. §. 4. b. l. 1. §. 10. de vi arm. l. 1. in fin. D. Pro donato, sine iure possi- dendis l. 26. pr. de don. int. vir. 8 Econtrario dominus vt i- deteclus, cui est ius possidendi, non possidet l. 5. de vsucap. Obi. 1. Etymologia, Possedere, nihil aliud est quam ius habere rei insitendi. ¶ Imò verbum posse non ad ius, sed ad factum & naturalem facultatem l. 3. §. 13. h. referendum est. Obi. Ast animo retinetur l. 4. G. h. §. possidere §. 1. de interd. Non retinetur nisi quæ prius habebatur, & sic illa ipsa corporalis possessio in detentione posita non quidem natura, sed iuris in- terpretatione; quia cum vult possessionem repetere licet, & quousque id licet retinet d. l. 3. §. 13. h. Hinc & prædo animo retinet possessionem, qui tamen nullum ius habet. Obi. l. 49. §. 1. h. in verbis, Possessio non tantum corporis, sed & iuris est. ¶ Iuris est, rectè. Non tamen propterea ius est, sicuti nec corpus. Dicitur autem corporis, quia eo acquiritur, & vt sit ab eo accipit, iuris quia ex iure plurimum mutuatur h. d. l. 49. pr. vt licet ius non sit, tamen quoad quædam ead- dem conditione, quâ iura habetur, veluti 1. Vt per seruus acquiri possit d. l. 49. pr. 2. Ne seruus ipsis acquiratur d. l. 49. §. 1. quorum aliqui illud non fieret, hoc fieret. Facta enim aliis personam non egrediuntur §. 2. 1. de stip. ser. 3. Vt animo retineri possit. 4. Vt iuri accessionum possessionis (de quo infra c. 20.) locus esse possit. Obi. Bart. Imò diseretè vocatur ius possessionis l. 44. pr. d. l. 10. C. h. t. l. non ideo §. Cod. de lib. ca. ¶ Distin- gus possessionis ab ipsa. In iusto possessore hæc con- iuncta sunt; & te arguunt possessio & ius possidendi, (non verò vt in iusto) vt e. g. muliere S. l. r. G. & tamen re & causis inter se distincta. Quod possidet est ex af- fectu domini, quod ius habet possidendi ex iusta causa & bona fide. Quæ distinctio probatur in d. l. 10. cir. fin. ubi super iure possessionis valet. Nam is vnde petitur res iudicio, non certè dubitat an possideat, sed an iure. Palam est igitur aliud esse ius possessionis, aliud ip- sam. i Regetis: At ubi qui super iure vacillar, non i- potest intelligi possessior. ¶ intelligi sc. effectu iuris. Reipsa enim & post litrem contestatam verè possidet l. 19. de R. V. l. 2. §. vlt. Pro empt. & AFFECTV DOMINI k Theop. in §. 4. 1. Per quas pers. nob. atq. Et in §. 1. Quib. l mod. toll. obl. vt rei insitit tanquam suæ. Non enim colonus l. 33. §. 1. de vsucap. nec creditor l. 15. §. 2. Qui fa- tisf. cog. nec fructuarius l. 10. §. vltim. de acq. do. §. 4. pers. idem placet. 1. Per quas pers. ¶ nec missi in possess. rei ser- uandæ causæ l. 3. §. vlt. h. Serui & filijfam. res quas alius acquirunt l. 24. h. l. 38. §. 7. de V. O. Et quando ex his aliqui possidere dicuntur, vel simpliciter vt credi- tor l. 1. §. 14. b. naturaliter vt colonus l. 7. §. 11. com. diu. fructuarius l. naturaliter 12. pr. h. id fit ab iudicè ex eo quod apparet non quod est. ¶ Non autem requiritur n opinio domini, sed siue fieri se putet dominum, siue velit esse, ac pro domino se gerat, possidebit, vt mala fidei possessor l. 1. §. 4. l. 3. §. 5. h. vbi dicitur in summa, id est, in genere possidenti nihil interesse, quia vterque æ- que possidet, quamuis diuerso effectu. REI CORPO- RALIS o l. 3. pr. h. l. 14. l. vlt. de seru. Quæ IN COMMERCIO EST l. 30. §. 1. h. P non liber homo l. 23. §. vlt. h. nisi ex opinione tenentis l. 10. pr. & §. pe. de acq. do. 3. Requi- ALIIS POSSESSORIBVS VACVÆ. Duo enim in so- lidum nequeunt possidere l. 3. §. 1. clam. 6. §. vlt. h. t. o p de quo vid. J. lib. 15. c. 32.)

NOTATA.

a Ita & Bellon. 4. Supput. 15. num. 3. Vaccon. 2. declar. 32. nu. 4. 2. Requiritur in re possessa. b Requiritur sit. c Requiritur sit. d Requiritur sit. e Requiritur sit. f Requiritur sit. g Requiritur sit. h Requiritur sit. i Requiritur sit. j Requiritur sit. k Requiritur sit. l Requiritur sit. m Requiritur sit. n Requiritur sit. o Requiritur sit. p Requiritur sit.

num. 2. Et P. Greg. 1. Syn. 13. num. 7. Et seq. quia pedem po- nere, est possidere Cic. Phil. 2. Quid erat vbi pedem in tuo poneret, & Phil. 3. In possessionem libertatis pedem ponimus & Gracianus de verò sub. poss. Quod facit l. 18. §. 2. h. t. in verbis pedem in nobis inuitissem. Et vocula insitit. in d. pr. l. 1. Insitimus enim pedibus, ait Vult. 2. mis. 19. in d. pr. autem Deut. 11. v. 24. Quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit, quod hic accommodat Alciat. in l. 1. pr. h. num. 2. Et P. Greg. d. c. 13. num. 8. longè alio respicit, meâ sententiâ, notans prosperitatem successus, & victoriæ obtinendæ promptitudinem aduersus Chanaanos, quam Deus Israelius pollicetur, ac terrorem hostium, vel ad auditum no- men profugorum, non naturam possessionis. ¶ Sed parum referre an à pedibus an à scabibus detusos Zaf. in l. 1. pr. h. & vterque lect. defendi posse P. Frid. Mindan. de materiâ poss. c. 1. num. 5. hæc tamen (a sedibus) sono vocis congruentior. Vigl. ad pr. 1. de testam. num. 20. Et sedes habere, pro possidere in l. 203. de V. S. & insidere agros Solin. Polyf. c. 10. pro possidere. Et manibus quoque apprehenditur possessio, vt rei mobilis l. s. rem 47. h. t. b. ita & Alciat. in l. 1. taberna 183. de V. S. num. 6. Gifan. in l. 1. pr. h. num. 1. In vulg. legitur pedum possessio, quam ledonem cen mendofam reicit Vaccon. d. loc. Sed probat eam Turamin. de verâ subst. poss. cap. 4. quem de hoc locis agentem vide: c. Consentit. P. Greg. 1. Syn. 13. num. 6. Alciat. de s. ped. præser. n. 95. Et seq. Et ad l. 1. h. t. num. 25. Et seq. Nec sequitur inquir. Ex pol- sess. iuris effectus nascitur. Etiam ipsa ius est. Nam & ex contractu oritur obligatio, ac tritum est ex facto ius ori- ri: ¶ Allicet animum in possess. concurre oporteat, tamen & velle facti est, ac voluntatis quaestio distinguitur à qua- stione iuris: Duar. d. l. 1. h. t. qui tandem argumentis vtrin- que relatis scribit consistere possess. præcipue in facto, & ap- prehensione, aliquid tamen iuris plurimum ei accedere, & ad probationem iuris cui. quia animo retinetur. Licet enim voluntas facti sit, tamen opus supplemento iuris, qui si natu- ram spectes animus solus non sufficeret, &c. Duar. quom. ibid. latus vide. ¶ Cuiac. 18. obi. 24. possessionem etiam natu- ralem partim iuris partim facti esse, quod probat Gifan. in l. 1. pr. h. t. num. 12. ciuilem tamen magis esse iuris natu- ralem magis facti. ¶ Turamin. de subst. poss. c. 3. num. 23. Et seq. Possess. non esse iuris probat ex eo, quod & iniusta pos- sessio vera l. 3. §. 5. h. t. Nihil autem iniustum esse potest iuris, quia ius à iustitiâ deturatur. Solius igitur, inquit, facti est, nec mixta etiam ex iure & facto, & quia nihil omnino iuris accedere potest iniustæ possessioni, & quia iustum & ini- iustum sunt qualitates, quæ nequeunt mixturam efficere ex quâ tertia substantia proveniat. Plenius idem confirmat Tu- ramin. d. lib. c. 5. Et c. 6. ex quo plura argumenta pro ea sen- tentia petere, cui libet, licet. ¶ Vaccon. 2. declar. 32. num. 9. Et 10. Et dcl. 33. n. 4. Et 5. Possess. esse duplicem. Naturalem, id est, iuris naturalis quæ vna cum humano genere inuenta, & facti. Sic enim & obligatio naturalis dicitur facti l. 51. de pecul. & huius etiam capaces seruus & pupillus l. 1. §. 3. h. & Ciuilem, quæ intellectu dumtaxat percipitur acia rei absen- tia, animo & affectu retinetur, quæ ius sit l. 44. h. t. Cui consentit nouè P. Frid. Mindan. de materiâ possess. c. 1. n. 17. Et seq. ¶ vid. Et vlt. 8. contr. 5. Cornel. à Reurhel. centur. d. q. de poss. §. 6. d Quiddam distinguitur, vt possessio dum ac- quirunt, ac effit fieri, facti sit, dum producta in esse & ac- quisita iuris. Bart. in l. 1. h. t. n. 6. Couar. in c. possessorem. sed. de R. 1. in 6. in 2. part. titio n. 3. Sneid. in §. possidere 5. 1. de interd. num. 9. & Zaf. in l. 1. pr. h. t. esse facti quoad initia producta vt loquitur, iuris quoad effectus quos ope- ratur. Quos rectissime refellit Vaccon. d. declar. 32. Perinde est, scribens, ac si dicas statua dum sit aenea est, facta autem aurca. Ita enim diuersæ sunt species ius & factum, sicut res æs aurum, vel si dicas: Hereditas dum acquiritur est facti, quæ iuris iuris. Leges quæ possessionem facti vocant, non con- siderant modum acquirendi, sed essentiam iam quaesitæ. Et queritur non de factione possessionis, sed de ipsa, in actû existente, quæ dum sit non habet nomen possessionis. Et in l. 19. h. t. possessio quæ admittitur, ergo iam in esse pro- ducta, facti dicitur. ¶ Et Alciat. lib. de s. ped. præser. num. 96. Et seq. Non, inquit, acquisita substantiam suam amittit. I. l. simpliciter dicitur possessionem esse facti, non acquisi- tionem possessionis, quæ ab ea differt, vt natiuitas homi- nis ab ipso. Et quid sic differet possessio à rebus, quæ verè iuris esse dicuntur? Nam & stipulatio dum producitur & concipitur facti est. vid. idem in l. 1. §. ad spicimur 2. (ipsi 1.) h. t. num. 10. & Sneidu. in §. possidere 5. 1. de interd. num. 9. Borch. h. t. c. 1. num. 18. ¶ Alciat. in l. 1. §. adspicimur 2. h. t. num. 28. & in l. 15. de V. S. num. 11. definit: Vt iam rei ap- prehensa à iure separatur. addit Cuiac. in Par. C. h. t. Sed

vtus verum possessionis genus esse nequit, quia & seruici- ribus vtuntur l. 2. in fin. de precar. & locis publicis & plu- res in solidum re vt possunt l. 5. §. 15. commod. Et rem lo- caram commodatamve alteri nos possidemus l. 8. commod. licet non vtamur. vid. Hot. 9. obi. 1. Gifan. in l. 1. h. t. num. 85. Goad. in d. l. 15. num. 8. vbi post Forner. ibid. demonstrat possess. definitionem ex d. l. l. sumi non posse, cum illic possessio alio significato sumatur pro certa fundi specie, vid. Et Turamin. de subst. possess. c. 5. num. 33. Et Frid. Mindan. de materiâ poss. c. 1. num. 20. ¶ Cont. 1. disp. 9. infinitam garrulitatis anasim glossographis inde, quod in iure possess. definitio omiffa: qui & ex dicitur Theoph. definitionibus in §. 4. 1. Per quas pers. Et pr. 1. de interd. vnâ conponit vt sit conuentionis conuentionis conuentionis & vltimus dicitur conuentionis. Detentio rei corporea ani- mo seu affectu domini. concurrente quomodo ferè, vultis definitionibus examinatis, Et Turamin. de verâ sub. poss. c. 7. num. 23. Et Duar. 1. disp. 18. Et ad l. 1. h. t. vbi tamen adicit proprio nomine vel alieno) Cornel. à Reurhel. cent. quæst. de poss. q. 1. ¶ P. Frid. d. c. 1. num. 10. breuissimè defi- nit, rei detentionem; reliqua definitionis redundante con- tendens. Sed vid. inf. l. 5. adde l. 12. §. 2. de cap. Et poss. r. v. l. 1. §. Scacula 15. Si is qui testam. lib. Non tamen hue fa- cit l. 48. §. 1. de acq. do. quæ & ipsa vulgo adduci solet. Nam ibi ad factum pertinere dicitur, non possessio, sed bona fides, illius adiunctum. g Tiraq. de iure consuet. possess. p. 3. lim. 7. n. 11. hos text. sibi ex diametro aduersari, vbi & solutionem gl. adfert quod vxor non possidet ciuilem d. l. 26. sed naturaliter d. l. 1. §. 1. quomodo Et Cuiac. 18. obi. 24. Et si per ciuilem possess. iustam intelligis, per naturalem iure possessionis tenentem rectè. Contradicit Gifan. in l. 1. h. t. num. 21. quia inquit, maritus amisit possessionem ciuilem. d. §. 4. (Sed non sequitur. Et vxor eam acquisit. Potest apud nullum esse. Quid enim si rem, à qua animo non habendi difcessi, necdum alius occupauerit.) & quia vxor potest vsucapere l. 3. Pro donato l. 5. Pro de rel. (adde l. 25. de dom. int. vir. Sed nec hoc obstat. Vscapit enim quando res aliena sibi donata, quo casu donatio iure consistit, cum pauperiorem donantem non reddat d. l. 25. Quæstio autem hic ac possideat rem propriam mariti donatam, quam certè non vsucapit) ¶ Turamin. de verâ subst. poss. c. 3. num. 34. Iure Ciuili, inquit, non possidet d. l. 26. non quod iure natu- rali approbante possideat, quia & id resistit, iubens parere patris l. 1. nec quod ciuilem non possideat (putat enim Tu- ramin. veram possess. tantum esse ciuilem) sed quia regula est iuris ciuilem. Non videri possessionem adeptum, qui ita na- ctus, vt retinere nequeat l. 22. b. t. Sensus est: viro volente recuperare possessionem, mulierem non defendi iure ciuili. Et ita hæc ad exitum pertinent, non ad substantiam posses- sionis. ita Turam. h. Consentit ferè Turamin. de subst. poss. c. 5. num. 28. Et seq. tractari ibi de possessione non vt est, sed vt iusta est & per seruum acquirenda Confer. Noto. ill. q. 41. i vid. Turamin. d. lib. c. 5. vbi ius possessionis ab ipsa d differt etiam in iniusta possessione (contra Donell. nota- strum.) Nam & iniustus possessor, ait ibid. num. 18. possess- ius habet aduersus extraneo l. vltim. h. t. & eo nomine spo- liatus restituitur. non tamen quatenus iniustus. Nam iustum & iniustum sunt ex genere relatorum, & qui vni iniustus est, non propterea alteri. vid. Et Cuiac. 18. obi. 24. in fin. & Tu- ramin. d. c. 5. num. 26. non quæri in d. l. 10. quid sed qualis sit possessio, & sub occasione qualitate distinctionem illam proponi, & quæst. ibi de possessione legitima, qua talis est, &c. Et quo & reliquarum li ac obicium, qui minoris ponde- ris sunt, dissolutionem pete. 1 vt inter possess. & domi- nium ius tantum interest non affectio. Cont. 1. disput. 9. quem immeritè insectatur Hotom. 9. obi. 1. quod commodatarij, conductores, vsuarij, domini nec opinionem nec affectum habeant, quos Hotom. possidere putat, sed falso l. 10. §. 1. h. t. l. 8. commod. &c. Et aliud est esse in possessione, aliud possidere d. l. 10. §. 1. vid. Cuiac. 9. obi. 33. P. Frid. Mind. de materiâ possess. c. 2. n. 13. Gifan. in l. 3. h. t. n. 117. Minus probo quod idem P. Frid. d. lib. c. 1. n. 11. hæc verba redundare, & ve vocis, detentio, contineri implicite affectionem tenendi. Quod refelli puto l. 9. in fin. de R. V. l. 49. §. h. t. l. 38. §. 8. de V. O. Et simit. & quod genus omne, ex logicorum traditis, latius patet specie. In descriptione autem Frider. detentio rei, nihil est quod formæ seu differentie locum obtineat, in addel 6. §. 1. de precar. l. 15. §. 1. Qui satisf. cog. l. Celsus 5. §. 1. ad exhib. Et dominus per fructuarium possidet. Vnde retentione vsusq; possessio in alium transfertur. vid. Cuiac. 9. obi. 33. Conn. 3. com. 10. n. 2. Alciat. in l. 1. h. t. num. 42. Et seq. Sed quod fructuarius sibi possideat probare nititur præter alios P. Frid. Mind. de materiâ possess. c. 3. Et 4. n Cuiac. 9. obi. 3. esse n

impropiam & confusam locutionem, cum sint in possessione naturalis magis quam possideant. Et in l. 12. pr. h. r. verbum videtur esse *επιλασιν*, ac fictionem innuere, in quo dissentiant *Gifan. ibid. num. 3. & P. Frid. d. c. 3. num. 9. & 10.* o iura corpore apprehendi nequeunt, ideo dicuntur quasi possideri, per usum Theoph. *επιλασιν* vocat, non *κατοχην*. *Duar. in l. 3. pr. h. r. Turamin. de sub. poss. c. 7. n. 35.* Quatenus possessio ex parte materiae, est factum corporale, non potest corpus in iis, quae incorporea sunt, aliquid agere, quae non habeat: materiam aptam ad recipiendam formam possessionis, & quae omnem positionem corporis, in acquirenda possessione necessariam, effugiant. *Obrecht. disp. 25. c. 2. th. 65. & seqq. voculam corporea* omittit, quia ex genere, ait, per se patet. Tangere enim & tangi (& sic detineri) nisi corpus nulla potest res. p. Sic & Barr. suae definitioni addit *res non prohibita possideri*, quae tamen superflua esse, *Alciat. in l. 1. §. 2. h. r. n. 25. Smeidum. in §. possidere l. de Interd. num. 14. & Turamin. de sub. poss. c. 7. n. 15. & seq. & num. 21. Cornel. à Reubel. de poss. q. 1. & quia vt res prohibeatur possideri, non est per se, sed per accidens, cuius ratio non habeatur, vt *Turamin. & quia, vt & reliquis*, semper subintelligitur habitas rerum & personarum. *arg. l. 1. §. 1. de muner. Nec in definitione testamenti. c. g. additur de quo disponere quis non prohibetur, &c.**

C A P V T VII.

Possessionis species.

SPECIES POSSESSIONIS DVAE IVSTA ET INIVSTA l. 3. §. 5. h. Nec aliae sunt species. Nam eodem sensu BONA FIDE AVT NON BONA l. 3. §. pen. h. CIVILIS ET NATURALIS c. l. 2. §. 1. *Pro herede l. 1. §. de iur. g. de vi & vi arm.* Nam quod vulgo *Dd. ad l. 10. C. h. r. & Alciat. in l. 115. de V. S. m. 16 Duar. l. disp. 18. d.* civilem putant, quae solo animo retinetur, vt si quis peregrè profectus, nemine in praedio relicto: naturalem quae & corpore, *verborum* equidem significationi congruit: Et vsu iuris etiam corporalis detentio passim naturalis vocatur, quia tunc secundum naturam rationem possessioni infirmus l. 1. pr. l. 3. §. 3. §. 13. l. 23. pr. l. 24. h. r. Civilem autem licet nullibi vocetur quae animo solo retinetur, dicitur tamen iure consistere d. l. 10. C. h. r. Non male igitur civilis vocari poterit. *Non autem sententia auctorum:* quorum animus, quando ita diuidunt, statuere duo genera maxime diuersa, & quae in eadem possessione concurrere non possunt. Nam vtroque subicitur possessioni naturali exemplum iniustae possessionis, in d. §. 9. mulieris in d. §. 1. verò coloni. Possessio autem quae corpore tenetur, nec est diuersa ab ea quae animo. Exiens enim è fundo non nouam nanciscitur possessionem, sed verus continuatur, alioquin non procederet vsucapio. Et sanè apparet in d. l. 1. §. 9. de naturali possessione magis dubitarum fuisse. Quod si igitur non iniustam possell. intelligis, sed eam quae corpore & animo tenetur, minor esse de eà dubitatio an interdictum competat, quam de eà quae solo animo habetur, non maior. Additur autem *ibidem* de colono, quia & is dicitur naturaliter possidere, sed abusive, quomodo & detentio tantum corporalis, naturalis vocatur in d. l. 2. §. 1. *Pro her. cui si rectè opponitur civilis, apertum est intelligi veram & iustam, quam ius civile solam agnoscit. c. Ob. l. 10. C. h. r. 12. Ibi duplex ratio non significat speciem duplicem, sed modum possidendi arg. l. 6. p. D. h. r. Sic Cicero. Omnis honesta ratio expediendae salutis. Et certè ciuilitè possidere idem est quod iure civili per l. 23. §. vlt. h. & per l. 24. h. iust. l. 38. §. 7. de V. O. Iure civili vero possideri qui iustè l. 26. pr. de don. int. vir. Naturalis vero possessionis acceptio triplex f. 1. quandoque eam significat cui corpore insistimus, etiam iustam l. 1. l. 3. §. 3. & §. 13. l. 23. pr. h. 2. Iniustam, quando civili opponitur. 3. abu-*

siue detentionem eorum, qui rem pro aliena tenent, vt colonus fructuarius. Quoties autem naturalis civilis opponitur, vel abusive accipitur, vel si propriè significat iniustam, non verò iustam quae & corpore & animo teneatur.

N O T A T A.

a vid. *Zoanin. trium verb. interpretatione in v. de possessio- ne n. 2. & seqq. Borch. h. r. c. 2. Fachin. 8. contr. 5. Sed vnicam esse veram ac propriam possell. cum Azone statuant. Coner. disp. 9. Zafin. l. 1. pr. h. r. dicens iuris ciuile approbare tantum, ac qualitatem addere, vires & robur tribuere naturali possessioni Vna igitur possessio in re, cuius duo respectus ac qualitates. Idem in l. 3. §. genera 21. h. r. n. 6. & 7. Lopez. animadu. c. 27. n. 8. Omnis, ait, vera possessio ex duplici ratione consistit corporis & iuris l. 1. c. de acquir. poss. Naturaliter autem, non habet vtriusque rationem, sed nihil iuris, &c. & Parlador. 1. rer. quotid. 9. & fuscè *Turamin. de verà sub. possell. c. 8. 1. quia naturalis possessio non fit verè & propriè possessio vid. infr. h. r. 2. per l. 3. §. 21. in fin. h. r. ibi vnum genus. Quod vero additur species esse infinitas, ibi diuisionem sumi scribit, non ex eo quod respicit essentiam possessionis, sed ex causa acquirendi, quae extra eam, quemadmodum & sequens diuisio, in d. l. 3. §. 22. de quo mox lit. B. ad- de Cornel. à Reubelen. centur. contr. qq. de poss. q. 2. Fopp. ab Aezema 1. dissert. 16. bita & Borch. h. r. c. 2. in 2. diuisione h. eandem esse hanc diuisionem cum superiori. In quo non planè assentiri possum. Omnis qui iusta possessio est bonae fidei, sed non contra. Quid enim si in iure erit. Mulier rem donaram potest bona fide possidere l. 45. de vsur. & tamen iniustè l. 26. de don. int. vir. l. 16. h. r. Vt bona fide quis possideat ad factum pertinet l. 48. §. 1. de acq. do. & dependet ab animo, ac inde cognoscitur, si quis iustam habeat conscientiam, neque id in iuris auctoritate positum est. Et ipse noster h. lib. c. 14. ad iustam possell. duo requirit: Titulum & bonam fidem, ostendens horum interdum alterum sine altero esse posse. *Turamin. d. c. 8. n. 36. nec hanc diuisionem esse ex differentia specificà, & quia bona & mala fides ex animo pendent, nec factum possidendi respiciunt, & quia si differentiam specificam hanc inducerent non parum referre diceretur in l. 3. §. 5. h. r. Licet autem vocentur species d. §. pen. tamen non semper genus & species significatione dialecticà usurpantur l. Thais 41. §. 8. de fid. lib. & Consensit *Connan. 3. comm. 10. Baro. in manual. ad tit. D. de bon. poss. Zang. de except. p. 3. c. 8. num. 22. & seqq. & quodammodo Gilken. de prescript. p. 2. membro 3. c. 1. num. 36. & num. 38. & videtur consentire quoad acceptionem civilis possessionis *Cuiac. 27. obs. 7. scribens* possell. civilem esse non cuiusque animi, sed eius, qui se dominum scit vel opinatur, bona fide, ex iusta causa, sed quoad naturalem d. c. 7. & 9. obs. 33. dissentit: describens eam incubationem corporalem cum iure quodam incubandi. *Alciat. lib. de 5 ped. prescript. n. 108. Iniustam possessionem vocari naturalem, quia quoties iusta est, eam Lex approbat, & per istam approbationem qualitatem assumit, vt civilis vocetur, qui tamen n. 114. non has esse omnino diuersas species, sed qualitatem civilis approbationis accedentem naturali dare illi nomen civilis Et *Turamin. d. c. 8. n. 24. Si civilis iustam significaret, id est, iure civili approbatam, noua species approbatione non fieret: Hæc enim sunt accidentia, quae versantur circa possell. in esse deductam. Nec tamen ita est, inquit, sed quoties mentio civilis possell. semper opponitur, non iniustae, sed detentioni naturali (quae possessio verè non est) & ad eius differentiam sic dicitur vt in l. 2. §. 1. *Pro herede l. 1. §. 9. de vi arm. & omnino in l. 3. §. vlt. ad exhib. vid. & Borch. h. r. c. 2. diuis. 1. n. 2. Cornel. à Reubel. centur. q. de possell. q. 4. d. & ad h. r. de acq. poss. c. 1. & ad l. 1. h. r. Pac. 6. q. 95. *Hoto. 9. obs. 1. Naturalem possell. esse detentionem rei alienae cum affectione possidendi. Civilem, quae solo iuris intellectu constat, ius habendi rem suam quam aut alius (colonus, inquilinus, seruus, cui commodauiimus, precario dedimus) aut nemo (cum peregrè proficiscens nemiem reliquit l. 3. §. 4. l. 6. §. vlt. l. 25. §. 1. & 2. h. r. naturaliter tenet. Naturalem autem duplicem facit. Corporalem, id est iniustam l. 24. h. r. vt est vsus rei alienae mala fide l. 10. C. h. l. 67. de furi. & Naturalem specialius alienae rei. non suo nomine, non mente domini, detentionem. *Connan. 3. com. 10. n. 4. hominum malè affectorum somnia vocat, distinctionem possessionis, quae animo tantum, & quae corpore tantum tenetur. Perinde enim est, ait, si corpore solo vis possideri, ac si dicas hominis mortui cadauer possidere fundum in quo iacet. Et si me absente ingressus es meum fundum, antequam mihi possidendi animum excussisti, nullo modo possides. Postea*********

Postea vero licet animo domini teneas, non tamen ciuilitè, sed contra præscripta iuris ciuili, & tunc tu solus possides, ego nullo modo. e *Charond. 1. verisim. 6. Ciuilem possessionem vocari, quae iure ciuile comprobata, certam formam accepit, legitime interpretatione valet: Naturalem vero ad exemplum obligationis naturalis, quae solo iuri naturali innititur. *Verum Lopez. 2. animad. c. 27. Ciuilem non inde dici quod sit iuris ciuili. Omnis est, ait, iuris gentium, etiam iusta, quia possessio iusta causa domini. Dominium autem iure gent. caput à possessione l. 1. §. 1. h. Nec tantum addidit aut detraxit his ius ciuile, vt ius gentium mutet. Hinc & ciuili possessio vocatur naturalis. l. 1. r. de acq. do. id est, iuris gent. Diuisio autem possessionis naturalis & ciuiliis eò tendit, vt distinguat detentionem nudam à vera possessione, quae vnica est. Et naturalis dicitur nuda detentatio, non quod vera possessio, naturalis non sit, sed quia habet id quod est primum in possessione à quo ipsa ortum habet, scilicet occupationem & detentationem. Hic Lopez. f. Dissi. omnino *Turamin. de verà sub. poss. c. 8. vbi n. 15. & seqq. quoties possessio simpliciter appellatur, vel cum adiuncto ciuili, veram intelligi. Quando vero cum adiectione naturalis ea nota possell. detrahi & significari non de propria possessione sermone efficit: sed vel denotari impropietatem, vt quando fructuario. colono, &c. tribuitur; vel significari materiam verè possessionis vt in l. 3. §. 3. & 13. h. vbi quae de naturali possessione habentur pertinet ad apprehensionem, quae sit corpore, ac per se possessio non est, nisi forma; quae est affectus domini, accedit. Idem esse in adiectione corporalis: quod probat ex l. 6. §. vlt. l. 25. §. vlt. h. r. & c. Hæc & alia *Turamin. à quo non multum abest Parlador. 1. rer. quotid. 9. n. 10. & seq. *Borch. h. r. c. 2. tit. de verà diuis. possell. n. 12. & seqq. ex Græcorum sententia Ciuilem esse, cui coniuncta; Naturalem à qua abest affectio domini; vt possessio precaria. creditoris & similibus, quem vide & *Cuiac. 27. obs. 7. & in Par. C. h. r. P. Frid. d. 42. de materia possell. c. 1. n. 17. & seq. & c. 4. serò toto.******

C A P V T VIII.

QUAM VERE SVBESSE OPORTET, l. vlt. *Cad. de vsuc. pro her. Nec falsa cogitatio inuât l. 6. ad Muric. Vnde regula. NEMO SIBI IPSE CAVSSAM POSSESSIONIS MUTARE POTEST l. 3. §. 19. l. 19. §. 1. D. l. 5. C. de acq. poss. l. 33. §. 1. h. t. l. 2. §. 1. Pro herede l. 23. C. de Locat. a* id est, qui ex aliqua causâ non possidet cogitatione suâ, vt ex ea possideat, efficere nequit, ne quidem, si bonâ fide subesse putet. Error enim falsæ causæ non parit vsucapionem §. error 11. l. h. t. l. vlt. C. Pro donato l. Celsus 27. h. t. Requiritur igitur vt verè emerit l. 2. §. 1. *Pro empt. donatum legatum ve acceptit, in dote vt nuptiæ contra Ctæ sint l. 1. §. 2. Pro dote. Pro derelicto, si verè res abiecta l. 6. pro derel. non si leuandæ nauis causâ eiecta l. 7. Pro derel. l. 2. §. 1. acq. poss. Pro parte autem res ab eo qui rotam habet, vt derelicto haberi nequit l. 3. d. t. Pro herede si verè sit heres, non si falsò putet mortuum esse, qui viuit, l. 1. Pro herede. Nisi iusta sit erroris causâ b l. 1. Pro empt. l. vlt. Pro suo, quæ nunquam si in iure erretur c l. nunquam 31. h. l. 2. §. 15. Pro empt. Oritur autem vel ex factò nostro, si à furioso d l. 2. §. 16. a* ut pupillo se puberem venditante e m d. l. 2. §. 15. e vel alieno, Procuratoris aut aliorum, qui nobis acquirere possunt, si iustus emere, se emisse dicit, d. l. 11. *Pro empt. aut defuncti si eum emisse puto l. vlt. pro suo, nisi quid aliud obstat vsucapere volenti ex genere actionis. Nam qui heres non est, si possideat res hereditarias, non vsucapit, etsi iusta sit causâ, quæ se heredem putet. f* Teneatur enim petitione hereditatis, quæ quia mixta personalis l. 7. *Cod. de pet. her. non nisi tricennali præscriptioe subiuuatur.*

NOTATA.

a l. 1. §. vlt. *Pro donato l. certè 6. §. 2. l. vlt. de precar. vid. Borch. de acq. poss. c. 6. n. 34. & seqq. b* *Cisner. in l. 3. h. t. n. 9. & seqq. Triplicem esse errorem. Lunis, quis semper obstat, facti, qui non nocet l. 2. §. 15. & seqq. Pro emt. & causæ vbi sic dist. Aut res nobis ab auctore tradita, aut nos ipsi adepti. Illic, si ex causâ iusta, & probabili error, vsucapio, Pro suo, l. vlt. Pro suo, vt l. 1. per errorem causâ vna pro alia accepta est l. 31. §. vlt. h. t. 2. Si Procuratorem seruum emere iussi, l. 11. Pro emt. l. vlt. Pro suo. 3. Si traditio ex causâ, quam veram, vel vtrique vel saltem accipiens putabat, vt l. 2. Pro emt. l. 3. l. 4. §. vlt. Pro suo. & c. vid. quis error & quando vsucapioni officiat. latius *Gilken. de præscript. p. 2. membr. 1. c. 2. & 3. e* Ex parte scil. vsucapere volentis. Non tamen obstat si in iure errauerit tradēs, §. item si 5. l. h. t. † *Vulg. acurium Dd. distinct. an error iuris errorem facti immixtum habeat, non super existentia, sed validitate tituli refellit A. Fab. 7. coniect. 13. d* Cum sub vmbra quadam quietis se occultaret vesaniam illius *Cuiac. 24. obs. 30.* An autem & hoc casu Publiciana detur ementi, quod negatur in d. l. 2. §. 16. *affirmatur, in l. 7. §. 2. de Public. alibi expediã e* vt hic plus sit in re quam in existimatione d. §. 15. vbi *Cuiac. ordinem inuertum putat & A. Fab. 7. con. 13. & Pac. 5. q. 95. esse iudiciorum, quod refellit Hot. 8. obs. 15. f* quod tamen refelli puto l. 33. §. 1. *vers. hoc amplius h. t.* Nec obstat ratio Donelli. Alia enim est vsucapio rerum hereditariarum, alia præscriptio petitionis hereditatis, quæ post 30. annos obici potest etiam ab eo qui nec io. fortè annos ipse possedit.*

CAPVT XVI.

Causa possessionis vt mutari possit

QVI TAMEN EX NULLA AUT INIUSTA CAVSSA POSSIDET, NON PROHIBETVR, POSSIDERE EX NOVA, ET SIC VSUCAPERE. Vt si qui tenuit ex depositio, emat vel heres fiat leg. 3. §. 20. *de acq. poss. leg. 33. §. 1. hoc tit. l. 1. §. vltim. Pro donata, a* quia causâ mutatur extrinsecus ab alio l. 5. *Cod. de acq. poss. Imò si & prior causâ iusta ac noua accesserit, rem ex pluribus causis possidere licet l. 3. §. ex pluribus 4. de acq. poss.*

vt si res priùs empta, postea mihi donetur, aut heres ego siam illi qui dominus putatur, non tamen vsucapere, quia dominium non nisi ex vnâ causâ d. l. 3. §. 4. l. 159. *de R. I. e* Ratio differentiæ. Dominium, vnde cunque sit vnum possidere facti est, & toties possidere incipere videtur quoties naturalem possessionem nanciscimur l. 3. §. 13. *de acq. poss. d* Effectus hic vt iudico de possessione victus ex vna causâ eod. interdicto sibi adserere possit possessionem ex aliâ.

NOTATA.

a l. 6. §. 1. *vlt. de prec. vid. Borch. de acq. poss. c. 6. h. 36. & seqq. b* Item si rem emptam vsu cepi, etiâ deinde pro suo possideo. Et vtilitas hoc requirit in possessione, vt eod. facilius ad acquisitionem dominij perueniri possit, si ex vna causâ interumpatur. *Duar. in d. l. 3. §. 4. At que vtilitas, vt completa vsucapione etiam ex alia causâ possideat: y. Duar. quia semel id constitutum facile non interitur, & si non vtilis ea possessio, tamen nec damnosa. Obi. Titulus possessionis duplicari non potest. l. 4. C. de contr. emt. Resp. Possessio ibi pro proprietate, quia consulti erant Imp. de acquisitione dominij *Duar. in d. §. 4. Gifan. ibid. n. 49. Borch. de acq. poss. c. 6. n. 8. & 9. e* *vid. Zaf. in l. 3. §. 4. de acq. poss. n. 26. & seqq. Cuiac. in l. 3. h. t. Borch. de acq. poss. c. 6. n. 5. Bronch. 2. mise. 41. d. Gifan. in l. 3. §. 4. de acq. poss. n. 46. & seqq. differentia rationem reddit, quia dominium est ius rei, quod plenissimè rem ipsam afficit. Possessio autem magis pender ex persona Argumento est quod propter possess. dantur interdicta quæ sunt (ex Gifan sententia) act. personales. Et quia detentio est corporis ac animi, hinc non acquiritur, nisi verè personæ, cum dominium quærat etiam furioso, infanti, inuitis. Quare cum non rem ipsam afficiat, sed sit detentatio personalis, persona autem nunc hunc, nunc illum titulum cogitari possit, hinc ex plurib. causis possessio obuenit.**

CAPVT XVII.

Bona fides.

BONA FIDES PR. l. h. l. 2. C. de præscr. lon. temp. vt putet se dominum fieri, vbi requiritur. 1. Vt putet transferentem habere ius alienandi *vid. supr. lib. 4. c. 24. 2.* Vt putet sibi vsucapere licere. Hinc si rem futrum, quæ non est, esse existimat *l. ff. fur. 32. §. 1. h. ut religiolam, l. 30. §. 1. de acq. poss. b* non vsucapit. 3. vt sciat se causam habere, ac à quo acceperit. Hinc licet per procuratorem possessio ignoranti quærat, vsucapio tamè non nisi scienti l. 49. §. vlt. *de acq. poss. Aliud tamen in filiis, & seruis l. 1. §. 5. de acq. poss. f* (quia potestas efficit vt iidem cum domino patre existimentur *l. vlt. de stip. seru.*) modo illi bonam fidem habeant, nec b nos malam l. 2. §. 10. *& seqq. Pro emt. e* VT SALTEM INITIO INTERVENIAT, licet post cognoscatur aliena l. 48. §. 1. *de acq. do. l. pen. Pro empt. l. vn. vers. pen. C. de vsucap. transf. Aliud in fructibus quorum quot perceptiones rot acquisitiones. Igitur in singulis iustum initium. In vsucapione vna possessio & acquisitio, sufficit igitur eius initium iustum esse. e* Sed nisi quid aliud obstat c in rebus mobilibus, quæ si alienæ esse cognoscuntur, sunt futruæ, & ideo vsucapi nequeunt. [Hinc illi quibus vsucapio superueniente scientiâ interpellari negatur de rebus soli loquuntur. *infr. cap. 14.*] In emptione autem duo tempora inspicuntur & vtroque bona fides exigitur contractus & traditionis a l. 2. *in fin. pr. Pro d empt. in aliis causis tantum traditionis l. 15. §. vlt. vbi ratio h. Stipulari salua fide scientes possumus, etiam rem alienam, emere non item. Illic enim quia obligandi voluntas à solo promissore proficiscitur, nihil mala fide fit, sed res permittitur eius iudicio, & creditur quod rem empturus sit, suamque effectam traditurus. In emptione vero factum adest emptoris, ad venditionem pretij dictioe venditoris prouocantis. Sed hæc exiguntur in re principali, non in accessionibus, vt partu ancillæ, quem vsucapio, etsi antequam ederet matrem alienam resciuero l. 44. §. 2. h. t.*

NOTATA.

a Quid si dubitet? Mala fide hunc possidere volunt *Gad. in l. 109. de V.S. n. 3. Arma exerc. l. 15. in 6. h. 5. Contra nec bona nec mala fide possidere, sed medio modo se habere. Con. in c. possessor de R. l. in 6. p. 2. §. 7. n. 3. Vsq. 2. ill. contr. 77. Phil. Non ill. contr. disp. 6. h. 7. Placet distinctio Fachini l. 1. contr. 65. §. 8. contr. 34. inter dubium practicum, si quis dubitet an rem sine peccato retinere possit, & speculativum, si an auctor suus dominus fuerit. Nam huiusmodi dubitans pro ignorante habetur *l. ult. Cod. de cond. indeb. l. vlt. §. 2. Cod. de iur. Nec quisquam ferè bonæ fidei possessor, cui non eiusmodi dubium aliquando suboriri & incidere possit. Fides enim illa, qua rem suam credit, non est scientia, quia ea est rerum necessitatis, & eius quod non est nulla certitudo, necessitas, scientia. Et sciens non erat nec fallitur, Errat autem bonæ fidei possessor rem alienam pro suâ habens. Non igitur scit. Quare opinatur. At opinio semper incerta, eiusque vis in dubia ac infirmâ assensione, cum sit propositionis nullo certo argumento confirmata, comprehensio *l. Post. amal. 27. b* Quando enim servus non domini mandato emit, sibi quodammodo emit, & in eius personâ ius emptionis positum. Bona fides igitur in eo exigitur. *Conan. 3. com. 13. n. 6. c* Vti enim iniuste possidens nequit solo animo id vitij elucere *l. si de eo 40. §. 3. de acq. poss. sic & iuste captam possessionem sola voluntas non facit iniustam, nisi nona superueniat occasio. Neque enim causa possessionis sine hac mutatur *l. 19. §. 1. de acq. poss.* Et ita vno impetu cursus à bonis initiis ceptus perficitur. *Conan. 3. com. 11. n. 9. † Gad. in l. 109. de V.S. n. 12. Vt captio, inquit, cõtinuum ius est, & continuam requirit factam possessionem, quæ si semel bona fide incepta, postea ius vscapionis non inutatur, quia nec ipsa mutatur. † Non rectè dicitur *Turamin. lib. jing. de LL. p. r. c. 3. n. 28.* ius civile hac in parte iniustum esse. & in totum à iure naturæ recedere, nec propterea servandum. Nam imò idem est veteri iure Pontificio *c. Placuit 15. causis 16. q. 3.* ius tamen Canon. vsu receptum & in Camera Imp. adprobatur *testamentibus Dyns 4. obs. 6. Gail. 2. obs. 18. n. 7. d. vid. Conan. 3. com. 12. n. 3. 4. 5. Duar. hoc tit. c. 2. prop. sinem & ad tit. D. Pro empt. vbi causam ponit in frequentia contractus & Vves. in Par. Pro empt. nu. 3.* assiduum emptionis vsu requirere exactorem bonam fidem, ne facile res alienæ emantur Sed quia stipulatio æquè frequens, hæc ratio prima fronte demulcet aures, nõ impletur, ait *Gilken. de prescrip. p. 2. membr. 1. c. 14. nu. 5.* Sed Donelli ratio probatur *l. 48. hoc tit. C. iac. in l. 10. pr. hoc tit. Gad. in l. 109. de V.S. n. 10. Gilken. d. lo. n. 7. & seq. † Gijner. ad l. 3. hoc tit. nu. 6.* scribit disensionem olim hac de re fuisse & Proculianos requisivisse in emptione bonam fidem tantum tempore contractus, sed eorum opinionem reprobatur. Quare quod *in l. 10. pr. h. t.* dicitur traditionis in ius spectari rectè ibi, *post gl. monet C. iac. & Duar. h. t. c. 2. in fin.* subintelligi debere voculam etiam.****

C A P V T XVIII.

Voluntas auctoris.

3. VOLUNTAS TRANSFERENTIS, seu eius à quo possidendi causa, sine qua licet iusta causa præcesserit, tamen possidens prædo est, *l. 5. l. 33. de acq. poss. a* cum is tradit aut in possessionem inducit, vel per se vel per alium, *ad. l. l.* Item si voluntate eius ingrediar in possessionem *b d. l. 5.* maximè si ingredientem vim fieri prohibeat *l. pen. §. vlt. d. t.* aut si sciente & patiente eo sim in possessione *l. 2. Cod. eod.* nisi auctor noster significavit nos inducendos in possessionem. Tunc enim per nos ipsos non consequimur *d. l. 33.* Hinc Procurator venditoris, sciens mortuum venditorem & heredes nolle, tradens possessionem iuste non transfert, transfert autem iuste si vel mortuum nesciat vel heredes sciant, nec prohibeant *d. l. 33. c. Obi. l. 41. de reb. cred. & quia defuncti voluntas morte finita. B. Si verè rem consideramus, possessione procurator non transfert, quippe quam nec ipse habuit, nec suo iure *l. 18. pr. de acq. poss.* nec defuncti; quia morte finita est. Nec minùs tamen accipiens iuste possessionem nanciscitur, quia & à procuratore dolus abest, & accipiētis error tolerabilis. Non igitur in specie *d. l. 33.* possessio verè tradita (nam quod tradita vocatur, ad naturalem traditionem referendum est.) Sed nouè adipiscenda*

causa emptori præbita, quam is postea acquisiuit, tantum, quia res tradita, non quia ius tradendi alter habuit. Atque sic possessione factò suo acquirit, quam & poterat acquirere nemine tradente, si vacua elset. In specie autem *d. l. 32.* requiritur traditio, non vt possideat accipiens, sed vt iuste & bonâ fide (*ita Don. no- ster partim hinc partim ad d. l. 41. de reb. cred. num. 11.*)

NOTATA.

a Obi. Imò nemo prædo est qui pretium numeravit *l. 126. a de R. l. Resar. ibid.* putat Iurisconsultos disensisse. Sed *Duar. ad d. l. 15. Bz.* Non est prædo quoad petitionem hereditatis, & interdictum, Quorum bonorum quia habet iustum titulum, est tamen in aliis causis, si cõtra voluntatem venditoris propria auctoritate occupavit, quando videl. agitur de restituenda possessione. *Phil. Matth. in d. l. 126. n. 70. post. Zaf. in d. l. 5. n. 7.* cam l. accipit quando emptor scientiam quidem habet rei alienæ; non tamen propria auctoritate capite, sed à vendente accipit *ex l. 13. §. 8. de per. her. vnde, d. l. 126. desumpta est, & rectius † vid. de triplici, prædonis, acceptione Memo. recap. poss. remed. l. nu. 110. b* Is enim dicitur ingredi possessionem sine vitio *l. pen. Pro legato l. 1. §. vlt. de exc. rei vend. qua sic non corraria est d. l. 5. Duar. ad l. 5. de acq. poss. & Gijner. ib. n. 7. & 8. c* Aliter *Lor. de iur. arte tr. s. de Morie ac. 14.* qui pro, aut non prohibetibus in *d. l. 33.* reponit, hanc prohibetibus. Aliter *Gijner. in d. l. 13.* distinguens vtrum negotiû ab ipso domino fuerit inchoatum, vt in specie *d. l. 33.* vbi dominus ipse vendiderat, & traditio sit illius consummandæ causa, an verò negotium omoc gestum à procuratore ex mandato domini, vt *in d. l. 41. & l. 14. de Publ. in rem ad. Aliter Fopp. ad Aezema 1. dissert. 6.*

C A P V T XIX.

Tempus Vscapionis.

3. REQUISITUM, POSSESSIO DIVTINA, triennij in mobilibus; in immobilibus inter præfentes (id est in eadem provinciâ degentes) decennij inter absentes (qui sunt in diuersis provinciis a quamvis res a sit in confinio vtriusque provinciæ. *l. vlt. Cod. de prescrip. lon. temp.*) vicennij *pr. l. h. d. l. vn. C. de vsc. trans. b* Hoc tempus compleuisse quis intelligitur vltimo postremi anni die capto, licet non finito *l. 6. h. t.* vbi dicitur *totus dies computari,* non verò exigi totus, sed si ad eum peruentum sit, quamvis caprus totus tamen accipitur, & prodest ac si elset finitus *l. pen. in pr. de diu. temp. prescrip. non à momento ad momentum quasi dicitur,* id est, non ab horâ ad horam non necesse est, qua hora quis cepit c possidere, in eandem horam perfici vscapionem. *d* Quod exemplo declaratur *l. 7. h. t.* Quoties enim aut in ætate aut factò certorum annorù numerus requiritur, annus vltimi diei initio cõpletur censetur *l. 132. & l. 34. de V. S. l. 5. Qui test. fac. l. 1. de manum. c* Obi. *l. 6. de O. & A. in omnibus tẽporalibus actionibus.* Ergo & in act. in rem. Quod si actio in rem superest postremo die nondum exacto, dominium non erit amissum, proinde perfecta vscapio. *Bz.* Loquitur *d. l. 6.* tantum de actionibus personalibus 1. per vocem obligationem. 2. quia illæ solæ verè temporales. Reales tẽpore non amittuntur, sed confirmantur, quò diutiùs quis dominus. Finiuntur & ipsæ quidè 30. ann. *l. 3. C. de prescrip. 30. ann.* sed ita si res vscapta, aut lögæ poss. prescrip. defensa. Non igitur per se, sed per cõsequentiã domini priùs amissi, neque inde fiunt temporales. Ratio autem differentia. In actionibus in personam constituitur tẽpus intra quod creditor agere debeat, & denegatur actio sub conditione si non intra annum, e. g. biennium quinquennium, 30. annos, egerit. Verum autem, est cum agere intra annum qui vel vltimi diei postrema hora agit. *f* Contra in actionibus realibus non denegatur actio sub conditione, nisi dominus non egerit intra 10. vel 20. annos, sed nisi alius tot annos possederit. Ex ipsis igitur legis verbis, non inani diuinatione, hæc differentia ducitur.

NOTATA.

a Absentia in iure variè æstimatur pro martiâ subiecta *gl. a in l.*

in l. presens 3. de Procur. & aliter consideratur in vscapione, aliter in stipulatione, aliter in iudicio Gail. 3. obs. 49. num. 10. aliter in testamentis *vid. Gad. in l. absentem 199. de V.S. num. 5.* Hic igitur abest, non qui extra continentia vrbis *vt d. l. 199. & l. 173. §. 1. de V.S.* sed qui in aliâ provinciâ. Hodie turbatis provinciãrum limitibus præfentes, qui sub eadem præfutura, seu eundem habent iudicem, *Obvrat. disp. 26. h. 269. & seq. b* Iure Sax. prescriptio rerum mobilium & se mouentium spacio vnus anni & diei, id est, 6 hebdomadarum absoluitur. *Lambr. li. 1. arr. 18.* rerum immobilium verò annis 31. & die, id est, 6 hebdomadis *d. lib. 1. arr. 29. Zobel. p. 2. diff. 1. vt & prescriptio iurium & seruiturum vid. Treutler vol. 2. disp. 22. h. 4. lit. M. Coler. dec. 20. & P. Heig. p. 1. quæst. 16. n. 38. qui ibid. num. 22. & seq. bellam rationem habet cur sex hebdomadæ adiectæ anno in prescriptioe mobilium. Quia enim illæ iustum aliàs interuallum iudicialium actionum, post ordinariũ prescriptionis tempus, id est, annum exactum, hoc modicum laxamentum indulgunt, intra quod moram desideres purgare, remque iudicio vindicare possunt. Vt ita præter tempus prescriptionis speciale habeatur & beneficium generale iuris Saxon. vulgaris sc. dilationis. c Momentum in iure horam significat, vt *ex l. 3. §. 3. de minor.* probat *Gouern. 1. var. sect. 10. num. 4. Cuiac. ad l. 6. h. t.* dicens nec vllum considerari iuris momentum posse. Quis enim exactè possit momentum: omnium rationem subducere. Dissentit. *Alb. Gentil. l. de diuors. temp. appell. c. 7. d Cuiac. ad l. 6. do vsc. Totũ diem extremum accipimus pro momento, vt qui illum atigerit, vscapere, Immo contrà ait *Hor. 1. amic. 16.* momentum extremi diei accipimus pro pleno die *l. 15. de diu. temp. prescrip. Sed vtro modo dixeris, sensus idem. vid. idem Cuiac. de diu. temp. prescrip. c. 1. & ad l. 132. de V.S. † Charon. 3. veris. 12.* Nost possessionis momenta primũ & vltimum sibi correspondentia obseruantur, sed currit argue progreditur ad nouissimum vsque diem, in eoque perficitur vscapio. † *Et Conan. 3. com. 12.* Annos enim & menses non momentorum, nec horarum, sed dierum distinctionibus metitur LL. autem secundum vulg. sermonis vltim intelligendæ: & à populo latè populariter interpretandæ, *arg. l. 34. de R. l. Gad. in l. 132. de V.S.* Sic enim dicitur annus ad dies numerari civiliter *l. 134. de V.S.* id est, vltimo diuini loquendi modo *Conan. 3. com. 11. num. 3. Cuiac. 27. obs. 27. Rob. 1. Sent. 2. † Adde Duar. hoc tit. c. 4. Mercet. 2. Opin. 4.* Non igitur necesse est in *d. l. 6. h. t.* vt concilietur cum *d. l. 15. pr. de diu. temp. prescrip. pro, totum tantum substituere, et Vigilio in §. præerea 1. l. Quib. non est permiff. n. 3. notato à Conan. 3. com. 12. n. 1. nec cum. Hor. 1. amic. 16. legere, ortum postremum diem, pro pleno computamus, nec cum aliis inter diem postremum & nouissimum distinguere, quos notat *Mercet. d. cap. 4.* Textus enim hi optimè consentiunt. E de computandi & numerandi temporis ratione civili vel naturali, *Conan. 3. com. 12. nu. 6.* qui civilem computationem statuit in iis quæ iuris, vt vscapio *l. 6. & 7. h. t.* manumittendi potestas *l. 1. d. manum* in iis autem quæ facti naturalem: vt in restitutione in integrum *l. 3. §. 3. de minor. (vid. l. lib. 21. c. 7.) Et Rob. 1. Sent. 2.* in quibus civili interpretationi locus esse potest, in iis civilis dinumeratio: in quibus vero naturalis actus tantum spectatur, naturalis *vid. & Pac. 1. q. 84. & perfectus Mercet. 2. opin. 4. ac Don. nosser ad l. 4. C. Quis test. fac. n. 4. f* rectissime & expediatissime. Et confirmat *l. 15. §. 9. de success. edict. l. 3. de iure iurisdictionis. Conser. Don nosstrum. in l. 13. de V. O. num. 2. † Non igitur causa in fauore vscapionem, & odio prescriptionum act. personalium ponenda, vt *Zaf. in l. 15. de diu. temp. prescrip. n. 3. Vigil. in §. 1. 1. Quib. non est permiff. n. 5. Duar. h. t. c. 4. & d. O. & A. c. 8. & ad l. 3. §. 3. de minor. vbi & A. Fab. Bron. 4. aff. 8.* Quod rectè refellit. *Conan. 3. com. 12. nu. 2. & 3.* Dissentit aliter *Rob. 1. Sent. 3.* nihil in hoc prescriptiois ab vscapionibus differre contendens, Aliter *Gad. in l. 2. §. 1. de V.S. num. 27.*****

C A P V T XX.

Accessiones possessionum.

Hic exoriantur quæstiones. Primò, An auctoris sui possessionis vt accessione liceat, vt ad vscapionem proficit, *a* Id ex subtilitate verborum, & naturâ possessionis, quæ facti est, nec res per se consistens, vt in alium transferri possit. *S. cap. 6. b* negadum, sed ex benignitate recipitur. Consistit enim hoc ius in solâ æquitate *l. 14. de diu. temp. prescrip.* Hoc enim possessio à iure mutatur vt continuari fingatur, quemadmodum dominium in suis heredibus *l. 1. lib. & possit.*

vid. supr. cap. 6. lit. H. TRIBVITVR autem ius ACCES- SIONVM SVCCEDENTIBVS, VEL IN REM, EX CONTRACTU *d. l. 14. §. 1. & in vtente accessione requiritur vt possideat l. 13. §. pen. de acq. poss. verè non si rem alteri precario concessit d. l. 13. §. 7. quoad precarium manet. Iustè, Vitiosæ enim possessioni nulla accedit *d. l. 13. §. vltim. c* In eo cuius accessione vitur. i. Vt auctor sit eiusve vicem obtinens *d. l. 13. §. 1. De acq. poss. l. 5. de diu. temp. prescrip.* Auctor propriè dicitur venditor *l. 4. §. 27. 29. & 31. de doli exc.* hinc generalitè à quo iustam possidendi causam habemus *d. l. 13. §. 6. 9. 10. de acq. poss. (Auctoritas enim dominij ius significat vt in l. Actiua, Quod subreptum erit eius eterna auctoritas esto. Agell. 171. Noë. 17. & in l. 12. tab. Vtus auctoritas fundi, id est, qui auctoritatem, seu dominium adferat in fundo, d. b. n. m. esto Cic. in Top.) Non si quis rem ex nullâ iustâ causâ tradidit, non sit vt nostram ex errore, vt *d. l. 13. §. 1. liber 3.* Aliud tamen si venditori res redhibeatur, vbi locus est accessioni *d. l. 13. §. 2. de acq. poss. l. 1. §. 1. h. t. in bonum 19. de vsc. 2.* Vt iuste possederit *d. l. 13. §. 1. & vltim.* Inde iam oritur altera quæstio quasi succidanea: An auctoris possessio vitiosa quasi succidanea: Aut est vitium in re, & indistinctè notet *l. 2. 4. pr. & §. 1. de vsc. vid. infr. cap. 24. c* aut in persona & adminiculis accessionum, ac vt volenti non prodest possessio auctoris vitiosa, nolenti non obest *l. 5. de diu. temp. prescrip. c. l. 13. §. 1. in verbis cum quis vitur de acq. poss. † Obi. l. vitia 11. f Cod. de acq. poss. Bz. Vulgò accipiunt d. l. 11. de vitis rei quos refellunt ipsa legis verba. Nam t. dicitur, vitia g numero pluratiuo, & licet cum adiuncto, possessionum, tamen & vbi in persona vitium, possessio vitiosa vocatur *l. 13. §. vltim. de acq. poss. l. 1. §. 1. vltim. de vsc. 2.* habetur illic v. culpa. Culpa autem personæ est non rei. Licet autem & vitium rei [vt si furtiua] à culpa & delicto proueniat, non tamen ibi culpa auctoris nocet, sed rei vitium & conditio. Dicendum igitur *d. l. 11.* duas esse distinctas sententias. Prior, his verbis. Vitia possessionum à maioribus contracta perdurant, pertinet ad heredes, per verbum; maioribus iunct. *l. 4. §. 2. de in ius voc. qui- bus omne vitium ex re vel persona nocet l. 11. de diu. temp. prescrip. Posterior: Et successorem auctoris sui culpa committatur, ad successores in rem, per voculam auctoris, sed eos duntaxat, qui vti volunt accessione, idque significatur proprietate verbi, successoris. Nec enim verè succedit, qui non vitur aliena possessione sed sua *l. qui in ius 177. pr. de R. l. Ob. l. 4. §. 29. de doli exc. Bz. ibi qui ex causa legati & donationis vindicat, aperte iure sui auctoris vitur, cû nisi ille dominus fuerit nec ipse esse possit. Ergo per l. 149. de R. l. Secus est si vindicat vt à se vscaptam titulo legati, donationisve. n. Sed hoc ius h. verus tempus distinctione. Nam si dominus nesciat suum ius, vitij auctoris obstat successoris ad vscapio vel olim auct. male fidei *C. de prescrip. lon. tem. VEL IN VNIVERSITATEM d. l. 14. §. 1. de diu. temp. prescrip.* Et iusta possessio decessoris, sine exceptione prodest, modo medio tempore ab aliis non sit occupata *l. possessio 20. h. t. de vsc. 3* quamvis nec heredes possideat *l. 40. h. t. l. 6. §. vlt. l. 7. Pro empt. Cõpletur vscapio vacuo tempore nõndum aditæ hereditatis. l. 31. §. 5. l. 44. §. 3. h. etiam heredi vltiori, medio possessionem nõn actõ *l. 23. §. 5. de acq. poss. l. 2. §. etiam 18. Pro empt. l. 65. de V. S.* Et quamvis mala fide possideat *§. 12. l. 1. 43. D. h. t. l. 2. §. 19. Pro empt.* Quæ omnia iure singulari recepta *d. l. 44. §. 3. h. t.* contra principia vscapionis: ex eâ ratione, quod hereditas defuncti personam sustinet. *vid. lib. 6. c. 2. & heres idem cû defuncto Nou. 48. in pr.* Si autè defunctus viueret intelligeretur, semper anime******

saltem, retenta possessio, nec superueniens mala fides probe captam vsucapionem interromperet, & Solum hic excepti heredes capti ab hostibus, qui ibi decessit, ubi possessio defuncti ad vsucapionem non prodest heredibus, quippe quae ipsi captiuo reuersio non prodesse l. 15. h. t. 1. In iusta indistincte nocet. non tantum si in re, sed & si in personam vitium, & quamuis heres nolit vti adimniculo ex personam defuncti l. 11. C. de acq. poss. l. 4. §. 1. h. t. l. 11. de diu. temp. praes. Licet enim ipse bona fide per tempus constitutum pro herede possederit, semper tamen obstat personae conditioni. m. Nomen enim heredis vniuersi iuris successio nem continet.

NOTATA.

a Hoc est an tempus quo antecessor possedit, cum eo quo successor, ad implendum legitimum vsucapionem tempus coniungatur. *Hor. in §. diuina l. 1. b. Cui. 9. ad Afric. ad l. 6. de diu. temp. praes. qui huic accessioni se coniunctioni temporum olim in vsucapione locum non fuisse putant, sed in longi temporis possessione, de qua text in Pand. accipiendi. Iustin. autem ex quo tempus vsucapionis produxit, eam induxisse, & Borch. de acq. poss. c. 8. n. 36. Tribonianum in l. 2. §. 20. Pro empt. ad vsucapionem, repositisse pro, ad longi temporis possessione. Mouetur Borch. vt ita sentiat l. 32. §. 1. de seru. verb. praed. Sed Con. 4. com. 12. n. 14. ideo non locum esse huic continuationi in vsucapione libertatis, de qua d. §. 1. quia quoties seruitus in patiendi (nam si in agendo sola negligentia non ventis, sine facto vllō domini adium, libertas acquiritur vel restituitur) non acquiritur libertas sine opere facto l. 6. de seru. verb. praed. l. 18. §. vltim. Quem. seru. amitt. Factum autem personae cohaeret. b & propterea personae coniunctissima, ait Connan. 3. com. 14. n. 5. itemque ex natura dominij, hoc negandum videbatur, quod per extraneos nobis acquiritur c. Diff. Ho. 7. nob. §. 14. putant ex rescripto Seueri & Antonini, de quo in §. 13. l. 1. h. t. etiam malam fidem successoris singularis superuenientem bona fidei superioris possessoris vsucapionem non abrumperet. Sed contra d. l. 13. §. vlt. d. ita & Cifan. in rub. & de acq. do. num. 2. interpretatur d. l. 12. tab. quod vsu, id est, possessione acquiritur auctoritas, id est, dominium. Sed Rem. ad l. 12. ab. cap. 17. sic: Fundi auctoritas non diutius biennio ex nudo vsu & sola possessione constabat. c In mobilibus igitur vsucapiantur semper bona fides auctoritas requiritur, quia alioqui res futuura & vitium reale l. 1. 6. 7. C. Pro empt. l. 2. Cod. Pro donato. Cuiac. in Par. C. Pro empt. vid. C. l. cap. 24. f. Neque enim dolus venditoris nocet emptori l. 7. §. 11. de Publ. in rem ad. In iure quod transit ab auctore non est melior conditio emptoris. Ius autem vsucapienti non transit. Nam si ipse integrum tempus implet, non a venditore habet vt vsucapiat, sed a se, & a legibus, Cuiac. ad l. 54. de R. l. 1. B. v. & Goh. in not. d. l. 11. Aliter Cuiac. ad cap. pen. ex. de ref. spol. qui totam l. 11. accipit de successore vniuersali, & Cifan. ibidem n. 6. h. ita feret Cuiac. ad l. 54. de R. l. Sed verius est in d. §. 29. plane non agi de accessione possessionis. Nam proponitur vindicatio ipso iure efficax, igitur dominium translatum statim, & dolus non significat malam fidem auctoris in possidendo, sed alias commissum. Vnde ibi distinguitur inter causam onerosam & lucrativam d. §. 29. & §. 31. eiusd. legis. i Quare si, ex epli gratia, defunctus possedit quinque annos, tum alius se heredem iactans quatuor, demum verus heres annum vnum, non potest se tueri vsucapione. Et vt accipienda l. 13. §. 4. de acq. poss. ubi quod Ho. 7. obs. 14. verba transponit legens, quod in heredem & in emptorem, & c. omnino non est probandum. k vid. Borch. de acq. poss. cap. 8. num. 34. & seq. l. De cuius perobscura legis sententia & conciliatione cum l. 12. §. 2. de capt. & poss. vid. Alet. & Cuiac. ad eem l. Conna. 3. com. 14. num. 4. Duar. hoc tit. cap. 8. Ho. 1. amic. 27. Forcat. dial. 76. & seq. Ang. Martheau. lib. 1. de vid. & rat. in cap. 20. nu. 13. A. Fab. l. iurisp. 11. princ. 8. ill. 28. m. Fult. l. hoc tit. nu. 36. Induit, inquit, personam defuncti heres, quoad virtutes & vitia, & non sui, sed eius respectu vsucapit. vid. Cuiac. ad l. 14. h. t. P. Greg. 40. Syn. 9. num. 3. Borch. de acq. poss. c. 8. n. 42. Alu. Valaf. tom. 1. consult. 95. n. 8. Zoan. rer. quotid. ca. 27. num. 2. Et, ex regula iuris Canonici, huic tenetur ad exonerandam defuncti conscientiam. cap. vlt. de sepult. c. tua nos de vsur. c. si episcopus cap. 16. quest. 6. Fachin. 1. contr. 64. & 8. contr. 27. ubi Vasq. dissentientis 2. ill. contr. 73. rationes resellit. † Et Zaf. in l. 13. §. 1. de acq. poss. num. 15. & seq. in l. 11. de diu. temp. praes. nu. 3. ab hoc iure Canon non esse recessum.*

4. R Equisitum, CONTINVATIO l. 3. h. t. NE SIT PER VSRVATIONEM INTERRUPTA l. 2. C. de praes. lon. temp. ubi vsucapio interpellari dicitur l. 5. l. 15. pr. l. 33. §. 4. h. t. etiam in rebus soli d. l. 5. h. t. l. 2. Cod. In quib. ca. cess. lon. temp. praes. Ratio, quia in vsu iuris, ubi non nominantur viles anni, continui intelliguntur l. vlt. Cod. de dolo l. vltim. Cod. de temp. int. rest. a nisi ubi aliud poscit fauor libertatis l. 14. §. vlt. de statu lib. Vsrpacio vocatur in l. 2. h. t. vsucapionis interruptio. Quae definitio non est. Nam nec omnis vsurpacio est interruptio. Est enim vsurpare frequenter vti & significat quoque vsu constituentem vsucapionem l. si qua 40. §. 1. Quib. ex ca. mai. & extra vsucapionem dicitur vsurpare honorem l. 7. §. 1. de muner. nec omnis interruptio vsurpacio: vt si res mobilis curru excidit, peccus aberravit, flumen inundatum, & c. vid. sup. c. 12. quibus modis vsucapio interruptur, circa vsurpationem factumve alienum. Igitur in d. l. 2. significatio vocis vsurpacio exponitur, subiectae videl. materiae contentiens, & effectus ponitur pro causa: Vsrpacio efficit vsucapionis interruptio nem: nam vsurpari dicitur res possessa l. 6. §. 1. l. 8. l. 9. Quam ad. seru. amitt. l. 5. h. t. INTERRUPTIO DVPLEX, NATVRALIS, l. 5. h. t. c. quibuscunque modis possessio amittitur: deiectione, subtractione d. l. 5. qui duo modi exempli causa referuntur. Et multo magis idem ius in aliis modis admittenda possessionis, in quibus minus vis vel iniuria, captiuitate l. 15. h. t. l. demque 19. Ex quib. ca. mai. re domino locata l. 21. l. 33. §. 5. h. t. Nisi tamen amissa possessio in alium, heredem successoremve singulariter, transferatur, ubi continuari fingitur, eo modo. qui exposuit c. praed. Effectus. Vt licet recuperata sit possessio, tamen vsucapionis tempus ex secunda possessione, quam ipsam & bona fide possessorem nancisci oportet, numerandum l. 15. §. pen. h. l. 7. §. Pro empt. Ac proderat olim interruptio & vsurpanti, si is Dominus ne contra eum procederet vsucapio. Obi. Artific ex delicto melior fiet eius conditio, contra l. 134. §. 1. de R. l. 32. Delinquit vim adhibendo, non autem vsurpando, ac suum ius aduersus alienam possess. tuendo. Hodie vero interruptio possessionem, vim adhibes dominium amittit, quod circa vsucapionem vim passio acquiritur l. 7. l. pen. & vlt. C. Vnde vi. Et si vsurpans dominus non fuit, alius interruptio prodest. Et hoc est quod dicitur in d. l. 5. h. t. interruptio possessionem aduersus omnes: ubi, aduersus non significat, secundum a sed subaudienda vocula consistens: Sensus est. Interrumpitur possessori vsucapio, siue aduersus vsurpantem siue aduersus alios iudicio consistat, & siue ipse agat, siue rem vsucapione sibi defendat. Obi. Res inter alios acta aliis non nocet. 32. Hic non facto alieno illi quibus vsurpacio vitilis est, se tuerit, sed natura vsucapionis, quae amissa possessione sua sponte concidit. Addit Caius in d. l. 5. nihil interesse quae ex causa possideat scilicet eius possessione interruptur. (Verba enim ipsa legis personam priorem mutant, nec possunt ad vsurpantem referri) an pro suo id est ex causa onerosa & an ex lucrativa causa (qui opponitur possidenti, pro suo vocis vsu ad speciem restricto. Quodammodo dominus nostrum, pro quo saltem ad vti dicitur tenemur) quia videl. vtrouique aequae possessione amittitur, cuius consequens est haec interruptio, & Ciuilis lite de proprietate vel possessione mota ac contestata l. 10. C. de acq. poss. Quo casu si id quod verè sit spectatur, impletur vsucapio: ff quia retinetur possessio l. 18. de R. l. 2. §. vlt. Pro empt. nec

nec nocet, quod incipit cognoscere rem esse alienam, quia superueniens mala fides impedimento non est vsucapioni, sup. c. 17. l. i. C. sed effectus iuris non proficit l. 10. C. de praes. lon. tem. & non intelligitur possidere post litem contestatam d. l. 10. ideoque nec vsu cepisse, nimirum quia rem restituere cogitur, d. l. 18. de R. V. Et ratio, quia post litem contestatam omnis causa restituenda vid. infr. lib. 20. c. 5. Idem est in praescriptione longi temporis, l. 10. C. de praes. lon. tem. ubi & alia ratio vid. infr. d. cap. 5. lib. 20. Multum verò interest inter ciuilem & naturalem interruptionem. Naturaliter interrupta nunquam prodest: ciuilitate, reo absoluto, in suo loco manet §. 4. vers. cōmodum l. de interd. Vnde reus intrè moras iudicij, si obtineat, potest implere vsucapionem, nec ei nocet iudicium, si postea ab alio, vero etiam, qui fuit, domino conueniatur. Imò nec nocet si victus priore iudicio litis aestimationem subfuit, vt rem retineat l. 2. §. vlt. Pro empt. Quia res inter alios acta & iudicata aliis non prodest l. 2. C. Quib. res iud. non noc. Facit l. 3. l. 12. & 2. seq. de exc. rei iud. Obi. l. 2. C. de praes. lon. temp. 32. Quod ibi dicitur nec pertinet ad absolutio nem: illis enim inquietudo litis non interruptit, sed confirmat possessionem, nec ad cōdemnatos extra personas inter quas actum, quia respectu aliorum, quam inter quos iudicium agitur, non interruptit d. l. 2. C. Quib. res iud. Sic & quod in l. 1. C. de praes. lon. temp. habetur iudicio inquietatum non posse vt praescriptione, intellige aduersus eos a quibus inquietatus & cōdemnatus, & qui ab illis possidendi causam habent.

NOTATA.

a vid. not. sup. lib. 1. c. 18. & coniuactis seq. tit. D. b vid. Conna. 3. com. 14. nu. 1. Sic dicitur vsurpare alicuius memoriam Cic. 2. off. Sapiens, vsurpatur, id est, crebro dicitur. † In hisce autem vsurpationibus, de quibus hoc loco, ritum sollemnem fuisse vt fureculum arboris deingerent, ex Cic. 3. de Orat. probat Ho. iustip. foud. c. 22. & R. in de anst. pral. cap. 9. ubi de ritu vsurpationis, quam legis actionibus accenset, plurimè habet. c Has duas interruptionis species plerique constituant Duar. h. t. c. 7. & seq. Conna. 3. com. 14. v. v. in Par. h. t. n. 1. & 15. d. m. s. ad pr. l. h. t. n. 4. P. Greg. 40. Syn. 6. n. 5. Vult. l. h. t. n. 48. & 1. iurisp. 71. n. 67. Zanger. de except. p. 3. c. 8. nu. 52. Sed licet haec distinctio plerique probetur: Ciuilis tamen, quam vocant, interruptio verè nulla est. Nam nec in villa opinoz, lege legitur ciuilitate vsucapio interpellati. Ac tamen est in l. 2. C. de praes. lon. temp. l. 2. C. de annali except. huiusmodi quid de praescriptione alteratur, eius tamen diuersa ratio ab vsucapione, cum praescriptio sit exceptio, cuius verba in praeteritum concepta esse oportet, tempore quo opponitur. sic: quia tot annos possedi, non quia possidebo, vt restit. nos. h. t. & infr. lib. 20. c. 5. ubi vide. Et quamuis res effectus eodem deducitur, auctore obtinente, apparet tamen non hoc fieri vt liris contestationis, sed potius sententiae: & esse eam magis rescissionem quam perfectam vsucapionis, quam impedimentum et interpellationem perscienda. d vt Cuiac. in d. l. 5. & in tit. 20. vlt. §. 14. Gilb. Reg. 2. Enam. vlt. notati à Rob. 2. recep. lett. 32. qui, aduersus eum in d. l. 5. interpretatur, erga eum, id est eius respectu. Nam & haec vocatur, aduersus significatio, pro, erga, Terent. Andr. ad. 1. §. 1. Cic. 1. off. & c. ita & Connan. 3. com. 14. nu. 1. f. item iururando l. 13. §. 1. de iur. iur. vid. l. lib. 24. c. 17. seu de iur. iur. cap. 9. Hodie autem etiam in ius vocatione omnes praescriptiones abrumpi, putat Conna. 3. com. 14. n. 8. per l. 7. C. de praescript. 30. ant. reiecta D. omnium, vt refert, distinctione, quod praescriptio tricennalis sola in ius vocatione inhibetur, longi autem temporis liris contestatione, tricennalis verò rerum mobilium, ac ea quidem. Et per denunciationem hodie interrupti probat ex l. 2. C. de annali. except. Duar. in priore comm. ad h. t. in su. vid. & Charond. 3. versim. 6. Cifan. in l. 1. h. t. num. 22. & in l. 5. n. 9. Mod. Vist. p. 2. q. 99. & p. 4. q. 147. Vofsin Par. h. nu. 15. Obrech. disp. de vsuc. qua est 26. th. 422. Zanger. de except. p. 3. c. 8. n. 54.

CAPVT XXII.

Res vsucapi natura prohibita.

H Actenus de personam vsucapientis. IN RE REMO. H QUIRITVR VT POSSIT VSYCAPI. a PRO-

HIBETVR QVADAM NATVRA, QVA VEL IN BONIS NON SVNT, VTRES SACRAE SANCTAE, LIBER HOMO l. 9. h. t. §. 1. l. b. loca publica l. 45. h. t. Et si enim qui in litore edificauit diu possederit, edificatio tamen dituro locus in pristinam causam reuertitur l. 6. p. de R. D. nec verus possessor eum tanquam vsucapum sibi adferere potest. Idem esse dicit Papin. d. l. 45. si diu in diuerticulo, id est, recessu fluminis, piscatus alierum eodem iure, vt prohibeat, id est, ex ea causa quod diu tenuerit eum locum, et si claustris depositis vel derelictis tenere desierit. Cui non contraria l. 7. de diu. temp. praes. Nam vt Bart. & plerique etiam nouiores, illic piscari prohibens possedit, & recessum illum non deseruit. Quod quamuis ex verbis d. l. 7. non colligitur, cum & non possidens possidentem de facto possit vt prohibere l. 1. §. 4. l. 3. §. 1. vt possid. liquet tamen ex l. 6. pr. de R. D. qua eiusdem Martiani cuius d. l. 7. eod. libro, ubi habetur occupatē quid in publico tamdiu dominum, quamdiu occupationem retinet. Ergo quod in d. l. 7. dicitur, prohibere potest intellige aliquando, non semper. Quando igitur? Hoc docet d. l. 6. pr. de R. D. quando videl. diuerticulum claustris & palis circumseptum adhuc retinet, nec deseruit. Obi. At si possidet statim dominus. d. l. 6. pr. Quorsum igitur plurium annorum vsus exigitur? 32. Non ad acquisitionem, sed ad probandum animum occupandi, e ad quod & duo anni sufficient arg. l. 12. de testib. VEL POSSIDERI NON POSSVNT RES INCORPORALES l. 43. §. 1. de acq. do. vt scribitur, de quo vid. infr. lib. 11. c. 11.

NOTATA.

a vid. Duar. h. t. c. 3. Vult. in h. tit. l. n. 14. P. Greg. 40. Syn. 2. a ubi versus refert, quibus gl. in c. cum non liceat, de praes. res inpraescriptibiles, vt vocat, comprehendit: b Cuiac. in d. l. 45. a. Guib. 1. q. 17. n. 5. P. Greg. 7. q. 1. Broech. 4. off. 3. Gifan. in l. 48. de acq. do. n. 6. qui tamen ferè praescriptione se tueri eum, qui in possessione piscandi sentiant, in quo diuersum statuit noster. Verum Zaf. in d. l. 7. nu. 4. solutionem hanc & diuinarioriam esse, & textui d. l. 45. repugnantem per verba praescriptio longae, possessionis. c Haec expositio non vsquequaque ardet, c. 1. Quia illi intelligenda secundum tit. sub quo locata. Quare d. l. 7. de eo qui se praescriptione defendit, proinde occupatione & possessionis initio dominus effectus non est, accipi conuenit. 2. Quia text. qui de locis communibus suis faciendis tantum de inextructo loquuntur, non vero de circumseptione vid. §. lib. 4. c. 9. 3. Et ratio quae in edificio, quia solum illius pars sit, quae redditur à Don. S. lib. 4. cap. 13. non habet locum in cōclusionē loci, quae sit palis vel sepimentis. 4. Quia vt edific. requiratur, requiritur ne vsus publicus impediatur. S. d. c. 9. lit. A. Hic autem diuerticulum occupas, vt locus piscetur, vsu publici impedit. 5. Quia piscari prohibitus, siue manu, siue opere sua habet remedia §. l. 4. c. 1. in fi. 6. Durum est, quod Donel. & plures annos de duobus accipit, & eos ad annum occupandi ad ostendendum exigit. Quidam enim is animus aliunde ex multis actibus citius liqueat. Audiamus alios. † Conna. 3. com. 16. scribit d. l. 7. esse Papiniani, vt & d. l. 45. Et id responsum d. l. 7. separatim falsum esse, retatum ad pr. d. l. 45. verum & contentiens, ubi videl. ex anterioribus verbis decisio sumenda. Et erratum esse in collocatione d. l. 7. à compositoribus † Curr. 1. conuict. ad fr. 54. Martiano quidem attribuit d. l. 7. vt & habet illius inscriptio, sed mutilatum esse responsum, vitio compositorum & ICt id exempli loco posuisse. Ideo negat: ei addendam, quam & inserit Balu. in §. flumina 2. l. de R. D. & Matth. Gribald. lib. 1. de rer. stud. c. 16. Quos notat Rober. 1. recept. lett. 17. qui distinguit inter praescriptionem ipsius loci, quae nulla d. l. 45. in verba, ad obtinenda loca, & iuris piscandi, quae conceditur d. l. 7. per l. 3. §. 4. de acq. quod. quae tamen loquitur de immemoriali vsu, quomodo ferè &, Duar. h. t. de vsuc. c. 3. de except. acquirenda agi, d. l. 7. de dominio in d. l. 45. & Forner. ad l. 12. de V. S. in l. 45. quare de proprietate diuerticuli obtinenda, in l. 7. interpellati possessionem, & Charond. 1. versim. 21. vsu diuini in l. 7. non tribuere dominium loci, sed ius prohibendi, adde Zaf. in d. l. 7. n. 5. Quibus accedo. † Forcat. dial. 85. n. 3, d. l. 7. de immemoriali tempore accipit. Falsè tum per verba, pluribus annis, tum quia ex vsu suo, sui que solius facti, ac piscatione sibi

Ius prohibendi alios, qui diu piscatus est, in d.l.7. sibi vendit, quam quis dicit hominum memoriam excessisse. Alter Zoanmet. lib. de dupl. venatione num. 84.

CAPVT XXIII.

Res ll. sententia vsucapi vetite.

QVĒDAM LEGE I. QVĀRVM ALIENATIO INTERDICTA, Ratio in l.28. de V.S. vt fundus dotalis l.16. de sum. hot. l.42. h. r. res pupilli l.48. pr. de acq. do. a etiam mobiles, quia & hæ alienari vetantur. l.22. c. de adm. tut. b quæ tempore non corrumpuntur. Item res minorum, c furioforum, aliorumve qui curæ sub sunt ob eandem rationem ecclesiasticæ per Nou. 120. vid. infr. cap. 31. Sed hæc ita si post cæpit huiusmodi res vsucapi, secus si ante, vt si fundus antequam in dotem daretur, ab alio possessus bonâ fide. Nec enim mulier datione in dotem vsucap. interpellat tex. d. l. 16. de fund. dot. Idem est in rebus pupilli d & minorum, qui tamen impletâ vsucapionem in integrum restituuntur. l.yn. C. si ad vsuc. l. etiam 45. de minor. Hodie vero ipso iure adu. minores præscript. temporales non currunt. vid. infr. cap. 31.

NOTATA.

a l.10. pr. Quædam seru. amil. l. vi. C. de vsuc. pro empt. Cic. 1. ad Att. epist. 4. de turelâ legiimâ nihil vsucapi posse. Magis autem Græci in d. l. 48. pr. pro pupilli legerunt pupuli, vertentes vs vs dnyu vru, quos notat Cuiac. 11. obs. 12. Sed hæc de re verè pupillari. Res autem aliena bonâ fide possessa à pupillo, licet ceu pupillaris venierit, vsucapi potest l.2. §. 8. C. 15. Pro empt. Cuiac. 24. obs. 14. §. 1. Ad. 1. iur. iur. 12. princ. o ill. 35. Rem pupilli non vsucapi, si sic. teneatur ab eo, qui aliunde accepit. Iis autem casibus, quibus verus tutor transfert dominium, accipiens bona fide ab eo, qui pro tutore se gerit, consequitur vsucapiendi conditionem, vt probatur ex l. 2. D. de eo qui pro tut. §. Cui non obstat. l. 4. §. 24. de doli exc. vbi pupillus eam rem persequi dicitur. Nam ibi contra vsucapionem (dicitur illic apertè res vsucapta) in integrum restituitur pupillus. Et ideo non vitur IC. vocabulo petendi quasi pupillus vindicaret, sed persequendi, quod non de sola vindicatione viupatur. Et malè Cuiac. in d. §. 24. negationem inserit ad l. 4 §. 11. h. r. C. 15. obs. 22. vid. Robert. 1. rec. l. 7. C. 1. animad. 24. b Dist. Cuiac. 24. obs. 14. putans rem pupilli mobilem omnem vsucapi posse per l. 4 §. 11. h. r. l. 7. §. 3. Pro empt. Quibus locis cum dicitur rem pupilli subreptam, seu furtiuam (atque sic mobilem) vsucapi non posse, ex contrario, ait, argumentum præbès alias posse. §. Sed hæc leuia sunt. Vtrobique enim questio, quando, re pupilli subrepta, vitium quo affecta est purgetur, non vt nunc, sed vt aliquando, vsucapi possit. Nisi enim purgatum fuerit, ne quidem pupillo pubere vel maiore factio vsucapietur. Et d. l. 7. §. 3. loquitur de re quæ alienari non vetita à tutore, ac nulla est ibi alienatio, non ob rei conditionem, quasi in eorum numero quas L. alienari non vult, sed ob malam fidem tutoris. Mala enim fides auctoris in re mobili temper succellori, etsi is bonæ fidei, nocet vid. not. S. cap. 20. lit. E. e Sed Cuiac. 24. obs. 14. C. Duar. ad tit. C. si adu. vsuc. omnem rem adolescentis, etiam soli posse vsucapi ipso iure, sed non cum effectu ob restitutionem in integrum. Nec obstat, inquit Duar. In alienatione requiritur decretum. Ergo & in vsucapione per l. 28. de V.S. Nam res non patitur in vsucap. id requirere. Et l. 28. de V.S. ex inscriptione, pertinet ad rei vindicationem, non ad verum minoris alienationem. d ita C. Duar. ad tit. C. si adu. vsucap. vsucap. cæptam contra patrem fortè pupilli, impleri contra pupillum, per d. l. 45. de min. Sed rectius Cuiac. 24. obs. 14. ibi vsucap. impleri aduersus ipsum defunctum, quia interim dum posthumus nascantur, hereditas defuncti, non futuri heredis, vicem sustinet. Et Vult. l. h. r. n. 16. æque vsucapi non posse res pupilli, etsi præscriptio, antequam tales fierent, inchoata. Quamprimum enim pupillares factæ & quamdiu manent præscriptio cessat & quasi dormit l. 3. C. de aut. pr. vid. C. l. c. 31.

CAPVT XXIV.

Res ll. apertè vsucapi vetite.

I. QVĀ ALIENABILES VSVCAPI TAMEN VRTANTVR, AVT FAVORE DOMINORVM,

VT RES FISCĪ §. res fisci. l. h. r. a nunciatae tamen non a delatae tantum, b res Principis dominicæ r. r. C. Ne rei b domin. res ciuitatis, res mobiles ecclesiæ infr. cap. 31. & nouo iure res minorum, etiam alienabiles, per l. vlt. C. in quib. ca. in int. rest. In quibus enim olim currebāt præscriptio & in integrum restitutio competebar, in iis hodie ipso iure non currunt. In integrum autem restitutio etiam erat contra vsucapionem rerum alienabilium l. yn. C. si adu. vsuc. (vid. infr. lib. 21. c. 5. bona filiorumfam. aduentitia l. vlt. C. de annal. exc. c vbi ratio, c quia causa vsucapionis, negligentia domini, in filiis, cessat AVT ODIPO POSSESSORYVM, VT FVRTIVÆ. Res furtiua fit, quotiescunque à sciente venditur vel traditur, quamuis bonâ fide accipiat §. 3. in fin. l. h. r. Hinc res mobilis nec à bonæ fidei possessore facile vsucapitur, aliquando tamen id contingit ne sit furtiua §. 4. C. 2. seqq. l. h. r. l. 36. C. seqq. b. Talis etiam est seruus fugitiuus sui ipse fur. l. l. C. de seru. fug. qui non apertè in §. 1. l. h. r. refertur, inter res quæ natura sua vsucap. respiciunt. d Nam is, purgato vitio, vsucapi potest. VI POSSESSORVM §. 2. l. l. 33. pr. C. §. 2. D. h. r. e ET PRÆSIDI DONATAE, donationisve causa remissa l. pen. ad l. l. ul. re. petund. l. 48. pr. de acq. do. f quamuis ad alios bona fide f peruenierint d. l. 48. pr. Vbi enim L. inhiet vsucapionem bona fides nihil prodest l. vbi Lex. 24. pr. h. r. scilicet ad vsucapiendum, prodest tamen ad fructus percipiendos d. l. 48. pr.

NOTATA.

a l. 2. C. com. de vsuc. l. 18. l. 24. h. r. Rationem habet Coma, 3. com. 15. n. 4. Quas tamen 30. & 40. annis præscribi vetius esse dicit Mysin §. 9. l. h. r. n. 7. Non autem proba quod ibid. n. 6. etiam res fisci alienari prohibitas dicit, c. inuoluto 53. extr. de iure iur. Nec enim d. c. de rebus fisci, sed de ciuitatibus ac parte ditiois, item iuribus regni, non alienandis agit. b Acquisitæ & incorporatæ, vt vulgò vocant, & iam nunciatae, non acquirendæ necdum indicatæ vel nunciatae d. l. 18. hoc tit. vid. A. Fab. 7. com. 10. §. Res fisci, non actiones, quæ perimuntur 10. annis l. 13. de diu. temp. præsc. vel minore spacio vt quadriennio, præscriptio nunciandis bonis vacantibus. l. 10. §. 1. d. l. l. 1. C. de quadr. præscr. Coma. 3. com. 16. nu. 6. vel quinquennio si res ob veltigal non solum in commissum ceciderit l. 2. C. de veltigal. Mysin d. §. 9. n. 9. c. l. 4. §. vlt. C. de bon. qua. lib. l. 7. C. aut. nisi C. de bon. matern. vbi Pinel nu. 42. Cuiac. in l. 13. h. r. latè Gilken, de præscript. p. 3. ca. 3. n. 366. C. seqq. qui & nu. 361. aliud esse in Castrensis vel quasi docet, cum de iis filiis agere & experiri possit. d. l. 60. de furt. Potest tamen excusari Imp. in d. §. x. quia seruus non propriè dici potest sui fur. per vocalam intelligitur, d. l. 60. nec natura patitur vt idem sit fur & res furtiua Cuiac. 17. obs. 10. Et rem furtiuam definitimus possidere l. 47. de acq. poss. seruum fugitiuum non æque. Et alia quoque ratio cur vsucapi nequeat in d. l. 1. C. de seru. fug. ne fuga domini sit damnosa, & delicto alieno potius quàm negligentia sua is dominio cadat Baro. in d. §. 1. l. h. r. e adde de furtiuis l. 4. §. 6. C. seqq. h. r. l. 7. §. 3. Pro empt. l. 10. l. 12. C. de furt. de vi possessis l. 4. §. 21. C. seqq. l. 86. de furt. Illæ vetitæ lege 12. tab. & Atinia l. 4. §. 6. l. 33. pr. h. Agell. 17. Not. 7. Et sic legendum in §. 2. l. h. non Atinia. Cuiac. in not. d. §. 2. Hot. ibid. hæ ll. Iulia & Plautia d. §. 2. d. l. 33. §. 2. f Quod tamen temperatur in l. 18. de off. præf. l. 6. §. 3. de off. pro. conf. in sculetis & Xenis, id est, muneribus quæ hospitibus dantur. Goth. in d. §. 3. item in donatione remuneratoria Fach. 2. contr. 80.

CAPVT XXV.

Partus ancille furtiue.

modo tamen heres scriptus ab intestato rem auferre possit. *Conditio addita in l. 12. in fi. pr. h. t.* de irrita testa- mento etiam ad ruptum pertinet, q nisi testator, q causa rupta sublata, declarauerit se velle eo testa- mento mori, vbi etiam extraneo instituto, conualescit l. pen. §. vlt. *Secundum tab.* Irrita, vel manente deminutio- ne, vt similes ex militari delicto damnetur d. l. 6. §. 6. h. t. vel restituito pristino statu; idque aut per benefi- cium principis, damnato capitis restituito l. 6. §. 12. *versus ergo D. h. t.* vt si ipso iure Ciuili conualescit. i. Quia r testamenta reuersorum ab hostibus, quibus hi com- parantur d. §. 12. ipso iure valent §. vlt. l. Quib. non est perm. §. 1. Quib. no. ius pat. pot. 2. Quia restituitur omnia quasi nec amissa essent. l. 1. C. de sent. pass. Obi. Jmò iure prætorio §. 6. l. h. t. 3. Potest scriptus heres hoc casu agnoscere bonorum possess. si velit, nec mi- nus tamen heres est iure ciuili, vt perere non necesse habeat: aut aliunde, vt si seruus effectus manumissus, arrogatus emancipatus, vbi iure prætorio sustinetur per bonorum poss. secundum tab. d. §. 6. l. h. t. Sed ita si vel rem ab intestato auferre scripti possint l. 12. in fin. pr. h. vel, si nequeant, recens confirmatio testatoris accedat l. pen. §. vltim. de bon. poss. sec. tab. Et ita intelli- genda est §. 6. l. h. t. vbi potest scriptus heres, &c. potest scil. non semper, sed sub harum conditionum alterutâ. f At quomodo nuda voluntate redit testamentum, f qua non constituitur. 3. non nuda voluntate vires reci- pit, sed iure prætorio. Et illa declaratio tantum val- let ad infirmam exceptionem, quam legitimi initi- tuto hereditatem vindicanti opponere possent, quasi deficiatur voluntate testatoris. Quæ sententia est Pa- pin. in d. §. vlt. *versus nec putauerit, &c.*

NOTATA.

a *Cuias in leg. i. hoc tit.* Titia ait, testamentorum 4. Non iure factum, cui sollempnia desunt: Nullum, ob præteritio- nem sui: Raptum, agnatione, & irritum, capitis deminutione, defectu heredis, tempore. *Idem 3. ad Afric in l. 6. de fals. addit, imperfectum, quod non est signatum septem testium signis, d. l. 6. de fals. l. 21. in fin. pr. Cod. de testam.* Interdum tamen, im- perfectum, generatim pro quouis vitioso l. 1. §. 5. de tab. exhib. l. 12. §. 1. *contra tab.* b Frustra enim requiretur in confi- ciendis testam. tanta sollempnia, si duobus testibus mutatio voluntatis probari possit. *vid. Mollet. 3. Semestr. 22. Fachin. 4. controuers. 8. Diff. Conan. 9. comm. 7. num. 3. & 4. c. Duaren. ad h. tit. D. cap. 5. distinguit:* Si in ipsâ confectione, antequam perficeretur testamentum, quid delectur consulto, pro non scri- ptum est; sin inconsulid valer si legi potest l. 1. pr. §. 1. & 2. de his qui intest. del. Sin post perfectam elogium consulto quid in- ductum vel cancellatum, tum qui ex eo petit repellitur excep- tione d. l. 1. §. 3. *vid. & Daub. ad l. 21. hoc tit. num. 15. & seqq.* d In dubio verò si apud testatorem, si testamentum, cancel- latio ab eo facta præsumitur. Si autem apud alium, ab eo apud quem, per l. maioram 44. vbi gl. *Cod. de fals.* Titius au- tem si testator, vt omnis tollatur præsumptio, in sine testa- menti scribar se lituras fecisse l. 1. §. 1. de his que in test. de l. Lorior. de iur. arto tr. 12. tit. 3. de his que in testa. del. axiom. 3. e Quid si iurauerit, se nolle prius testam. reuocare? Non ob- stat *vid. Fachin. 4. Controu. 8. Catell. Cottain Memorab. v. testa- torem Cl. de Battand. tr. Legitima in presat. n. 10. A. Fab. 14. de err. pragmat. 1. Vafq. lib. 1. de success. resolut. §. 1. n. 11. 10. Daub. de testam. n. 89. & seqq.* Potest autem & scriptum testamen. Nuncupatio, & Nuncupatio sollempni, scripturâ reuocari, *vid. Gæd. ad l. 64. de V. S. n. 9. & 10. † Quid si quis prioris testa- menti oblitus, aliud condat? Querit Modest. Pist. p. 1. q. 17. nec decedit. Rectè autem puto, aff. Tac. Schult. in additionib. ibid. quia licet sciuisset, tamen id ei impedimento esse non po- tuit, nec sibi legem quis dicere potest, à qua non recedat l. 22. de leg. 3. &c. Dissent. A. Fab. 68. de err. pragmat. 2. Et credi- bile est, quod si recordatus esset prioris voluntatis, illam re- uocaturus fuisset. f Requiritur hæc duo coniunctim *Duar. f ad tit. D. de testam. c. vlt. f. 333.* Cuias. tamen in l. 1. h. t. olim decennio solo irritum fuisse testam. ex l. 6. C. Th. de test. De computatione huius decennij dissensio est, de qua *vid. P. Greg. 44. Syn. 1. n. 7. Don. noster. ad d. l. 7. C. h. t. vid. & Vafq. l. 1. de success. resolut. §. 2. Dauch. ad l. 21. h. t. num. 11. & Vult. in §. 1. I. hoc tit.**

hoc tit. num. 3. statuit hodie agnatioe posthumi, non rumpi testamentum, sed præteritum id nullum dicere, per §. 5. l. de exher. l. 4. C. de lib. prat. vt nec ruptioe opus sit; immò nec rumpi possit, vt quod non sit, & ibid. n. 6. scribit nunc vnicum modum agnationis, qui rumpat testam. superesse, adoptionem. Cæteros, de quibus *Vlp. tit. 23. §. 3. sublatis esse.* † Sed rectius differentiam inter filium natum præteritum, & posthumum agnoscunt, *Duar. h. t. c. 3.* Quia textus sic disti- guentes l. 1. & l. 3. §. 3. h. t. non abrogati. Et vt *Hor. ad §. 1. I. de exher. præterito posthumo ab initio, valet testamentum idcirco, quia qui in vtero, propriè homo non est, l. 9. ad l. Falc.* sed spes animantis l. 1. de mort. infer. † Et dubium est tempore testamenti an nasciturus posthumus. Poteit enim vxor abortiri, monstrum partum edere, vel ante partum mori. Quia igitur spes est aliquo casu valeituum testamen- tum, in dubio sustinendum est, fauore vltimorum elogio- rum. *Vgl. in §. posthumi I. de exhe. n. 2. Alex. Picenard. ad rub. l. de exher. pag. 73.* Et *tex. in d. §. 1. I. de exher. loquitur in præ- senti: posthumo præterito, valet, testamentum, non dicit valebat.* † Est autem & hæc differentia inter præteritionem nati & nascituri. Filius natus præteritus in primo gradu, & in secundo exheredatus, primum dumtaxat gradum inultum facit, s. c. 12. lit. X. nec sibi locum aperit, sed secundo gradui & substituit. Posthumus autem in primo gradu præteritus, li- cet in seqq. institutus vel exheredatus sit, totum testamen- tum rumpit, sibi que locum facit l. 5. *vers. rumpendo h. t.* Ratio differentia. Cum primus gradus rumpitur, à posthumo intercedit factum rumpentis, hoc ipso quod nascitur. Absur- dum autem est suo facto alij locum facere quam sibi. Cum autem primus gradus ob præteritionem iam nati iniustus, non tam filij factum significamus, quam legis vim & pote- statem, quæ cum gradum valere non finit, odio præteritio- nis. Iatenus igitur nullus, quatenus filius præteritus est. ita *A. Fab. 8. Conieth. 10.* quomodo ferè & ante eum *Alex. Tren- zacing. de substitut. p. 1. c. 20. n. 4.* hic non mero iure, sed me- diante facto, id est, natiuitate posthumi rumpi. Quare si an- tequam nascatur, ex alia causâ primus gradus infirmetur, natus postea non rumpet secundo gradum, à quo ritè exhere- datus. l. 1. §. 7. *de ventre in poss. mit. † Cuias. q. ad Afric. ad l. 14. de lib. & posth. sic:* Posthumus rumpendo sibi ab intesta- to locum facit, ac repellit institutum agnatione, substitutum occupatione, quia eum in hereditate præuenit. Contra Filio iam nato præterito non rescinditur institutio, sed ab initio nulla, atque ideo testam. à substitutione capit initium, h h Et ita quorum iam aatorum præteritio olim non infirma- bar testamentum, vt filia & nepotis pr. I. de exher. eorum tamen agnatio rumpebat. §. 1. I. d. r. Ratio diff. Præteritio si- lia vel nepotis nati & cogniti, argum. erat tacita exhereda- tionis. Incogniti non æquè. Testator enim censetur ignoras- se conceptum, nec l. de cuiusquam alieniore in liberos ani- mo immitius suspicantur, *Hor. in d. §. 1. I. de exher. i. etiam filia d. l. 8. pr. Miratur Horom. in §. 1. adoptiuâ 4. (ipfi §. 5.) l. de exher. sic filia adoptiua potius ius esse quem naturali cuius præteritio iure veteri non infirmabat testamentum. Sed puto hoc esse ex eadem ratione, ex qua filia posthuma olim rum- pebat, licet superstes nullum non faceret, vt lit. *prac.* Et sic non adoptiua conditio melior. Effer si post adoptionem præterita rest. rumperet, quod non fit. Rumpit testamentum casus superueniens, qui tempore quo id conditum, nondum exiitit. † His consequens est & legitimatioe rumpi testa- mentum. Quæ sententia crebrius recepta, *Fors. lib. 6. de suc- cess. ab int. c. 37. n. 8. Tessaur. decis. 84. n. 1.* k Vbi vitium superueniens non incurrit in ipsum testamentum, sed in personam testatoris *vid. A. Fab. 10. Conieth. 18. I. iia & Cuias in l. 8. D. Qui test. fac. Couar. extr. de testam. p. 3. rubr. n. 27. Gail. 1. de pac. publ. 19. n. 8. & vulgè Da. ieste Vafq. 3. ill. contr. 96. num. 3. & 4. Coler. decis. 34. Daub. de test. nu. 109. laud. A. Fab. decende 73. de err. pragmat. Aruma. exerc. lult. 7. sb. 7.* Et rectè opinor. Si enim ipsi damnatis æqua & benigna, de constit. Non. 34. c. vlt. *auth. bona damnatorum C. de bon. damn. esse voluisset, indistinctè eis bona reliquisset, non illis solum casibus, qui- bus liberos aut parentes habent. Diss. Puf. in Par. de testam. num. 13. P. Greg. 42. Syn. 8. num. 11.* quorum opinio in terris Elect. Sax. obtinet *Moll. in p. 3. Conieth. Elect. Sax. 6. num. 4. & Benf. in l. admonendi de iure. num. 494. vid. Modest. Pist. p. 1. q. 13. m Quia per hac fit sui iuris. Acqui & autè emancip. quod castrensia fuit patref. l. 2. ad Maccid. Et sic nulla quoad hoc imitatio. *Ant. Matth. in not. ad §. alio 4. l. h. t. † Erat igitur Harmenop. contra sententis lib. 5. epist. 115. notatus à Cui. ad l. 6. §. vlt. h. t.* Non est contraria l. 22. de test. mil. vt not. j. c. vlt. lit. D. n. iia & Vafcon. 1. decl. 16. num. 11. Non enim ideo minuitur capite, quia efficitur sui iuris, alioqui & morte mi- nueretur, sed ob imaginariam seruitutem l. 3. de c. min. & Go-**

nean. 3. Var. lect. 26. ° vbi dicitur desertum & destitutum. §. cum autem 7. l. de her. int. Cuias in l. 1. h. t. † A. Fab. 14. Cor- ieth. 20. Sine additione testamentum quod fuit, & ab initio valuit, destituitur, sine instituit. nullum est. Institutio facit testamentum, additio confirmat p Quia si mortuo patre natus mox decedat? *Duar. idem putat, ad h. t. D. c. 3. f. 369.* modo test. sit signatum per *Vlp. l. 23. §. 6. In l. m. inquit, 12 pr. h. t. vitæ testatoris mentio, quia ex facto ita acciderat. Et l. 1. C. de posth. her. ac l. 15. D. h. t. accipiendæ cum hac exceptione, nisi test. signatum sit, ita *Duar.* Quo vix est, vt admitti possit Quia n. signatum olim ferè frequentius nuncupato, excep- tio latius pateret regula. Et rectius alij, qui ideo in d. l. 15. non conualescere test. volunt, quia ex fact. l. Cornelia pater videtur statim decessisse cum caperetur, & ita prius mortuus quam filius. Sed ad explic. d. l. 15. *vid. A. Fab. 10. Conieth. 9. & 10. & ad explic. d. l. 12. pr. h. t. idem 9. Conieth. 15. & seqq. i. In- vspr. 11. pr. 9. illat. 4. q. Diss. Duar. d. c. 3. f. 168. & seqq. volens q indistinctè hoc obtinere, quicumque scriptus sit, modo signa- tum sit test. ac sollempnia iuris prætorij adhibita, &c. r Quem t. vers. Test. esse respicientis ad l. vlt. *Cod. de sent. pass. & malè ex eâ inferentis, scribit A. Fab. 1. Iurisp. 11. pr. 9. ill. 4. quia casus hic dissimilis sit à præcedenti, cum hoc casu restitutus nouum testam. condere possit. † At nonne postlimin. reuersus æquè de nouo suprema ordinare potest? † *vid. de d. l. pen. §. vlt. & d. §. 6. l. h. t. A. Fab. 10. Conieth. 18. & seqq.* vbi in miserum Tribon. inuicitur.***

C A P V T XVII.

Heredum institutio.

H Actenus de Potestate *vid. s. c. 3. Sequitur vo- luntas deferentis, quæ in heredis institutione a iusta cvi dvo insunt: Pri- mo (de 2. vid. c. 2. I. POTESTAS VT IURE VALEAT IN- STITUTIO. QVOD SPECTATVR ET EX VERBIS, olim non nisi directis & sollempnibus, b his videl. Titius heres esto, vel sic. Titium heredem esse iubeo Vlp. tit. 2. l. 1. §. 3. h. t. Tit. hereditatis mea dominus esto l. 48. h. Non verò his: Titium heredem instituo vel facio Vlp. tit. 2. l. 1. Hodie verbo- rum ea obseruatio sublata est l. 15. C. de testam. & qui- buscunque verbis heres rectè instituitur, etiam his. Titio bona mea relinquo, vt rectè gl. & Barr. ad d. 4. l. 48. h. t. c *Facit. l. 14. in fin. & l. 16. pr. ad Trebell. ET EX RE- TITVTIONIS, quæ 4. IN REBUS, I. EST PERSONA HEREDIS, vt cum eo testamenti factio sit l. 49. §. 1. h. t. saltem passiuâ d §. 4. l. de hered. qual. Ea autem est cum d folis ciuibus Romanis, per §. legari 24. l. de legat. unil. l. 1. pr. ibi cuique Romano D. ad l. Falc. ARCENTVR igitur QVIDAM PENITVS: SERVI VT SERVI. Non fit vt li- beri, vel si per eos hereditas perueniat ad ciues Rom. Quare institui possunt. 1. Seruus proprius cum liber- tate pr. l. h. t. c *Vnde si purè instituat, libertate sub e* conditione data, differtur institutio in tempus liber- tatis l. 3. §. 1. h. t. & ea conditione deficiente extinguitur institutio l. 38. §. pen. h. Quæ tamen si ex casu pendeat, eo non existente seruus non quidem fit heres, nisi he- reditas non sit soluendo, vbi necessarius, fit tamen li- ber l. vltim. *Cod. de nec. seru. hered.* Nec vero necesse est li- bertatem testamento adscribi, modo non detracta sit l. pen. §. 1. *Cod. de nec. seru. hered. instit.* Quod primo Instit. constituit. f §. 2. I. Quibus ex cap. man. non lic. Obi. Jmò f hoc non per inuouationem induxit. pr. l. h. t. 3. Jus nouum indaxit Iustin. d. §. 2. d. l. pen. §. 1. quia contra- rium ante ex plurimum sententia obtinebat, non autem nouam sententiam quæ nulli placeret. 8 Et quia ser- uis communis ab vno ex dominis manumitti potest l. 1. *Cod. de com. ser. manum.* etiam heres institui. 2. Serui alieni, pr. l. h. non quidem ex sua, quia libertas eis à non domino obtingere nequit, sed dominorum persona l. 31. pr. h. h quibus statim hereditas acquiritur l. 1. §. 1. de acq. do. l. 79. de acq. her. etiam hereditarij iacente heredi- tate d. l. 31. §. 1. D. §. Seruus etiam 2. l. h. t. i etiam si eius i domini qui capere non potest, nam si antequam adeat**

manumissus sit, sibi acquirat l. 82. de acq. her. Valer enim institutio incapax sub conditione, si capax redatur ut in fr. Seruus autem semper sub conditione institutus intelligitur l. spaterf. 40. h. t. 3. Capti ab hostibus, qui eorum serui, propter ius postliminij l. 32. §. 1. h. t. Planè autem nequeunt serui pœnæ l. 3. de his que pro non script. l. 17. pr. de pen. 1 ET PEREGRINI l. Cod. l. 6. §. 2. D. h. t. vt hostes per l. 32. §. 1. h. t. transfuga, & qui hostes à Senatu iudicati l. 5. §. 1. de cap. min. m deportati & damnati in opus publicum, & moribus nostris ad remos 1 qui Græcis ἀπολλιδες l. 17. in fin. l. 2. §. 1. D. de pen. l. 1. C. hoc tit. & hæretici quidam l. Manicheos 4. l. Arriani 5. C. de heret. apostata l. 1. §. 3. Cod. de apostat. Sed & eorum cum quibus testamenti factio est; QUIDAM CERTIS DE CAUSSIS ARCENTVR. Vt è ciuibus 1. Qui incestus nuptiis se polluerunt sibi mutuo, vel liberis inde editis, nihil relinquere possunt. l. si quis 6. C. de incest. nup. 2. Nequit Princeps litis causa institui §. vlt. l. Quib. mod. test. infirm. l. pen. h. t. vbi ratio 3. Qui solidum ex quorundam testamento capere non possunt. Olim multi, de quibus Vlp. tit. 15. §. 16. pp Hodie tantum liberi naturales, qui ab aliis in solidum institui possunt. 4 Sed à parentibus, si legitimi liberi extant, non plus vna vncia; sin parentes: octo vnciæ: si vero neutri adiunt, solidum eis relinqui potest. Nou. 89. c. 12. 5 4. Quibus hereditas vt indignis ablata fisco vindicatur, vt si adultera mœchum suum, aut hic illam instituerit l. Claudius 13. §. seq. de his que vt indign. E seruis ciuium nequeunt. 1. Cum domina adulterio maculatus pr. l. h. 1 quia manumitti vetatur. 2. Serui domini obserati. Et enim vnum tantum, necessarium heredem, instituire licet l. 55. §. 7. 83. 88. hoc tit. §. c. vlt. sup. lib. 2. c. 13. lit. H. Qui autem purè institui nequeunt, si sub conditione, si vel cum capere poterunt scripti, benignè valet institutio l. tempus 62. h. t. per l. pen. de Reg. Caton. Sed quid si hi incapaces purè instituti? De seruo diximus antea, conditionem hanc, eo instituto subintelligi. De peregrinis habetur in l. 1. Cod. hoc tit. hereditatem in ea causa esse, ac si non scripti essent. Quare data eis portio, vel pertinet ad coheredes, vel ad legitimos, nec fisco prius inuitatur, quam si nec alij scripti, nec legitimi adint l. 1. pr. §. 6. de success. ad. Quod & generaliter de omnibus, quæ pro non scriptis sunt traditur in l. 3. de his que pro non script. l. vn. §. 3. Cod. de caduc. toll. 6 Obi. l. 12. de his que vt indign. ibi abstitit Senatus hereditatem. 12. Non illic heredes incapaces institui, sed illi quos ob priuatas causas testator instituire non poterat. (Sic enim loquitur Lex, non dicit, qui institui non poterant.) vt in exemplo l. 13. §. 14. d. t. de quo paulò superius. Obi. l. 7. de pr. de leg. 3. Fideicom. deportati seruo relicto pertinet ad fisco. Multò magis igitur hereditas, quæ non ita, vt fidei. fide & iure gent. niuntur. Quare quod in relicto seruo deportati obtinet, id etiam in relicto ipsi deportato. 12. Rectè inferretur si cum illo seruo esset testamenti factio ex personâ deportati. At non ita est, vtrum seruis verè est fisci Quo licet deportatus, si post deportationem aliquo iuris gent. modo acquisiuit, fruatur, dum viuat, alienare etiam potest d. l. 7. & manumittere l. 82. de acq. her. post mortem tamen eius redit ad fisco m l. 2. C. de bon. præs. 12 Dubitatur autem & olim de tribus generibus an institui queant. 1. Incertæ personæ olim non poterant Vlpian. tit. 22. §. 4. vbi ratio §. incertis x 25. l. de legat. Hodie possunt 2 per §. 27. l. de legat. & quia in §. 25. l. de leg. dicitur olim non concessum fuisse. Hodie igitur sic. 2. Ignoriteitator. Et hi possunt vt y fratris filij peregrinatus y §. vlt. l. hoc tit. imò & extraneum l. extraneum 11. Cod. hoc tit. 3. Publica corpora, ciuiz uitates, municipia, olim non poterant, nisi à libertis,

vel per fideicom. hereditatem capere Vlp. tit. 22. §. 7. & vestigium in l. 6. §. 4. ad Trebell. Hodie possunt l. 12. Cod. hoc tit. vt & collegia licita l. 8. Cod. hoc tit. 12 Quid sit a rectè initio institutus, post fiat incapax, deinde iterum capax 12. Testameti factio cum herede extraneo requiritur tribus temporibus 12 Testamenti ex regula la Catoniãna, vid. lib. 8. c. 13. mortis, quia in hoc tempus exitus voluntatis confertur, & aditionis, vt acquirere possit leg. 49. §. 1. h. t. §. 4. l. de her. qual. In suis autem & necessarius duobus, quia in illis (aditionis) nullum. Media autem tempora non nocent l. 6. §. 2. hoc tit. c c c

NOTATA

1 Quæ definitur à Cuiac. in Parat. de lib. & posth. datio hereditatis nulli alij ante delatæ: à Vult. 1. Iurispr. 73. n. 52. Successoris à restatore facta designatio. b Quæ & dicitur impenitua. Vlp. tit. 24. §. 1. & ciuilia l. 7. de vult. legitima l. vlt. C. de test. iur. l. 14. C. de test. man. quibus opponuntur obliqua & inflexa vid. Duar. 2. disp. 9. Hor. 4. obs. 24. Cui 11. obs. 25. A. Fab 34. err. prag. 2. Alex. Trentinacq. de subtit. p. 4. c. 4. R. ad Forner. 1. rer. quotid. 11. Non directa autem tantum olim requirebantur sed & selecta & vt Apulei de industria concepta. Quam de quædam Cæstantia. sustulit, Superstiti tamen alia sollempnia in testibus & signatoribus adhibendis, Cuiac. in l. 1. Qui test. fac. Dist. Guil. Forner. 1. select. 28. c. Immo & Verbis huiusmodi, lego omnia bona, vel lego hereditatem, hodie rectè institutionem feci vult Vacom. 4. declar. 55. quia testantis inrentio apparet, & expressè hanc eius mentem esse liquet. Olim verò his verbis institui non poterat. Vid. Turamin. de exaquat. legat. c. 1. m. 8. §. 9. Valsq. lib. 1. de success. progressu §. 3. n. 13. §. seq. & Math. Grib ad rub. D. de leg. 1. d. vt vel ipsi capere vel aliis acquirere possint, Duar. h. t. c. 2. vid. not. s. c. 5. lit. A. e Quid autem si liber & heres esse iustus, alienetur à viuo testatore vid. §. 1. l. 1. §. 1. l. 9. §. seruus 16. l. seruum 50. D. h. t. l. seruo 47. l. 96. de cond. & dem. 1. Olim enim secus fuisse liquet ex Vlp. tit. 22. §. 7. Ratio triplex assignatur ab Hor. in pr. l. h. t. Quia hereditas nomen iuris in personam serui non cadens. 2. Dominus eum iudicari ac frustrari videtur. 3. Quia hic domini persona (qui est defunctus) mutuari nequit. Et vult. ibid. n. 4. Nec per se, inquit, institui poterat, quia nihil suum habere potest, nec ex personâ alterius, quia hereditas, domino mortuo, loco domini, cui eandem hereditatem acquirere absurdum est. 4. Quamuis a qui vult consequens velle videtur & antecedens l. 2. de iuris. libertas tamen non videbatur dici posse accessoria hereditati sed immò principalior. Principale autem ex accessorio vites capere non potest l. 10. D. de iure codicil. & simi. A. Fab 1. Iurispr. 6. pr. 6. ill. 1. §. 2. vbi nimis audenter conf. Inst. d. l. p. C. de necess. serui. her. aduersari omnino rationi iuris, & ill. 1. audacius: Iust. qui in pr. d. l. p. verecundia fines transferit, in §. 1. ver. nos itaque eius d. bene & grauitate esse impudentem. 5. At hocne est interpretem agere? Legislatoria si esset auctoritas Fabro, non tamen ita debacchari, & acerbe insectari veteris iuris auctores conueniret. Vbi hoc Iust. alioque Imp. quando qui ex priori iure immutant facere deprehendimus? Multò illi modestiores. Videamus au tantum ponderis sit illi Fabri rationi. Et vt sic nonne fauore libertatis stricti iuris regulas (etiam fortiores forte qui illa est: Principale non capit vites ex accessorio) insuper haberi videmus. Quid a si non sit Principalior est libertas hereditate, sc. præstantior, melior, dignior. Non est principalior ita, vt seu accessorium secum trahit hereditatem, sed contra hereditas libertatem. Ludit nimirum Faber fallaciã hominiaz. Principale, immò hereditas est, libertas accessorium. Propter hereditatem n. liber sit seruus, non heres propter libertatem. Nam & cum testamento adscripsit libertatè defunctus, cetero eo mortuo, libertatem seruo dedisse, vt cum haberet heredè. Non contra ideo hereditatem ei reliquit, vt esset liber. Ast præstantior est libertas? Est. Sed nunquid res aliqua principalis sit, an accessoria æstimandum simpliciter ex pretio & æstimatione? Nonne accessorium magnificè etiam extructum vili areæ cedit. Nonne & fideiussoria obligatio accedens naturali, efficacior est principalis? Quid multis? Si firma est ratio Fabri, nonne ei penissimè locus eris in tutoris datione? Et tamen ex ipsa iuris ratione, seruo tutori simpliciter dato libertatem obtingere, Faber ipse non diffiteretur? Iurispr. 12. pr. 1. ill. 42. (vid. not. s. lib. 3. c. 4. lit. P.) tametsi d. pr. 6. ill. 2. sui immemor, scribat duplicem fauorem & libertatis & pupillorum id ibi in vita iurisprud. extorsisse. g ita & Mysf. ad §. idem que 1. I. Quib. ex c. man. non lic. n. 1. Vult. in pr. l. h. t. placuisse idem ante Iustin. nonnullis paucis, non autem receptum fuisse. Et rectè, nam si ante pluribus placuisset, eorum

eorum sententia ius fecisset §. Responsa 7. Inst. de I. N. G. & Cui. Alter Not. in pr. l. h. t. h. l. 3. pr. h. t. 62. §. vlt. de acqu. her. Hor. ad §. 1. vers. alius i. h. t. Serui, ait, personam quidem non habent, sed persona dominorum eis tantisper accedendo datur l. 44. de cond. & dem. & ex ea quasi personantur. In his igitur institutionibus duæ quodammodo personæ, vera domini, & ficticia ac imaginaria serui. Et duo heredes, vnus naturaliter: seruus, qui & adire cogitur, cum aditio sit facti: alter ciuilitè dominus. l. 52. l. 64. h. t. l. 82. §. vlt. de leg. 2. quia tunc est directò nequit, personam mutuari à domino qui iam nullus est, per interpositam tamen hereditatem, quæ defuncti personam sustinet, mutuari. Hor. d. lo. k Quod nonser, vt videtur, intelligit de seruo omnino incapax, exemp. gr. deportati, ei non accedo. Nam li. simpliciter negant esse testam. factioem, cum seruo, si cum domino non est, l. 31. pr. l. 52. h. t. l. 82. §. vlt. de leg. 2. Vnde & seruus plurimum, si non cum omnibus test. factio, illis tantum acquirat, cum quibus est l. 49. §. 1. h. t. Rectè Vigl. in §. seruus 3. l. h. t. 3. & Vult. in pr. l. h. t. 5. accipiunt d. l. 82. de eo domino, qui non omnino incapax & testam. factioem caret, sed forte aliquo casu eius hereditatis, vel portionis, de qua illic agitur, capax non est. Et Gibl. Reg. 2. Enam. 17. ex inscriptione probat d. l. 82. pertinere ad l. Iulian. & Papiam, quæ non veterat cælibes institui, sed caducum facit, nisi intra certa tempora vxorem duxerint. Et ita incapaces sunt, non dicitur, sed uatè 7. 1. Serui autem publici, quibus olim ex dimidia parte testam. faciend. ius, vult. not. s. c. 5. lit. C. & ex aliorum testamento sibi capere poterant ex parte dimidia: vid. Pithæ. in not. tit. 5. coll. 11. Mofaic. m Sunt enim hi hostes interni. A. Geniil. 3. Lest. 18. Vnde Cic. Philipp 2. Antonium hostem rogatum vocat. Huiusmodi hostes omnes perduellionis (non autem leuiores & simplices criminis maiestatis) rei l. 11. §. 3. de his qui not. infam. l. 1. C. de bon. lib. l. 8. §. 2. de poen. l. vlt. D. ad l. Iul. maiest. ex ipso tempore admitti l. vlt. C. ad l. Iul. maiest. Vnde sequitur hereditatis esse eos incapaces, & frustra quæri à Dd an perduellionis reus à patre exheredari possit, absurdè autem à pluribus id negari, necessariò non institueundum contendentes, qui nec institui potest. vid. P. Theodor. disp. Crim. 5. me respondente habitam. h. 6. lit. D. Et banniti ab Imp. vel Cæsari imperiali, Sieh. ad l. 1. C. h. t. n. 10. & seqq. Guil. lib. 2. de Pace publ. c. 1. & c. 12. & passim. & de institutione deportatorum Gilken. de præf. p. 3. c. 6. 6. Et ita exceptio hic est regulæ, quæ in l. 8. §. 3. de alien. iud. mut. c. 2. Duar. h. t. c. 2. reprobans interpretationem: Coma. 10. com. 6. n. 6. quasi hanc institutionem fieri non debere admoerat tantum ICt. si tamen fiat, inuitem esse non statuat. De Principis institutione quando non subsistat latè Am. Fab. 68. de err. prag. 3. §. seqq. p Imprimis autem cælibes & orbi. Quorum illi ex l. Iulia & Papia. de maritand. ordinib. nihil capere poterant, nisi genere proximi essent, ita tamen nisi intra 100. dies legi parentem Vlp. tit. 17. Hi verò ab extraneo non nisi dimidiam partem relictorum capiebant, altera siebat caduca. Coniux verò coniugi non nisi decimam relinquere poterat. Vlp. tit. 15. ex lege decimaria sublata l. 2. C. de infim. pan. cælib. vid. Balduin. de lege Iul. Papiæ Poppæ Goth. ad Vlp. tit. 15. §. 2. seq. 7 Olim & generatim mulieres, etiam filia, supra quadantem institui vetabatur lege Voconia, de qua Cic. Verrius. 3. Et in eam Afcon p. m. 40. quæ & maiorem centum millibus nummum hereditatem sceminis adire vetuit Dion. lib. 56. p. m. 176. vid. P. Fab. ad l. 2. de R. I. m. 1. P. Greg. 42. Synt. 35. n. 17. Eam l. suafit Catp Cic. in Senect. Agell. 7. Noth. 13. & lib. 17. c. 6. vt muliebrem insolentiam, cuius is acerrimus hostis, comperceret, Balduin. de lege Voconia 9 etiam olim l. Lucius 45. de vulg. l. 16. §. 1. de his que vt indign. Zafin d. l. 45. Hor. disp. de spur. c. 3. Toming. decis. 48. n. 16. 7 Nam quod Alciq. Parerg. 6. putat nothos olim iure ciuitatis caruisse per Non. 89. pr. licet probetur à Fabro. ad l. 17. de f. n. hom. & Iurispr. 3. pr. 4. & tit. 9. pr. 2. ill. 1. vbi totis viribus contendit olim omnino institui non potuisse, & nec hodie posse ad extraneis, eis tamen non asferunt. Nam certè constat illos matris conditionem sequi, atque ita liberos esse l. 24. de f. n. hom. Ergo & ciues per per l. 17. de f. n. hom. & per §. vlt. l. de libertin. inf. vbi sola ciuitas Romana dicitur esse libertas. 2. In decuriones ad legi poterant l. 3. §. 1. l. 6. de decur. Hor. d. c. 3. 3. Matri & cognatis maternis iam olim semper successerunt, vt & hi illis l. 2. & l. 4. D. Vnde cogn. Non ciuibus autem nec successio testati obtineat. Obi. d. Non. 89. pr. vbi ante Constantin. dicitur naturalium nomen fuisse πατρὸς ἀδελφῶν & ἀδελφῶν, omnino alienum à iure ciuitatis. 7 Zafin. in d. l. 45. n. 3. audacter id non esse verum, est Iustin. cum omni sua aula dixisset. Se ICto in d. l. 45. plus credere quam Iustiniano. Si concubinatus ante Constant. receptus, etiam spuriorum nomen, quia qui vult antecedens & c. 7 Sed modestius agamus. Hor. d. c. 3,

ibi id dumtaxat ius intelligi, quod ex agnatione per d. l. 4. D. Vnde cogn. 7 Puto ego ἀδελφῶν in d. Non. 89. pr. non significare ius ciuitatis sicuti cū Apostolus ad Philip. 3. v. 21. scribit, ἀδελφῶν nostrum esse in cælis; sed rempublicam, vt redditum est in versione vulgata; quæ & propriè illius vocis significatio. 10. Scapula in Lexico. Sensus hic. Non magnæ curæ fuerunt p̄scis legum latoribus filij uothi & naturales; nec de iis quidquam quoad success. disposuerunt. Vnde sequitur illos ante Constantium habuisse testamenti factioem. non autem success. intestati. Et illam quidem; vt ex cuiusvis, etiam parentum testamento (si nihil aliud obstat) ex asse heredes scribi possent, vt. re 7 d. Cuiac. ad 2. partem Nou. 22. Postquam enim actiua testam. factio cuius patrifamilias ex l. 12. tabul. passua cuius ciui l. 1. pr. ibi quicumque ciuis Rom. ciui Romano legare uolet & c. ad l. Falc. generatim concessa erat. Inter ciues autem essent & illegitimi nati; consequens vt & cum his fuerit testamenti factio, modo aliã specialis Lex ius capiendi non ademerit. Sic enim ne orbi, cælibes, mulieres, & c. solidum capere possent vt not. l. 17. præced. diseris sanctionibus & l. Iulia Papia. decimaria, Voconia cautum erat. Nulla autem omnino constitutio ante Constantin. quæ quidquam de spuris disponeret, ipsomet imp. Iustin. teste d. Non. 89. pr. Alla ratio successioem intestati. Hæc cum lege obueniatur, nulli competit, nisi cui Lex defert. Defert autem Lex non simpliciter ciui Romano, sed illi ciui, qui eius cui succeditur, est filius, parens, agnatus. Quare à success. paterna & cognatorum non tam li. veteres remouetur naturales, quam non vbeant, quod nec filius esset; cum pater eo iure extra nuptias non sit, nec agnatus. Sicuti & emancipatum ius ciuile non vocat, nec vlla Lex lata ad emancipatum excludendum, qui eo ipso satis exclusus, quod non vocaretur §. 9. l. de hered. ab intest. & simi. Postea autem Prætor vii filium emancipatum ad patris success. data bonor. possessione admittit, ita & naturalem non quidem ad patris naturalis, sed matris & cognatorum l. 2. Vnde cogn. Et ita licet naturalium nomen Romanæ legislationi, & Constitutionibus non esset curæ, vt d. Non. 89. loquitur, curæ tamen erat, aliquatenus saltem, prætori d. l. 2. & l. 4. Vnde cogn. Quæ non pugnant Prætor enim ius condendæ legis nunquam habuit. Turamin. lib. sing. de LL. p. 2. c. 3. num. 35. & seqq. vid. not. s. lib. 1. c. 8. lit. 1. Ius igitur ante Constantium hoc vt ex testamento naturales liberi cuius, siue extraneo siue parenti (non tamen vt parenti) Naturali: ab intestato verò nec patri (quippe qui iure nullus esset) nec cognatis heredis esse possent, à prætore tamen ad bonorum possess. matris & cognati vocarentur. Constantinus autem capiendi ex testam. parentum licentiam non induxit, sed restituit in l. 1. C. de Naturalib. lib. vt & Arcad. & Honor. in l. 2. C. d. t. quod & ex intentione ipsorum, quæ fuit coercere hac ratione & reprimere vagas libidines, & ex ipsis l. 1. verbis non obcurum est. Quoad institutiones autem extraneorum nihil inuolauerunt. Sequentes deinde Imp. leniores & Iustin. etiam benignior fuit spuris, vt & quod veteres l. non sinebat, interdum hereditatis testati partem illis acquirere permitteret l. 4. §. 6. 7. 8. & auth. licet. C. de Natural lib. d. Non. 89. c. 12. & 15. Et ita videtur. 7 De spuriorum institutione à parente facta fusè. Simon de Præf. lib. 3. de interp. vlt. volunt. interpre. 1. dubitat. 3. solut. 2. tota P. Greg. 42. Synt. 35. num. 6. & seqq. Valsq. ill. conu. 102. n. 7. & seqq. s. l. 48. §. 2. h. t. Ratio ne ante iudicium adulterij terminatur torture subducat, Hor. in pr. l. h. t. Cuiac. 7. obs. 31. cir. fin. vbi tamen aliud esse dicit in fideicommissis tacitis & in fraudem legis relicto l. 1. pr. de I. fisci l. 3. C. ad l. Falc. vid. & Aluar. Valsq. tom. 1. consult. l. 5. u Hæc solutio non satisficit. Vt enim quis per seruum acquirat hereditatem, requiritur vt sit dominus, non vt aliquando fore speretur. Hic autem in presenti verè dominus est deportatus, cum manumittere possit, qui propriissim. dominij effectus est. Fisci igitur seruum esse dicere non potest, nisi qui concursum dominij (vt sic loquar) duorum in eodem seruo admittere velit. Conuenientius fore dici potest hoc legatum sustineri ceu sub conditione tacita, cum ipse capere poterit, vel alij acquirere, quamquam & hoc difficultate non vacare inferri nequeo 7 Coma. 2. com. 3. num. 10. accipit d. l. 7. de relicto seruo ciuis, qui post testam. conditum deportatus. Quod verba vix admittunt. Nouam interpretationem d. l. 7. post hæc scripta legi apud A. Fab. 74. err. prag. 8. & seqq. ad fisco pertinere non à die mortis, sed eo casu à tempore, quo is fisco acquiratur, deportato videl. citra restitutionem, defuncto. 7 Quod non video quomodo conueniat ei quod noster tradit j. b. lib. c. 21. heredè debere certo demonstrari, multò miùs quomodo iuris rationi certū testantis iudiciū exigenti. Et denique textus, l. 24. C. de epif. & cler. quæ Lex per Const. Iustin. (cuius mentio in d. §. 27. l. de leg.

pla d.l.71. Denique hæc duo generà à ICtis distincta, & de iis separatim agitur. Obiic. verba, d.l.70. ad fecerunt alienæ voluntatis. &c. Non per ea significatur voluntas alterius, in quam institutio collata est, quæ secreta sit, priusquam constet quid is velit, vt *Dd. interpretantur.* sed supremum iudicium alterius. per l. 3. C. de codicill. Sensus est: Si conditio confertur eò, vt iudicium mutuum supremæ voluntatis heredi scripto vel alteri auferat. Secreta autem vocatur vel quia tabulis inclusa, vel etiam nuncupata, potest tamen reuocari l. 4. de adm. leg. Nihil autem refert cuius capter hereditas, instituti an alterius, vt probat exemplum l. 71. pr. h. t. sibi an alij capter d. l. 71. in fin. 3. requiritur. Vt sit in futurum concepta. Si in præteritum, nihil capter d. l. 71. pr. Quare si tunc falsa conditio, vt si deprehendatur testatorem non fuisse prius institutum, h statim infirmatur instituto h §. conclusiones 6. l. de V. O. l. 16. de ini. rup.

NOTATA.

^a Honorari enim dicitur heres institutus, & honos haberi ei cui quid testamento relinquitur l. 3. §. 2. l. 5. §. 6. de legat. praesand. l. 11. §. 20. de leg. 3. l. 15. pr. ad l. Corn. de fals. l. 36. de excusat. Tacit. lib. 3. & c. de quo vid. *Briss. 4. antiq. 19. & qua ex eo exscripsit Goth. ad l. 3. §. 2. de legat. praes. adde Bauar. 2. var. 16. Forner. 1. selest. 19. P. Greg. 42. Syn. 1. nu. 4. & 44. Syn. 2. n. 25. Fr. Iuret. in not. ad Symmach. 1. epist. 3. Et dilectio est institutio l. 4. de confirm. tutore l. 58. §. 1. h. tit. b. in Anton. Massa Galos lib. 3. de exco. l. iur. iur. num. 57. quia remotà rursi demonstratione persona certa ex appellatione filij & Pac. §. 90. Ac melius sic, quàm *Duar. h. t. c. 3. in d. l. 48. maledictum tantum dici filio admonendi & obiurgandi causas in l. 9. §. 8. contumelia causa. Et Cuia. in l. 3. de lib. & posth. Cum conuicio posse institui filium vt d. l. 48. quia patri impune est maledicta filio obicere, non posse extraneum d. l. 9. §. 8. Aliter Loriot. de iur. arto. 12. de Exhered. axiom. 11. & aliter, sed impeditè, *Vasq. lib. 2. de successerent. §. 20. p. 2. Requis. 29. declar. 2. n. 70. & aliter Io. Bassus 1. Paradox. 7. c. ita & Ant. Massa d. n. 59. Diff. Bassus d. c. 7. Additur in d. l. 3. pr. cisi ex adultero natum dixerit. Quod Loriot. d. lo. axiom. 12. ita exaudit si pater filium suum esse non dubitans contumelia causa adulterinum appellet, aliàs enim exhereditatio incepta in extraneo l. 132. in fin. pr. de V. O. d. Impossibilis conditioni institutioni filij adiecta exemplum etiam haberi putant *Dd. in l. 83. de cond. & demonstr. inde inferentes aliquem probare non posse se filium alicuius esse. Quibus accedit A. Fab. 1. iurispr. 3. princ. 4. pag. 113. Sed Menoch. 2. de arbit. casu §. 9. n. 7. & seg. hoc ex illa lege non inferi scribit, sed illud, quod conditio non sit potestatiua. In arbitrio enim iudicis esse an sit sufficienter probata filiatio. Aliter *Vasq. 1. ill. contr. 48. n. 17. & seg. & Et aliter Forner. 2. Select. 6. cideo in d. l. 83. impossibile esse probationem, quia filius extra nuptias quaeritur. Quod liquere hinc scribit. 1. Quia diuersa nomina & cognomina etiam patris & filij. 2. Quia non vxoris mentio, sed dixit testator, natus ex illâ muliere. Vti autem honorari est ptoprio nomine appellari, ita sic designari ille, aliquis, &c. dedecorosum. & Sed si ita est, non debuit coaditio adiecta vitari testamentum sed vitari, e Eodem modo *Donelli noster ad l. 11. C. de test. mil. n. 3. & seg. vid. & Cuia. 16. obf. 11. f. f. Quos & sequitur Simon de Praxis lib. 2. de interpret. ultim. volunt. interpr. 1. dubitat. 1. solut. 3. num. 1. Alex. Trentacing. de substit. p. 2. c. 2. Ant. de Padilla ad leg. 1. de leg. 2. n. 50. & seg. Gomez. in l. Taurinam, 31. Putant *Dd. cum Accursio ad d. l. 70. institutiones quæ ex alienâ voluntate pendent dici captatorias, quod per eas testatores capti, id est, decepti. Quod & refellit Coras. §. mise 13. ostendens has differe. Collatas in alienam voluntatem veteres reiecerunt l. 31. h. t. captatorias Senatus l. 70. h. t. Captatoria igitur, quæ veluti viscata & humata, vt quæ ex hac causa fit, vt suo exemplo prouocatus, institutus aliisve, in quem captatio directâ est, idem faciat. & Et A. Guib. 1. q. 7. Connan. 10. com. 6. num. 5. Sarmen. 2. Select. interpr. 4. n. 1. A. Fab. §. 1. de err. prag. 4. & seg. & Don. noster ad l. 11. C. de test. mil. n. 4. hoc etiam argumento vitur. Si captatoria est ea qui confertur in expressam voluntatem alterius, vti que in tacitam valebit. Consequens autem falsum, quia in verbis d. l. 71. §. 1. non confertur aperte, sed tacite. Et Io. Dauth. de testam. n. 25. & seg. vbi n. 28. cum hæc hodie clarè & distictè sit explicata, miratur è recentioribus quosdam hæc ruspiter miscere & veterum inquinamenta sequi.*******

Qui antiqui veniam merentur, hi non item. & *Cuia. 16. obf. ser. 11. Captare est referre præ manu gratiam, quam captamus, & quasi repositimus, necdum accipimus. & A. Guibert. lib. 1. q. 7. n. 13. & seg. Captare est instanter capere & summo desiderio bona aliorum venari Horat. 2. Sat. 4. captes vastatus vtrique Testamenta senum. Sic captare canam *Marral. lib. 2. & 7. 10. Dauth. de testam. n. 26. & seg. hanc institutionem esse genus quasi piscationis, qua quis hereditatem suam in hamo defert, vt ab alio, vberiore forè, alliciat, h. l. 81. §. 1. h. t. Vbi tamen vt sustineatur, sufficit quocumque gradu fuisse institutum l. 20. §. ult. de cond. inst. & Q. An testamentum quo coniuges se mutuo instituunt valeat, aa vero institutio captatoria sit? Non esse A. Aug. 4. Emend. 15. Connan. 10. com. 6. n. 6. Aluar. Valasitomo 1. consult. 7. nu. 5. Plura de Captatoriâ institit *Sarmen. 2. Select. 4. Ant. Fab. multa & nimio perè in nouans, §. 1. err. pr. 4. & 6. seg. & §. 2. err. 1. & 3. seg.***

CAPVT XX.

Numerus heredum, &c.

^{3.} NUMERVS HEREDVM. Potest instituire plures & quot velit vsque in infinitum §. 4. l. h. t. IV. PARTES HEREDITATIS. Potest instituire ex æquis vel disparibus, & in quot velit partes hereditatem distribuere §. 5. vers. non autem. *Instit. h. t. l. 13. §. 1. D. h. t. Quia tamen commoditas exigit certas partes intelligi, eas statuerunt iuris auctores, quibus hereditas dicitur as. Eius partes 12. b quibus certa nomina indita, quàm d. §. 15. vbi Theoph. explicat. & in l. feruum §. 5. vltim. D. h. t. E quibus 4. vt sextans, quadrans, triens, semis exprimunt numerum partium rotius; reliquæ significant numerum vnciarum.*

NOTATA.

^a Vbi tamen institutum non est multitudo extremis carens, sed incerta legibus non definita. *Egu. Bayo in d. §. 5. Sicuti & in l. 68. de R. V. Vult. in d. §. 5. m. 1. Obrecht. disp. 20. n. 260. & seg. Estque Synecdoche generis, Numerus infinitus pro indefinito. Extrema demencia esset omnes instituire. Quomodo enim omnes nominari & demonstrari possent. Gomez. 1. var. resol. 2. m. 2. Impeditè igitur *Accursio in d. §. 5. Heredes institui posse omnes homines inuadi. Et falsè etiam. Nec enim possent serui, deportati, peregrini omneseque non ciues. Nec semper verba, in infinitum, immensum quid & immodicum significant, vt in l. 7. §. 1. ad Iul. vbi per. *Cuia. 6. obf. 18. l. 4. §. 2. de in lit. iur. b Cuia. in l. 13. h. t. Vt Astrologi res omnes reuocant ad 12. partes, ita & ICti hereditatem, vsuras, res solidas omnes. Et si testator plures aut pauciores partes fecerit, tacito iure in 12. semper hereditas reuoluitur. Vid. & de numeri duodenarij commoditate, *Duar. 2. disp. 36. & Buda. libris de asse. Confer. Ant. Aug. 2. Emend. 8.****

CAPVT XXI.

Partes institutiones.

SECUNDÒ (vid. sup. c. 17. VOLUNTAS, quam præcipuè Lex confirmat l. 120. de V. S. Instituire est, statuere seu locare in re aliquâ. Igitur hic est designare quem velis heredem esse, & cum qui in locum seu ius tuum inducatur. a PERFICITVR INSTITVTIO VERBIS b scriptis vel nuncupatis, ET SENTENTIA verbis congruent l. 9. pr. h. t. Vtrumque concurrere oportet, Nam quod in l. 35. §. 3. h. t. dicitur voluntas totum facere accipiendum est de verbis testatâ, in omnibus partibus institutionis. PARTES INSTITVTIONIS TRES SVNT. I. PERSONA HEREDIS. Qui & certò debet demonstrari l. 9. §. heres. 9. h. t. c vel nomine vel quouis signo indubitabili d. l. 9. §. 8. c Generaliter enim demonstratio fungitur vice nominis l. 6. de reb. cred. l. nominatum 10. de leg. 3. l. 34. de cond. & dem. l. 2. de lib. & posth. Exempl. gr. Frater, Præceptor heres esto, si is vnicus. Item digiti indicio, ostendendò eum quò

qui coram sit. l. nemo § 8. h. t. Potest & ad futurum tempus referri demonstratio. Vt: Cuius nomen codicillis scripsero l. 10. de cond. inst. Non autem pro instituto est, de quo nihil scripsit, ad eo vt si optauerit alium, alium in corpore erant instituitur, neuter fit heres. *Jl. de verbis hic voluntate deficitur l. 9. pr. h. t. d* Deinde requiritur, vt heredem esse reitator voluerit. Contrarium contingit vel errore: qui aut in corpore, vt si scriptum L. Titium cognatum esse putauit, qui non erat, cum falsò pro L. Titio, qui diu fortè aberat, se gereret l. 9. pr. h. t. aut in coniunctione sanguinis, vt si existimet filium esse, qui suppositus, fratrem adoptiuum, qui non erat, licet aliàs optimè nouerit l. 1. l. 7. C. h. t. vbi hereditas auferri dicitur d. l. 4. non tamen à fisco, vti quæ ab indignis, sed hereditas legitimis d. l. 7. Secus autem est si sciuit filium aut fratrem non esse, & tamen sic vocauit l. 58. §. 1. h. t. Falsa enim demonstratio voluntatem testatoris non impedit l. falsa 17. pr. l. falsa 33. de e. cond. & dem. e vt nec si quis in patre aut patriâ heredis erret l. 48. §. vlt. h. t. Vel incogitantia, vt si constet (testibus si prius coram animam testatus, aut verbis testamenti argum. l. 22. de leg. 1.) testatorè voluisse, Primùm ex parte dimidiâ scribere, & deinde obliuione, falsave suggestione. Primùm & Secudùm scripserit, solus Primus heres l. 9. §. 7. h. t. 2. JPSA VOCATIO AD HEREDITATEM QUÆ SEMPER REQUIRIT VERBA L. I. §. C. de testam. Nec tamen necesse est plenam semper orationem exprimi, modo verba conueniant institutioni: f vt Lucius heres: Lucius esto. Hæc enim non possunt accipi de legato. Nemo enim hoc modo legat. Lucius esto legatarius, nec legatum vile esse potest, nisi exprimat res quæ legatur. Secus est si tantum Lucius l. 1. §. 5. h. t. Non enim magis conueniunt hæc institutioni quam legato. Et potest æquè hoc intelligi Lucius rem sibi habeto, capito vindicatio. Sed nisi errore scribentis verba heres esto à testatore dictata, omisa sint l. errore 7. C. de test. ET VOLUNTATEM l. 12. in fi. de leg. 1. l. 9. §. 5. h. t. Quæ deficit si conditionem addere destinauit, nec adiecit d. l. 9. §. 5. Quia noluit heredem esse, conditione deficiente. Si igitur omisa incertum est an exitura fuerit. Sed hæc ita si certò probetur voluisse testatorem adiecere conditionem. Non igitur obstat L. pen. pr. C. de inst. & subst. Illis enim verbis: secundùm conditiones infra scriptas, non certò constat voluisse adiecere, sed cõsiliium eius tantum fuit apud se delibere, quod eo ipso, quia, cum posset, non adiecit mutasse fertur. h E contrario si adiecit conditionem dum nollet, ea pro non adiecta est, & pura institutio d. §. 5. 3. PARTES HEREDITATIS. Si simpliciter instituti æqualiter heredes sunt l. 9. §. heres 12. D. §. 6. l. h. t. Sin ex disparibus esse voluit, verbis exprimi eas oportet d. §. 12. d. §. 6. Et hic etiam error scribentis non obest, si non tota portio adscripta, vt si quem dictando iussi scribere ex semise, scriptus sit ex quadrante. d. l. 9. §. 2. Non obstat L. 2. pr. h. t. Nam ibi qui p otuit adscribere partes, nec fecit, noluisse & consiliium mutasse censetur vid. & infr. lib. 8. cap. 31. Quod si nihil omnino scriptum de parte, quem testator certò addere destinauit, institutio corrui d. l. 2. §. 1. h. t. i Contra si dictante testatore quadrantem, scriptus sit semis, ex quadrante tantum heres fit d. l. 9. §. 3. h. t.

NOTATA.

^a Gouean. 1. var. lest. 1. n. 3. & ad rubr. D. de vulg. n. 5. Vis verbi instituire, inquit, est ponere & collocare Cic. 2. ad Atrio. Vectum iudicem in rostra produxit, eumque in templo instituit. & d. c. 1. n. 4. Merito institutus dicitur, quem in patrimon. & iuris nostri locum ponimus & locamus. *Loriot. de iur. arto. 13. de hered. instit. axiom. 1. Instituire à statuo, vim cuiusdam legis continet, & in futurum aliquid faciendum*

disponit. *Vid. & Vacom. 4. declar. 60. n. 1. Duar. h. t. c. 7. Vult. in pr. l. de Exher. n. 3. & segg. & Contra Rotom. ad pr. l. de vulg. subst. Instituire aut, hoc differt à ponere & collocare, quod iter à merâ Instituire est parare: vt instituire ad eruditionem & virtutem. Instituire filium, id est, adoptare Cic. pro domo. Instituire tutorem Cic. lib. 1. de Orat. Instituire amicos, id est, comparare, &c. Nec institutus heres in sede non strâ collocatur, rarò enim moribundi testamenta condunt, sed paratur & reseruat ad vsum, ita *Hor. b* Nuru heres institui nequit per l. 29. vbi vid. not. *Goth. C. de testam. vid. & Cuia. consil. 36. c* ab ipso testatore. Non igitur valet institutio ad interrogationem tertij, notarij fortè facta visne L. Titium tibi heredem? Volo. *vid. Vigl. in §. 3. l. de testam. num. 9. & segg. Fachina. 10. Contron. 17. Aruma. exere. Justin. 8. l. 5. Diff. Fachin. 5. contr. 69. sed retractat suam sententiam d. ca. 17. d* Exemplum dicit *post. Accurs. Duar. h. t. c. 3. & ad l. 4. de leg. 1. esse in Isaac, qui volens instituire Isaacum, instituit Isaacum deceptus. Hic licet, velle *Conn. 10. com. 6. n. 8. Isaacum rectè institutum censeri, ex Il. Romanis neuter heres. Nec obstat, inquit, quod voluntas semper spectanda Licet enim cuius sit, sola non sufficit. Instituire est nuncupare vel scribere l. 1. h. t. non velle scribere. Est enim hic actus, in quo sola voluntas non sufficit, Quorsum alias solemnia tanta? Et exemplum aperte voluntatis, nec valentis tamen, in l. 46. h. t. de qua vid. *Cuia. 2. ad Afric. c* Exemplum & in l. 5. C. h. t. vbi e non ex eo valet institutio, quia inter virum & vxorem sit quedam affinitas, vt ibi notat *Goth. Sed quia falsa demonstratio non vitat, vt rectè *Marrb. Gribald. lib. 1. de var. stud. c. 10. f* Et verba quoque enunciatiua institutionem inducere, maxime si non in præterito vel futuro, sed in præsentis & per modum causæ prolata: Vt. Quia Lucium heredem instituo, lego Titio centum, statuit *Adoest. Piffor. p. 4. qm. 46. Imò et si in præterito prolata per modum causæ efficacia, tex. de exheredatione in l. 61. h. t. Multò magis igitur in institutione. Non autem huc pertinet l. 19. h. t. Nam ibi in vers. an hic occupare possit, non quaeritur de Seio, qui conditione, sed de Sempronio, vt ostendit *Bellon. 2. Supputat. 18. & A. Fab. 5. Coniect. 20. g* Rectè. Hæc solo nomine intentio voluntatis instituenti heredem nequit liquere & coniectari. *Ant. Massa Galos. lib. 2. de exere. in reposit. num. 28. Non igitur audiendus *Cuia. in d. l. 1. §. 5. putans Marcelli sententiam illic relaram non obtinuisse: Nec Loriot. de I. arto. 13. de her. inst. axiom. 4. exponens, non insubtiliter, id est, non valde subtiliter, vt vocula in non priuet, sed augeat. Et simile putat haberi in l. 7. §. 6. de pact. ibi quod non insubtiliter, id est, inquit Loriotus, non valde subtiliter, dici potest. Sed hos præterea refellit id, quod certè errate Marcelli institutio non nisi directis verbis fieri potuit. Esto autem est verbum directum Lucius, solum nomen & verbum nec directum nec inflexum. Et formula directorum verborum requirebat & casum rectum in nomine heredis, & verbum imperatiui modi *Vacom. 4. declar. 55. nu. 3. h* Duaren. ad tit. D. de cond. inst. c. 3. putat d. l. 9. §. 5. abrogari per d. l. pen. *Hor. 1. amic. 4. hic* Tribonianij socordia taxat. Sed rectius, opinor, noster. Quæ & *Accursij* solutio est, nec tantam diuinationem (quæ non omnis vbi que aliena & reiecta, vid. *Zaf. in l. 15. de reb. cred. m. 19. Greg. Lopez. animadu. c. 11. num. 4. & v. 29. num. 3. i* continet, ceu videtur *A. Fabro 35. err. prag. 9. Quin* eam potius sequendum, quàm, quòd Faber facit, triplici modo d. l. 9. §. 5. corrigenda & *Imp. in d. l. pen. inepituidinis arguendus. Quorum* vtrumque ab interpr. officio nimium quantum discrepet. i Vbi quod dicitur diuidi inter heredes oportere, intellige partes non diuisas, nam in communiõne manent, vsque ad iudicium familiæ excircundæ, sed indiuisas l. 7. si pars hered. per. *Hor. illust. quest. 21. h* *Marrb. Gribald. ad l. Stichum 6. de leg. 1. ideo aliud* esse, si dicat: ex partib. quas adscripsi d. §. 1. quia hic nihil in futurum sibi perficiendum proponit testator. Nec potest videri in contrario casu ad legis dispositionem redisse, quia oratio in præsens concepta statim aut vera, aut falsa est. Nec potest quis in præsentis simul & renunciare dispositioni leges, & ad eam poenitentia redire. *vid. not. j. lib. 8. c. 31. lit. F. Diff. & hic A. Fab 35. err. prag. 10. totum vers. sed magis est d. l. 2. pr. adscribens Tribonianum, eumque indignè infectans.********

CAPVT XXII.

PUBERIBVS §. vlt. Inst. hoc tit. Puberes enim ipsi testari possunt, nec igitur testamenti factio illis auferenda l. 43. hoc tit. & QVOS IN POTESTATE HABENT. Non igitur potest mater nec pater emancipato l. 2. pr. h. tit. 1. Requiritur autem potestas, vtroque tempore & mortis l. 4. §. 2. h. & alio quod in d. §. 2. innuit vocula quoque, id est, eo quo fit substitutio; nam & dicitur, quos habent, nõ habebunt, & arg. l. 49. §. 1. de her. inst. Dist. vulgo per l. 2. in fin. pr. ibi si modo eum adoptauerit, & c. Sed 32. Quia dubium an locutio ea in futurum, an in præteritum concepta, amplectenda interpretatio vitio carens l. 19. de ll. si adoptauerit scil. non possit substitutionem, sed ante eam n. NEC IN POTESTATEM ALTERRIVS RECASTRIS d. l. 2. pr. quia illi heredem habere nequeunt ex testamento, ne quidem in aduentitiis vid. §. cap. 5. lit. I. VSQVE AD PVBERTATEM pr. & §. pen. l. h. t. Quid si tempore hoc pater exceperit? Valebit substitutio, sed finietur pubertate d. §. pen. l. verbis 7. l. 14. hoc tit. si facta sit verbis civilibus, id est, directis, iure civile lege 12. tab. quæ legandi verbo vlt. est Vlt. tit. 24. §. 1. receptis (vid. sup. c. 17. lit. B.) Nam obliquis cuius heredi ad quamcunque ætatem substituere licet. Valebit tamè & post pubertatem ex causa fideicommissi vid. lib. 7. cap. 17. Potest autem pater & ad breuius tempus, & in singulas ætatis partes alios substituere leg. 34. §. 1. hoc t. o. SOLENE HVIVS SVBSTITUTIONIS VT PRIVS STATVATVR TESTAMENTVM PATRIS, cuius hæc sequela est §. 5. l. h. l. 2. §. 1. D. h. t. Ad quod tria requiruntur. 1. Vt pater condat testamentum rip. l. 7. Cod. hoc tit. 2. Sibi prius heredem scribat l. 2. §. 4. h. Sequela enim est hæc substitutio, Præcedere igitur oportet testamentum, & sic quoque institutionem per quam est testamentum l. 1. §. vlt. h. t. Quare non licet conuertere ordinem scripturæ. Quod & auctoritate Iuliani, & rescripto Imper. & ratione probat Vlpian. in d. §. 4. q. Obi. Imò ipse Vlpian. contra in d. l. 2. §. 5. 32. Non mutat sententiam in totum, sed excipit speciem: nisi substitutio fiat filio instituto. 1. Dist. igitur. Si exheredato substituitur non conuertendus ordo scripturæ d. §. 4. quia conuerteretur & ordo successione. Ibi enim ex verbis substitutionis colligi non potest, an institutum velit prius sibi heredem esse, quam substitutum filio. Et potest impubes decedere prius quam institutus fiat heres. Si verò filio instituto substituitur, potest is posteriori loco scribi heres. Tunc enim ex verbis substitutionis, si filius heres erit & intra, & c. appareret patrem voluisse filium sibi prius esse heredem. 2. 3. Vt testamentum exitum sortiatur; aditione sine qua euanescit hæc substitutio l. 2. §. 1. l. 10. §. 4. h. t. Olim quibus modis testamentum, iisdem & hæc infirmabatur, & nepotibus substituens cogebatur parentes eorū instituere vel exheredare l. 13. de ini. rup. Excipiebatur tamen bonorum possessio contra tabulas l. 34. §. vltim. hoc tit. beneficio edicti prætorij l. 1. de l. præstand. Nouo autem iure, quia sola institutio concidit, reliqua valent. Nouell. 115. capit. 3. §. vltim. & substitutio hæc sustinebitur. 1. Nam vbi legata valent, ibi & hæc substitutio l. 14. §. 1. ad Treb. Hodie igitur tantum fit irrita deficiente aditione d. l. 2. §. 1. d. l. 10. §. 4. ex aliâ scilicet, quam rupti irritive testamenti causa, vt si institutus repudiet vel conditio deficiat. Ac si institutus ipse pupillus existentia sui confirmat tabulas pupillares. l. 4. §. 1. de acq. her. vbi Barr. * Neque enim tum x aditio exigi potest, quæ in suo nulla. Sed & si extraneus repudiat, valet interdum: Si vel contra repudiationem restituatur in integrum l. 2. §. 3. h. item si ex causa fideicommissi adire cogatur l. 2. §. 2. h. Nam et si substitutus exheredari rogatus restituere, cogitur institutus adire si pupillus decesserit d. §. 2.

Vel iure singulare relicta feruentur. Vt si quis omiffa testamenti ab intestato possideat hereditatem l. 1. D. ff. quis omiff. cap. l. 2. §. 1. h. t. item si bon. possessio contra tab. petita l. 34. §. ult. h.

NOTATA.

a Duaren. h. t. cap. 1. esse hanc substituit. contra l. 12. tab. & iuris subtilitatem inducunt. & Gabr. Digest. ad l. 7. C. h. tit. & Tremacing. de substit. p. 2. c. 1. nu. 7. esse ex humanitate contra iuris regulas, quia sic testamentum filij pendet ex arbitrio patris non Lacademonioum, vt vulgo exponunt, ref. Tremacing. d. c. 1. nu. 4. & probante Vacon. 4. declar. 63. n. 1. Gouean. ad l. 2. §. 1. h. t. nu. 6. sed pop. Romani Coraf. ad l. 7. Cod. hoc tit. num. 2. ex prudentum interpretatione, quæ consensu pop. probata, in motes transit, Fornar. 5. rer. quotid. 3. quia quoties mentio de iure simpliciter, nostrum ius significatur. Ergo & quando de moribus, Masin. ad l. 4. Cod. hoc tit. nu. 9. & seqq. Eman. Soares. in annotat. ad Gomez. 1. var. resol. 4. lit. A. c. Impuberum si ordinationem inspiciamus, Pupillaris si exitum Masin. ad l. 4. num. 7. d. Habetur hic magis ratio temporis, in quod conferretur & quo vigorem suum consequitur, quam eius quo fit substitutio. Viglia rub. l. h. n. 5. vult. in pr. l. h. n. 1. Quamquam & qui in potestate patris est pupillus vocatur, l. ult. §. 2. de Verb. Obl. l. 4. C. de nec. ser. her. Olim enim pueri hæc vox significauit, & a puppo originem traxit. vid. P. Greg. 42. syn. 17. nu. 3. Alc. in Lesy. de V. S. Coraf. ad rub. Cod. h. n. 16. Gad. in l. 161. de V. S. 3. e. Cui sic vocentur vid. not. Goth. ad l. 11. D. Testam. quemad. n. per. que sunt ex Briff. 3. antiq. 12. f. Testamentum hoc quomodo vnum & non vnum vid. Tremacing. p. 2. c. 3. nu. 3. f. Vacon. 4. decl. 63. nu. 7. Vnum esse si respiciamus causam efficientem & formam, duo si materiam, quia duæ sunt hereditates, & finem. g. Ratione alias arrogator substituendo possit se liberare obligatione de restituendis bonis arrogati cognati proximis l. 18. §. seq. de adop. & ita in potestate debitoris sit, vtrum debere velit. Neque sic arrogatus pro parte solâ est testatus, sed substitutus ei in solidum heres sit. Bona autem quæ eius fuerunt cum arrogator restituit pristinis eius agnatis, tanquam æs alienum. Fit enim restitutio potestate obligationis, non iure successione. Nam qui successissent arrogato, nisi arrogatio facta esset, tunc non succedunt, est inestitatus sit, nec ei datus substitutus, quia non amplius sunt agnati, sed habent actionem ex stipulatu. Acute A. Fab. 1. l. i. v. p. 10. princ. l. 1. §. 1. vid. & Duar. h. t. cap. 15. §. 397. h. v. Duar. h. t. c. 7. Gouean. ad l. 1. §. 5. h. t. nu. 23. & seq. Vajq. 3. ill. c. 10. n. 9. & seq. Coraf. ad l. 7. C. h. n. 3. Forst. 1. de success. ab intest. 19. vult. in pr. l. h. n. 9. i. Hæc substitutio fauor & prouisio filij non onus & grauamen P. Greg. 42. syn. 22. n. 27. Gail. 2. obs. 137. nu. 15. Nam in filio in legitima, quæ onere nullo grauanda, substitui potest, Claud. Baitand. tra. 1. Legitima c. 10. n. 6. k. Quid igitur si statuto venentur testari puberes minores, cuiusmodi statutum valere vult, Vajq. de success. lib. 1. §. 1. n. 18. Putarem vi ipsa & eis vt substituiere possit, patri permitti, cum Gouean. ad l. 2. §. 5. h. t. nu. 9. dissent. licet Gomez. 1. var. resol. 4. nu. 5. & Tremacing. p. 2. c. 8. l. 1. Obs. l. 33. pr. h. t. 2. Dicuntur illic pupillares tabulæ, quia forma earum non multum abest à conceptione huius substitutionis. Nam si intra pubertatem moritur pupillus, existit conditio. Verè autem non sunt, neque ex matris mente neque ex forma. Charond. 2. verifim. 13. f. Duar. hoc t. c. 14. f. 388. esse eam cautionem excogitatum qua mater ferè tantundem obtinet, & dicit pupillares, quia effectum habent similem, & ferè Connan. 10. com. 8. n. 8. f. Cuiac. 2. ad African. in d. l. 33. dicit pupillares, quia fiant in casum mortis impuberis filij, antequam in suam tutelam venerit. Verè autem esse vulgarem substit. & mortuo filio intra pubertatem admitti substitutum tantum in bona matris. f. Idque clarè patere scribit Turan. epist. academ. 1. ex clausula: si sibi heres non erit. Pupillares autem significare tabulas inferiores, per translationem sic dictas. vid. & vult. in pr. l. h. t. n. 5. P. Greg. 42. syn. 22. p. 18. & seqq. Vajq. l. 2. de success. progressu n. 8. & seqq. Arumæ ex Iustim. 8. ob. 14. m. Est tamen cautio, per quam tantundem pater consequitur in l. 39. hoc tit. Duar. hoc tit. c. 14. n. 1. & Vigl. in pr. Inst. hoc tit. n. 8. Coraf. ad l. 4. C. hoc tit. n. 2. Duar. ad hoc tit. D. c. 14. fol. 388. Gouean. ad l. 2. pr. hoc tit. n. 22. Obi. Posthumus tempore testamenti non est in potestate l. vlt. de collat. & tamen ei substituitur. Bz. ex l. 7. de stat. hom. f. Lex autem Cornelia æquè substitutionem pupillarem, vt ipsam institutionem, confirmat l. 28. h. t. vid. Cuiac. 1. §. obs. 17. A. Fab. 3. Con. 9. & corrigens 10. Coniect. 3. & 4. o. Potest & substituiere pure vel sub conditione l. 8. pr. hoc tit. Omnis quidem substitutio est condicionalis institutio, potest tamen esse pura substitutio Duar.

ren. hoc tit. c. 13. Sed Flor. in pr. l. de vulg. conditione esse propriè quæ extrinsecus accedit l. 2. §. in si. Quam di. leg. & adscribi vel non adscribi potest. Casus autem substitutionis est pars potius, quàm conditio, sine quo concipi nequit, quique tacitè inest, p. Octo requisita pupillaris refer. Zaf. ad l. 1. §. vlt. i. i. m. d. l. 2. h. t. nu. 24. & seqq. q. Nec audiendus Gouean qui i. var. l. 8. n. 2. & ad d. l. 2. §. 4. n. 5. pro comprobata in d. §. 4. reponit improbatam, testans se ita in veteri libro legisse: notatus à Rob. 1. rec. l. 34. Duar. h. t. d. 14. f. 390 & P. Greg. 42. syn. 20. n. 6. f. Quod concoquere non possum. Regula enim generalis d. §. 4. accipietur de substitutione facta exheredato, specie rariore. Exceptio autem de facta instituto longè erit latior. f. Et hic vnus est de tribus intellectibus Accursij ad d. §. 4. quem sequuntur Bart. & Bald. ibid. & non improbat omnino Zaf. in d. l. 2. §. 4. n. 8. & 9. Et sic quoque distinguit Vult. in pr. l. h. t. n. 9. & Pac. §. q. 92. quia si instituto sit, fauorabilis sit ac producenda substitutio, si autem exheredato odiosa Quæ ratio nec vera est vid. not. S. lit. H. nec conueniens. Et hanc distinctionem reicit Gouean. 1. var. l. 8. num. 1. quia nulla ratio diuersitatis idonea. 2. quia ratio adducta in d. §. 4. vult. esse testamentum, etiam locum habet quando substituitur instituto. f. Placet eorum distinctio qui d. §. 4. accipiunt, si testam. patris & filij sunt ex interuallo & separatim, vt possunt l. 16. §. 1. hoc tit. d. §. 5. autem quando in continentibus vno contextu & sibi & filio quis testatur, arg. l. 1. pr. l. 18. de her. inst. Zaf. in d. l. 2. §. 4. nu. 8. Duar. h. t. c. 14. fol. 390. P. Greg. 42. syn. 20. n. 5. Quod facit d. l. 2. §. vlt. hoc tit. paulo aliter Rob. 1. rec. l. 34. vid. & Vajq. lib. 2. de success. progressu §. 14. n. 141. & seqq. nonisimè M. Lyclama lib. 1. Membranar. ecloga 27. f. Nisi à milite facta sit, l. 41. §. vlt. de test. m. l. Duar. h. t. c. 4. fol. 391. u. Quæ communior opinio est, teste Valasc. tomo 1. consulti. 44. num. 7. & probat P. Greg. 42. syn. 20. num. 9. & Cuiac. 4. ad Afric. ad l. 34. §. vlt. in h. ti. Diff. Hotom. 4. obs. 126. scribens in d. cap. 3. in fin. legata, libertates, tutelae significari, substitutiones verò institutionis nomine comprehendendi. vid. & Tremacing. de substit. p. 2. c. 14. nu. 11. & seqq. 2. Consentit Duar. h. t. c. 14. §. 391. Hotom. 9. obs. 10. Gabr. Degast. ad l. 7. C. h. t. pag. 62. & seqq. vult. in pr. l. h. n. 9. & 10. Quod confirmat l. 28. de reb. aut. iud. poss. Dissent. Viglin. §. 1. h. n. 25. Gouean. ad l. 2. §. 5. & seqq. hum. t. n. 28. A. Fab. 2. Coniect. 2. & 32. de err. pragm. 1. & seqq. Tribon. miserè infectans. Scitè hanc difficultatem tribus casibus expedit Vinc. Cabot. 2. disp. 22. vid. & de hac quæst. Tremacing. de substit. p. 2. c. 6. 5.

CAPVT XXVI.

Substitutio Pupillaris species & effectus.

2. VOLUNTAS. AVT EXPRIMITVR verbis, & vel expressâ substitutionis conditione, vt in l. 2. §. 1. l. 30. l. 38. l. 41. §. vlt. h. t. vel vno verbo: pluribus impuberibus institutus dicendo: eosque inuicem substituo. AVT INTELLIGITVR a si impuberi vulgariter a substitutum leg. 4. D. l. 4. Cod. h. Qui enim voluit Titium sibi heredem esse, credibile est voluisse & fieri filio, nam & sic suam hereditatem is obtinet, cum heres heredis sit meus heres l. vltim. Cod. de hered. instit. Et quam sibi putauit idoneum, eum & filio. Sed nisi voluntas refragetur. de leg. 4. c. v. fm. D. l. 4. Cod. h. Vt i. Si nominatim pater alium in primum, alium in secundum casum substituat l. 39. §. 1. hoc tit. 2. Si impuberi in conditione substitutionis vulgaris iunctus alius heres, in cuius personâ pupillaris locum non habet. Quæ species est l. 4. Cod. hoc tit. b. Nam cum illic eadem verba: Si filius & vxor heredes non erunt, pariter ad vtrumque relata sint, nõ possunt aliud significare in persona vnus quàm alterius. Quia itaque in persona vxoris non potest intelligi casus pupillaris, igitur nec in filij. 3. Si mater superstes & coheres data l. vltim. Cod. de instit. & substit. Aliis enim nisi mater instituta, substitutus præferitur matri. vid. not. ster. Donell. ad l. 8. Cod. h. t. n. 5. & seqq. quò se hic refert. e. Item intelligitur si eos inuicem substituit. Quod tamen in duobus impuberibus locum habet, non in vno impubere, altero pubere leg. 4. §. 1. & 2. hoc tit. Verbum enim in commune vtrique tributum, non nisi idem substitutionis genus significare potest in vtraque personâ leg. 4.

CAPVT XXVII.

Substitutio mente capti.

1. C. h. Persona enim puberis non recipit pupillarem. Ergo EFFECTVS, DEFERTVR HEREDITAS SVBSTITVTO, qui vel certus, vel incertus: Quisquis mihi heres erit §. 7. l. h. t. vbi vocantur qui & scripti & existunt d. §. 7. l. 8. §. 1. h. t. Arcentur ergo non verbis substitutionis, sed sententiâ, dominus qui per se, mater qui per filium heres factus, item heredis heres, quia non scripti l. 1. §. 1. h. t. Arcentur etiam verbis qui scripti non existunt, repudiata hereditate, aliâve ex causa d. l. 8. pr. d. EXISTENTE CONDITIONE; id est, semper, si impubes patri superstes, quia suus est, et si se abstineat l. 7. §. 10. de minor. & abstentione patris potestas non minuitur, qui & exheredato substituiere potest, & intra pubertatem decesserit; TOTA nisi arrogato substituat vt cap. præced. lit. G. Et si plures substituti idem seruat in partibus quod in vulgari l. 8. pr. D. §. 7. l. h. t. e.

NOTATA.

a De tacitâ hac pupillari vid. Daubr. ad l. 1. h. t. nu. 155. & seqq. Tremacing. p. 1. c. 1. & 2. seqq. vbi c. 13. tractat an, & hæc trahatur ad bona pupillæ quæ aliunde, quam à testatore, vt per hæc tacitam æquè ipsi succedatur. An hæc verè sit ex voluntate defuncti vid. not. S. ca. 24. lit. E. Quæ enim rationes in tacitâ eum vocant, vulgari, eadem & fortiores in hac. b. Falsa autem est communis interpretatio, qua creditur in d. l. 4. Pupillius Firmianus præferri vxori, quia vxor non sit substituta pupillariter filio, cum filius ita vxori nequeat. Quod refellit A. Fab. 15. Coniect. 19. Non enim in d. l. 4. queritur an vxor debeat admitti ex substitutione, quia illa omnino non, ac ne vulgariter quidem substituta est, sed an P. Firmian. aliquid iuris habeat in casum pupillarem. Quod negatur ex dicta ratione. c. Nam ratio d. l. vlt. C. de inst. qua in vers. Si enim sua substantia, quæ mouit Imp. vt sit statueret in casu quo mater coheres filio data cessat in aliis casibus. Nec obstat l. 8. C. h. t. quia loquitur de substitutione militis quæ facta in vnum casum non extenditur ad alium, sed vulgaris à milite facta non continet tacitam pupillarem Donell. ad d. l. 8. n. 5. & consens. tit. Henr. à Suerin. rep. l. 34. cap. 34. Vauh. 1. quæst. 44. Bron. 5. ass. 34. Bocer lib. 1. de iure belli cap. 24. p. 130. M. Lyclama, lib. 1. Membranar. ecloga 2. f. A. Fab. 15. Coniect. 9. adhuc strictus d. l. vlt. accipit, vt eo tantum casu mater excludat substitutum si coheres data filio non omni, sed posthumo, & nominatim in eum casum, si non nascatur, secus si in alium casum, etiam posthumo substituat. Ratio est, ait, coniectura geminæ voluntatis. Vna quæ habetur in d. vers. Si enim sua substantia, & c. Altera: quia in ea specie d. l. vlt. dupliciter defecit conditio. 1. Quia natus posthumus. 2. quia is heres factus. Et dicit non potest cogitare testatorem de hereditate matri adimenda, quia nulla est posthumi hereditas, nisi nascatur. At substitutio illic facta in eum tantum casum si non nascatur. Diff. Cuiac. 12. obs. 27. Vincent. Cabot. 2. disp. 18. qui tacitam pupillarem contineri quidem vulgari est mater sit pupillo, sed contra eam effectum non habere scribit, vti expressa. Ratio differentia: In expressa certum est substitutum præferri voluntate testatoris: In tacita incertum. Neque enim ea ex verbis est, neque ex probabili mente testantis, sed Lex tantum eum ita voluisse præsumit. Quæ præsumptio in gratiam matris iniicitur. vid. & Tremacing. de substit. p. 1. ca. 12. Ang. Mathe. lib. 2. de via iur. c. 1. 6. & lib. 1. Epit. legat. ca. 12. d. Admittuntur autem etiam secundo gradu scripti, l. 34. §. 1. h. t. Et sufficit semel existisse heredem testatoris, vt ad successione pupilli admittatur, est esse defecit. Exeplain l. 31. l. 43. §. vlt. h. t. Vtilitas enim exigit ambiguum orationem ita interpretari, vbi incertum quomodo testator senserit. An sic. Quisquis heres erit & manebit, & c. Duar. hoc tit. cap. 15. §. 393. e. Et hic quoque coniuncti vnus loco l. 9. h. t. nisi voluntas testatoris contraria colligatur, aut ex verbis vt in l. 13. præscript. de her. instit. quod & sic si his verbis vsus: Quisquis mihi heres erit & Titius filio heredes fuero l. vlt. C. h. t. Quisquis enim est verbum distributum. Et sic non est contraria d. l. vlt. d. l. 9. nec illa per hæc abrogata, quia in d. l. 9. verbis collectiuis testator vsus est, Duar. h. t. c. 16. f. 398. Diff. Gouean. 2. Var. l. 27. Tribonianum inculsans, & lib. 1. animaduers. ad d. l. 9. frustra conciliationem quæri scribens.

NOTATA.

a Tremacing. de substit. p. 3. c. 1. n. 2. & eam appellationem a defen.

defendit *Massin. ad l. 9. C. h. n. 11. Sed & eam reicit Duar. h. t. c. 6. §. 17. & 2. disp. 7. vocans quasi pupillarem. (melius quam Gouan. qui ad rubr. h. t. n. 8. simpliciter vocat pupillarem, si cuncti & tutela patronorum vocatur legitima. Quod non conuenire videtur.) Neque n. dicitur exēplare peculii sed quasi castrēse, &c. *Charond. 2. verisim. 13. Mercet. 1. opin. 16. in s. b. De differentiā futiofi & mente capti vid. Forcat. dial. 33. n. 5. & quomodo a dementē infano differat futiofius *Ruar. 3. Coniect. 18. Futiofo autem sic substitui posse communis omnium opinio est, solo Angelo in l. 43. h. t. reclamante *Massin. in l. 9. C. h. n. 83. Cita *Chouster Don. ad l. 9. C. h. n. 5. Coras. ibid. n. 11. Duar. h. t. c. 19. in fin. Et hęc sententia receptor testantibus *Gomezio 1. var. resol. 6. n. 5. Trentacinq. p. 3. c. 4. n. 6. & *Vasq. ill. conr. c. 37. n. 8. qui tamen contra sentit, vt & *Massin. ad d. l. n. 89. §. seqq. & ex aliis rationibus, & ea maximē quia sic suo vitio commodum consequeretur prodigus. Cui enim puberi filio si prodigus non esset, substitui non posset, ei prodigo posset, & sic, quod vile creditur, haberet heredem testamentarium. Quæ tamen ratio rectē expensa nulla est. Quod enim hic dices commodum prodigi, quō caretet, vitio eo liber. Quod heredem habet ex testamento, dicit, quod illi fecit pater. At, inquam, nisi esset prodigus habere posset heredem ex testamento suo. Non enim facit hęc substitutio vt filius testatus decessisse videatur. Nam si viuo patre, cuius in potestate est decedat, non potest effectum sortiri substitutio, ne quidem in bonis, quæ plena proprietate illius, cui hęc substitutio facta est, fuerunt. Nam nec hęc valet, nisi adita ex testamento patris substituentis hereditate, nec adiri potest viuētis, &c. a ita & noster ad d. l. 9. num. 5. *Massin. ibid. num. 103. §. seqq. *Vasq. ill. conr. 37. n. 10. *Mattheac. Epir. legat. lib. 1. c. 13. n. 2. *Diff. Myning. in pr. l. h. n. 5. *P. Greg. 42. *Synt. 24. n. 15. *Goth. in d. l. 9. c. Duaren. h. t. c. 18. At cur pupillariter nequit mater substituere? *R. Duar. Pupillarem non aucti prudentes aperit contra ius matris permittere. Iustitiani autem maior auctoritas, Errat itaque *Vult. in pr. l. de pupill. n. 5. negans d. l. 9. ad matrem extendi debere. Potest autem fieri hęc & emancipatis, arg. eius quod mater potest, non tamen naturalibus liberis, *Duar. h. t. cap. 19. *Coras. ad l. 9. C. h. n. 7. contra tamen *Sichar. ibid. n. 6. *Vasq. ill. conr. 106. n. 125. §. seqq. & cōmuniter Dd. testantē & probante *Massin. in d. l. 9. n. 129. Non tamen patri furioso a filio, *Duaren. d. c. 19. *Trentacinq. p. 3. c. 3. n. 2. *Massin. ad d. l. 9. n. 74. §. seqq. vbi num. 81. dicit aliā sequi hoc obliudum, quod inter dūm filius, maximē si vnicus esset, posset, immō deberet, se ipsam substituere, & *Duar. h. t. c. 18. *Coras. ad d. l. 9. num. 6. *Diff. Connan. 10. comm. 8. n. 15. vide *P. Greg. 42. *Synt. 24. n. 7. l. Trentacinq. p. 3. c. 3. n. 3. §. seqq. & an si facta sit substitutio a matre adhuc vidua, finiatur eius secūdis nuptis, *Massin. ad d. l. 9. n. 183. §. seqq. vbi hoc rectē negat. Quia cum verbalē legis deficiunt, confugiendum ad iuris rationem. Excip. tamen nisi mater in bonis suis substituat *Duar. h. t. cap. 18. vid. *Connan. 10. com. 8. n. 15. h. *Diff. Forcat. dial. 32. num. 5. *Vasq. ill. conr. 106. *Massin. ad d. l. 9. num. 149. §. seqq. ita & noster ad d. l. 9. num. 8. Contra *Massin. d. loc. num. 143. §. seqq. de commun. attestans. Item susceptis liberis post substitutionem l. 43. pr. h. t. *Duar. h. t. c. 21. *Massin. in d. l. 9. n. 50. §. n. 165. §. seqq. l. vid. *Forcat. dial. 32. n. 3. §. 4. *Coras. in l. 9. C. h. n. 18. *Massin. ibid. n. 150. §. seqq. vbi n. 164. eodem serē modo distinguit. m. ita & noster ad d. l. 9. num. 9. & *Massin. n. 198. §. seqq. Sed dura hęc & nullatenus amplectenda sententia. Sic enim aduersus patris calūs filiis eō magis iustitiosus esse poterit, & constitutio Iustin. humanitate inuitens, ad iniquitatem trahetur. Verior igitur est contraria opinio eademque vt humanior & æquior, ita receptor, quam confirmat *Trentacinq. p. 3. c. 5. n. 5. n. Exemplarem tacitam præsumptam vocat, *Massin. in d. l. 9. n. 28. vbi n. 29. aliam statuit tacitam probatam, eo casu quo duo filij, vnus impubes, alter pubes sibi inuicem substituti, quando alter coniecturis probat hanc fuisse patris mentem, licet præsumptæ eo casu locus non sit l. 4. §. 2. h. t. Et si impuberi hęc fiat, (fieri autem posse probant quoque *Duar. h. t. c. 19. *Forcat. dial. 32. n. 1. etiam tacitam pupillarem in ea contineri *Massin. d. loc. n. 44. §. seqq.**

CAPVT XXVIII.
Testamentum Militare.

HVCusque de testamento pagani seu iure communi facti. SEQVITVR MILITARE, legib. non ita adstrictū, sed solutius, partim ob remunerationem l. 26. h. t. partim ob simplicitatem l. 1. D. l. 3. C. h. t. id est, imperitiam idris in milite tolerabilem, pr. l. h. t. v. l. pr. Cod. de I. delib. VBI CONSIDERANDVM, I.

QVALESIT HOC BENEFICIUM, SPECTANDA HIC I. IPSVM TESTAMENTVM, IN QVO iterum TVM ORDINATIO, quæ in personis. Sic testari potest aliis intestabilis mutus ac furdus §. 2. l. 4. D. h. b. de statu dubitans l. 11. §. 1. h. b. deportatus aut capite damnatus, dum tamen ex militari delicto l. 1. pr. h. l. 6. §. 6. de ini. rupt. non tamen pupillus l. vltim. C. h. et si ad tribunatū euectus e & sollemibus. Hęc impune committit miles pr. l. 1. 3. C. h. liberos præterit vel exheredat, vid. in fr. lib. 19. c. 5. T V M I N F I R M A T I O, quæ fit tantum militis voluntate, non agnitione posthumi, si vxorem pregnantem sciuit l. 7. h. t. alioqui contra, nisi eo nato maluit eodē testamento de decere l. 9. l. 36. §. 2. h. nec vnquam quasi agnatione l. 8. h. t. nec testamentum post facti, si & prius voluit valere, potest enim plura testamenta facere l. quærebatur 19. h. t. nec capitis deminutione militis vt si in adopt. detur. l. 22. §. seqq. h. aquia castrensis retinet in quibus valet, sine nouā confirmatione: maximā autem & mediā, quia bona publicantur, & tamen permittitur testari de castrensisbus, tunc requiritur noua voluntas l. 6. §. 6. de ini. rupt. I I C O N T E N T A E O D E M I N S T I T V T I O. Institui potest & deportatus, & cum quo non est testamenti factio l. 13. §. 2. h. Excip. seruis pæne d. §. 2. ob conditionē suā, quia nec sibi acquirere potest, nec domino, quem non habet, Et ex re certa. Potest enim pro parte esse testatus l. 6. D. l. 1. c. 2. C. h. nec locus est iuri accrescendi l. 37. h. t. ex die, ad diem aut conditionem l. 5. l. 8. l. 15. §. 4. l. 41. pr. D. l. 8. C. h. S V B S T I T V T I O. Potest in secundū casum directō etiam extraneis vsque ad certum tempus l. 5. l. 41. pr. h. l. 15. de vulg. Et hęc est substitutio militaris. Et potest soli filio facere testamentum, et si non sibi faciat l. 15. §. 5. h. l. 2. §. 1. de vulg. L E G A T A. Potest ultra drodrantem cessante *Falcidia* l. 12. C. h. Ea enim de illis loquitur, qui iure publico, seu communi legant. Reprobantur tamē Captatorie institutiones l. 11. C. h. i & relictum mulieri in quam turpis suspicio cadit l. 41. §. 1. h. id est, stupro cognita, l. 14. de his que vt indign. quod ad fiscum pertinet d. l. 14. Et turpis cōditio pro non adiecta est l. 29. §. 2. h. Et nō licet disponere de alienis l. 28. h. t. vbi ratio. Ideo in secundum casum substituit, in his duntaxat, quæ instituto reliquit l. 5. l. 41. §. 4. h. lib. 15. de vulg. I Hinc ab exhereditati filij substituto legare nō potest l. 41. §. 3. h. licet ampla legata reliquerit exheredato. Sic enim legēdum in d. §. 3. vt rectē *Vigl. in §. non solum 4. l. de pupill. m. Quamuis enim eo casu miles de suis bonis, leger tamen ideo id improbatum, quia contra naturā legem videret eum, eiusve substitutum onerare, qui iniuria exheredationis affectus est. Nec manumittere potest in fraudē creditorū l. 15. pr. l. 29. §. 1. h. nec tutorē dare filio, qui in potestate aui, nec nepoti in potestatem patris recasuro l. 28. l. 41. §. 2. h. nec fundū dotalem legare l. 16. h. I I Q V I B V S M I L I T I B V S P A R M A T E M I L I T I E, non quicunque arma cæperunt gestare, et si lecti sint tirones l. ex eo 42. h. t. sed qui nomine militiæ dato in numeros relati d. l. 42. n. & tam diu manent, quādiu in numeris l. 4. h. b. Desinunt i. Si missi l. 2. §. de his qui not. inf. 2. Cum tribuni aut præfeti successorem accipiunt l. 21. h. t. Et hi propriē milites, per etymologias, qua in l. 1. §. vlt. h. Sunt & alij milites togatæ militiæ, aduocati & patroni caularum l. 14. C. de aduoc. diuers. iud. magistrū artium, iudices, adfessores, magistratus & alij relati in l. vlt. vers. de aliis C. de ineffic. Sed non propriē verum per similitudem; quia eorum bona non vere sed quasi castrēsia, sunt illorum privilegia vt de quasi castrensisbus, et si filij, testati possunt, nec subiaceant querelæ inofficiosa d. l. vlt. vers. de aliis,*

aliis, nec on. poss. contra trabulas d. l. vlt. §. in his. I. Nō tamen liberum ius testadi iure militari. Quod prob. i. ex verbis cōstitutionum. Tribuunt hoc Imp. commilitonibus suis l. 1. pr. h. t. & militibus simpliciter, id est, qui verē & propriē sunt. I. Ex ratione quæ est imperitia militum, togatis militibus non conueniens, & QVI TESTATI ERVNT l. 1. D. l. 3. l. 15. C. h. Requiritur duo, & vt miles fecerit l. Trius 25. h. Nam si post miles esse cæperit, anterior testatio non valet hoc iure, nisi declarauerit, miles factus, se velle valere, verbis vel facti, & quous indicio voluntatis, vt si aliquid adiecerit vel detraxerit §. 4. l. h. Sine nouo verō dicto aut facti, iure militari non valet d. l. 25. d. §. 4. Obi. l. 15. §. 2. h. illic verba si militis voluntas contraria non sit, sunt ambigua, & sic accipi possunt, si voluntas militis, tempore militiæ sequuta, non sit contraria testamenti- tati vti aliquid adiciat vel detrahatur d. §. 4. & sic etiā debent per l. 19. de ll. Sic si post missionem fecerit ne quidem ad annum valet §. 3. l. h. t. & vt maneat militis, non si esse deserit. Exc. nisi intra annum decesserit d. §. 3. post missionem honestam & causariam l. testamentata 26. h. t. etiam si conditio institutioni adscripta post annum existerit d. §. 3. l. 38. D. h. t. Ratio quia conditio existente intelligitur testamentum retrotrahitur valuisse per l. 26. de cond. inst. III. QVANDO DVA HIC CONDICTIONES. I. PROPRIA. SI IN EXPEDITIONE OCCUPATI, id est, expediti sunt ad dimicandum contententes in acie vel opportunitatem expectantes, vbi armorum cogitatio & metus periculi adimūt cogitationem de iure, nō si domi vel alibi degat. Quod Iustin. se constituisse scribit pr. l. h. t. suā constitutione l. pen. C. h. t. Obi. Imō eadem conditio in l. 1. §. 1. C. h. t. & l. 15. C. h. t. Primō probabile est compositores, tempore inferuentes ea verba vtrobique in expeditione adiecit. 2. In d. l. leuiter adperfa magis, quam necessariō adiecta ea conditio, nec aliā ll. quæ licentiam hanc dant militi indistinctē vt l. 1. D. l. 5. C. h. t. & simil. per illa correctæ. Iustitiani autem in d. l. pen. primus rem certam reddidit. 2. Communis. SI CONSTET DE EIVS VOLUNTATE l. 24. h. vbi ratio. aut scripturā si quid in vaginā aut clypeo scripserit, literis sanguine rutilantibus, aut gladio in puluere sub id tempus quo moritur l. 15. C. h. t. aut sine eā testibus duobus per l. 12. de testibus. n. IV. DE QVIBVS BONIS. Etiam paganis, quia priuilegiū personis, non rebus, tribuitur l. 1. c. 2. C. h. Excip. Filiusfamil. qui tantum de castrensisbus vel quatis, non de aduentitiis l. pen. C. Qui testant. fac. & capitis damnatus ex militari delicto l. 11. h. t. Paganica enim vel publicatur vel liberis aut parentibus addicuntur. *Novell. 134. c. vlt.*

NOTATA

a ita & *Don. noster. ad rub. C. h. n. 20. §. seqq.* Est quidem & imperitia eadem in rusticis, sed illis otium est peritiores consulendi l. 2. §. vlt. Quis ordo in bon. poss. ser. *Coras. 5. misc. 22. n. 1. Vigl. in pr. l. h. n. 8.* nec causa est huius beneficij imperitia simpliciter, sed quæ ex armorum occupatione procedit, *Boer. lib. 1. de iure bellic. c. 21. §. Hotom. in pr. l. h. t.* Causa inquit gemina est, nec sola simplicitas, sed & periculorum functio. Vnde & qui in iisdem periculis in quibus milites, eodem enim iure vt possunt l. vlt. h. t. Et milites ipsi extra castra & pericula dum sunt nequeunt l. pen. C. h. t. vid. & *P. Greg. 42. Synr. 6. n. 20. b* videret noster d. l. 4. accipere de naturā muti, (dum recenser inter iure communis intestabiles. Mutus & furdus casu iure communi testari potest l. 10. C. Qui test. fac. vii & apertē accipit *Zoanet. tr. de Rom. imperio n. 7. & Vasq. lib. 1. de success. progressu §. 1. n. 169. & 3. ill. conr. 107. n. 3.* lapsu conspicuo. Nam qui hoc naturali vitio laborat militare nequit. Quomodo enim nomen dabit militiæ, iuramentum præstabit, tubæ sonum audiet? Et si hoc vitium accedens militi, causa est misiosus l. 15. §. 4. de re milit. magis natiuit ab initio recipi impedit, maximē cum huiusmodi mutus iudi-

cio ac intellectu carere dicitur l. 21. §. 2. vers. naturā de iudic. l. 65. §. pen. in fin. ad *Trebell. Vigl. & Vult. in §. 2. l. h. t. & Boer. l. 2. de iure belli c. 21.* At quid sic præcipiū habebit miles mutus redditus? *Duar. d. c. 4. & Pac. 5. q. 94. B.* Iure veteri ante l. 10. C. Qui test. fac. non potuisse testari paganos, loquelā amissa, nisi indultu principis l. 7. D. Qui test. fac. milites potuisse d. l. 4. §. *Boer. d. c. 21* hunc militem ethiliter non cællat, testari posse solo nutu, quod pagano non licet. Quod non placet per *not. S. ca. 5. lit. R. Rectē Vult. in §. 2. l. h. t. n. 2.* hoc speciale esse, quod iure militari licet, vbi ratio dubij quia bello factus inutilis, mox dimitendus. Quod autem proximē fieri debet sæpe pro facto est, & vt vulgō, cingendus pro cincto habetur l. pen. h. t. c. Tribunatus ille nomen honoris erat, non officij administrationis, ideoque eius capax pupillus *Coras. 5. misc. 22. n. 2. & 3. & P. Fab. ad l. 2. de R. l. n. 14.* fuisse imaginaria militiæ genus, quod vocatur super numerum, de quo *Sueton. in Claud. cap. 25.* nudam sine administratione dignitatem, quæ & impuberi, illustri familia nato, tribuebatur *Cuiac. 17. obs. 36. & ad l. 8. & seqq. de excus. iur. Diff. Rau. 4. var. 8.* putans tribunum numerorum fuisse eundem cum tribuno militum, nec vnquam id minus pupillo delatum, ideo in d. l. vltim. pro tribunatum reponit, in tribunatus & ad l. 2. §. 1. de R. l. dicit duobus manus. suam lect confirmari. Sed non credibile est vnquam impubes stipendia militaria meruisse. Etas enim ea oneribus militiæ ferendis impar. Facilius honores militares mandari poterunt, in quibus vicarios & adiutores habere liceret. *Gouan. ad l. 2. §. 5. de vulg. n. 16. Cuiac. d. c. 36. Daut. de testam. n. 145. Aliter Ant. August. lib. sing. ad Modest. pag. 270. in explic. l. 8. §. 7. de Excus. d. §. denique §. d. l. h. t. vbi Vult.* rationem reddit, quia capitis deminutio ciuili non perimit testamentum militis, quod est iuris gentium. Nullo verō ceu videtur *vid. in §. 4. l. Quib. mod. infirm. repugnancia in d. §. 5* in eo quod dicitur quāsi ex noua militis voluntate valere, & tamen irritum non fieri. Multo minus autem quidquam dissidij, nedum aperta antinomia est inter l. 6. §. vlt. de ini. rupto & l. 22. D. h. t. Inquit *Vult.* Si non sit irritū d. l. 6. §. vlt. quid noua voluntate opus d. l. 22. d. §. 12. Neutrobique requiritur noua voluntatis testatio, sed aliter valere quāsi ex noua voluntate, id est, perinde ac si noua voluntas interuenisset. Et ita fingi necesse ad id ipsum ne fiat irritum, quia per capitis deminutionem status & persona mutatur, videturque quodammodo alius homo fieri, proptereaque voluntas finiri: maximē media iurisperdentia ætate, vigentibus adhuc emancipationis & adoptionis rationibus. & l. 16. §. 6. ad *Treb.* vt in aliis succedat legitimi. Si tamen vxorem ex rucia, filiam ex duabus instituit, totam illæ hereditatem capiunt l. 3. C. h. t. quia tunc videtur assen in tres partes diuisisse. *Duar. h. t. c. 6. Donell. noster ad d. l. 3. Nec rectē ex d. l. 3. in seruit. Dd. quos refert *Boer. lib. 1. de iure belli c. 23. & Zoan. tr. de Rom. imperio n. 37. & seqq.* militem in dubio censendum testari voluisse iure communi. Immo contra, quia creditur necesse obseruationem sollemnem testationis communi, *Duar. h. t. c. 3. p. 428. Zoan. d. tr. n. 41. & seqq. A. Fab. 72. err. pragmat. 6. Boer. d. l. 6. Pugna enim testati & intestati admittitur hic fictione quadam, quasi duorum hominum duabus hereditariis factis l. duorum 49. de op. libr. Cuiac. ad l. 7. de R. l. vid. Ant. Fab. 26. de err. pragmat. 1. g. Quæ an post pubertatem, filio facta, directō valeat magna est contentio; Affirmat *Duar. 2. diffinit. 7. & ad tit. D. de vulg. cap. 13. Don. noster ad l. 8. C. de impub. subst. n. 10. & seqq. Charond. 1. verisim. 11. Hotom. 1. amic. 17. & seqq. Mattheac. l. 2. de via iur. c. 17. n. 5. & seqq. Boer. l. 1. de iure belli c. 24. Contra quod iure fideicommissi. Cuiac. 11. obs. 25. & 12. obs. 27. *Coras. ad l. 8. C. de impub. subst. n. 6. & n. 31. Gouan. ad l. 15. D. h. t. num. 1. & 3. Cabot. 2. disp. 20. vid. & Massin. varias opiniones examinans ad d. l. 8. n. 85. & seqq. h. l. 17. §. vlt. D. h. l. 17. D. ad l. Falc. Putant vulgō hoc correctum esse per *Nov. 1. c. vlt. §. quia verō 2.* & heredem militis si inuentarium conceciter deducere *Falcidia*. Sed *Duar. h. t. c. vlt. cir. s. l. sentit. d. §. 1.* loqui de omni quidem persona etiam militari, sed heredis, non verō testatoris, vt sensus sit. Omnis heres etiam miles, testamento videl. pagani scriptus, omittens confessionem inuentarij perdit *Falcidia*, & vt opinor, rectē, i simplicitati enim succurritur, non calliditati, quæ auxilium nunquam meretur l. 2. §. 1. ad *Vellei. Don. noster ad d. l. 11. n. 8. in fi. & l. 2. C. de don. int. vir. licet paganus sic legare possit l. 19. de leg. 3. vid. *Duar. h. t. c. 5. Zoan. tr. de Rom. imperio n. 12. & seqq.* scribens id fauore Reip. magis & disciplina, militaris quam militum gratia ita constitutum. I Ne priuilegium militis vergat in alterius iniuriam, si is de bonis suis testati prohibetur *Gouan. ad d. l. 15. A. Fab. 1. Coniect. 12. m. & Forst. 1. m. de success. 19. n. 6. & seqq. Eman. Costa. ad c. si pater exir. de test. parte 1. verbo habens n. 7. fol. 179. h. qui & cincti de quo rim vbi******

vid. Vigl. in rub. l. h. t. nu. 18. & seqq. Duar. h. t. c. 2. Briff. 2. antiq. 7. Conna. 9. com. 5. n. 8. Bocer. lib. 1. de iure belli cap. 10. Non autem qui muere in militia aliquo funguntur, si milites non sint, estis matriculis militibus inscripti l. 16. C. b. t. Excip. tamen casus l. 1. de bon. poss. ex rest. mil. Duar. h. t. ca. 3. Cum autem antiqui ritus militi aggregandi & in numeros referendi desierint. Q. an nostris militibus hoc testandi privilegium sit? Aff. Vigl. in pr. l. h. t. n. 11. & seqq. quia nec hodierna legendi recipiendiq; milites plane diuersa ratio. Inscribuntur enim matriculis, sacramento adstringuntur, &c. Nec ritus illi certe causam huic privilegio dederunt, sed utilitas Reipublice, &c. vid. Vof. conf. 17. n. 3. & conf. 38. nu. 62. Daub. de testam. n. 85. Gaid. de contr. stip. ca. 7. conclus. 17. Bocer. lib. 1. de iure belli cap. 28. Aruma. ex Iustim. 7. th. 8. & qui variè distinguit. Alex. Trentacin. de subst. p. 4. c. 8. nu. 6. latè Zoan. tr. de Rom. imperio n. 51. & plurib. seqq. Quod & probat l. ult. §. 1. C. de inoff. in verbis secundum leges tamen. vid. Coraf. ad l. 8. C. de impub. subst. n. 14. Vaud. 1. q. 45. Trentacin. d. c. 8. d. 6. Bocer. lib. de iure belli cap. 28. pag. 128. Aruma. exere. Iustim. 7. th. 9. p. Tarpe est causas orantibus in quo versatur ignorare l. 2. §. 43. de O. I. q. ita & Vigl. in §. 4. l. h. t. n. 1. fuisse in §. 2. subiunctam aliquam nouam voluntatem, & Duar. h. t. c. 3. in fin. Et rectè, licet Hor. in §. sed est §. 4. l. h. t. & Ant. Matth. in not. ibid. hæc loca verè pugnare parent. r. Connan. 9. com. 5. n. 9. interpretatur in expeditione, id est, qui actu miles est, quamuis non in ipso confictu cum hostibus. Expeditum enim quicquid promptum & paratum. Et Cuiac. Consult. 49. testam. iure militari fieri, quamuis non in proinctu. Nam sic miles nihil distaret à pagano, qui & ipse in hostico quoquo modo testatur l. ult. h. t. In expeditione igitur est & qui in castris, in statiuis, hybernis, prædiis. Quare & stationarij & limitanei milites, cum aquè in metu versentur, hoc privilegio gaudebunt Connan. & Cuiac. ad. locis. Zoan. de Rom. imperio nu. 103. & seqq. Bocer. lib. 1. de iure belli c. 28. Nam & pennis militibus cohercet l. 3. §. 5. de re milit. Ergo & privilegis vtuntur. per l. 10. de R. I. Non autem sine onere militia dignitate equestri ornati, quos milites imaginarios vocat Duar. h. t. c. 2. & 3. vt equites Rhodienses, Teutonici, &c. extra expeditionem, Vigl. in rub. l. h. t. num. 11. & seqq. cum ne vero quidem milici hoc privilegio sit extra expeditionem, Duar. d. c. 3. f. Non si extra tentoria sit castra confecerit, Bocer. lib. 1. de iure belli cap. 21. nisi sui reficiendi, curandave valetudinis causa, commeatu concessio, se aliò contulerit, mox reuertetur Vigl. in §. illis n. 1. h. t. n. 5. modo domi suæ non sit arg. l. 34. pr. Quib. ex ca. mai. Bocer. d. c. 21. t. potest & notis scribi l. 40. pr. h. t. vid. Tirag. priuileg. ca. 12. Cuiac. 3. obs. 3. Ruar. de aut. prind. c. 2. Valt. 2. mifc. 12. qui exemplum militaris testamenti sic scripti subicit. u. Vigl. in §. planè 2. l. h. t. n. 6. vbi presumptionis adimiculum vnum teltem admittit, solam autem scripturam sine vllis testibus si nulla falsitatis suspicio. Non enim hic vlli restes ad formam & sollemnitate necessarij, nisi sint ad probationem, quia nuda hic voluntas rata l. 5. §. 1. h. quomodo declaratur. pr. l. 1. l. 1. pr. D. t. h. Duar. h. t. ca. 3. Cuiac. consult. 49. Testes igitur hic erunt & peregrini, mulieres, &c. Bocer. lib. 1. de iure belli cap. 25. vid. & Aruma. ex Iustim. 7. th. 13. nec subscriptione opus, aut obgnatione Hor. in §. 1. l. h. t. multo minus rogatione quæ merum iuris ciuilibis solenne. Nec obft. §. 2. l. 24. D. h. t. verba conuocatis hominibus. Illa enim ad relationem facti pertinent non ad decisionem, seu vt Bocer. d. c. 25. loquitur, narratiua sunt dispositiua. Illic Catiulus docere voluit testatorem non luisse, sed seriò egisse, quod si aliunde constat, petinde est. Est enim illa vna, non sola species probationis. Dissent. Zoan. de Rom. imperio n. 21. & Cuiac. consult. 36. f. Denique rectè Duar. h. t. cap. 4. quæcunq; subilitatem habent potius quàm naturalem rationem militibus. Non autem superuacua sunt, nec Triboniano tribuenda verba extrema pr. l. 40. h. t. ita tamen vt hoc, &c. quia factum, quod ibi proponitur, probatione non indigeat, vt vult. Ant. Fab. 15. Conièl. 19. Immo enim non sunt superuacua: nam si non ad factum illud pertinent, saltem regulam, quæ illic responsi loco adfertur, restringunt & declarant.

Finis libri sexti.

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

Genera heredum.

DIXIMVS vt directò deferatur hereditas, Restat vt delata suscipiatur, vbi perficitur acquisitio, & sic vtu veterum dicitur HEREDITAS acquiri l. si quis 21. §. 1. h. t. de acq. her. l. 4. de repud. her. **A**CCVIRITVR AVT INVITIS AVT VOLONTIBVS. HINC HEREDES ALII NECESSARIJ, ALII VOLVNTARIJ LIS QUI I. §. & seq. h. t. SEV, vt in pr. l. h. t. de her. qual. & diff. (cuius inscriptionis idem sensus, qui tit. D. de acq. her. nisi quod hic ab effectu est, ille autem causa ad effectum progreditur) minus tamen diuisioni & oppositioni accommodatè EXTRANEI. b. ILLI AVT NECESSARIJ ABSOLVTE, VT EST SERVVS à DOMINO §. I. l. 2. per l. 4. C. de his qui à non dom. etiam qui pro parte est l. si seruus communis 66. h. etiam qui ad tempus, modo antequam recedat dominium decesserit l. 7. 1. pr. h. t. iunct. l. 20. §. 1. de testam. qui seruum emit, vt intra certum diem manumittat, antequam is veniat l. 77. §. 1. h. t. LLIBERTATEM ACCEPVRVS, nam si postea alienatus sit à testatore, nouus dominus per eum non nisi voler, heres sit §. 3. l. h. t. EODEM TESTAMENTO, non si alio modo è potestate exiit §. 1. l. de her. inst. l. testamento 90. D. eod. & nec qui potuit aliunde liber esse, vt emptus purè vt manumitteretur, aut vt intra diem certum, si eo elapso institutus, aut pecunià suà emprus l. 71. §. 1. & 2. h. t. aut cui fideicommissà data libertas l. 84. pr. de her. inst. vbi ratio. Causa enim necessitatis huius maxime in beneficio manumissionis. PROTINVS NECESSARIVS, nisi sub conditione institutus sit, cuius euentus expectandus l. 58. h. t. VEL IPSI DOMINO, VEL FILIO EIVS, si illi substitutus l. 10. §. 1. de vulg. l. 4. C. de nec. seru. her. & velit nolit heres est §. 1. & 2. l. h. t. c. nec abstinendi facultatem habet, nec in integrum restitutionem l. 57. §. vlt. h. t. Non illam quia nominatim data edicto prætoris liberis, neque hanc quia non videtur captus, qui id fecit, quod iure communi cogebatur l. vlt. C. de in int. restit. Effectus. In solidum obligatur æri alieno l. more 8. h. t. vt si bona venire debeant existimationi defuncti consulatur ^d & bona heredis distrahantur §. 1. l. h. profecta videl. à testatore. Nam post mortem patroni quæ sita, ipsi referuntur d. §. 1. in fin. modo non attigerit bona patroni, sed eorum separationem petierit l. 1. §. vlt. de separat. ^e vbi &, quod e ei à testatore debebatur, prius detrahit d. §. vlt. quia obligatio naturalis, quæ adest l. 64. de cond. indeb. sufficit ad exceptionem & retentionem l. 10. de O. & A. Quod si attigerit bona, non datur separatio, nisi minor fuerit vbi restitutionem habet l. 7. §. 5. de min. Et sic restitutio quæ non datur ad derelinquendam hereditatem d. l. 57. §. vlt. h. datur ad bonorum suorum conseruationem.

NOTATA.

^a Vox acquisitionis & recufationis, generalior etiam necessariis conueniens, aditionis verò & repudiationis specialior, tantum extraneis Vult. in §. extraneis §. 1. h. t. num. 1. Non omnis autem qui acquirit hereditatem heres sit, vt legatarius partiarus, cui pars non bonorum, sed hereditatis, cui onera insunt, legata §. 5. vers. post quod SC. l. de fideic. her. item, fidei commissarius, emptor hereditatis. Idem in pr. l. h. t. nu. 3. f. Sed tamen acquisitio, vt hic sumitur, verorum & propriorum heredum propria est. b. Extranei variè dicuntur pro re de qua agitur. Nam cum de ciuibus fœderatisq; seruis est, significant nobis nudo fœdere iunctos, vt in l. 7. pr. de capr. & postl. (iuxta vulg. scil. & Haloandr. lect. qua ibi legitur

gitur externi non sint, quam probat A. Fab. 1. Iurispr. 11. pr. 8. th. 7. cum Florentini Pand habeant, externi sint, quod aridet Cuiac. 11. obs. 23.) si de necessariis personis, sunt extranei, qui nec cognati nec affines l. 2. de in ius voc. l. 6. de reb. aut. ind. poss. &c. Baro. in §. ceteri 3. l. h. t. n. 3. c. sine vlllo suo factio, sine vlla iuris sollemnitate. Ergo & demens & furiosus & ignorans per §. 1. de her. ab intest. Vult. in §. 1. l. h. t. n. 3. ac etiam olim clausi tabulis, antequam innotescat ei de hereditate sibi relicta. vid. Cuiac. 8. ad Afric. ad l. pen. de reb. cred. Neque tamen hic (vt nec in ius hereditibus) exceptio est l. 16. C. de l. de lib. qua traditur neminem compelli adire hereditatem, cen. vult. Accurs. lib. 1. Sic enim esset exceptio latior regula. Regula enim vera esset in vno genere heredum, voluntarium, exceptio in duobus, suorum & necessariorum, sed regula illa generalis. Sui enim & necessarij sunt quidem inuiti heredes, non tamen adeunt, d. vt ignominia bonorum venditionis in heredem deriuatur Hor. ad §. 1. l. de hered. instit. de qua vid. Contr. 2. de subst. lect. 18. Connan. 10. com. 5. nu. 2. Neque sic iniuria fit instituto, qui non consulere debet. Quod pro hoc libertatem consequutus aliquis esse incipit, qui prius erat nullus A. Fab. 14. Conièl. 20. sub fin. c. De separatione vide A. Fab. 2. de error. pagmat. 2.

CAPVT II.

Sui Heredes.

AVT SVI A EOSQVE VEL IVS FACIT VT SVNT b. TESTATORIS LIBERI QVOQVO IURE, ex testamento vel ab intestato VOCATI. Non autem exheredatus e qui scripto heredi non obstat l. 6. de im. rupto. Vt enim suus heres sit necesse est prius vt sit heres. ^d Non autem est, qui à patre remotus l. 11. de lib. & postl. ^e QUI IN POTESTATE MORIENTIS quæ tribuit familiã l. vlt. de cap. min. ^f & per eam bona l. 11. de lib. & postl. ^g §. sui 2. & seq. l. h. t. §. 2. l. de hered. ab int. Non igitur emancipati. §. emancipati 9. l. de her. ab int. nec filij matri d. §. ceteri 3. l. h. t. l. 4. §. 2. D. contra tab. nec auo materno & deinceps, ET SVNT PRIMO GRADVS ^g Non igitur nepos, quem pater præcedit, futurus tamen suus, si pater suus esse desierit §. 2. l. h. t. Succedit enim in locum patris ex lege Velleiã l. Gallus 29. §. 14. de lib. & postl. §. 6. l. de her. ab int. Si autem pater se abstineat, quia suus manet, nepos in eius locum non succedit. Et hoc est quod dicitur in l. 1. §. 8. de suis & legit. successorem in suis hereditibus non esse, quia scilicet non sunt plures gradus sui heredis, sed vnus tantum, & is primus, quo cum semel quis existit, non potest qui in sequenti gradu est, dici succedere. Quando autem filius desit esse suus, nepos succedit in locum patris, qui iam factus extraneus, non ferrè suus in locum sui, TVNC CVM PRIMUM DEFERRI COEPT HEREDITAS §. 7. l. de her. ab int. h. licet moriente testatore alius gradu præcedat. Exempl. gratia filio exheredato, nepote præterito, si filius interim, dum scriptus deliberat, moriatur, & scriptus deinde non adeat, nepos suus est d. §. 7. In hac specie valet testamentum, filio ritè exheredato, nec ob nepotis præteritionem nullum, quem, quia gradu priorem habuit, nec institui nec exheredari necesse fuit. Desitit autem testamento defectu instituti, defertur intestari hereditas nepoti. Q. An suus sit heres an voluntarius. ^{re}. quod suus d. §. 7. & l. 7. D. Vnde lib. Imò voluntarius, quia mortuo auo pater eum præcessit. ^{re}. in d. l. 7. vers. neque pater. Non potest dici pater præcessisse, cui hereditas nunquam delata est, neque testamento, quo exheredatus, neque ab intestato, quo res post mortem eius rediit. Similis species in l. 16. de lib. & postl. num. 1. Obi. Atqui si scriptus velit adire, licet post mortem filij, nepos excluditur l. 6. pr. de im. rupt. Cur non æquè hoc casu suus est, vt testamentum infirmet & sibi locum faciat. per dicta lib. præced. c. 16. lit. H. ^{re}. Quia in testamento vt valet, spectatur tempus mortis & conditi testamenti §. 4. l. h. t. quorum vtroque nepos habuit patrem gradu se præcedentem. Et ideo testamento valet, nec

§. P. Fab. & Goth. ad d. l. 3. b Scitè igitur ridet *Saluian. lib. 3. testatorem sic instituentem: Quandoque ego ex rebus huma nis deceffero, tum ille mihi heres esto ref. Cuiac. ad l. 1. D. Qui test. fac. An autem morte spiritali; per assumptionem ordinis Minoriarum, statim confirmetur testam. vt non ex pectatâ morte naturali hereditas adiri possit vid. *Dauth. de test. m. 71. & seqq. c* Variæ rationes adferri solent, quas refert *Alc. 3. Paradox 5. Non expedit rem ea, quia ante aditionem nullum ius habet qui decessit. Cur enim facultas acquirendi non transmittitur Duar. h. r. c. 5. & lib. 2. de iur. acrese. c. 17. putans id ius augendi & locupletandi filci causâ constitu tum, vt plurâ caduca fierent, ideoque id postea variè tempo ratum; † *Nicol. ad Valla de reb. trad. 6. aditionem consti flere in meta facultatè quæ non est in bonis nostris † A. Fab. 14. Coniect. 1. sic. Ius adeundi pendet ex delatione l. 151. de v. s. Hereditatem autem non defert Lex nisi vel scriptis, vel ab in testato, proximis agnatis, non etiam eorum heredibus. Ex sola potest delatione non acquiritur hereditas, nisi necessitatis. Defertur hereditas ignorantè & inuito, acquiritur non nisi volenti. Aliud est in legato, quod transmittitur non agnitum, quia & (ex sententia *Fabri vid. not. j. lib. 8. c. 18. lit. A.*) igno ranti acquiritur. Sed Donelli nostri ratio hic longè expedi tior, quam & tradit in op. posth. ad l. 4. C. Qui admittit d. A. Fab. 14. Coniect. 1. Extra duas exceptiones (Ascendentium in descendentes ex l. vn. C. de his qui ante apert. tab. & ratione adiuncti, iuris deliberandi ex l. 19. C. de l. de lib.) regulam perperam esse. In suis enim locum habet transmissio heredi tatis iam quæ sita vid. *lit. seqq. in casu autem l. 18. C. de l. delib.* (quando infanti delata hereditas) acquiritur patri non vi transmissionis, sed iure patriæ potestatis, vt Lex ait, ex consti tutione Imper. cetera regulas iuris, quibus patri potestas finit morte. Aliquando tamen ita succurritur heredi heredi, vt etiam non transmissæ hereditatis commodum sentiat, vel da ta actione contra illum, per quem factum quo minus trans mitteretur, vt in l. 1. §. 8. *simul. ventr. nomine, &c.* vel datis actionibus hereditariis vtilibus l. 3. §. 30. ad SC. Sil. l. 12. de Carb. ed. Aliquando etiam non adita transmittitur beneficio restitutionis in integrum, quoties vid. ille ipse qui ante aditam hereditatem decessit, potuit ad adeundam restitui. In hunc sensum *l. abur quem vide e* Quod intellige de liberis e mancipatis, vel heredit. matris. Hi enim tantum ad descen dentes suos transmittunt nondum acquisitam parentum he reditatem. Et de his loquitur *l. vn. C. de his qui ante apert. tab.* Filius autem suus ad quoscumque transmittit. *Duar. h. r. c. 5. f. 451.* (quicquid contradicit *Cui 4. ad Afric. ad l. 16. de li. & posth.*) imò verè ne transmittit quidem, quia cum existat absque agnitione l. 14. D. l. 8. C. de ius & leg. l. 3. C. de l. delib. potius heres eius ad bona iam quæ sita admittitur *Duar. ad tit. D. de vulg. & pup. c. 10. f. 380. & ad h. tit. D. c. 5. Caraf. sepi folio. 99. c. 1. n. 4. A. Fab. 14. cont. 1. Cabot. 2. disp. 13.* Transmis sio, inquit, in suis non est hereditatis quærendæ, sed quæ sitæ l. 19. §. 1. de cast. pecul. l. 1. in fi. cum 2. seqq. de mil. test. & si mil. Neque hic opus vlla constitutione, sed tantum interpretatione *Duar. d. c. 5. tametsi quibusdam visum sit hanc quæ sit. (an suus hereditatem paternam etiam ad extraneos transmit tar) indigere Cæsarea decisione. Non obst. l. 19. C. de l. delib. in pr. vbi filius, transmittit in suam posteritatem. Nam id tantum obiter ibi affectum (verba sunt enuaciatiua, non dis ppositiua, vt vulgò) & ea verba etiam de aliis successibus quam liberis accipi possunt *Duar. d. c. 5. An autem hoc ad e mancipatos hodie extendendum ex Nou. 118. qua suis exæ quantur, & hi ad quoscumque heredes hodie transmittantur Negat Duar. ibid. quia dicta Nou. loquitur de successione in restati non de iure sui, eiusque effectus. † Vid. & de hac trans missione *Gon. 1. var. lect. 4. n. 1. Vacom. 3. decl. 50. n. 18. & seqq. Vajq. lib. 1. de success. progressu §. 6. & 7. & de aliis transmissi. speciebus, ibid. & §. 8. ac 9. & Simon. de Præis l. 3. de interpr. vlt. volunt. interpr. 1. dub. 5. fol. 4. Gomez. 1. var. resol. 9. A. Fab. 34. err. pragmat. 4. & seqq. Iac. Schulh. in addit. ad Modest. Dist. p. f. 4. q. 131. & vid. not. s. ex Fabro lit. D. & Duar. h. r. c. 5. f. 453. & seq. An dispositioni d. l. 18. locus sit etiam in matre vid. *Test. saur. decis. 88. g* Et sic heres heredis tantum non transmissæ hereditatis commodum percipit. *A. Fab. 14. Coni. 1. Non autem necessaria est restitutio in integrum Duar. h. r. c. 5. f. 452. † Cabot. 2. disp. 23.* non iure ciuili hic transmitti sed æquitate aut decreto prætoris. † Videtur tamè ea de re constitutio edita fuisse per d. l. 4. D. ad SC. Silan. Nam quod *Cuiac. 4. obs. 13.* au thoritate manust. pro constitutione reponit substitutione, mi hi non probatur; cum nec ad emendationem confugere necesse sit, & Pandectæ Florentini vulgaris, fatente Cuiacio, consentiant. Vtrumque enim verum est in d. l. 4. Dantur actiones heredibus mulieris, ex substitutionis causâ, vel pro pter substitutionem, quod ex specie facti relata sat apertum,******

nec exprimi necesse est, & dantur ex constitutione, quæ hac de re edita, licet nunc non extet h de qua vid. *Goseam. 1. var. h. lect. 4. n. 1. A. Fab. 1. Coni. 10. Henr. à Suerin. repet. lect. cap. 33. Confer. Curt. 1. Coniect. ad Vlt. 1.*

C A P V T V.

Apertura tabularum, &c.

RELIQVÆ; conditiones duæ, PROPRIÆ EX TRANEORVM. I. V T SCIAT heres SIBI DE LATAM §. 7. l. 23. D. h. r. Quæ enim animi destina tione agenda, vt hæc acquisitio d. §. 7. & l. 6. C. de iur. delib. non nisi verâ & certa scientia perfici possunt *Lin totum 76. de R. I.* Igitur nequit dubitans, an testator vi uat l. 13. §. 1. l. 32. h. r. a vel de conditione eius ambi gens, an fuerit paterfam. qui testari potuerit d. l. 32. §. vlt. an vxor eius prægnans (& sic posthumus præteri tus) l. 30. §. 1. & §. quod dicitur 3. h. Aliud in suo herede d. l. 30. §. 6. quia hic cum inuito heres existat, magis ig norans. Item conditionem adiectam nec existisse pu tans, quæ non ad scripta vel extitit d. l. 32. §. 1. b Pu b tans se necessarium esse cum sit voluntarius l. 15. & seq. h. r. (vid. j. lib. 8. c. 1. in fin.) vt si emancipatus putet se in potestate fuisse, quia necessarius ipso iure acquirit, non adeundo, & adiri repudiarique nequit hereditas nisi delata. Necessario autem vt è non defertur l. 15. r. de v. s. Atque hinc necessitas aperendarum tabula rum, vnde certus reddatur institutus. Et REGVLA erat. ANTE APERTAS TABVLAS HEREDITATEM ADIRI NON POSSE, relata l. vn. §. cum igitur, & §. in nouissimo 5. C. de cad. toll. Cuius vestigia in l. 3. C. de l. de lib. l. 3. §. vlt. de her. instit. l. 3. §. vlt. ad SC. Silan. tit. C. de his qui ante apert. tab. quod ante heres certus esse de iure suo non possit. Vnde regula illa ad suos non pertinet. l. 3. C. de l. delib. ibi etiam clausis tabulis. hodie SVBLATA d. l. vn. §. 5. nec apertura aditioni necessaria modo tamen aliunde sit certus de iure suo, si à testibus audi uit, vel testationi interfuit. Sin minus eadem adhuc aperendarum tabularum necessitas, & locus est *tit. D. Quemad. test. aper.* Vbi quæritur. 1. Quæ tabulæ aperiri debeant? Si in duobus exemplaribus sollemnibus testamētum scriptum, vnum aperiri sufficit l. 10. pr. d. r. Testam. quem aper. Sin vnum exemplar authenticum, ex emplo aperto nihil agitur l. vlt. d. t. 2. Quomodo? Si clausæ & obsignatæ sint tabulæ, quia signa reuelli o portet, auctore magistratu l. 4. & 3. seqq. d. t. c. 3. Qui bus. Omnibus, qui desiderant inspicere vel describere l. 1. pr. dt. vbi ratio & in l. 5. eod. iurantibus tamen de cal lumnia l. 2. D. l. 3. C. de t. dato interdico aduer. eum, qui apud se tabulas esse non negat d. l. 2. §. vlt. Exceptit tamen Prætor diem & Consulm, & si quid aperiri ve nuit testator d. l. 3. Cod. eod. Et hæc præsentem faciunt fidem. Quod si in perpetuum voler valere, & certam fidem esse heres, det operam vt publicetur testamen tum, d id est, vt a actis publicis infinuetur l. vlt. §. 9. C. de l. delib. l. vlt. Cod. de re iud. Tunc enim et si materia, in qua scriptum est, casu interciderit, vigorem obtinet l. 2. C. de testam.

N O T A T A.

a Item dubitans an testamentum verum Quare si falsum a dicatur testamentum, quasi id alius infcio herede subiecerit, ipse heres, quia dubitat, adire nequit. Aliud est si ipse ac uetur illius falsi. Tunc n. certus esse potest de innocentiâ suâ: l. 46. hoc tit. de acq. hered. vbi *Cuiac. 1. ad Afric.* ostendit quis sit effectus: Si scilicet adierit priori casu, potest deinde repu diari dicendo: Quia adini pendente cognitione falsi: poste riore nequit, sed creditoribus obligatus manet. vid. & *Duar. hoc tit. cap. 2. f. 437. & seq. Forst. 2. de success. 7. b* Sitamen purè institutus, & putans se sub conditione institutum, conditionem impleuerit, vel eius aduentum expectauerit, & rum adire, nihil ei obest d. l. 32. §. 1. Cuiac. supr. d. loc. P. Fab. ad l. 76. de R. Iur. quia non solet quæ abundant vitare Obst. l.

22. §. ult. *vers. quid tamen D. h. t. 32. Cuiusd. loc.* inserta negatione legit, non puto laudatus à Pac. 4. q. 96. ne obliet l. 21. de cond. & dem. & certissima iuris ratio l. 23. h. t. 1. Correctio non necessaria, si quod omnino apparet, d. §. ult. accipimus de eo qui putat se purè institutum, & ignorat id euenisse quod in ea conditione est, quam adiectam non putauit. Pone. Mæuius institutus sub conditione: si Titius consul factus. Condicio euenit Mæuius adit, ignarus conditionis, putans se purè scriptum. Nihil hic video quod remorari possit aditionem, aut quod firmam voluntatem habendæ hereditatis impediatur. Non hic animi pendet, non de iure suo dubius est (vri in contrario casu quando qui purè institutus, putat conditionem adiectam nec eam impletam d. l. 32. §. 1. Putat enim se posse statim nancisci hereditatem & vult statim habere. Neque hæc illius voluntas facultate destituitur. Immo concurrunt potestas. Licet enim verè fuerit sub conditione scriptus, tamen postquam ea euenit, perinde est ac si pura fuerit institutio. Et lect. sanè aff. exposcunt verba seqq. *quemadmodum si ignoret &c.* & species præcedens eiusd. §. ult. Nam quod ibi habetur de eo, qui patrem institutionis ignorat, non generale est, nec aperte obliet l. 75. h. t. & iuris ratio, sed speciale in casu, quo is qui se putat ex aff. scriptum, coheredem habet, cui substitutus est, & conditio substitutionis (repudiatio coheredis) existit. Post existentiam enim illius viraque pars ei defertur, & adeundo vtramque consequi potest. Quæ planius pluribus exponere possem, nisi breuitati studerem. In verbis igitur *quemadmodum si ignoret*, comparantur hi casus & equaliter determinantur; Quo quis conditionem aliam, & quo substitutionis conditionem ignorat euenisse, si videlicet vtroque casu verè euenit, & vtroque se in solidum heredem esse credat. Et ita videtur, c. Est enim hic actus sollemnis & legitimus de quo vid. P. Fab. 2. Sem. 23. pag. 346. & seq. & de sollemnib. huius aperturæ not. Goth. ad l. 2. C. *quemadmodum. res. aper. Don. noster ad l. 1. C. de res. De magistratibus apud quos aperitur vid. l. 23. C. de res. Coguntur hic qui signantur signa recognoscere l. 4. d. t. Quid si illi mortui? Vigl. in §. 7. l. de iust. n. 9. & Duar. add. 2. D. res. quem aper. c. 4. & pluribus A. Fab. 67. de err. prag. 2. & seqq. testam. inde non concedere, contra Dd. vulgo. quia possunt sigilla ab aliis recognosci, & si que nota esse d. vid. l. 2. l. 18. & 20. C. de res. Referuntur autem ibi tabule testamenti, vbi insinuata nec alio transferendæ d. l. 18. Non probo quod Cont. 2. subse. lect. 16. pro reseruentur reponit reseruentur per l. 3. C. Th. de testa. l. 4. tit. 4. & quia testamenta constet seruari solita apud priuatos extit. D. res. quem ap. tit. de tab. exhib. Nam loquitur d. l. 18. de reservatione post publicationem, siue actorum insinuationem, & hoc verbum reseruentur, exigit sequens vox *translationis*, reservationi opposita. Non probo quod idem posterius membrum d. l. 18. correctum putat per l. 23. C. eod. Hodie, inquit Contius, d. c. 16. n. 2. irrita ex hac causa voluntas defuncti, sed pœna 50. librarum auti in temeratores legis statuta d. l. 23. & rectè. Pœna enim in eos potius conuertenda qui deliquerunt. Mortuis autem nihil est, quod imputari possit. At inquam ego: Non est eorum verborum d. l. 18. irrita mortuorum *videri faciet voluntatem*, is sensus, quem Cont. fugit, q. Impp. voluerint eo facto concidere extremum elogium, qui si esset, non video quid absurdus in mentem Imp. venire potuisset, sed his: quod mutans morem fidelissimæ veritatis pro eo habendus & puniendus videatur qui supremas testationes irritare nitatur & contendat. De requisitis huius publicationis vid. Io. Dauth. ad l. 18. & 23. *continuas C. de testam.**

CAPVT VI.

Qui soli acquirere nequeant.

2. **V**T OBLIGARE POSSIT SE quia obligationes hereditati coherent, l. 8. h. t. l. 2. l. vlt. C. de her. act. Ergo pupillus non poterit, nisi tutore auctore §. 1. l. de auct. tut. a neque repudiare l. 5. Cod. de rep. her. Nec minor sine curatore, ex eadem ratione b nisi eo careat l. 3. C. de imi. res. VEL ALIUM CUI QUÆSITVRVS, vt seruus & filius. c vbi iustum præcedere oportet l. 25. §. iustum 4. h. a (nec hereditas per seruum quaeritur domino inuito vid. l. 9. c. 6.) In bon. r. tamen possessione rati habitio sufficit l. 6. §. 1. h. t. l. 3. §. 7. de bo. poss. l. 1. C. Qui admitti. Ratio differ. e Aditio continet in sese acquisitionem, adire enim est animo acquirere, aut ad animo quaesitam accedere: Bonorum verò possessio consistit in facto petentis & dantis magistrat-

tus, non in illa iuris acquisitione [illa & facti & iuris est, & propterea non potest rata haberi, quia non fuit vera, hæc verò (petitio bon. possessionis) facti est & potest j. lib. 9. c. 6. & in opus. post. ad d. l. 1. C. Qui admitti.] Eadem seruanda in repudiatione l. 13. §. vlt. h. t. Iure autem nouo si pater aditioni consentire nolit, filius adeundo sibi acquirit l. vlt. §. 1. C. de bo. qua. lib. Quare hodie consensus patris non requiretur. Qui enim inuito patre potest adire magis ignorare l. 26. de R. l. f Nam f & licet consentiat, hodie acquiratur ei solus vsusfruct. d. l. vlt. §. vbi a. 3. Non igitur necesse est expectari eius consentum, vt sciatur an velit obligari. Nam hereditas hodie solus filius obligatur, non pater per l. 25. de V. S. Et ignorante igitur etiam patre repudiare poterit per l. 18. h. t. vbi tamen potestas est patri hereditatem adeundi d. l. vlt. §. 1. & Excipienda tamen hereditas, g contemplatione patris filio delata, quia putatur profectitia l. 10. §. 6. de vulg. Profectitia autem etiam nunc acquiruntur patri l. 6. C. de bonis. qua. lib. Quid si quis falsò se putet pupillum esse, vel filium familias? Talis error acquisitioni non officit l. qui se 96. l. 34. princ. h. t. vbi ratio cur aliud sit, si erret in conditione testatoris, vt c. præced. lit. A. b Sensus hic: Vt illud sciat (testatorem h fuisse patremfam.) pertinet ad ius ipsius, vt videlicet ipsi sit delata hereditas, sine quo heres esse nequit, quamuis millies consensus patris accedat. Condicio autem heredis (filiusfam. sit nec ne, pupillus sit nec ne) non pertinet ad ius heredis, & ideo nec auctoritas tutoris nec iustus parentis. Habet enim id ex iudicio defuncti. Sed auctoritas tutoris, iustus patris, exiguntur, ne aditio pupillo vel patri noceat. Hinc & de conditione sua dubitans, quæ concernit delationem, æquè adeundo nihil agit l. 15. & seqq. h. t.

NOTATA.

a vid. s. lib. 3. c. 13. lit. B. & ibi not. & j. c. 9. At, dices, cur a non in hereditate, (vt in contractibus vtriusque obligatoris, pr. l. 1. de auct. tut.) euenit, vt obliget quide sibi creditores hereditarios pupillus adeundo, non obligetur debitoribus. & quia hereditas indiuidua est, atque in vniuersum ius successio, nec possunt ad alium onera spectare. Bellon. 3. supput. 2. num. 5. ideoque exemplum contractuum hic sequi non licet, quorum causa diuidi potest, Baldum. in d. §. 1. l. de auct. tut. n. 9. & quia id non fieret sine insigni creditorum iniuria, quibus nihil (vri illic contractibus) imputari potest. Io. à Reberter. lib. 3. disput. themate 8. b ita & Rob. 1. animadu. 12. per l. 26. Cod. de adm. tut. ibi consensus de adeunda hereditate præstare adulto & Gald. in l. 21. de V. S. n. 14. per l. 1. C. si tut. vel curat. interuen. Contra Cui. in l. 101. de V. O. & i. not. Merc. 12. per l. 17. §. 1. de app. Vbi curatoris auctoritas inutilis ad adeundam hereditatem, quia, inquit idem 4. ad Afric. in l. 49. h. t. aditio animi & consilij potius est, quam facti. Curator autem ea sequitur, quæ sunt facti, & d. c. 12. aditionem esse actum legitimum, & per curatorem expediti non posse. Sed ei occurrit Rob. 1. not. 22. Pendet hæc questio ex illo an minor se obligare possit, sine curatoris auctoritate, de quo vid. j. li. 12. c. 22. c At filius se obligare potest l. 39. de O. & A. E. sibi acquiritur. Duar. h. t. c. 4. Sed nihil suum habere potest iure veteri. Nec hered. diuidi potest vt apud patrem sint commoda, ac ei res hereditariæ acquirantur, apud filium onera obligationum. d Casus tamè aliquos quibus non necessarius iustus patris recenset Duar. h. t. c. 4. Nam 1. Potest pater filio cōsentiente ipse adeundo (quod tamè non admittit P. Fab. 2. Sem. 22.) vel pro heredem gerendo sibi acquirere l. 4. C. de l. delib. (& hic nec iustus patris nec aditio filij necessaria) 2. casus: si pater diu possedit hered. l. 6. §. h. t. (Sed ibi præsumitur iustus interuenisse ex tēporis diuturnitate & quod ibi dicitur admisisse hered. intelligendum de filio, qui licet non sollemni ritu adierit, agnouit tamen hereditatem, dum sciuit & passus est illam à patre detineri, nec cōtra protestatus est P. Fab. 2. Sem. 22. p. 328.) 3. Si filius sit heres necessarius l. 6. §. 5. h. t. 4. Si pater furiosus l. 52. h. vbi filius interim sibi acquirit, sed si pater resipiscat ex eo tēpore patri acquiratur, si aditionem cōprobat l. vlt. §. pe. & vlt. Quis ordo in bo. poss. seru. Secus est si pater absens sit, Tunc n. filius adire non potest, sed ex causa datur restitutio in integrum, & sic accipienda l. 30. pr. hoc t. (vbi, vt hoc obiter, nulla necessitas permouit Hot. 7. obf. 20. pro cons-

ulibus

ulibus reponere, consulentibus. A Consulibus enim quaesitus ibi D Pius an ex ea causâ indulgenda sit restitutio) 5. In hereditate aduentitia iure nouo. 6. in castrensi hereditate si miles à commilitone institutus l. 5. de cast. pecul. (de quo & Boer. lib. 1. de l. belli c. 28.) Hæc, quæ scilicet extra parentheses, ex Duar. & Bellon. 3. supput. 3. n. 2. rationem concludentem dari non posse. Et confugit ad l. 20. de l. (miserorum perfugium) non id factum scribens ex iuris necessitate, sed pro voluntate, quia sic placuit, per v. placuit in d. l. 6. §. 1. h. t. Sed Don. ratio f expeditißima. Aliter Goth. in not. d. l. 1. C. Qui admitti f ita & Goth. in not. l. 6. §. 1. h. t. Diff. Duar. h. t. c. 4. volens rogari prius & admoneri patrem debere. g sit sic discrimen in eo est, inter seruum & filiumfam. Nam seruus potest quidem cogi à domino vt adeat, sed si omnino nolit, eaque sit obstinatione, vt nimis quidem vili adduci possit, domino hereditas non acquiratur per l. 21. C. de l. delib. Vigl. in §. 1. vers. alienus quoque seru. l. de her. inst. n. 4. Duar. h. t. c. 4. † Quid de monacho? Filio comparandus. Nec potest non esse audiens iussui, contra professionem obedientiæ. Monasterium itaque, si is recuset, adire potest. Vigl. d. lo. num. 5. Diff. Gouean. ad rubr. D. de vulg. n. 21. vid de eo variè distinguens. Alex. Trentacinq. de substit. p. 1. c. 7. n. 3. & seq. h. P. Fab. ad l. 76. de R. l. hac dubitatione non æquè, vt illa destinationem animi impediri. Sufficere namque quod sit hereditas, quæ adiri possit, quam quis velit acquirere, eamque esse non dubitet.

CAPVT VII.

Repudiatio hereditatis.

VBi condiciones concurrunt, hereditas pro voluntate acquiritur vel admittitur. a AMITTITVR AVTEM HEREDITAS VOLENTIBVS, nam quomodo nolentibus vid. s. c. 4. SILENTIO, si neque agnoscat, b neque repudiet, b cuius vis vt pro eo tempore non sit heres, non verò vt ius acquirendi amittat l. 9. C. de l. delib. ET REPUDIATIONE, sic frequentius vsurpatur, l. 13. & seqq. h. t. Dicitur & omitti l. 60. prætermitti l. 59. c recusari l. 95. h. t. e Repudiare est nolle hereditatem ad se pertinere d. l. 60. QVÆ, vt est in d. l. 95. DECLARATVR VERBIS VEL RE, id est, facto l. 4. Pro soc. l. 2. de pact. vti. Si scriptus heres, qui idem ab intestato futurus repudiavit legitimam hereditatem, re & facto censetur repudiasse testamentariam l. nec is 17. §. 1. l. illud 77. h. vbi ratio, quia videlicet legitimam prius locus fieri nequit, nisi remota testamentaria l. 39. h. t. Qui igitur vult consequens, etiam ea sine quibus ad id perueniri non potest. 2. Si is qui rescisso testamento potuit ab intestato succedere, egit quid cum scripto, quod non potuit vtiliter, nisi cum heredem agnosceret, vt si emitres, conduxit prædial. §. ponas 23. §. 1. de d. inoff. res. d VEL ALIO INDICIO VOLUNTATIS d. l. 95. Scripto videlicet, & nutu, vt si nutus annuat. Effectus. Amissio hereditatis l. 13. pr. h. id est, spei eius obtinendæ l. 4. C. de repud. her. vt postea acquirere nequeat. Exc. i. nisi rogatus sit alij restituere, vbi adhuc cogitur adire. vid. infr. c. 22. 2. In minoribus, qui in integram restitui possunt l. 1. & 2. C. si vt omis. her. vel bon. e poss. e Eadem obtinent in bon. possessione, quæ licet petenda apud magistratum vid. infr. c. 14. repudiari tamen nuda voluntate potest §. 5. l. de bon. poss. l. 1. §. 6. & 10. de success. ed.

NOTATA.

a Quibus casibus, & ex quibus causis aditio non valet, iis nec repudiatio, Cuiac. 1. ad Afric. ad l. 46. h. t. Et eadem sunt condiciones in omissione quæ inquisitione s. c. 4. lit. A. Duar. h. t. c. 8. Nondum igitur delata repudiari nequit l. 4. h. t. Excipit Duar. d. c. 8. nisi magistratus auctoritas accedat, si rogatus, institutus sub conditione, an velit heres esse. quando existit iura conditio, neget. † Videat tamen & hæc differentia. Adiens pro parte filii solidum acquirat: Repudians partem regulariter nihil agit, l. 76. h. t. Duar. h. t. c. 10. † Quid an hereditas pupillaris possit acquiri, & paterna repudiari? Neg. in l. 20. C. de l. delib. Ratio quia per immixtionem pupilli confusa sunt bona patris cum pupillaribus, & vnum effectum patrimonium, Duar. d. c. 10. qui & c. 6. f. 460. & seqq. filium non

posse repudiare hereditatem paternam retenta legitima, & Vaud. 2. q. 18. de quo forte alibi b Huiusmodi non agnosco, & somnus hic nostro obrepisse videtur. Neque enim hic effectus est vltio tempore, quem ipse Don. h. cap. ponit. Silentio non fit vt quidquam amittat, sed vt nondum acquirat. Et quid hoc est? Amittit vt interim non sit heres. Si verè amitteret nec postea fieri posset. c Cuiac. tamen in Pat. h. t. & ad l. 3. de R. l. differre hæc ostendit: Repudiatio fit sollemniter iure l. 4. C. de rep. her. Recusatio quoquo modo & iure, l. 95. h. t. l. 6. ad Treb. Repudiat solus heres. Recusat etiam fideicommissarius l. 16. §. 4. ad Treb. Filiusfam. recusare & nolle adire potest l. 3. C. de her. inst. repudiando nihil agit, l. 13. §. vlt. h. t. † Gouean. 2. var. lect. 25. Repudiationem esse actum contrarium aditioni, & quemadmodum qui adibat certa verba præferbat, ita & repudiante per l. seruus 58. Sol. matrim. † P. Fab. 2. Semestr. 23. p. 347. Repudiationem esse actum legitimum, & à recusatone differre, quæ & ab absentibus ac per epistolam fieri potest l. 6. pr. ad Treb. d Sed hic, si verè & ex actè rem expendimus, non est vera repudiatio, neque amittitur hereditas delata, aut spes delata acquirendæ, sed spes deferendæ intercluditur. Hereditas enim iam adita est à scripto, nec prius deseruit exheredato ab intestato, quam per querelam testam. euersum fuerit, & res ad intestati causam redierit. e l. 24. §. 2. de min. quæ de extraneo accipienda est, e non suo vid. not. s. c. 2. lit. Aa.

CAPVT VIII.

Aditio & pro herede gestio.

ACQUIRITVR HEREDITAS EXTRANEÛ A ANIMO §. vlt. l. h. t. nec inuito l. 3. §. 3. de bo. poss. b solo regulariter, accedente auctoritate magistratus in bon. poss. infr. c. 14. & aditione libertatis conseruand. causa. DECLARATO VEL NVDA, aperta tamen, TESTATIONE, c QVÆ ADITIO EST, VEL CRE ET FACTO: PRO HEREDE GESTIO. Quæ duo genera distincta, d d. §. vlt. l. 69. h. t. l. 19. C. d. de l. delib. l. 14. §. 8. de relig. & maxime in l. 25. §. 7. h. t. (vbi hæc ipsa ambiendi causa, quæ aliàs nulla fuisse, quia hæc facta diuersa. Ratio autem decid. ibidem, quia habent eundem effectum ac finem, qui solus propostus patri mandanti) non quidem proprietate vocis. Adire enim est ad hereditatem ire e vel accedere per l. vlt. & h. t. l. 3. C. de iur. delib. & pro herede gerere est facere aliquid quo quis videatur heres. Quia autem verbis restatur &c. facit sit heres. Sed vti veterum, non promiscuè hæc vsurpantium. Quibus adire est nuda voluntatis, & apertam professionem habet. f Pro herede gerere solius facti & administrationis, vnde animus heredis colligitur. NEC DVOBVS HIS PLVRA GENERA. g Cretio enim, cuius mentio in l. cretionum 7. de g. tur. delib. Vlpian. tit. 22. §. 27. & seqq. fuit aditio illis temporibus sollemnis, h cuius ritus sublata d. l. 17. Nam si ab Vlpian. d. tit. 22. §. 25. opponitur pro herede gestio, & aditionem eam fuisse formula ipsius declarat. d. tit. 22. §. 28. dicta per metaph. non minùs quam aditio quod qui adit animo accedat ac cernat hereditatem. i Non igitur ipsa cretio, quæ cum aditione eadem, i sed eius sollemnitas sublata d. l. 17. effectumque 1. vt iustus testamento hereditatem cernere possit & pro herede gerendo acquirere, cōtra quam olim d. tit. 22. §. 32. 2. Vt sine cretione institutus possit cernere & adire. 3. Vt nuda testatio, aperta tamen, sufficiat, nec sollemnis formula requiratur. Eadem igitur sunt cretio & aditio, & nomen vtrumque conueniens, licet cretionis post sublatos ritus illius, exoleuit & minus frequentatum est. Falluntur igitur qui quinque modos acquir. hereditatis tradunt. k Cretionem, aditionem, pro herede gestionem, immixtionem & agnitionem. Nam immixtio est suorum heredum, non acquisitio, sed retentio, vt postea nequeant abstinere. Agnitio non est diuersa ab aditione l. 1. & 2. C. de l. delib. Nec quia ver-

bum diuersum ideo & res. Cur non enim hic scituli ad-
dunt, ceu diuersos modos amplexum hereditatis l.
40. in fi. h. t. l. 4. t. in fi. de bon. lib. admiffionem l. 6. §. 3. h.
l. 20. in fi. C. de l. delib. (in quibus vocibus metaphora est
ducta ab amicis, quasi hereditas vtro ad nos veniat,
& ita eam agnoscamus, amplectamur, admittimus.
Sic C. 2. de Inuent. De hereditate quæ pupillo venit,
&c. & pro Roscio, ad quem morte Roscij diuitiæ ven-
erunt Terent. in Andr. act. 4. sc. 6. Eius morte ea ad me le-
ge redierunt. in Andr. act. 4. sc. 6. Eius morte ea ad me le-
ge redierunt. in Andr. act. 4. sc. 6. Eius morte ea ad me le-
(in qua voce metaph. est, ab oneribus, quæ in humeros
tollimus & recipimus, propter onera quæ subiti di-
cuntur l. 38. h. t.) QVIBVS AVTEM REBVS ET
FACTIS QVIS PRO HEREDE GERAT, non omnino
expeditum est, quod ea res non tam sit facti quam a-
nimi l. 20. pr. h. t. id est, non est facti solius ab animo
separati; Non tam æstimandū hoc est ex facto, quam
ex animo, seu non tam quid factum, quam quo ani-
mo factum sit, spectatur. Aliàs etiam quæ animi sunt,
facti sunt, quia velle est facere & voluntas facti per l. 7.
§. vlt. de Cur. fur. de eo autem sc habendum. Quædam
facere nequit gerens citra nomen & ius heredis l. 20.
§. 4. h. t. & in hoc res expedita, vt si conditionis imple-
dæ causa danda heredi, acceperit. d. §. 4. Quædam
potest facere etsi heres non sit. Et hiæ numquam præ-
sumitur animus. Exempla d. l. 20. §. 2. & 3. Quædam
media sunt, vt quæ geruntur in rebus hereditariis, aut
quæ tales esse putantur l. gerit 88. h. t. & sunt trium ge-
nerum. 1. Quæ quis potest facere, etsi non heres, sed
inutiliter ac sine effectu vt manumissio serui. Potest
enim & qui dominus non est de facto manumittere.
Et hæc si simpliciter fecit, censetur gerere pro herede
l. 42. §. 2. h. t. Creditur enim seruo egisse nec fuisse per
l. 21. de reb. dub. l. 109. prim. de leg. 1. E. per t. t. C. de his qui à
non dom. man. Nec obstat l. 1. C. de l. delib. Nam non ibi
habetur quod filia manumittendo pro herede non
habuerit, sed quod per eam gestionem non adquisierit
bon. possess. impetrandam à magistratu. (hic & infr.
n. c. 14.) 2. Quæ vtiliter etiam non heres gerit, ve-
rùm non iure suo, vt sunt distractio rerum, adium lo-
cario, fructuum perceptio. Et hic quoque gerere pro
herede videtur, quod probat d. l. 20. §. 1. vers. seruos ibi
si non vt heres, sed vt custodiendū aut putauit sua. Aliud igitur
si non fecit animo custodiendi, nec putauit sua, quia
exceptio conuincit regulam esse contrariam. Idem
probat l. 1. C. de repud. her. Licet enim hæc etiam non
heres peragere possit, & cum effectu, cum & rei alie-
næ venditio consistat &c. tamen id nullo iure facit, sed
tenetur expilata hereditatis. Coniectura autem sumi-
tur, quod potius suo iure id fecerit si potuit l. merito 51.
D. Proloc. 3. Quæ etiam iure suo facere potest, qui he-
res non est, sed non suo nomine, vt si agros colat, æ-
des reficiat, familiam alat, debita hereditaria exsol-
uat. (Facere enim hæc quiuis potest alterius nomine,
cei negociorum gestor.) Atque hæc quoque si simpli-
citer fecit, idem iuris est d. l. 20. §. 1. vers. seruos h. t. l. 2. C.
de l. delib. Coniecturâ sumpta ex affectu hominum
communi, quod quilibet sibi bene esse malit quam al-
teri l. 4. de solut. Sed hæc ita in re dubiâ. Excip. nisi de-
prehendatur animus gerentis contrarius, quem pate-
faciunt. 1. Amotio rei, ° si rem quam distinxit, prius
clam subduxit. Admissum enim contrariam volunta-
tem declarat l. 21. pr. h. t. Contraria enim sunt vt frau-
dulenter, & vt iure suo iure, quod facit gerens
pro herede. 2. Venia distrahendi impetrata d. l. 20. §. 1.
vers. seruos ibi aut dum deliberat quid fecit inuit. l. 5. de l. de-
lib. 3. Error rem alio iure suam, esse putans d. l. 20.
p. §. 1. l. 87. h. t. 4. Aperta testatio, P si profiteatur se nolle
gerere animo heredis, sed vt negocia hereditaria ad-

ministraret vel extraneus d. l. 20. §. 1. h. t. l. 14. §. vlt. que
8. de relig. & sumpt. fun.

N O T A T A.

a Sui enim verè non acquirunt, sed sese immiscunt (con-
fer. s. dictas, c. 2. lit. R.) nec fieri dicuntur heredes, sed existe-
re, id est, apparere l. vltim. §. fin. verò 2. C. de Cur. fur. & vt
Theoph. in pr. l. de bonor. possess. de qua vlt. Hinc non furari
dicuntur vel expilare hereditatem, sed amouere l. 71. §. 4. &
§. 99. h. t. Cuiac. in l. 11. de lib. & posth. b. cum voluntarius vocer-
tur vid. s. c. 3. lit. A. Quid igitur si meru coactus quis adit?
Heres efficitur, quia coactus voluit, sed restituitur per præ-
torem datâ abstinendi potestate l. 21. §. 5. Quod met. ca. l. 85.
h. t. Obiic. l. 6. §. vlt. h. t. ex verbo fallens. Adit enim ibi
nihil minus in animo habens quam vt adiret. A. Fab. ad d. l.
21. §. 5. simulans se assentiri ac non inuitum facere Cuiac. ad
l. 4. de R. I. Atque ita non ibi est coacta voluntas hereditatis
habendæ, sed fallax simulata ac nulla. Cuiac. 16. obs. vlt. vid.
& Duar. h. t. c. 6. §. 457. P. Fab. ad l. 3. §. 3. de R. I. & Pac. 2. q.
67. c. Et pura. Dici enim vel conditionis adiectione aditio
vitiatur l. 77. de R. I. l. 5. §. vlt. h. t. Voluntas enim in diem aut
sub conditione concepta certa non est, qualem aditio exigit.
Obstat l. primo 23. D. Quæ in fraud. cred. in verbis: câ
conditione adierunt hereditatem. W. Hot. ill. q. 34. conditionem
illic denotare potest, quia cum creditoribus, vt & cum le-
gataris l. 73. in fi. pr. ad l. Falc. pacifici licet vt minus iis preste-
retur. Et P. Fab. ad d. l. 77. pag. m. 346 vel ideo non vi-
tari aditionem in d. l. 23. quia auctoritate Præsidis Provin-
ciæ ex consensu creditorum facta; & potius aditionem ibi
purè factam, de eo autem contentum heredi cum credito-
ribus, vt pars eis dumtaxat præstaretur. Non autem ne-
cesse est vt verbis testatio declararetur, quia & mutus adire
potest l. 5. quæ tamen de gestione pro herede loquitur l. 93.
§. 1. h. t. si scil. intellectum habeat, quo si careat, dandus est ei
curator, qui eius nomine l. 65. §. 3. ad Trebell. ita Duar. h. t.
c. 4. fol. 448. & P. Greg. 4. §. 4. Syn. 4. n. 14. Sed Gouean. 1. var.
lect. 25. num. 2. In aditione verba esse necessaria. Mutum pro
herede gerere d. l. 5. non verò adire posse. Infans, ait, gerere
pro herede potest l. 65. §. 3. ad Trebell. adire nequit. l. 9. ibi si
fari possit h. t. a vid. Pau. 2. q. 25. Duar. h. t. c. 3. Diff. P. Greg.
46. Syn. 4. & Althuf. 1. iurispr. 17. volens hodie sublati cer-
tionum sollempnibus nihil inter aditionem & gestionem in-
teresse, sed malè, e vel aditum in eam ferre l. 28. §. pen. cir. fi.
ibi aditus est ad hereditatem delib. & posth. Cuiac. 7. ob. 18.
Quid si quis dicat non displicere sibi hereditatem? Quidam
putant adire, arg. l. 4. §. 5. C. de arbit. Contra Duar. h. t. c. 3.
f. 342. quia non displicere medium est, vt non nolle, inter vel
le & nolle, confer. not. s. c. 4. lit. A. G. Consentit nostro P. Fab.
2. Semestr. 22. tradens acquiri suis, non perimmiffionem, sed
ipso iure, extraneis agnitione, id est, aut pro herede gestio-
ne aut aditione seu cretione h. De cuius sollempnibus vid.
Duar. 2. dist. 41. Forst. 2. de success. 19. Rau. de aut. prud. c. 8.
vbi scribit per cretione omnes omnino hereditatis aditio-
nes intellexisse probatos auctores. P. Fab. 2. Semestr. 22. p.
328. veteres glossas indicare scribit cretione esse eandem
cum aditione, & locum quemdam (Cornificij siue quisquis
auctor est) 4. Rhet. ad Herenn. f. Festus lib. 3. f. m. 1208. Creui
modo significat hereditatem adij, &c. Et pluribus hoc firmat
P. Gregor. 46. Syn. 2. num. 6. f. Dissent. Cuiac. in Par. h. t. &
7. obs. 18. differentiam inter aditionem & cretioneem fla-
tuens, cuius tamen vtriusque Symbolum fuerit digitorum
percussio. i. P. Fab. d. c. 22. p. 326. Cretione dictam vult,
quod velut in rem præsentem veniatur ac coram testibus a-
deatur & aspicatur hereditas. f. Cuiac. d. c. 18. cernere dici
quali decernere, per l. 9. l. 13. §. pen. h. t. & Cuiac. in Par. h. t. l.
& Althuf. 1. iurispr. 17. Sed rectè noster. l. vid. Duar. h. t. c. 4. l.
f. 446. P. Fab. ad l. 6. de R. Gail. 2. obs. 129. n. 5. m In exemplo
tamen d. §. 4. disting. Si accipiens solus scriptus, vt tum vi-
deatur pro herede gessisse, quia non aliter statu libero liber-
tatis competere potest, (& ita apparet speciem d. §. 4. ma-
ximè causam decid. habere in fauore libertatis.) Sin verò
ei coheres datus, secus, quia libertatis datio confirmabitur
aditione coheredis, Duar. h. t. c. 3. vbi varia exempla pro
herede gestionis explicat. Q An Heres implens conditio-
nem, sub qua institutus, eo ipso censetur pro herede gere-
re? Exempl. gr. Mæuius scriptus, si 10. Lucio daret. Dat
10. Negat Duar. de cond. inst. c. 5. §. 46. & h. t. de acq. her. c. 33.
f. 441. per l. 13. de cond. inst. Aliud autem esse in suo herede,
qui parendo conditioni se videatur immiscere, l. 86. de her.
inst. Non puto aliud esse, sed distingui debere, an condi-
tionem impleat animo aduendi vel immiscendi l. 62. ibi si vt
heres iurauerit h. t. vid. Pac. 3. q. 91. & A. Fab. 31. de rr
prag. 8.

n prag. 8. n Rectè, licet vulgò inter filium suum, de quo d. l. 42.
§. 2. & emancipatum, de quo d. l. 1. loquitur distinguat
Gorb. in not. d. l. 1. o Duar. d. c. 3. aliud esse in suo herede,
qui amouendo sese immiscet l. 71. §. 3. & §. 99. h. t. Verum non
ita est, sed obstringitur oneribus hereditariis, non ob immix-
tionem, sed ob defectum alterius conditionis, sub qua con-
ceditur abstinentionis beneficium vid. supr. c. 2. lit. v. p. vid.
Zaan. rer. quorid. c. 43.

C A P V T I X.

Acquisitio furios, impuberis, infantis, &c.

ANIMVS IGTVR CAVSSA ACQVIRENDÆ
HEREDITATIS. Nec facta, quæ superiori cap.
requiruntur, nisi ad eum ostendendum. Numquam
autem siue animi destinatione. Quare FVRIOSVS,
quia planè velle nequit l. 40. de R. I. HEREDITATEM
NON POTES ACQVIRERE l. furiosus 63. h. t. & nequi-
dem curatore auctore l. 5. de R. I. Prius enim esset vt
quid ipse gerat, quam curator gestum comprober. l. 3.
de aut. tur. Potest quidem curator hereditatem ad-
mittere, sed hæcenus, vt quamdiu viuunt in furore, qui
in curâ est, administrat. Si verò respuerit & repudiet
vel furens, ad eos reuertitur hereditas, ad quos, fu-
rioso remoto, perentura erat l. pl. §. 2. l. 7. & 2. seqq.
C. de Cur. fur. JMVRES INFANTE MAIOR SOLVS,
acquirere, nequit, quia animi destinatio in eam æta-
tem non cadit, l. 9. h. t. POTES autem CONSEN-
TIENTE PATRE, si in eius potestate, [siue patri acqui-
bit l. 8. §. 1. h. t. Non enim ipse sed pater, cui acquirit, obli-
gatur, & sic non obit. l. vlt. §. 2. D. de V. O. siue sibi vt in
l. si infanti 18. §. vlt. C. de Iur. delib. At obligari nequit
pupillus consentiente patre d. l. vlt. §. 2. 2. Quoad aduentitiam
hereditatem hodie ab illa regula discessum est. Obligat quidem
se ad eum pupillus, sed per consequentiam. Principaliter verò
de commodis agitur, que ob exiguum onus non debent omitti.
Nam si damnoſa erit hereditas, postquam adoleuerit & sui iuris
factus impuber, restituetur in integrum, l. vlt. §. vlt. C. de
bon. quæ lib. Hæc Donell. noſter ad d. l. vlt. §. 2. de
V. O. n. 7.] VEL, si sui iuris, VT TURE AVCTORE l. 5.
& l. 18. §. vlt. C. de Iur. delib. etsi is honorarius l. 49. h. t.
VEL, si tutore careat, PRÆTORIS DECRETO
d. l. 18. §. vlt. l. 7. C. Qui admittit. Semper tamen & ip-
sius impuberis voluntas necessaria d. l. 5. de Iur. delib.
DE INFANTE, id est, septem annis minore d
SINGVLARE, ius constitutione Theod. d. l. 18. C. de Iur.
edlib. e tum in acquirenda hereditate, ne actus eius re-
quiratur, & vt parens masculus, proximi gradus licet
in potestate non habeat, vel, si parens desit, tutor
possit infantis nomine adire hereditatem vel bono-
rum possess. petere, ita vt hereditas pleno iure acqui-
ratur atque ad infantis heredes transmittatur. tum in
transmittendâ, vt etsi nemo eius nomine adierit, tamen,
sistam ad patrem, hereditas illa transferatur. Extra
vnum hunc casum perpetuum est hereditatem extra-
neo, neque per procuratorem acquiri l. 90. h. t. iuxta
frulg. lect. f. Itaque statui necesse est. Quia aut manda-
datum is habuit ad eundem, & heres perse, illo ipso fa-
cto, mandando scil. acquisiuit §. vlt. l. h. t. l. 88. h. t. So-
lus enim animus sufficit, modo appareat. Non igitur
expectandum aliquod factum procuratoris: Aut non
habuit & nec potuit ignoranti acquirere: aut ratam
habuit heres aditionem sui procuratoris, & iterum
suo facto, seu testatione acquiri. Nec per curatorem,
vt habent Florentini Pandectæ in d. l. 90. Merito quia
nec per tutorem, & Tutor namque non acquiri pu-
pillo sine eius voluntate l. 5. C. de l. de lib. Et aliud est per
tutorem acquiri, aliud tutore auctore. Pupillus enim
nihilominus per se acquiri, arg. l. 79. h. t. Et quidem

solus animus sufficit ad acquisitionem, modo nihil ex-
trinsecus interueniens eum impediatur, vt si se obligare
non possit. Quare qui sub tutelâ curæ sunt non nisi
auctoritate eorum à quibus reguntur, vt pupilli ado-
lescentes, vid. sup. cap. 6. prodigi. h. Et filiam. ac serui h
non nisi iussu præcedente d. cap. 6. qui ab auctoritate
tutoris & in eo differt, quod ea perfectio negotio in-
terponitur, de quo sup. lib. 3. c. 13. lit. G.

N O T A T A.

a l. 47. in fi. h. t. nec sensum habet l. 22. §. 7. Sol. marr. à
vid. Hot. 4. obser. 6. P. Fab. ad l. 5. de R. l. p. 42. & seq. Quæ
de furiosis iure disposita, quæque illis denegata scitè con-
gessit, Goth. ad l. 13. §. 1. de off. pras. b. Quæ §. loquitur de b
impubere, qui ipse heres scriptus in testamento extranei,
vel ab intestato matri. Nam filius patris nomine adire ne-
quit. P. Fab. 2. Semestr. 22. pag. 327. c. Obs. l. 4. de aut.
tur. Duar. h. t. c. 4. §. 2. in d. l. 49. h. t. refert tantum opinio-
nem, quæ in d. l. 4. reproberetur. Responso hæc non soluit,
sed destruit antinomiam. Azo. ref. Goth. in not. d. l. 4. vult.
in d. l. 4. interdicitam fuisse à prætoris administrationem tu-
tori honorario, & ita etiam Pac. §. 9. 79. distinguit inter tu-
torem qui gerere possit d. l. 49. & qui prohibetur d. l. 4. Sed
durum hoc ac verbis ll. vix conueniens, redditurque sic spe-
cies d. l. 4. omni dubio careas. f. Goth. d. loco post Cuiac. 4.
ad Afric. ad d. l. 49. diuersam esse rationem traditionis d. l. 4.
quæ facti potius est quam animi, & aditionis d. l. 49. quæ
animi potius quam facti. Tricæ hæc rem impediunt magis
quam expediunt. Non traditio tantum nulla in d. l. 4. sed &
venditio, quæ non minus animi est. Forte hæc verior ratio
quia in d. l. 4. agitur de deminuendo in d. l. 49. h. t. de acqui-
rendo. Et non ideo administrat consentum aditioni præbens,
sed hereditas acquisita alterius curatoris administrationi
subiicitur. d. Definitio infantis uadita in d. l. 18. §. 4. Et
consentitur. l. 1. §. 2. de admin. tur. vbi qui supra septimum
annum a ratu, & opponuntur iis qui fari non possunt, &
l. 14. de pof. Cuiac. de præscr. cap. 25. Vult. 1. iurispr. 4.
num. 24. Menoch. 2. de arbit. ca. 57. num. 9. & 17. Neque hæc
descriptionem quicquam ante hac vnquam, opinor, in con-
tentionem vocauit. Quam tamen prius A. Fab. 1. iurispr.
12. princ. 6. illat. 8. pag. 813. & seq. subuertere in casum labor-
rat. Is scribit infantem esse qui fari non potest, seu loquelæ
impos adhuc, siue septem annis minor sit siue maior. Et
quando in ll. habetur eum qui fari potest hereditatem adire
posse, l. 9. h. t. & similia, ad intelligendum esse, est sex vel
quinque annis minor sit, modo sermone articulo vtrac.
Infantem Iurisprudentiæ veteri dictum fuisse, qui loqui non-
dum potuerit, non qui septennio minor aperit h. quere ex l. 3.
Cod. Qui admittit ad bon. poss. Nullius honestatis rationem
hic exigere infantis, æquè vti pubertati, certos annos
statui, sed hoc ex reipâ, sine vllò incommodo, æsti-
mari posse. f. Primum (6 miserum) Tribonianum inuitâ
iurisprudentiâ hanc definitionem inuexisse in consuet.
Theodof. d. l. 18. C. de l. delib. Ab eodem responsa prudentum
in d. l. 1. §. 2. & d. l. 14. deprauata esse. f. Sed nimio innouan-
di. insectandi que miserum & sæpius innocentem Tribonia-
num (qui plus hodie à malleo Fabri, quam quondam Pri-
scianus à manibus barbarorum, vapular) præcepit igitur
vir aliàs accuratissimus & bene de legitima scientia meritus.
Qui tamen meliùs mereri posset, si omne studium, quod ma-
gnam partem ad impugnandum ius Iustinian. conferat, ad
tendendum & honorem eius afferendum ei conferre liberet.
Videretur sanè Fabri opinio origini vocis inniti. Fateretur, verba
sunt Varronis lib. 5. de Ling. Lat. f. m. 1145. qui primum homo
significabilem ore emittit vocem. Ab eo antequam ita facti
pueri dicuntur infantes; cum id faciunt iam fari. Creber-
rimè autem nostri ita circumferuntur infantes, qui fari noia
possunt, vel eos illis qui fari possunt opponunt d. l. 1. §. 2. de
admin. tur. d. l. 9. h. t. l. 70. de V. Obl. 6. Rem pup. sal. fol. 5. de
R. l. 1. 26. C. de donat. Sed si hunc primum verbi vltim secta-
ris, non iam ferè lexenes, ceu ponit Faber, aut quinquen-
nes, sed annuiculi ac biennes plerique, quos dimidiata ver-
ba (vt loquitur Arnob. lib. 8.) tentare quoridie audimus.
infantes non erunt, de què iis folis ll. quæ affectum, sensum,
consilium infantibus esse negant, accipienda. Contra autem
mutus erit perpetuò infans, quod nec iuris nec loquendi
vsus admittit. Quod si eum, infantem esse contendit Faber,
qui pleno & perfecto sermone vsu defuitur, & iam fua-
damento illo suo à vocis typo sumpto, deficient, & cã
ratione adhuc inutos infantibus acceſſerit, eosque vt &
omnes qui voces articulatè efferre conueniunt, quique vel

cod. Cuiac. d. lo. Pithoe. in not. tit. 16. coll. II. Mosaic pag. 117. Giffar. in d. l. 23. de acq. poss. num. 12. Radulf. Forner. 2. ver. quotid. 25. ostendens non raro: quorum alterum sine altero esse nequit, confundi. Sicuri ferunt. vocantur prædia l. 86. de P. S. † Aliter Am. Fab. 1. Jurispr. 2. pr. 5. ill. 3. pag. 52. quod verborum d. l. 30. quia possessio etc. hic fit sensus: Tempora possessionis defuncti iunguntur temporibus possessionis heredis, vt ei non necesse sit nouam vscapionem inchoare l. 13. §. 1. & seqq. de acq. possess. Non autem vt instantia possessionum defuncti & heredis seiungantur, quasi vna fuerit possessio, iam inde ab instanti mortis translata, & quasi quoad possess. causam numquam hereditas iacuisse videatur. Idem tamen aliter i. Jurispr. 6. princ. 5. ill. 9. & in rational. ad d. l. 30. possessionem illic significare non actum possidendi, sed ius possessionis. † Quamuis autem huic iuri conseruato Gallia. le mort saist le vis. Tiraq. in eo tract. & Belgij de doode' erst den leuante Cur. 1. con. ad fr. 6. contraria sit, in terris tamen imperij obseruari, & secundum in supremo Tribunali responderi testis est, Gail. 2. obf. 129. & obf. 152. Fas tamen est heredi possessionem propria auctoritate nancisci, si ea vacet, sin minus ad eundem iudex, vbi remedium est l. vlt. C. de ed. D. Adr. toll. vid. Parlador. 2. ver. quotid. 5. d. vid. Duar. h. t. c. 6. Moller. 5. Semestr. diff. 58. e. Sic si solutio collata est in aliquem, non potest eius heredi fieri l. 55. de V. O. Factum autem hic distinguitur à iure, non à datione. Nam immò obligaciones quæ in faciendo transeunt ad heredes vid. nor. j. lib. 12. c. 20. f. vt nullum factum, vel diuisio heredum inter sese requiritur, nec in excise. iudicium nomina veniant vid. Mer. g. cer. 2. opin. 25. g. l. 28. §. vlt. de stip. seru. l. omnis 138. pr. de R. I. Vulgò. Additionem retrahit ad tempus mortis, & tempus mortis cum tempore aditionis continuari. Duar. h. t. c. 6. Et ita dominium acquiritur non ex die aditionis, sed mortis. Quandoquomque enim adeat heres iam à die mortis adiuuato retrospicitur, propter necessariam dominij continuationem, quod medio tempore pro derelicto haberi, nec potest, nec debet A. Fab. 8. Coniect. 19.

C A P V T X I.

Incommoda Hereditatis

ET INCOMMODA TRIA I. ÆS ALIENVM, id est, quod debet hereditas. Æs enim alienum est quod nos alius; nostrum, quod nobis alij a debent l. 213. §. 1. de V. S. a SIVE A DEFUNCTO CONTRACTVM, & licet hereditas non sit soluendo, l. more 8. l. 20. §. 4. h. tit. l. 2. C. de hered. vend. §. 1. I. de perp. & temp. act. l. 3. pr. de bon. posses. Non tamen omnes actiones contra heredem, de §. r. vid. infr. lib. 15. c. 51. vt teneatur etiam vltra vires hereditarias d. l. 8. d. l. 3. pr. Neque hoc iniquum, quia subit locum & personam defuncti, cum quo eadem persona esse dicitur Nou. 48. in pr. b nisi tamen cum inuentarij beneficio adierit, vt supr. c. 3. Et si plures heredes sint, nec obligatio diuidua, tenentur omnes in solidum l. 2. §. 1. & seqq. de V. O. l. 25. §. 9. Fam. etc. Sin diuidua, vt pleræque, pro portionibus hereditariis l. 2. C. de hered. act. l. 26. C. de pact. l. 6. Cod. Fam. etc. non virilibus, nisi viriles partes habeant, nec pro modo emolumentum l. r. C. Si corr. pet. Ex. gr. Institutio in quadrante legatus est fundus, qui dodrantem emolumento continet. Non tenetur amplius quam pro quadrante. Quod enim vltra habet, habet iure legati; legatarij verò onera non agnoscunt l. vlt. C. de her. act. SIVE AB HEREDITATE IACENTE, & vel ex negociorum gestione l. 21. §. 1. de neg. gest. vel funeratione defuncti l. 12. l. 14. §. 13. de relig. Hinc funerarioria actio d. l. 12. §. 2. quæ datur aduersus heredem vel successorem l. 14. §. vlt. d. t. nisi mulier decesserit. Tunc enim si dos ad alium, quam ad quem hereditas, peruenit, ex dote & hereditate pro rata funeranda est l. 16. l. 22. & seqq. vbi hoc declaratur d. t. Quæ sit funerandis impensa est in l. 14. §. 3. & 6. d. t. e II. ONVS LEGATORVM ET FIDEICOMMISSORVM l. 2. C. de legat. l. 2. Cod. de hered. vendit. non tamen vlt.

tra vires hereditatis l. r. §. 17. ad Trebell. Ratio Differ. Defunctus creditoribus solidum debuit, etsi non soluendo fuit. Ergo & heres debet. Legata autem non debuit, sed illis voluntate suâ non se, sed heredem obstrinxit. Hactenus igitur illum obligare potest, quatenus in eum contulit. immò & Falcid. detrahit vid. lib. seq. c. 22. & seqq. sed nisi inuentarium omiserit supr. cap. 3. Et si plures heredes sint non æquè omnes, nec pro ratâ adstringuntur, sed à quibus & quatenus legatum est. Quod si simpliciter legatum sit, vel generali sermone. Quisquis heres erit io. dato, &c. iterum distinguitur: Si res indiuiduæ, singuli in solidum tenentur l. r. l. 1. §. pen. de leg. 3. sin diuiduæ in portiones hereditarias l. 124. de leg. 1. nisi appellata sint heredum nomina, vbi in viriles d. l. 124. & l. 24. ad SC. Treb. vid. infr. lib. 8. c. 29.

N O T A T A.

a Quia meorum & tuorum appellatione, etiam actiones continentur l. 19. de V. S. Hinc creditor cui soluitur suum recipere dicitur l. 44. de cond. indeb. quod tamen fieri per metonymiam vel per elipsis scribit Gail. in d. l. 91. num. 3. Æs autem sumitur pro quolibet nummo l. 59. de V. S. vid. Cuiac. 7. obf. 3. Gail. in d. l. 59. Sic Horat. 1. Epist. 7. quid distent ara lupinis, id est, verum aurum ab auro Comico, vt exponunt Muror. ibid. & Turneb. 1. adu. 15. b Quæ ratio & vulgò à Dd. redditur teste Valasco como 1. consulti. 52. num. 1. † Vult. in §. 5. l. de her. qual. n. 7. Volenti, ait, non fit iniuria. Potuit enim non adire vel abstinere. Nec tenetur, quia hereditatem accepit, sed quia accipiendo consensit in onera, & fidem suam voluntati defuncti accommodauit l. 3. §. vlt. & l. 4. D. Quib. ex ca. in poss. eat. P. Greg. 46. Syn. 5. num. 8. ideoque non tam ex defuncti, quam suo facto obligatur Am. Massa Gales. in tr. ad form. Cam lig. p. 2. q. 1. ad primam oblig. partem num. 4. & 5. Et aliàs quoque saepe homines in contrahendo decipiuntur l. 16. §. 2. de min. e De ritibus & impèssis feneibus Rom. vid. quæ ad 12. tab. fragm. norauit Goth. adde Foreat. d. dial. 1. Necyom. Mannr. lib. de l. Rom. p. 130. & seqq. Ram. ad l. 12. tab. c. 15. & 1. Coniect. 14. Lips. 1. Eleit. 19. De lugentium gestibus & vestium scissione in luctu P. Fab. 2. Semestr. 10. de antiquis Christianorum carimonis in luctu idem 3. Semestr. 13. vid. & Tessaur. decis. Peilem. 270. Fopp. ab Aezema 1. dissert. 17. & c.

C A P V T X I I.

Ius accrescendi.

VT IUS ACCRESCENDI. Ita vocant in l. 59. h. t. l. 3. §. vlt. de bo. poss. a Cui enim portio quæ sita est ei vacantes, quasi tractæ ab illâ, etiam nolenti accrescunt. Quæ necessitas b à duobus principiis iuris b iunctis oritur. 1. Pars semel quaesita repudiari nequit l. 4. C. de repud. her. 2. Nemo eiusdem hereditatis delatæ partem habere partem repudiare potest l. 1. & 2. h. t. l. 20. cir. fin. C. de l. delib. Quæ ratio & redditur in l. vn. §. 10. vers. & hoc nolentibus C. de cad. toll. e CUI LOCVS, e ET IN VNO AD HEREDITATEM VOCATO, vt si qui ex asse heres, ex parte assis adeat in assm sc. in solidum heres efficitur l. sex asse 10. l. 80. pr. h. t. a si d ue ex asse semel sit institutus, siue sapius ex diuersis partibus assis d. l. 80. pr. etsi ex aliis purè ex aliis sub conditione. Vt Mænius ex femisse vno purè scriptus, ex alio sub conditione: si nauis ex assis venerit. Si ex purâ institutione adeat, sit ex asse heres, etiam pendente conditione l. 52. §. vlt. h. t. l. 33. de hered. instit. vbi ratio, nisi in conditionalem partem habeat substitutum d. l. 52. §. vlt. quia hoc casu, si conditio deficiat, portio illa habet alium heredem, & Primus heres ne quidem in ea institutus fuisse intelligitur: e Aliud etî purè institutus ex pluribus partibus in quibusdam habeat substitutum d. l. 80. pr. f Tunc enim, quia omnes ei f statim delatæ sunt, vnam adeundo eodem accessionis iure omnes acquirit. Et siue per se heres existet siue per alium l. si ego 26. h. t. e T, ac potissimum quidem, IN

PLVRE

PLVREBUS VBI ACCRESCIT EI QVI SVAM PARTEM AGNOUIT l. vn. §. bis ita io. C. de cad. toll. l. 9. de suis & legit. l. 3. §. vlt. de bon. poss. & similit. AGNOUIT autem VEL VNVS, VBI REGVLA est in l. 53. §. vlt. h. t. d. l. vn. §. 10. QVI EX ALIQVA PARTE HERES ITITIT, etiam legitimus l. 9. de suis & legit. bonorum possessor, l. 3. §. vlt. de bon. poss. s fideicommissarius vniuersalis l. Papinianus 43. l. 79. ad Trebell. h quia habetur heredis loco l. 44. §. vlt. vers. sanè eod. & cui per alium hereditas quaesita, vt heres heredis d. l. 9. de suis & leg. i quia & is testatori heres l. vlt. C. de her. inst. i pater l. si ego 26 h. dominus: Et hinc est quod dicitur hic veluti aliuonem, portionem accrescere portioni non performæ l. 33. in fin. de Vfus. vid. infr. lib. 8. cap. 21. Non igitur ei qui partem suam non agnouit d. l. 9. d. §. 10. nec ei qui non mansit heres, vt fiduciarius, qui hereditatem alij restituit l. si totum 38. h. t. 1 PARTES DEFICIENTIS, qui vel ab initio non existit, m morte, nisi transmittatur ad heredes l. 19. Cod. de l. delib. l. vn. C. de hic qui ante apert. tab. n aut repudiatione extranei vel spe excidit, conditione institutionis deficiente, vel recessit se abstinento l. pen. & vlt. h. t. vel bonorum possessione tempore exclusus l. 4. de bon. poss. vel contra aditionem immixtionemve in integrum restitutus est, vbi tamen non inuito accrescit l. si minor 61. h. t. e ETIAM INVI TVS d. l. vn. §. 10. h. t. & hoc nolentibus, etc. p Ergo & igno rans l. heredi 31. hoc tit. ipso iure sine nouâ aditione leg. 86. in pr. & fin. hoc tit. siue ille, cuius portio accrescit prius quam hic adiret, defecerit siue postea. In suo tamen herede distinguitur: Si hic ante se abstinuit, postea coheres agnouit suam partem idem iuris est vt inuito accrescat, l. si duo 38. hoc tit. vbi ratio. Si verò is cui accrescit, prius agnouit, quam coheres abstineat, volenti tantum l. 55. hoc tit. Merito, quia nihil ei hic, vt in priori casu, imputari potest. Putant enim hereditatè esse diuisam, nec diuinare & præscire potuit abstentionem coheredis. q Accedit quod suus, numquam, ne abstinento quidè, deficit l. 7. §. 10. de min. l. 39. §. 10. de fideic. lib. & non verè est portio illius, sed patrimonium eius sit ipso iure. Denique abstentio, quæ est beneficium Prætoris, debet prodesse suo, non autem nocere alteri, l. 4. Cod. de Emancip. Nec tamen hic offendatur iuris regula l. 1. & 2. h. t. defertur ei, cui portio sui heredis abstinentis obuenerit, conditio vt aut totam hereditatem agnoscat, aut à totâ recedat d. leg. 55. h. t. atque ita per se repudiare non potuit partem agnitam, per portionem accrescentem id consequitur. Sed excip. nisi creditores dicant se contentos esse illius portione. Tunc enim repudiare nequit, quia præfatum incommodum regula iuris cessat ACCIPIT CVM SVO ONE RE, t aris alieni videlicet & legatorum ac fideicommissorum à deficiente relictorum d. l. vn. §. 10. vers. in his itaque.

N O T A T A.

a l. 17. §. 1. de hered. inst. l. 1. pr. & §. vltim. 3. pr. & §. 2. l. 6. §. 1. l. pen. de Vfus. accresc. Accrescere dicitur res quæ alteri accedit, l. insula 56. pr. de acq. de Sallust. in Cicor. Quid tibi litibus accreuerit. Duaren. libr. 1. de Iur. accresc. cap. 1. in fin. Iustin. in const. tanta §. pen. cir. fin. tertia pars mundi nobis accreuit. Ioan. Suen. lib. 1. de Iur. accresc. c. 1. Sic per alluionem dicitur fundo accrescere l. 1. C. de allu. in fin. Cum quâ hoc nostro iuri accrescere conuenit quod vtrouique ipso iure, sine facto hominis sit accessio; Suen. de Vfus. accresc. in pr. Suen. d. ca. 1. non verò, vt iidem, quod vtrouique incrementum latens. Neque enim vt alluio sensum per temporum interualla minimas particulas adicit, ita & ius accrescendi, sed quantum portio vacans deficit tota continud eodemque momento alteri accedit † Definitur à Cuiac. in Par. de Vfus. acc. & 5. ad Afric. in l. 36. §. vlt. de Vfus. Ius retinendæ vel nanciscendæ partis eius qui non concurrat, vel concurrere desit.

Ab eodem i2. obf. 12. Ius hereditatis vel legari integrum acc per concursum socij deminutum. Quod in legatis verum esse agnoscat, in hereditatibus autem falsum ostendit A. Fab. 50. err. pragmat. 4. † A. Vult. in §. vlt. I. de donat. num. 1. & 2. Iur. 77. Ius quo pars vacans credit & accrescit parti occupata: Cui definitioni addeuda putat. Ioan. Suen. libr. 1. cap. 4. p. 33. verba ad confirmandam hereditatem & voluntatem defuncti indiuiduam. Quidam loco generis modum acquisitionis ponunt, Suen. in de Vfus. acc. in pr. Quod rectè displicet Suenio. d. cap. 4. in fin. Sed nec illud probò quod Gail. in l. 23. de V. S. num. 5. dum modos acquir. I. Ciu. in vniuersum & particulares diuisit, ius accresc. particularib. accenset & à legato ac fideic. separat. Nam immò nec nouus hic, opinor, modus, aut separatus titulus, nec semper particularis. Sed cui sit accrescit, vel tit. Pro herede vel tit. Pro legato, &c. possidet non certè pro accreto. Nec pars accedens diuerso iure censerit debet à principali l. 5. de vulg. Quin & portio accrescens eadem actione petitur quâ adscripta Duar. l. 2. de l. acc. c. 4. Suen. l. 3. c. 2. cir. ff. † Alio autem longeuensius accrescitur in pr. l. de Exh. quando ex iure veteri, personis accrescebant ac heredum numerum angebat. Vp. ii. 22. §. 17. vbi scriptis hereditibus aliquid decrecebat. Vnde Theoph. ibid. vocat usque ad quædam, vid. Hor. ad d. pr. & 8. obf. 5. Borch. in d. pr. & in §. 1. de leg. b Rectè necessitas. Hæc enim ratio non tam b conuenit ad hoc quare accrescat, quam quare inuitis. Quod autem accrescat ex voluntate est testantis atque ratiâ scil. præsumpta substitutione l. 61. §. 1. verbis quâsi substitutus de leg. 2. Vsq. libr. 3. de success. progr. in præfat. num. 1. 2. 5. 12. & c. Nec tenuis hic tantû & obcura voluntatis suspitio, vt Duar. lib. 1. cap. 1. & ad tit. D. de acq. her. c. 6. f. 499. Nam testator eo ipso quod plures ad eand. rem vocat, ostendit malle se quidem omnes, quos coniunxit pariter rem pro genere coniunctionum, habere eo modo videl. quo possunt, non singuli in solidum, sed pro partibus indiuisis. Sed in calum quo aliqui dicerent, malle coniunctos, prout quisque coniunctus genere proprio, illorum partem acquirere, quam vel heredem vel omainodo diuinctos. Quanquam non ideo coniunctio efficiens causa huius iuris, quod velle videntur Duar. d. l. 1. cap. 1. Lor. ad l. 7. de l. sed verius instrumentalis Suen. d. lib. 1. cap. 4. p. 32. & seq. & lib. 2. cap. 1. p. 59. Originem huius iuris ad Consulatos mediæ Iurispudentiæ refert Suen. d. lib. 1. c. 3. Proficisci ex l. Papia. Duar. lib. 1. arg. l. 5. de vulg. vbi pars dicitur per legem vindicari, iunt. epigraphe legis, ante eam tamen in vsu fuisse. Sanè legem fuisse quæ hoc ius siue induxerit siue à prudentib. inductum confirmauerit probabilem puto. Nec ritè tamen inferat Duar. Si ex lege non ex iudicio testantis. Lex enim respexit ad probabilem coniecturam voluntatis defuncti ac legislatores permouit ratio voluntatis, eaque sola quidem in legatis ac fideicommissis, Vsq. d. nu. 2. (Quia enim ibi nulla necessitatis ratio cogit inducere ius accresc. præter vel contra voluntatem testantis, cum legatarj iuris successores non sint, & pars deficiens non incommodè heredem dominium habere possit, omne id astitmandum ex testantis voluntate, vt inter quos voluit esse, inter eos solos fit, vt rectè A. b. 49. err. pragmat. 1. & 4. licet inde quadam quæ minus probantur, inferat) coniuncta cum necessitate iuris in hereditatibus, per rationem vt lit. seq. Vnde apparet eum quaeritur an ius acc. vetare possit testator, in legatis quidem hoc expeditum esse, cum nihil impediat, in hereditatibus autem magis essent liceat, cum obtingat non tantum inuito heredi, sed etiâ inuito testatore. (tametsi si non veter, censetur eo volente) vid. Vsq. lib. 2. de success. creat. §. 3. num. 6. & §. 10. num. 91. & libr. 2. de success. progr. in præfat. num. 65. & lib. 3. præfat. num. 17. & seq. & §. 13. num. 100 & num. 105. Tractatus de subst. p. 1. cap. 15. num. 13. Duaren. libr. 2. de l. accresc. cap. 14. A. Fab. 40. err. pragmat. 1. Excipit Duaren. nisi per hoc non fiat testator ex parte intellectus. Dices. Hoc qui contingit in difficultè est. Fortè species sic ponenda: A & B. heres sunt, C. heres esto. Si A. deficiat, partem eius B. obuenerit nolo. Hic enim fiet vt C. qui re coniunctus præferatur B. mixtim coniuncto, propter dispositionem defuncti quæ seruanda, quoties saluâ ratione iuris potest. † Putat Gomez. 1. resol. 10. nu. 10. qui heredem vnum ex re certa instituit, posse cauere ne reliqua bona ad eum perueniant, per l. 9. §. 13. in fi. de her. inst. sed tunc reduci re ad causam intellecti. arg. l. 16. de cond. inst. ac legimos tenuerit illam rem quasi tacite rogatos restituere, scripto velut per fideicom. relictam. Quod rescillit A. v. ab. 15. err. pragmat. 7. e Ratio hæc genuina & proxima. cui inuitis accrescat. Cuius rationis ratio quoad hereditates (rectè Vsq. de lib. 3. de success. progr. in præfat. numer. 2. non eadem rationes adaptari posse omnibus casibus) non ineptè ponitur in leg 7. de R. I. Quam (sed ferè pro ratione proxima) adferunt, cum vulgò Dd. Mattheæ. libr. 2. de Vin iuris cap. 20. num. 12. Vsq. d. n. 1.

TREN.

Exentatino de subst. p. 1. c. 23. m. 2. iungit regulam illam. Ne eadem hereditas eodem tempore a personis diuersi gradus adiri possit. Et *P. Fab. ad d. l. 7.* Sed cum adæquata non sit, nec hereditatibus legitimis, quæ æquè apud hoc ius admittunt, nec conueniat, solidior est illa ac perfectior: Quia hereditas indiuidua est, nec defunctus pro parte repræsentari potest. Quam non primus inuenit *A. Fab. 49. err. prag. 1.* sed ante eum non tradidit tantum, sed & clarè exposuit *Duar. lib. 1. cap. 2.* Heres, inquit, fictione iuris eadem persona habetur, ac defunctum repræsentat quasi adhuc viuere intelligatur. Vti igitur non potest fingi aliquis in naturâ esse aut viuere pro parte tantum, ita nec repræsentari, cum fictiones naturam imitentur. Et *Gomez. 1. ref. 10. num. 27.* Repræsentatio non potest fieri pro parte, quia vt naturaliter non potest homo viuus esse pro parte, ita nec haberi per fictionem. Dices. At deficiente vno ex scriptis, heres legitimus eam partem agnosceat, ac pro eâ repræsentare potest. Itemque test. non conditio si ex pluribus legitimis vnus repudiat, sequens gradu. Resp. Repræsentatio, quæ vniformis esse debet, qualitates diuersas (succedendi ex testam. -vel ab intestato, gradus proximioris vel remotioris) non recipit vti nec homo viuus, *Gomez. d. lo.* Et vt persona secundum idem, & ad idem diuerso iure censeatur, sic nec hereditas repræsentens, sed eodem successione genere repræsentare debet *Suen. lib. 1. de l. accresc. cap. 2.* Quoad legata verò in casibus quibus inuitis accrescit ratio peti potest, ex iis qua *L. lib. 9. cap. 18. lit. C. d. Itemque si in re certâ vel quotâ hereditatis vnus scriptus, vbi omnia bona accrescunt si ex asse institutus esset.* Putat tamen *Gomez. 1. ref. 10. num. 9.* subtilius dici hic non esse ius accresc. sed institutionem vi sua extendi, vt videatur in omnibus institutus, *L. 1. §. 4. de her. inst. §. num. 17.* quando ex asse institutus adit ex parte, totum consequi non iure accresc. sed iure institutionis ex propria dispositione defuncti. Quia aditio quæ pro parte fieri nequit trahitur ad totum *L. 1. de acqu. her. Vsq. lib. 3. de success. progr. §. 23. num. 46. §. seq.* e Nam & aliâ substitutio iure accresc. potior *L. 2. §. pen. D. de bon. possess. sec. tab. cum substitutus magis enixa & expressa voluntate defuncti nitatur.* *Duar. lib. 2. de l. accresc. cap. 16. Suer. de Vsufr. accresc. part. 38. vid. Vsq. lib. 2. de success. progr. in pres. §. Gomez. 1. ref. 10. num. 20.* rationem, aliis relatis ac reiectis, reddidit quod defunctus debeat repræsentari in totum vniformiter & cum eadem qualitate. Gradus autem institutionis & substitutionis diuersi, &c. g etiam liberis delata bonorum possessione *L. vn. C. Quam non pet. part. de quo vid. Massin. ad d. l. vn. Don. noster ad eand. in op. post. Duar. lib. 1. de l. accresc. cap. 14. h vid. Peregrin. de fideicom. art. 9. Vsq. lib. 3. de success. progr. §. 23. num. 103. §. 1. h lib. cap. 26. lit. d. ac ibi not.)*

i Ius accresc. transit ad heredes, si Primus heres decessit portione sua adita *d. l. 9. Duar. l. 2. c. 6. l. vn. §. h. ita 10. vers. in his itaque in verbis etiam iam defuncti sint C. de Cad. toll. §. vlt. in §. 1. de SC. Orphit.* Ratio triplex affertur à *Gomez. 1. ref. 10. n. 35. 1.* Quia locus est rationi iuris accresc. quæ *S. lit. C. 1.* Quia ius accresc. respicit portionem aditam ac pars defecta illico solidatur; eiusdemque naturæ efficitur *L. 3. de Vsufr. licuti alluuiò vnit vnâ partem cum alia. 3.* Quia portio immediata ab ipsa lege delata transit ad heredes, licet non agnita per *L. dicto 13. §. ad heredes 4. de l. fisci.* Sed an hoc speciale in herede heredis legitimi ac diuersum in herede heredis scripti, post aditam suam portionem, ante delatam partem coheredis, defuncti. Quod arguere videtur *d. l. 9. de fuis & leg.* Sed qui exactè perpendit reperit aliam causam ibi constitui heredis scripti, non cuiusuis, sed qui coheredi substitutus, non quoad ius accresc. sed quoad ius substitutionis quæ pars coheredis velut alia quædam hereditas capitur, vt exponit *Cuias, 12. obs. 11. §. l. 65. l. 70. pr. de V. S. l. 194. de R. I.* quia cum repræsentatio ducit etiam adita hereditate, nec in secundo tertiove successore exstinguitur, *Cad. in d. l. 65. num. 1. vid. & Menoch. 4. presump. 70.* & quâdo dispositio loquens de herede, intelligatur de primo, quando ad vltiorem extendatur *Tiraq. tr. le mort saist. le vis. p. 2. dec. 5. tota. 1* Sed *Cuias. 11. obs. 13. d. leg. 83.* accipit de eo qui tacitam fidem accommodauit partis suæ incapaci restituendæ, cui Lex veluti indigno hereditatem eripit. Et ratio cur huic ius acc. negetur *A. Fab. 50. err. prag. §. pag. 1209.* quia qui legibus fraudem facere voluit, non potest à lege pro herede haberi in eo ipso, in quo fraudem facit. Quia ius accresc. ad emptorem hereditatis transeat. Quod tum per *d. l. 83. verba, quia rem non videtur habere,* tum aliis rationibus adstruit, *Duar. lib. 2. de l. accresc. cap. 6. Robr. 13. animad. 12. §. 3. ad not. Merc. 12. Vsq. 1. contr. vsu. freq. 14. num. 7. & 8.* Sed contra eos stat recepta aliorum opinio. *vid. Cuias. 12. obs. 12. §. 3. not. Merc. 10. Coras. ad l. c. 6. de Impub. subst. nu. 19. Gomez. 1. ref. 10. numer. 44. Vsq. à se dissentiens. lib. 3. de success. progr. §. 21. num. 63. &*

seqq. Forst. 1. de success. 42. num. 12. Bron. 2. aff. 59. Fach. 5. contr. 101. §. 10. contr. 69. A. Fab. 50. err. prag. §. 10. Suen. lib. 2. cap. 2. Rationes potiores, tum in *l. 2. §. 1. de her. vend. in fi.* tum quod hereditatis portio ipso iure manet apud hereditatem nec à persona illius separari potest, tum quod emptor nunquam à testatore coniunctus deficienti, tpm quod (ratio Valsquij) ius acc. etiam onus est obtinens inuito, nec tantum commodum. Quare vendendo id effigere non potest, qui partem suam adit. Reliqua ex auctoibus petantur. Facit huc quod ius accresc. vlt. voluntatibus proprium, nec locum inuenit in contractibus, vt melior pars interpp. *Duar. lib. cap. 15.* quia nullæ leges, quæ de iure accresc. loquuntur de contractibus, vti nec *l. vn. C. de cad. toll.* quæ de eo tota ex professo differt, & in contractibus imputandum est culpa alterius qui non sibi cauit apertus. Quod si cauerit, seruanda conuentio veluti *L. contractus. †* Et rationes tum quæ in hereditatibus, tum quæ in legatis, deficient. Immo & rationes iuris repugnant. Accrescit enim quod vni repudiatum aut alia ex causa peti nequit *Cuias. ad leg. 64. de contr. empr. † Vsq. lib. 3. de success. progr. in presat. num. 5. & lib. 1. de success. creat. §. 10. num. 117. & seq. vbi nouit, vt præ fert, rationibus probat, nec ius accresc. esse in contractibus, quia non vacat portio incapacis, cum dominiû ante traditionem non transeat, nec ius non decresc. quia, inquit, aut sunt mixtum coniuncti, quibus eadem res promissa ex. g. *A. & B. fundum promitto,* & partes ab initio date, ideoque neuter altero deficiente solidum suo iure occupat. Aut re tantum vt *A. fundum dono,* & *B. fundum dono,* ac non est ideo, quia partes sibi per concursum non faciunt, sed vni res debetur, alteri æstimatio, per *L. 15. C. de R. V.* Deinde. In testam. accrescit ex tacita voluntate concedentis, qui censetur maluisse rei partem vacantem habere coniunctum quam heredem. In contractibus nemo dicit promittentem maluisse partem alterius stipulantis ad alium peruenire, quam apud se manere. Sed & argumenta huius ac aduersæ sententiæ referet & expendit *Io. Suen. lib. 2. de l. accresc. cap. 2. quem vide.* Obiic. maxime *L. 64. D. de contr. empr. Sed Resp. decisioni illi non causam darius accresc. sed vt in ipsa l. habetur, inutilis adiectio extranei *Hor. 1. amic. 24.* Persona Titij superuacua est pro non nominata, *Suer. de Vsufr. accresc. pag. 5.* ac ita obuenit pars Titij nominata iure emptionis, quia cum intentio ementis sic præsumenda sit, qualis de iure esse potest, scire emptor debeat per *l. alteri emere non licere, tota emptio ex persona illius capisse videtur, Vsq. d. §. 10. num. 119. §. seq.* Accedit interpretatio æquitatis in iudicio bonæ fidei *Egu. Baron. in §. 8. l. de legat. cum vtrique emptori & venditori id expediat ob commisionis incommodum, Duar. d. cap. 15. in fin. Cuias. ad d. leg. 64. ne si diuidatur contractus alterutro inuito, illi fiat iniuria, aliter non contracturo. *Io. Suen. d. lib. 2. c. Aliud in stipulatione leg. 56. pr. leg. 110. pr. de V. O. vel quia stricti iuris, Cuias. d. loc. vel quia emptionis natura indiuidua est & vno pretio constat leg. 239. de V. O. In stipulatione vero summarum, quot summae tot stipulationes, leg. 29. de V. O. vt bellè *Hor. 1. amic. 24. Hopper, lib. 3. mediocr. pag. 89. ad de Pac. 3. quæst. 60.* Obi. *L. 5. D. comm. præd. Resp. Gomez. 2. ro. sol. 10. numer. 1. & 3. seqq.* huiusmodi distinctionem in hac quæst. facit. Aut res merè indiuidua est & locus fit iuri accresc. etiam in contractibus lucratius; vt si mihi & Titio seruitus promissa *d. l. 5.* Aut res diuidua & tunc non habet locum ius accresc. in causa lucratua *d. leg. 110. de V. Obs. præterquam in liberalit. principis. l. vn. C. Imper. liberal. soc. (in qua & ius accresc. ponit *Duar. lib. 1. cap. 16.* Sed respicitur *Io. Suen. lib. 2. de l. accresc. cap. 2. pag. 87.* non hîc esse ius accresc. sed largiore interpretatione principis) habet in causa onerosâ, *d. leg. 64. de contrab. empr.* Sed fatetur tandem *Gomez. num. 4.* nec hic in *d. l. 5.* proprie esse ius accresc. quia ob indiuid. seruitutis naturam non est pars, quæ dici possit accreuisse; nec Ius non decresc. (quod tamen vult *Eman. Suar. in annotat. ad Gomez. ib. lit. B.*) quia illi locus in vna re relicta. Seruitutem autem plurib. promissa, non est vna seruicita, sed plures, in persona cuiusuis propria & distincta. † In vnione tamen prolum, quam vocant, Ius accresc. rectè statuitur *Io. Suen. d. l. 2. cap. 2. part. 83. & seqq.* verum non vt in contractu, sed vt in successione, licet illa per contractum in consequentiam inducatur. Sicut in adoptione, cui valde affinis illa vnio, adoptiuus succedunt (& inter eos etiam ius accresc.) non tanquam ex adoptionis conuentione, sed tanquam liberi effecti, *Suen. d. loc. †* Ceterum in exheredatione non est ius accresc. quia non, vti institutio, est habitus sed priuatio & sic nihil. Quare nec augeri potest, *Vsq. 1. contr. vsu. freq. 14. num. 6.* Nec in testam. militis *leg. 37. de testam. mil. de quo vid. A. Fab. 71. err. prag. 9. & 10. & 72. err. 1. & seqq. m.* Olim autem ex *l. Papi******

*Papia deficientis ob incapacitatem pars fisco obueniebat, ceu caduca *Vlp. tit. 24. §. 12. & seq.* Et hinc Iurisconsulti ad incertæ præstationem l. Papiæ de coniunctis differere Iustin. caduca sustulit *l. vn. C. de cad. toll. Duar. lib. 1. c. 10.* De triplici modo quo olim deficiebat, quando pro non scripta, in causa caduci, verè caduca, vid. *d. l. vn. §. 2. 3. 4. Duar. lib. 1. c. 18. Gomez. 1. ref. 10. m. 29. & seq. Forst. 2. de success. ab int. c. 11. Quid si deficiat pars ope exceptionis? *Duar. lib. 1. ca. 19. contra D. d. vulgò vult & hic accrescere per l. nihil intoreff. 11. 2. de R. 1. & Fachin. 4. contr. 99.* h Hinc vulgo Transmissionem potiorum esse iure accrescendi. vid. *Duar. lib. 2. c. 17. 0.* Deficit regulariter pars delatâ non acquirit. Sicut enim substituto expirat additio, ita & ius accresc. *arg. l. 61. §. 1. de leg. 2. Exc. vna est in vsu. vid. lib. 10. c. 23.* Alia in *d. l. 61.* Alia in *Nov. 1. cap. 1. §. 1.* quando heres priuatur hereditate, quia non parit voluntati defuncti. Alia item querela in offic. *L. 23. de inoffic. Duar. lib. 1. cap. 21. p.* Quæ ratio vid. *S. lit. C.* Malè quidam eam ponunt in oneribus hereditatis quasi præiudicium fiat creditoribus hereditate ex parte adita. Quidni enim dari possit bonis curator, qui debita secundum vires hereditatis soluat, vid. *Gomez. 1. ref. 10. m. 27. †* Aliqui tamen casus quibus non inuito accrescit, vt in *d. l. 61. & d. Nov. 1. c. 1. §. 1.* item hereditate per feruum domino delatâ in *l. 80. §. pen. & vlt. h. t. de acqu. her. Duar. l. 2. c. 1. q. ita & Donell. noster ad l. vn. C. Quam non pet. part. vid. & *Duar. l. 2. c. 1. & qui multa contra D. d. disputat. A. Fab. 50. err. prag. 8. & 9. †* Quia grauamen magis videtur adpositum hereditati, quam personæ, *Duar. l. 2. c. 2. Gomez. 1. ref. 10. num. 43. vid. & infra lib. 8. c. 29. lit. E. & not.****

C A P V T XIII.

Genera coniunctorum, & qui ex coniunctis quibus præferantur.

VEL PLURES AGNOVERUNT, suas portiones, ET REFERT AN CONIUNCTIM OMNES INSTITVTI AN DISIUNCTIM, AN DENIQVE PERMIXTI: *d. l. vn. §. 10. de cad. toll.* CONIUNCTI SVNT QUI AD EANDEM REM, hereditatem vel legatum, à testatore vel lege VOCATI. §. si eadem §. 1. de leg. 1. l. 1. pr. de vsu. accresc. a Inter alios non est ius accrescendi *l. pen. de vsu. accresc. Eorum tria genera b* l. tripli. l. 42. de V. S. l. re coniuncti *89. de leg. 3.* quæ sic ad duo genera reducuntur. c *Quidam re tantum, sunt cõiuncti, qui disijunctim, id est, diuersis orationibus vocati a vt A. heres esto B. heres esto C. heres esto. item A. Stichum lego. B. Stichum lego. Et si rem specès sunt coniuncti, si orationem disijuncti, vti & in hac materia vocantur, l. 34. pr. de leg. 1. d. l. vn. §. 10. vers. fin. verò d* QUIDAM ETIAM VERBIS. [Atque hi coniunguntur vel oratione vel verbo vno, coque vel plurali, vt fratris mei filij heredes sunt. vel collectiuo: Familia Caij heres esto. *f. 9. lib. 6. cap. 22.*] ET VEL RE ET VERBIS, quos nominum & rerum complexus iungit *d. l. 142. g vt D. & E.* ex semisse heredes sunt. *D. & E. Stichum do lego.* ET VERBIS TANTVM, vbi eadem oratio, quæ in priori specie, sed additis his verbis: ex æquis partibus. *F. & G. ex æquis partibus heredes sunt d. l. 89. de leg. 3. l. 16. §. vlt. de leg. 1.* h Si igitur OMNES CONIUNCTI VNO HORVM trium modo deficientis portio OMNIBVS ACCRESCT. *d. §. 10. i SIN PERMIXTI, quidam re, quidam re & verbis, quidam verbis tantum, & VNO DEFICIENTE EX IIS QUI RE TANTVM, ACCRESCT CÆTERIS OMNIBVS,* ita tamen, vt coniuncti, re & verbis, vel verbis tantum semper sint vnus persone vice. *l. 34. pr. de leg. 1. Deficiente autem vno ex cæteris soli coniuncto, eodem genere coniunctio. Exemplo apposito hæc declarat *Baro ad §. 8. l. de legat. A. & B. heredes sunt, C. heres esto, D. heres esto E. & F. sunt heredes æquis partibus. Hîc si C. deficiat portio eius accrescit non soli D. sed omnibus, quia & deficienti cum aliis partem re coniunctus est, non huic soli. m* Nâ A. & B. qui inter se re & verbis, item E. & F. qui inter se verbis coniuncti, cum C. tamen re sunt coniuncti, quippe cû eo diuersis ora-*

tionibus instituti. Quod si A. deficiat eius pars accrescit soli B. Alij enim ab his sunt disijuncti vel re tantum coniuncti. Æquum autem præferri vtroque modo coniunctum, n vel, quæ verior ratio est, quia coniuncti propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus redacti sunt, & parrem sibi coniunctorum, quasi suam, præoccupant, vt est in *d. l. vn. §. 10. vers. hoc ita tam variè.* Denique si E. deficiat accrescit soli F. & sic idem est in verbis tantum coniunctis, quod in re & verbis coniunctis, *d. l. 99. de leg. 3. in fin.* vbi dicitur magis est vt ipse præferatur ipse, id est, verbis tantum coniunctus de quo quæsierat *I. C. 0* & ipse, id est, solùm præferatur, nec simul admittitur re & verbis coniunctus. *Obi. 1.* At non est ius accrescendi, nisi inter re coniunctos *l. pen. de Vsufr. accresc. l. 84. pen. de leg. 1. 3.* rectè. Inter eos scilicet solos est ius accrescendi qui ad eandem hereditatem vocantur, quomodo & verbis tantum coniuncti sunt re coniuncti. Instas. Argui aliud ostendit appellatio, aliud expressio partium singulis attributarum. 3. Dicuntur verbis tantum coniuncti, & verbo- rum conceptione, & ex comparatione re & verbis coniunctorum, non ex sententiâ testatoris, ex eo quod videtur & apparet, non quod est. Partes autem iis non diuise assignantur, sed indiuisæ, nec propterea minus re coniuncti sunt. Nam re & verbis coniuncti etiam ab initio habent partes *l. 34. §. 9. de leg. 1. p* quæ licet significatæ tantum, non expressæ, tamen ad vim institutionis nõ refert, quomodo voluerit testator, dum voluisse constat *l. 12 in fi. de leg. 1.* Immo quæ etiam non adiecta. tamen intelliguntur, vt in re & verbis coniunctis partes, ea adiecta superuacua sunt, *l. 69. de her. inst. Obi. 2. text. l. pen. de Vsufr. accresc. Resp.* Ibi verba æquis portionibus, referenda sunt ad heredes à quibus, non ad rem cuius vsus. relicta, quod coniuncti. *l. seq. vlt.* Sensus est *d. l. pen.* Nihil interest, vtrum eiusdem rei vsusfr. legetur Titio ab vno herede & Seio ab altero; an verò Titio & Seio simul eadem oratione ex æquis partibus heredum, id est, vt portiones accipiant à singulis heredibus. Et sic ibi non est ius accrescendi, quia legatarij omnino non sunt coniuncti, nam partes habent diuisas. Verbis autem coniuncti partes habent indiuisas. q *Obi. 3. l. si ita 66. de her. inst. vbi deficiente vno ex verbis coniunctis admittitur simul re coniunctus. Resp. in d. l. 66.* Caius & Mæuius non sunt verbis inter se cõiuncti, sed disijuncti, quod docent verba extrema; quia non tam communisse, quam ceteris dixisse videatur. Licet enim oratio, quæ ibi proponitur, aliâs faciat verbis coniunctos, per antea dicta, tamen ita nisi alia mēs testatoris, quæ in testamētis dominatur *l. 35. §. 3. de her. inst.* Aliud autem sensisse testatorem in specie *d. l. 66.* conicitur ex ambiguitate orationis; quæ potest intelligi vt Caius & Mæuius inter se æquo heredes sint; potest etiam sicut ex æquo cum Titio succedant. Posterior itaque hæc interpretatio, vtpote plenior, sumitur in dubio, per *l. 12. de R. I.* vt Titius, Caius & Mæuius ex æquo succedant, & ita sint omnes re tantum coniuncti, non secus ac si disijunctim instituti, ac quiqve seorsim scriptus esset. † Plenior autem hæc interpretatio, quia si Caius & Mæuius verbis coniuncti essent, non, vt sic *l. 13. pr. de hered. instit.* cum Titio viriles partes acciperent, sed ambo non plus acciperent, quàm solus Titius *d. l. vn. §. 10. C. de cad. toll.* Non admitteretur eodem interpretatio si C. & M. vel coniuncta scripturâ non instituti essent cû Titio, vel si præcedentes eos ex diuersis partibus scripti fuissent. Vt in exemplo nostro superiorior. E. & F. non possunt intelligi scripti ex æquo partibus cum præcedentibus, quia hi habent dispartes partes. Nam A. & B. simul non plus accipiunt, quàm C. solus vel D. solus. *Obi. 4.* At verbis coniuncti non

referuntur in §. 8. l. de legat. Resp. exempla non restringunt regulam l. pen. §. vl. de l. & fac. ignor. referuntur alibi d. l. 142. d. l. 89. s. Obi. §. At absurdum est verbis coniunctum præferri re & verbis coniunctis, qui si non magis, saltem æquè coniuncti. Resp. Nihil hic absurdum. Esset si E. deficienti alij possent esse coniuncti re & verbis, quod non ita est. Sed A. & B. qui re & verbis coniuncti sunt inter se, planè non sunt coniuncti (nisi re tantum) E. & F. qui inter se verbis tantum coniuncti. PRO PORTIONIBUS HEREDITARIIS

d. l. vii. §. 10. C. de cad. toll. Quæ autem his casibus factæ sunt portiones, vid. sup. lib. 6. cap. 22. Quare si in superiori exemplo C. deficiat portio eius non in quinque partes diuidetur, sed in tres, ex quibus una obuenit D. altera A. & B. tertia E. & F. Idem ius est in legitimis heredibus, l. 9. de suis & leg. vbi sæpe quoque coniuncti miscerentur disunctis, quando alij in capita, alij in stirpes vocantur. Quos igitur L. coniunctim vocat, ut succedant in stirpes, inter eos ius accret. est, non pro numero heredum, sed coniuncti pro vno habentur. Ut quando nepotes cum suis patruis in successione aui vel patris concurrunt, item quando nepotes soli, sed ex diuersis. Ut si ex vno fratre filiove sint duo, ex altero sex. Hic deficientes portio in duas partes, non in octo diuiditur. Semper enim coniuncti concurrentes cum iis à quibus disuncti, funguntur vnus personæ officio l. 34. pr. de leg. 1. Secus si inter se concurrant, vno ex coniunctis deficiente. Quare si ex nepotibus vnus fratris filiiue aliquis deficiat portio eius solis fratribus suis, non etiam nepotibus ex alio fratre filiove accretet. *

NOTATA.

a Coniuncti sunt quibus eadem res eodem successione genere relinquitur, vid. Duar. lib. 1. de iure accret. c. 5. l. 10. Sues. lib. 2. de iur. accret. cap. 3. Nec ius accret. est inter eos, qui diuerso successione genere vel ex diuerso iure succedunt leg. 15. Quib. mod. vs. amitt. l. 6. de bon. poss. Gomez. 1. resol. 10. num. 1. c. v. §. 3. de success. progr. §. 23. num. 86. Sues. d. lib. 2. cap. 1. in fin. cap. 3. initio. Quod tamen perpetuum non esse contendit A. Fab. 50. err. prag. 7. b. Addunt Dd. Coniunctionem legalem. Sic coniunctos faciunt plures fratris dominos Terui communis. Sed Vasq. d. lib. 3. §. 21. n. 44. illam non coniunctionem esse scribit, sed communionem, cum ab ipsa lege coniuncti esse negantur l. 20. de leg. 2. Et Rob. 2. Sent. 24. nec realem esse coniunctionem, quia partes assignatæ, neque verbalem, quia non viriles. † A. Fab. 49. err. 4. vult: non esse coniunctionem legis in d. l. 10. sed verbis coniunctos esse dominos Terui. Quia cum seruus ex persona sua sit incapax legari, necessè est inueniri personam domini. Quare relinqueus seruo duorum, ambos dominos in relicto coniungit dominici portionibus † Ceterum qui ab intestato lege vocantur non absurdè lege coniungi quis dixerit, tamen coniunctionis legale iuriconsultis nulla mentio, Duaren. lib. 1. de l. accret. c. 14. Vnde & lo. Suen. lib. 1. de l. accret. c. 4. cir. fin. coniunctionem aliam legis esse, vt in hereditatibus legitimis, aliam hominis, vt in vltimâ voluntate. c. in & vult. in §. vlt. l. de donat. numer. 3. Coniunctionem aliam simplicem esse & vel re tantum vel verbis tantum, aliam mixtam re & verbis, a quantumvis contiguis ac proximè vicinis, immò et si intercedat copula, vt A. heres esto & B. heres esto. Vasq. lib. 3. de success. progr. §. 21. num. 5. & num. 41. vbi refert dissentientes. Sunt qui præterea ad coniunctionem realem duo requirunt. Vt fiat partes per concursum, non si plures separatim legetur, hoc adiecto, quod singuli habere debeant in solidum. 2. Vt vocentur expressa voluntate defuncti, non legis dispositione vid. Vasq. d. §. 21. num. 21. & segq. e. l. 1. §. 3. de vsu fr. accret. Disuncti sunt comparati videl. cum cæteris, quia coniunctio hic tantum generalis. Duar. lib. 1. ca. 11. Suen. lib. 2. cap. 3. pag. 100. Hos autem quia ill. disunctos vocant, vult Bart. non propriè coniunctos dici. Quod displicet Vasq. d. §. 21. num. 2. † Sane diuersi sunt a re coniunctis omnimodo disuncti, quibus eadem vel diuersis orationibus diuersæ res relictae, aut Titio & Scio singulos seruos lego inter quos accret. non est. l. 84.

§. pen. de leg. 1. Vasq. lib. 1. de suc. crent. §. 10. nu. 124. Do. nos. in ep. ad Alb. Gen. in op. posth. Sed an omnimodo disuncti sunt, quibus eiusdem rei separatæ portiones diuersis orationibus relinquantur. E. g. A. ex semelle heres esto, B. ex altero semelle heres esto? Ita vult Gomez. 1. resol. 10. nu. 25. & numer. 33. de segq. si concurrat, inquit omnino disuncto aliquo modo coniunctus præfertur l. 63. de her. inst. l. vii. §. 10. vers. fin. vero quidam C. de cad. toll. Si vero omnes sint omnino disuncti, deficientis pars omnibus accretit d. l. 63. & Fab. 50. err. prag. 7. & passim. Omnimodo disunctos in hereditate habere ius accret. quia ibi est ex necessitate, non verò in legatis vbi ex coniunctione. † Sed Duar. lib. 1. cap. 4. & cap. 12. non posse euenire in hereditate, vt coheredes non sint coniuncti. Legatarij possunt nullo modo esse coniuncti, si vni dictus, alteri Pamphilus, etiam eadem oratione, legetur. In hereditate autem est partes à testatore adscriptæ, heredes omnes coniuncti & ad eandem rem vocati, quia partes sunt indiuisæ, nec diuisio ea facit vt res eadem non maneat l. Manius 66. §. 2. de leg. 2. Idem est est plures ex certis rebus heredis scripti sunt. Accipimus enim ac si æqualiter institutus illæ res cuique legatæ essent l. 17. de her. inst. Sed & in legatis partibus indiuis factis, non sunt planè disuncti, vt Manio partem fundi dimidiam. Scio dimidiam lego l. 41. pr. de leg. 2. quia confusa penitus vnus portio cum altera, nec isse vel glebam vnã sibi propriã asserere potest. A. Gemit. 1. l. 1. & ep. 4. Secus si diuisæ partes, vt M. anteriorem partem fundi S. posteriorem lego, quia fundus regionibus diuisus plures efficit. † Hereditas autem in partes diuisas scindi nequit. Nec vti plures partes fundi ita & plures hereditates facere licet, Vasq. lib. 3. de success. progr. §. 23. num. 36. & seg. Harum autem ignorantem errorem peperisse scribit Duar. d. lib. 1. cap. 5. f. Magis verò coniuncti sunt qui per nomen collectiuum quam qui per copulam, Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 10. num. 154. Et sic interdum ex coniunctis eiusdem generis alijs coniunctiores & cæteris portiones qui collectim vocantur. Vt: Titius & fratris mei filij heredes sunt. Hic Titius ad vnum sensualem, fratris filij ad alterum vocantur, ac licet Titius cum fratris filijs sit re ac verbis coniunctus, tamen filij simul vocati, sunt magis coniuncti per nomen collectiuum. Vnde, deficiente vno ex filij fratris pars eius fratrib. solis accretit, non verò Titio Duar. lib. 2. cap. 9. Gomez. 1. resol. 10. num. 31. Vasq. lib. 3. de success. progr. §. 21. nu. 33. & seg. vbi ait filios in vna separatam dimidiam coactos coniunctiores esse sibi inuicem & re & verbis magis coniunctos quam Titio, non verò verbis tantum coniunctiores, & re æqualiter coniunctos, vt Bart. & Dd. volunt, quia vt posita verbali coniunctione regulariter ponitur realis, ita & arctiorem verbalem sequitur realis arctior. E. g. Titius & fratris mei filij & sorores meæ filij heredes sunt. Deficiente vno filio fratris fratris, accretit, nihil nec Titio nec sororis filijs, Deficientibus autem omnis fratris filijs Titio dimidia & sororis filijs dimidia. Quod si sic scripti, Titius heres esto. Fratris meæ filij & sororis filij heredes sunt, deficientibus omnibus ex sorore accretit solis fratris filijs vtiq. que coniunctis, non autem Titio tantum coniuncto. § Qui vocati eadem oratione sunt assignatione vel expressione partium Gomez. 1. resol. 10. num. 24. licet non intercedat copula, quia non copula & que, aut similib. facit verbalem coniunctionem, sed vnitas orationis plures honoratos complectens. l. 142. vers. videamus a. de V. S. Vasq. lib. 3. de success. progr. §. 21. n. 6. & n. 42. h. Quia tamen ad eandem rem vocentur, aliter nec h. coniunctio vlla esset, tamen ea in partes diuiditur Duar. lib. 1. cap. 6. ex ipsius testatoris voluntate ad dispositionem, cum in mixta coniunctione fiat a lege non ab homine vid. Gomez. 1. resol. 10. num. 15. Vasq. d. §. 21. n. 37. Quib. verò diuersæ res, licet eadem oratione relictae verbis coniuncti non sunt l. 84. §. 12. leg. 1. Duar. lib. 1. cap. 8. Nec igitur probè A. Fab. 49. err. prag. 3. verbis coniunctos describit qui eadem oratione vocantur ad res diuersas. Verba enim ogquis partibus facere vt diuersa sint res, nec partem vni datam eandem esse cum parte alteri datã tamen indiuisæ sint. Quibus cu currere licet ex not. S. lit. E. & ex Don. in §. 1. h. cap. Diuersitas partium indiuisarum res diuersas non efficit. Quod si diuisæ sint partes nulla coniunctio est Gerd. in l. 142. de V. S. num. 3. nec rectè Vult. in §. vlt. l. de don. num. 6. in verbali coniunctione partes cuique non intellectu tantum, sed & corpore attributas esse. Quæ verba apta sint ad hanc coniunctionem, pete ex Duar. lib. 1. cap. 8. † Vasq. d. §. 21. num. 30. & §. 21. num. 2. regulam constituit: posita verbali coniunctione ponitur realis, atque ita mixta, nisi per adiectionem æquè vel æquis partibus impediatur. Quod si partes inæquales licet indiuisæ, adsignatæ verbis coniuncti non sunt, quia non possunt illæ adscribi, nisi diuersis orationibus. A. Fab. 49. err. prag. nec tamen

men ideo disuncti sunt, vt vult Faber, sed ne tantum coniuncti: Tamen Dd. inter coniunctos ponunt non de decrendi Vasq. d. §. 21. n. 51. & seg. P. Greg. 46. Sym. 11. num. 1. Rob. 2. Sent. 25. in §. Marib. 2. de vlt. l. cap. 20. num. 14. Vult. in §. vlt. l. de don. n. 9. per l. vii. §. 11. vers. Sin verò nemo. vbi Imp. ipse à iure accret. distinguere videtur C. de cad. toll. ac ita propriè & partitè vocati inter legatarios ac fideicommissarios quibus singulis tota res relicta, nec partes nisi concursus sūt, A. Fab. 49. err. pag. 1. & 4. Sed verbum decrendi veteribus ICtis ignotum, qui accretescere dicunt etiam quando non decrecit, Suer. de vsu fruct. pag. 33. spectantes magis voluntatem testatoris, quam expressionem verborum. Duar. lib. 1. c. 11. Nec quia ab initio re coniuncti partes non habent ideo minus illis accretit, cum non partium vel solidi assignatio, sed voluntas testantium plures ad eandem rem vocatis causa sit iuris accret. Nec simpliciter ex re coniunctis quisque habet solidum, sed si non alter concurrat. Quin imò in omni coniunctione ab initio solidum habetur. Nec Imp. in d. §. 11. negat re coniunctis simpliciter accretescere, sed eo modo, quod mixtim coniunctis, vid. lo. Suen. lib. 1. de iur. accret. cap. 5. k An inter verbis coniunctos ius accret. sit anceps coniectio est, ac questio, in quâ pronuntiare Prætori liceat, non liquere vt Ioan. Suen. lib. 2. de l. accret. cap. 3. pag. 126. qui hinc inde hanc quest. disp. aff. cum nostro Duar. lib. 1. c. 10. Equ. Baro in §. 8. l. de leg. Rob. 2. Sent. 25. Vult. in §. vlt. l. de don. n. 9. & lo. Gomez. 1. resol. 10. num. 32. Alb. Gen. 1. l. 1. & ep. 4. Gerd. in l. 142. de V. S. num. 10. † Cuius. 24. ob. §. 4. & in l. 66. de her. inst. & in d. l. 142. de V. S. distinguit, vt si testator affectauit breuitatem inanis coniunctio sit d. l. 66. de her. inst. Si vero consulto consilio & dedita opera coniunxerit, pariatius accret. ac tantum possit quantum duplex consensio, quasi tuac ex mente testantis etiam re coniuncti censentur. Sed ius accret. verbis coniunctis negant. Gouean. de iur. accret. num. 26. Rob. 2. Sent. 24. accretimè (sed si soli sint eiusdem res diuersas partes vocati, non si alijs permixti, vt in §. A. Fab. 6. Com. 1. p. 250. ne testatore liberaliores in re quæ ex liberalitate proficiscitur, demum totum cui testator differis verbis non nisi partem dedit & 49. error, prag. 4. in hereditate quidem admittit ius accret. cum ibi sit ex necessitate iuris, nec portio vacans alium habeat cui obtingat. At nunquam in legatis, perd. rationem & per l. 20. de leg. 2. l. pen. de vsu fruct. accret. item per l. 3. pr. de vsu fruct. cura probatur toties iure accret. locum esse quoties concursu partes sunt. Hic autem iur. ab initio, item per l. 4. §. 9. de leg. 1. quam de verbali coniunctione accipit, vt & l. 16. pr. de leg. 1. Licet enim ait magis proprie coniuncti vox de re coniunctis prædicetur, tamen hic interpretatio alia vt absurditas eueniret. Et hoc esse idem 49. err. prag. 9. quod in l. 89. de leg. 3. verbis tantum coniunctus dicitur partes habere semper id est, omni casu, ab initio & ex post factò, nec vnquam totam aut plus quam adgnauit testator, consequi. Probabilis equidem hæc opinio, & rationibus aduersis à Fabro probabiliter occurrit vt lit. segq. Communis tamen quoque opinio facile defendi potest. Negari enim potest hic voluntatem testantis refutari, qui immò coniungendo ac ad eandem rem plures vocando, licet expressis partibus offendit, velle se quidem vt singuli partes adscriptas habeant, sed si concurrant, ac ita quisque solidum habet ex voluntate defuncti sub conditione si coniuncti non concurrant Baro ad §. 8. l. de leg. Prædictus certe videtur in eadè re verbis coniunctus præ herede, vel omnino disuncto. Alijs quis esset coniunctionis huius effectus, aut quid distaret sic coniuncti à re & verbis separatis. Si sola orationis idèritas hanc coniunctionem efficit, nec minus ad diuersas res vocati habendi sunt, quibus partes vnus rei æquæ ac indiuisæ vno sermone relictae, vtiq. & quibus pariter duo diuersa corpora legata ex. g. Caio & Scio singulos seruos lego verbis coniuncti erunt. Atqui sunt omnino disuncti l. 84. §. 9. de leg. 1. Ad l. 20. de leg. 2. Resp. ibi planè nulla coniunctio vt & verba ipsa coniungunt, & quia partes non æquæ, sed dominicæ. Ad l. pen. de vsu fruct. accret. Resp. nos. vid. 1. lit. P. Ad regulam ex l. 3. de vsu fruct. accret. Resp. in omni coniunctione partes & concursus sunt l. 80. de leg. 3. & ab initio habentur l. 34. §. 9. de leg. 1. diuersa ratione. Re coniuncti ex verbis habent solidum, partes ex interpretatione voluntatis, quasi exceptione adiecta nisi concurrant. Verbis coniuncti partes habent ex verbis, ex voluntate solidum quasi except. adiecta nisi alter non petat. Duaren. lib. 1. cap. 11. Baro ad §. 8. l. de leg. Donell. nos. l. lib. 8. cap. 20. Gerd. in l. 142. de V. S. n. 10. Ioan. Suen. lib. 1. de l. accret. cap. 5. p. 45. & seg. Ad l. 34. §. 9. de leg. 1. Resp. non posse de verbis coniunctis maxime solis accipi. Quia cum indiuisæ et loquatur de coniunctis minime excludendi mixtim coniuncti, qui coniunctiores cæteris. Ad l. 89. de leg. 3. Resp. com-

experimentis d. l. 19. §. 1. b. quando directo relictum inutile, de eadem autem fideicommissum vile e esse potuit. Quod accidit 1. Si recta instituerit testator heredem, vel substituerit, vbi vel quomodo non licet, vt in Codicillis filio impuberi substituat, a qua species l. Scauola 76. ad Trebell. vbi sic statuitur benigna interpretatione, ex voluntate videlicet testantis, quae fuit, vt ab substituto bona sua peruenirent. Non possunt directo, possunt verò per fideicommissum. Ex quo inferitur substitutionem quoque quae alia ex causa directo valere nequit, sustineri in vim fideicommissi. Quare si impuberi substituitur ad annum 25. & ita vltra tempus pubertatis; valebit substitutio ad tempus pubertatis, ceu pupillaris, vt substitutus etiam bona propria pupilli capiat l. 1. §. de vulg. post pubertatem autem ceu fideicommissaria, in bonis testatoris, vt ea heres filij censetur rogatus restituere substituto. Quod enim fieret si nominatim hoc modo a filio fideicommissum reliquisset pater l. 4. §. 3. de vulg. idem fiet, vbi apparet eum hoc voluisse, licet non expresserit. 2. Si heredem ea facere iubeat, quibus factis hereditas ad alium peruentura esset, iustus tamen directo valere nequit. Vt: Si heredem rogat, vt Titium sibi heredem faciat. Rogatur quidem ita inutiliter. Petitur enim ab eo vt testamentum faciat, & certum heredem instituat, quod non licet, lib. 32. de hered. instit. quia adimitur per id libera testandi facultas, valet tamen, perinde ac si rogasset hereditatem restitui lib. 17. pr. h. t. lib. 114. §. 6. de leg. 1. & sic fideicommissum licet secundum verba inutile, substituit tamen ex sententia testatoris. Qui enim voluit Titium heredem heredis filij fieri, voluit quoque hereditatem suam ad eum peruenire per l. vltim. vbi heredes heredis C. de her. instit. (hic & l. 8. c. 3.) Itē si mandati heredi, ne testamentum faciat. Ex sententia enim fideicommissum debetur heredibus illius ab intestato venturis, quod declaratur in l. qui filium 74. pr. h. t. Item. Si cauet testamento posteriore vt prius valeat, vbi licet prius per posterius infirmatum nuda voluntate confirmari nequeat, vt directo peruenit hereditas ad institutos in illo, tamen peruenit iure fideicommissi, & censetur scripti posteriore rogati restituere scriptis priore l. si priore 29. h. t. §. 3. in fin. Quib. mod. test. infirm. NEC EVNTV INFIRMATA, vbi quia omnia cum legatis & fideicommissis singularibus communia g. ibi de hoc dicitur lib. 8. c. 17.

NOTATA.

a Non verba spectamus Senatusconsulti (scil. Trebelliani) sed sententiam quibuscumque verbis conceptam modo id senserit testator d. l. 19. §. 1. vbi non probanda correctio Fabri 4. Coniect. 8. pro S. Cri, reponens fideicommissis, propter verba ait; seqq. quod absurda sit locutio, non verba S. Cri, sed sententia testatoris. Verum & verba sed sententia commode de S. Cri accipi possunt vid. P. Fab. ad lib. 12. de R. iur. p. m. 81. Quae verba fideicommissum non inducant vid. P. Gregor. 42. Syn. 28. n. 41. j. Preces autem hic non necessario dirigi ad certam personam debent, sed qualitercumque eas intercessisse sufficiat. Et potest loqui testator non tantum cum eo, quem onerat, sed etiam cum eo quem honorat vel remuneratur l. 69. pr. l. 75. pr. de leg. 2. vid. Chiflet. lib. 1. de iur. fideic. c. 6. pag. 886. b. vid. Chiflet. d. c. 6. p. 891. Diff. A. Fab. de quo vid. not. j. lib. 8. c. 3. lib. 3. c. Chiflet. lib. 2. de iur. fideicom. c. 18. Vile dici fideicommissum, in l. 77. de leg. 1. §. 4. pr. de leg. 2. quod non verbis clarè expressum, sed intellectum, ad exemplum vltimum a Dionum, quae non ex verbis, sed sententia illi competunt. d. Item sit fiat a matre filio impuberi, vel a patre naturali seu emancipato. Valasc. consul. 54. num. 6. tradens quoties substitutio pupillaris non valet vt pupillaris, valere eam, vt precariam, sed si intra pupillarem etatem is cui substitutum est, decedat, & hoc vocant Dd. fideicommissam pupillarem, quod à vulgari distinguunt, de quo vid. Vacon. 4. declar. 64. nu. 11. & feqq. P. Gregor. 42. Syn. 28. nu. 8. & 2. feqq. c. Consentur fecit

Vacon. 4. decl. 64. num. 19. & feqq. Contra autem plerique sentiunt, eo quod substitutio pubertatis aduentus finiri l. 4. de vulg. & pupill. euancescere, §. 8. l. de pupill. vltra eam frustra fieri, dicitur lib. 7. de vulg. & quod hoc casu specialiale ius in iure constitutum arguat ius commune esse contrarium vid. not. s. lit. 6. c. vltim. lit. G. Ac sane non omnino aperta hic est voluntas testantis, nec is credendus est in dubio onerare voluisse pupillum. vid. Cuiac. 11. obser. 25. Gouean. ad l. 7. de vulg. num. 4. Conna. 10. comm. 8. num. 9. Duaren. ad tit. D. de vulg. cap. 10. & cap. 23. (vbi tamen excipit, nisi ex aliis verbis vel coniecturis liqueat testatorem voluisse ex causa fideicommissi valere, & nisi verbis communibus, id est, nec directis, nec precariis, facta substitutio.) Maub. Gribald. lib. 3. de rat. stud. cap. 5. Vand. 2. q. 12. Ciflet. lib. 2. de iur. fideicom. cap. 19. Greg. 42. Syn. 22. num. 10. & 11. Branch. 3. ass. 33. Vult. in pr. Inst. de pupill. num. 7. Borch. ibid. A. Fab. 11. Coniect. 12. Vinc. Cabot. 2. dif. ut. 21. Arum. 2. ex. Instin. 8. th. 13. Nec obstitit d. l. 76. Nam ibi sustinetur substitutio non tam praesumptione voluntatis, quam fauore ipsius pupilli. Cuiac. d. c. 25. & est specialis casus, quando substitutio fit alieno loco, vt in codicillis Nec ad alios casus trahenda decisio, nitens benigna interpretatione A. Fab. d. cap. 12. Nam certe non ea ratio, quae suadet valere substitutionem intra pubertatem, adest etiam pubere illo reddito Illo enim casu, cum impubes testari nequeat, vile est pupillo hoc fideicommissum, hoc verò onerosum, cum facultatem disponendi & liberi testandi de bonis restitutioni subiectis impediatur & coercatur. vid. & de hac q. Vafqu. lib. 2. de success. progressu §. 15. num. 26. Aug. Mart. ibid. lib. 2. de via iur. c. 17. num. 14. & feqq. j. Non tamen ideo proba, quod Cabot. d. c. 21. tradit nunquam verba directa ad fideicommissum trahi, nisi fauor aliquis suadeat, libertatis lib. 24. §. 10. de sd. libert. vel pupilli d. l. 76. Contrarium enim demonstrant alia exempla h. c. a nostro allata. Fsi hoc modo valet iure fideicommissum, multo magis si roget testator heredem, vt suae (propriae scil. heredis) hereditatis partem aliquam Titio post mortem restituar. lib. 114. §. 7. de leg. 1. j. A. Fab. 5. Coniect. 18. intelligit in specie d. §. 7. per suam hereditatem, defuncti hereditatem ac Rationem dub. esse dicit, quod verba quidem testantis ostendere videantur, heredem rogatum fuisse, suam ipsius hereditatem restituere. Permissum autem fideicommissum de ipsius heredis rebus relinquere lib. 67. §. 8. de leg. 2. lib. 25. C. de fideic. Rat. dec. quia hereditas adita confunditur cum bonis heredis, vt cum heredis hereditatem dicimus, non minus hereditatem, quam accepit, quam cetera bona intelligamus. Et hic igitur interpretationem accipimus, quae nec verbis omnino repugnat, & heredi est fauorabilior. Ita Faber. Cumque illi expositioni obstitant verba, rogatus esset, quae conuincunt hereditatem intellegi rogati atque ita heredis, vim textui inferens; illis loco remotis, substituit verbum rogasset. j. At neque sic sequeretur & ceteris, &c. conueniunt, & peruertitur elegantissima Icti sententia. Sensus enim eius est: Quemadmodum fideicommissum particulare de heredis rebus relinqui potest s. ad. l. ita & fidei eius committi, vt hereditatis suae propriae partem restituar. Quae enim in fideicommissum, singularibus rationem particularium, eadem in vniuersalibus hereditatis, seu vniuersi. Idque tanto minus absurdum debet videri, quod & heres rogati possit vt hereditatem tertij alicuius, puta Titij, quam non accepit a defuncto, restituar l. 17. §. 1. ad Treb. quod tamen ita intelligendum, ne si plus sit in hereditate Tertij quam testatoris cogatur plus restituere quam a testatore accepit, sed perinde vti in h. §. 7. valeat fideicommissum, quatenus hereditas testatoris patitur. Quare verissima est recepta lectio: atque si rogatus esset here scil. de hereditate non tota, sed quarta eius parte, quam designauerat testator suae, id est, propria. Vocula enim haec reciproca est ad eundem se referens, vnde profecta. restituere. Huic meae explicationi bellè contentiunt, immò eam exigunt, verba sequentia hereditas testatoris patitur. Id est, ita quidem est restituenda quarta pars hereditatis propriae, vt tamen per hoc ipsum non in plus grauius intelligatur quam honoratus est. Vnde si quarta pars hereditatis propriae tempore mortis excedat hereditatem defuncti, non plus restituatur, quam quantum a testatore accepit, secundum vulgarem formam iuris, id est, saluo ei etiam quadrante Trebellianico. In quorum verborum vltimorum acceptione ceteris cum Fabro consentio, quod ea non ad initium §. seq. referenda sint, ceu vult. Accur. ibid. quem sequitur Pac. 6. q. 12. quod de Trebellianica exaudiendi sunt, sed hoc dico per ea verba explicationem Fabri salutaris conuincit. Si namque in specie d. §. 7. heres rogatus est tantum quartam partem hereditatis defuncti restituere, quomodo euenire poterit, vt quadrantem Trebelli. deducat, qui vtrique dodrantem saluum habet. Exemplo

res lucida fiet: Pone in testantis hereditate esse 600. Heredem in bonis habere 1200. Confusa hæc efficiunt 1800. Rogatus est heres, ut sunt verba d. §. 7. hereditatis suæ partem quartam post mortem restituere. **Q**uestio est an post mortem heredis, fideicommissi nominæ sint restituenda 150. tanquam quarta pars hereditatis defuncti, an verò 450. tanquam quarta pars hereditatis propriæ. Illud ex sententia Fabri dicendum, hoc ex mea, qui receptam lectionem tuor. Ac quidem hic quadrantis deductione locus non est, cum cum heres sine deductione (in utraque hypothesi) saluum habeat. In quadrante enim omnia computantur quæ iudicio defuncti accepta j. c. vlt. Accepit autem heres 600. Nihil igitur ei iuxta hypothesin meam, ad quadrantem deest, iuxta hypothesin Fabri autem multa adhuc ultra quadrantem superant. At pone sic: In hereditate defuncti 600. Heredis bona 2400. Coniuncta utraque 3000. Hic si quarta pars præcisè restituenda, videl. 750. in amplius oneraretur heres, quam sibi ex testamento obvenisset. **Q**uod cum ratio iuris non patitur, eatenus est fideicommissum hereditatis suæ restituendæ validum, quatenus hereditas restitutoris patitur, id est, usque ad 600. ita tamen ut ex illis 600. quoque detraharer Trebellianica, proindeque restituantur 450. **Q**uod si Fabri sententiam sequaris, numquã casum dare poteris, quo reperitur vel granatus ultra quam ei relicta, vel Trebellianica loci sit, nisi proponere velis granatum ad restitutionem quartæ partis, nec nisi in quarta institutum fuisse. At si nec sic tamen sensum idoneum accomodabis verbis, *Et eatenus restituenda &c.* Neque ratio decidit pro Fabri opinione commoda est. Non minus, inquit, intelligimus hereditatem quam accepit de defuncto &c. ut s. Rædè. Sed non inde probatur solum hereditatem defuncti intelligi. Non hoc convenit verbis nec sententia restitutoris. Atque ita videtur. g Non absolute omnia, Nam repudiatione heredis scripti fit ut fideicommissa singularia non debeantur nec potest heres compelli ut adeat, quo legata & fideicommissa præstari possint. ut hic. vid. cap. 21. *Et seq. ¶ Quando substitutio fideicommissaria expirat. vid. Ang. Matt. haec. lib. 2. de via iur. cap. 19.* vbi plures modos refert.

CAPVT XXVIII.

Codicilli.

Quia autem & Codicillis defertur fideicommissaria hereditas, non inconueniens erit earum tractatione hoc loco interserere, de quibus *supr. c. 16. lit. F.* vbi locus postulabat, nolimus, ne cæpta tractatione longius interrumpere. **C**ODICILLI SVNT A VOLUNTATIS SVPREMÆ PR. I. H. T. Duo enim supremæ testationis genera l. generali 13. c. de SS. Eccl. l. vlt. c. de bon. lib. Obi. Imò plura l. vlt. §. vlt. in verbis in omni vlt. voluntate excepto testamento C. h. t. 3. Duo sunt genera, sed plures formæ & generum species. **I**MPERFECTA TESTATIO, tum a rebus, quia non de omnibus disponunt. Saltem enim quarta, hereditate verbis obliquis in illis relicta, apud heredem verum manet, tum à solennibus, quam requiritur vid. cap. seq. **N**ON IN HOC PARATA VT ESSET TESTAMENTVM. Nam qui testari voluit codicillos facere, voluisse non creditur l. 29. de test. l. 4. §. 3. de vulg. l. 1. d. l. vlt. §. 1. C. h. t. b quia species hæc diuersæ sunt l. si idem 7. C. h. t. Idque colligitur ex verbis, si dicat eam voluntatem se pro testamento haberi velle, vel ex re scripturæ, si nihil aperte testatur, ea autem cauit quæ sunt testamenti propria l. 13. §. 1. h. t. Nisi cauerit, ut si pro testamento non valebit pro codicillis valerit d. l. 29. d. l. 4. §. 3. d. l. vlt. §. 1. c. Quæ cautio vulgò clausula codicillaris, d quod adiecta codicillos faciat, sine nominatum d. vlt. §. 1. sine iubeat ratum esse, quacunque ratione & quam optimè potest d. l. 29. c. sine iubeat Titio hereditatem restitui ab omnibus heredibus, etiam legitimis l. eam quam 14. c. de fideicommiss. f vbi quia fideicommissum non debetur ex testamento, quia sic non deferretur hereditas legitimis l. 39. de acquir. her. necesse est ut codicillis, nec tertium superest d. l. 29. Nam qui vult à legitimis restitui, creditur velle ut scriptura valeat pro co-

dicillis, quia qui vult consequens &c. Si tamen heres testamento imperfecto institutus caperit de hereditate agere, tanquam ex testamento, per petitionem hereditatis, aut bonorum possess. secund. tab. vnius electione alterius aditum sibi præcludit l. vltim. C. h. t. Exceptio ibidem §. 2. nisi etiam ab intestato rem obtinere potuerit. **E**ORVM SPECIES DVÆ SCRIPTI, qui soli tales ex proprietate vocis l. vlt. C. Quem. test. ap. dicti à codice per diminutionem **E**T NON SCRIPTI, cum voluntas nuncupatur l. 13. c. de SS. Eccl. vltim. §. vltim. C. h. t. vltim. C. de bon. lib. Quare quod legitimis sine scriptura, & nuncupatione relicta iniqui posse l. c. in epistola 22. C. de fideicommiss. l. nunc. 21. de leg. 3. hereditatem per fideicommissum l. 5. ad Trebell. non aduersatur ei quod alibi traditur, nihil relinqui vlt. voluntate nisi testamento aut codicillis, cum & nō scripti sint codicilli. i

NOTATA.

a *Cuius. 2. ad African. in expli. l. 14. d. h. t.* (quam ibi propter l. seq. 15. exponit, cum aliis non afficiat, sed Scano- lã sit) sic definit. Codicillis (reperitur in numero vnitatis, l. non Codicillum 14. c. de testam.) est inestati voluntas, vel testamenti sequela minus solennis. Idem in Par. h. t. Codicilli sunt testati vel intestati voluntas, minus solennis. P. Greg. 43. Syn. 1. num. 3. addit definitioni testamenti, quæ in l. 1. de testa. verba hæc sine heredis institutione in directa. in quo consistere vult differentiam testamenti & codicillorum &c. Har- menop. lib. 5. tit. 7. definit: fideicentis in testamento voluntatis testatoris supplementum ref. Forner. 2. select. 9. b Hinc Chifflet. lib. 3. de iur. fideic. c. 2. §. 3. refellit Dd. qui clausulas codicillares, alias expressas, alias tacitas esse contendunt, cum tamen in d. l. 4. §. 3. dicatur codicillos non facit, nisi hoc expressum & qui tribus casibus clausulam codicill. testamento inesse putant. c l. 11. c. de testam. man. vice codicillo- rum l. 3. D. de test. mil. quasi codicillos l. 1. h. t. instar codicillorum l. 13. §. 1. h. t. & aliis formulis d. l. pen. in §. de leg. 2. l. 9. de leg. 3. Chifflet. l. 3. de l. fideic. c. 1. d Quæ omnibus casibus, quibus des- titui potest testamentum iure ciuili vel prætorio occurrit. Chifflet. lib. 3. de l. fideic. c. 1. quicuis clausulæ effectus pluribus persequitur cap. 4. *Et seqq. ¶* hoto. 8. obf. 1. putat clausulam codicillarem fideicommissi onus imponere legitimo in testa- mento, non iure, facta autem in rupto agnatione posthumi. 1. Quia nondum nato tempore testamenti posthumo non po- tuit dicere testator. Si non valet ut testamentum &c. 2. Non credibile est patrem velle hereditate priuare filium. 3. arg. l. 10. c. de test. mil. in §. l. 3. d. eod. Neque in officio, quia id, inquit, eueritur tanquam a furioso factum, qui non magis codicillari quam testari potest. ¶ Vid. & de clausula codicil- lari, Gaill. 2. obf. 114. Simon de Pratis lib. 2. de interp. vir volunt. in interp. 1. dubit. 1. solut. 10. c. 11. Vafq. lib. 3. de success. progressi §. 30. num. 37. *Et seqq. 10. D. ubi de testam. num. 163. Et seqq. A. Fab. 20. de err. prag. §. 5. *Et seqq. 71. err. prag. 1. 2. 3. ¶* Cæterum quia hodie ex ea consuetudine magis ac stylo notariorum, adponi solet, quam ex scientiã, ex casu merito nec effectum habere debet. Hor. 8. obf. 1. in fin. vlt. in §. possunt §. 5. *Et seqq. 1. de test. m. 37. Chifflet. l. 3. de iur. fideic. A. Fab. 36. c. 2. vbi Curru, reprehendit, qui in l. 8. C. de impub. subst. voluit hodie semper adiectam censeri hanc clausulam, ne notarij oscitantia damnosa sit, quod & vult Cuiac. 3. ad Afric. ad l. 61. §. 8. de furt. & refellit A. Fab. 36. err. prag. 1. Nam imò non notarij con- fuerudo, sed voluntas defuncti attendenda eaque seruanda est, vid. *Et* Matt. haec. Epit. legat. lib. 1. c. 20. Vaud. 1. quæst. 27. e *Et* in *præf. iur. Cuiac. d. l. 29. §. 1.* Cum quo conuenit cõsuetu clau- sula: Omni meliore modo &c. cuius ideo eadem vix quæ codicillaris, Chifflet. lib. 3. de iur. fideic. c. 14. per d. l. 29. *Et* l. 12. §. 1. in v. omni modo de ini. rupt. non autem maior, ut & institu- tionem omniam suppleat, ceu quidã Bald. sequuti in l. quoties C. de her. inst. n. 3. vid. *Et* A. Fab. 69. de err. prag. 8. *Et* l. 10. f Cuius species obscura admodum & intricata vid. Goncan 1. var. lect. 1. vbi nu. 10. dicit relicta illic valere non iure testamenti, quia dicitur intestatus defunctus, sed peti tanquam ex codicillis, atque ita peti posse contendit. idem non tantum cum aperte rogatur legitimi, ut in l. Titia 13. D. de inoff. test. sed & cõ- simpliciter quis dixit: volo, si is, quem heredem scripti è viuis ex- cedat, hereditatem meam restitui, &c. vid. *Et* Duar. 1. disp. 5. Vacon. 4. declar. 6. Fracim. 6. contr. 97. Marc. Lyclama lib. 1. Mè- bra. ecloga 1. §. ita *Et* P. Greg. 43. Syn. 1. n. 4. Diff. Vafq. lib. 3. de success. progressi §. 30. n. 11 nō aptius hæc duas species dicit scri- bens,**

bens, quam si quis dicat contractus mandati, commodati emptionis, &c. in duas species distingui, ut alij sicut scrip- turæ interuentu, alij sine ea, quia, inquit, utrobique scriptu- ra non ad solennitatem & substantiam, sed probationem exigitur, h Codicilli dicuntur, quasi parua testamenta. Quia testamentum codex vocatur Iuuenali Satyr. 10. C. *scilicet* He- redes vult esse suos. Et heredes dicuntur in codicibus scripi l. 1. §. 6. D. Secund. tab. Forner. 2. Select. 9. Marg. Treber. 2. Pa- rerg. 15. De codicili duobus generibus, &c. vid. Horom. 4. obf. 1. i Quare epistola illa quæ speciè vltimæ voluntatis constituit ut in d. l. 22. non in effectu tantum conuenit, aut parum dif- ficit ut Goth. in d. l. 22. sed nihil omnino à differt codicillis scriptis. Dissent. post alios Ioan. Dauth. de testament. h. 122. *Et* An. Fab. 68. error. pragmat. 9. volens Codicillos per nuncu- pationem ante constituit. Theodos. l. vltim. Cod. hoc tit. inco- gnitos fuisse.

CAPVT XIX.

Ius Codicillorum.

IUS CODICILLORVM VERSATVR TVM IN CONFECTIONE, IVSTA VBI SPE- CTANTVR CONFICIENS, qui habet ius testandi l. 6. pen. l. 8. §. 1. Aristot. 9. hoc tit. a Quare si quis post testamento conditum arrogatus fecerit codicillos, nihil ex eis debebitur, licet dissoluta arrogatione de- cedat argum. l. 1. de testam. Obi. Imò contra l. 8. §. 3. vers. sed dicemus hoc tit. 3. ibi ratio decid. est in confir- matione, quæ præcessit cum adhuc sui iuris esset. Co- dicilli enim postea facti tẽpore arrogationis, intelli- guntur quasi facti essent tum cum confirmari argum. l. 10. pr. vers. proinde de cond. inst. b **E**T OBSERVATIONES in iis ordinandis præscriptæ l. vlt. §. vlt. Cod. hoc tit. Quin- que testium abhibitio, et si fortuito venerit nec rogari d. §. vltim. scilicet ab initio. si tamen postea monean- tur se adhiberi ad codicillos, & rogentur, ut adint. Di- cuntur enim adhiberi d. §. vltim. Adhibiti autem it- dem qui rogari l. 21. §. 2. D. de testam. (hic *Et* ad auct. rogati. Cod. de testibus) & si scripti codicilli sint, subnota- tio, d. §. vlt. a Atqui Codicilli nullam sollemnitate m desiderant §. vltim. l. h. t. 3. Ille §. auctorem habuit Vp. Caium aliumque, cuius tempore nondum lata Con- stitutio Theodosij d. l. vltim. 5. b. Ex mente autem Iust. sic accip. est nullam scilicet plenam ac perfectam, qualis in testamentis. Remissum hic de solennitate testa- mentorum tam externa & quoad numerum testium, qui in Codicillis minor, & conditionem, quia hic quoque mulier idonea, arg. l. 20. §. 6. de test. k & quo- ad obsignationem, quæ & ipsa remissa, sola autem re- quiritur subnotatio, quam interna. Nam quæ omiffa vitiant testamentum, codicillos non item. Superior obseruatio ita necessaria, nisi testator testam. ritè con- ditio, inserit omnia valere: quæ scripsit vel scriber co- dicillis. Tum enim codicillis scripta perinde habentur ac si testamento relicta essent. l. asse 77. de her. inst. l. 10. pr. de cond. inst. proinde sufficit solennitas testamenti, nec noua requiritur obseruatio § cum & in d. l. vlt. §. vlt. Cod. hoc tit. sint adiecta verba excepto testam. Potest autè & qui testamento non condidit codicillari §. 1. l. 1. §. 1. ab intest. 16. D. h. t. Sed testamento facto, codicilli, etiam postea scripti, ex testamento tacite vires capiunt l. 3. §. vlt. hoc tit. vti & codicilli prius facti ex test. sequun- tur, de quo mox, NEEVENTV IN FIRMATA. Infirmantur codicilli aut principaliter & per se, contraria vol- untate, etiam nuda l. si iure 18. de leg. 3. (contra quam testamenta vid. *supr.* lib. 6. cap. 16. lit. B.) Quia enim natura eorum, saltem primæua, vti nuda voluntate con- stituntur, (testium enim adhibitio accessit demum ex lege Theodosij) eadem soluantur quoque. Decla- rata vel verbis vel facto, aliis scilicet codicillis contra- riis l. 3. C. h. t. eaque sola, ac sine ea nullo modo. Non a-

liorum codicil. confectio, qui non contrarij l. 6. §. 1. h. t. contra quam in testamentis l. 6. cap. 16. lit. E. Ra- tio differ. Condens posterior tamen innuit prius esse imperfectum, (ut pote cui defuit heres, quem poste- riore instituit) & proinde nullum. Codicillos confi- ciens declarat & ipse prioribus codicillis aliquid deesse, atque esse eos imperfectos. Sed hoc non est natura illorum contrarium verum conueniens. h Nec testa- mento postea condito, et si in eo nulla metio fiat prio- rum codicillorum, ut contra Papin. D. Severus & An- ton. rescripserunt §. 1. l. h. t. Nec agnatione posthumi, k ideo ut & ipse quoque relicta in iis debeat l. 3. §. 1. l. h. 16. licet rumpant testamentum. Ratio differ. Per codicil- los non adimitur hereditas posthuma. (viti per testa- mentum) sed is potius aperte heres statuitur, cum ab eo fideicommissum, tanquam ab herede, præstetur. Aut per consequentiam alieno casu, si ex testamento pen- deant. Quotiescunque conditur testamentum, ante vel post codicillos, l pertinent hi ad testamentum l. 3. §. 1. vlt. 16. h. id est pro parte eius habentur l. 14. h. l. pen. Test quæ aper. vires ex eo capiunt, conditiones illius se- quuntur, stante eo consistunt, irrito condunt d. l. §. vlt. lib. 14. vers. nimirum l. 16. in §. D. l. 1. pr. Cod. hoc tit. Sed modo simul existit, secus si codicilli post testamen- tum ruptum confecti d. l. 1. Cod. hoc tit. Tum in conditio- ne verum quæ in eis relinquuntur. Nequeunt olim. legata §. 1. 10. Ideo fideicom. hered. hodie possunt leg. 2. Cod. de comm. de leg. Et nunc hereditas nec dari potest §. Codicillus 2. l. 1. 2. Cod. h. Ratio dub. quia simpliciter recepti fuerit, & à plei- sique, Labeone etiam, probati. Ratio decid. duplex. 1. Nec confundantur cum testamentis d. §. 2. quæ per so- lam institutionem heredis fiunt. m facit l. 7. Cod. hoc tit. 2. Ne per codicillos, qui ex testamento valerent ipsum testamentum confirmetur l. 10. hoc tit. quod fieret si testa- mento nullus heres institutus, codicillis autem in- stitueretur. DIRBCTO. a Verbis precariis potest d. §. 2. n l. d. l. 2. C. h. quæ non capitur à fideicommissario nisi imminuta, detractioe quartæ Trebellianicæ l. 2. §. vlt. h. Directo autem facta institutio vel substitutio in co- dicillis trahitur ad fideicommissum l. 76. ad Treb. vid. s. c. 17. lit. D. modo consistet codicillari voluisse testatore per di. c. a. c. præc. lit. B. NEG. ADIMI. o d. §. 2. d. l. 2. per l. eius o est nolle §. de R. I. & quia adimendo aliis daret, cohere- dibus scriptis, vel legitimis. Quare nec conditio potest adici codicillis heredi in testamento instituto d. §. 2. l. d. l. Diui 6. pr. d. b. quia in defectu conditionis adimere- tur, p nec testamento adiecta conditio in codicillis ad- P imi potest, quia in defectum conditionis daretur.

NOTATA.

a Quid statutum veret minorem testari, an codicillari ve- titus quoque censetur Aff. Duar. ad l. 2. de leg. in §. Negat per multas rationes Vafq. l. 3. de succ. progressi §. 30. n. 12. b A. Fab. 10. Coni. 20. ad scribit vers. sed dicemus d. l. 8. §. 3. Triboniano, quod & decisio inepta sit, & similitudo & posthumo ducta absurda, Cui accedere non conuenit Sed neque nolter tamen rem plenè expedit. Vtr enim dicamus haberi codicillos ac si facti essent ante arrogationem, tamen quia ex testamento pen- derent, eo per arrogationem iurito reddito, codicilli quoque considerent Quid dicemus? Nimirum sicuti testamentum conualefcit iure prætorio dissoluta arrogatione vid. lib. 6. c. 16. lit. S. ita & codicilli hi vti eiusdem appendix & sequela. Atqui dicuntur simpliciter valere d. §. 3. B. Sed & testamen- tum ibid. valere asseritur, quod tamen de iure prætorio in- telligendum est c Quibus casibus pauciores testes sufficiant vid. Vafq. lib. 3. de success. progressi §. 30. num. 27. *Et* seqq. qui & in prioribus nec rogationem requiri, peregrinos, iurdos, cæ- cos admitti tradit, &c. nu. 18. etiam impuberes, quod vix ad- mittendum erit d Male igitur, & contra d. §. vltim. Vafq. d. 10. numer. 6. non requiri testium subscriptiones, sed pro- bari posse codicillorum tenorem, licet in scriptis fiant, per testium depositionem. e Cuiac. 2. ad Afric. in lib. 14. hoc 1. e Nullæ

Nulla hic, inquit, formulæ, nullus certus ordo, verba, libri- pens, emptor familia, &c. Testes autem non ponendi in solen- nibus, alioquin omnes actus testium adhibito faceret solen- nes. Et *Vasq. d. §. 30 n. 4. s. c. 6.* non ad formam requirit testes, quæ codicillorum nulla sit, sed ad probationem. *F. Vigl. in §. testes 6. l. de testam. nu. 5. Vasq. l. 2. de succ. creat. §. 12. Requis. 2. n. 12. c. n. 68. c. l. 3. de succ. progressu §. 30. n. 13. Ioach. Beuff. in l. adm. n. 31. de iur. m. §. 37. c. 2. §. 99. Loriot. ad l. 2. c. 773. de R. iur. f. §. 507. Arumna. ex Instin. 7. th. 14. §. De quo valde du- bito. Neque hoc ex dictis illicitur. Licet enim codicilli il- li testamento quasi inesse videantur, non tamen ideo si alio tempore fiat nuda scriptura perfici possunt, sine observa- tione in codicillis requisita, in exemplis sane quæ ad ill. pro- ponuntur, ubi institutus in testamento heres, si scripsero co- dicillo. vel quem scripsero, postea scribitur, minime expedit ita statui. Facilius enim via fraudibus aperiretur. Et omnino refragatur *d. l. vlt. §. vlt. c. h. 1.* Nam adiecta verba, *excepto te- stamento* non hoc significant quasi codicilli, qui testamen- to insunt, minore sollemnitate contenti sint, sed quod testa- mentum maiorem exigat, h. Ratio hæc animam non ex- plet. Nam si genuina, quodius testamentum posterius etiam imperfectum, reuocari prius contra dicta s. *lib. 6. c. 1. §. lit. E.* Semper enim significaret testator se prius pro perfecto non habere. Ratio verior in natura successionis vniuersalis, quæ apud plures in solidum esse nequit. Quare duo testamta non possunt simul valere, quia absolute contraria sunt, nec omnino vtrumque exitum habere potest, &c. i. Et tamen Pa- pin. sententia videtur existare in *l. 5. h. r. c. Cuiac. 18. obs. 7.* putat codicillos, speculni confirmatione indigere, siue ventioses sint, vt *d. l. 5. l. 22. §. 6. ad l. Corn. ad fals. siue nouiores l. 6. c. h. r.* ad id vt directè in eis scripta valeant. In §. 1. autem *l. h. r.* confirmari codicillos ante factos sine speciali mentione, non id vt legata libertates directæ ex eis debeantur, sed vt fideicommissa præstentur. *Duar. 2. disp. vlt. codicillos ante testamtu factos speciali confirmatione egere, & credi qui post codicillos testatur, ab iis recedere nisi contrarium appareat. Quod omnino dicto testamento D. Seueri aduerfatur, & notatur Duaren. à Mercer. 2. Opin. 12. vid. c. A. Fab. 5. Com. 12. vbi Cuiacio accedit, sed ab eo recedit 25. Coniect. 15. Vasq. lib. 3. de success. progressu. nu. 54. nec aliis modis, quibus testamta pereunt Vasq. ibid. num. seqq. qui tamen non rectè recenset lapsum decennij num. 53. Eo enim solo testamta non infirmantur, & si adiuncta ei sit voluntas, vtiq; & codicilli. Semper enim, inquit, Cuiac. 2. ad Afric. in l. 1. h. r. intellectu posterior codicillis, licet antea fiat, & ita semper sequela testamenti est. Greci vocant ἀνωθηρωσι Cuiac. in l. 1. vbi test. fac. Fornar. 2. sect. 9. vid. c. P. Greg. 43. Synr. 1. nu. 8. c. 9. Vand. 1. quæst. 19. m. Codicilli enim sic dicuntur per dimi- nutionem quod sint paruum testamentum vid. not. e. præc. tit. 11. potest eorum esse eadem quæ testamenti auctoritas Marq. Freber. 2. P. arer. g. 25. † Non igitur improbabilis est & inanis hæc ratio, vt vult. A. Fab. 74. err. prag. 10 p. 565. nec etiam illa altera angustior, cui videtur Rad. h. orn. 3. v. r. quod 23. Ratio- nes vero 12. sed valde pleraque impertinentes & longè peti- tas habet. Vasq. lib. 3. de succ. creat. §. 25. n. 1. quibus suavis & festina est septima. Si res hereditaria, inquit, etiam inanimata designatur acquiri per aliam hereditatem animatam, id est seruum & sic digniorem, quantò magis debet testa- mentum designari, si tollatur vel consumetur per codicil- los, qui sunt minoris potentie, nisi à milite l. 19. pr. l. 36. pr. de test. mil. vid. Zoan. tr. de Rom. imperio n. 23. † An & pia cau- sa dari poterit directo. Negat Vasq. d. §. 15. num. 9. Coma. 9. com. 7. n. 2. hoc sic interpretatur, posse quidem adimi heredi- tatem codicillis, vt eam non habeat, cui data erat, non vero ita, vt ad alium transmittatur, verum vt non pro ademptâ, sed pro nunquam data, habeatur l. 1. §. 4. de his que in test. del. Et ideo portionem illam non accrescere coheredibus, nec obuenire legitimis, sed acquiri fisco l. 4. Cod. de his quib. vt in- digni. † Sed d. l. 1. §. 4. non de ademptione codicillis facta, sed de deletione & cancellatione loquitur c. d. l. 4. est de herede post testamentum malè de testatrice merito, Nec porrigen- da videtur ad alios casus, p. Quæ ratio redditur in l. pen. in fin. de cond. inst. Plura de Codicillis pete ex Cuiac. 2. ad Afric. in expositione l. 14. c. seq. h. r.**

CAPVT XX.

Susceptio Fideicommissaria hereditatis.

2. S V S C E P T I O N E (de r. vid. supr. cap. 16.) Q V Æ C O N S T A T, operâ vtriusque H E R E D I S

R E S T I T V T I O N E E T F I D E I C O M M I S S A R I I A C C E P T I O N E §. restituta 3. l. l. 37. D. hoc tit. I N C I D V N T V E R D, initio, quæ restitutionem re- mouentur, Q V Æ S T I O N E S D V Æ, de quibus hic strictum, plenius. lib. 8. in communi argumento. I. D E R E R E L I C T A. Quantum relictum sit, sumitur partim ex verbis: Hereditas tota vel eius pars vid. infr. cap. 25. partim ex iure, quod regulariter quarta manet apud heredem vid. infr. c. 29. Quod si pluribus relictum sit, partibus non adscriptis, seruatur idem quod in institutis, Si aliis quam coheredibus rogatus restituere, par- tes æquales, arg. l. 9. §. 12. de her. inst. Sin coheredibus, eadem partes in fideicommissio, quæ in hereditate l. quo- ties 23. h. tit. l. 24. de vulg. nisi procliuor fit coniectura testatorem voluisse æquas partes fieri. Vt i. ex appel- latione nominu l. 24. h. r. a. Ratio quia nominu appella- tio personas designat & earum numerum, non qualita- tem, Vult igitur restitui testator pro numero perso- narum. Heredis autè appellatio non personam signifi- cat, sed qualitatem. Intelligitur enim heres quatenus est heres, id est, pro sua portione. [Donell. hic c. l. 8. c. 29. c. d. l. 7. §. vltim. de reb. dub.] 2. ex equali diuisione onerum l. 23. h. r. l. 7. §. vlt. de reb. dub. [Credibile enim est testatorem quos æqualiter oneravit paria ius com- moda tribui voluisse per l. 10. de R. I. Don. ad d. l. 7. §. vlt.] II. D E P R Æ S T A T I O N I S C I R C V M S T A N T I I S. C V I Q U I D E S I G N A R U S, (his nullus, nulli debetur l. 4. de reb. dub.) non nominatim vel alia ratione: vt in l. 74. h. r. vid. supr. c. 16. lit. i. vel verbis indefinitis. Vt, Quis- quis mihi heres erit, quibus verbis, qui veniant. vid. lib. 6. c. 20. lit. c. ei Primus portionem suam restituit. Et ei soli, vt videl. initium ab eo capiat. Cum autè in per- sona eius cæperit consistere, transit ad heredem l. 25. pr. h. r. vid. infr. lib. 8. c. 28. A quo? Designato. Si nullum expressit testator, creduntur onerari omnes heredes, instituti vel legitimi l. 1. c. de fideic. l. 29. l. 76. h. r. i. c. cur aliud si fideicommissarius nullus designatus d. l. 24. de reb. dub. 32. Ratio differ. A quo præstetur fideicom- missum iuris est quæstio, & ex re relicta intelligitur, quia fideico. est onus heredis l. 2. C. de leg. Cui autem debeat- ur facti & voluntatis est. Q V A N D O V B I R E G U L A l. i. cond. c. dem. obtiner. Aut dies certus adscriptus, & ante- quam venerit, si modo cesserit, non peti quidem potest, debetur tamen, & restitui potest d. l. 5. r. de cond. c. dem. Nam qui alio loco restituere iussus, similis est ei, qui in diem rogatus l. 6. §. vlt. hoc tit. per §. loca 5. l. de V. O. quia in loco inest dies intra quem ad eum perueniri possit. Et tamen ille potest restituere antequam in eum locum venerit l. 9. pr. hoc tit. Obi. Ante diem resti- tuta hereditate, non transferuntur actiones leg. 10. h. r. 32. d. l. 10. accipienda est de die incerto r. per contex- tum illius cum §. vlt. lib. 9. preced. vbi de conditione agitur. 2. quia comparatur ibi dies conditioni. Is autem est incertus l. 75. de cond. c. dem. l. 212. de V. S. 3. quia ratio in d. l. 10. adducta, quia non ita restituuntur hereditas, vt testator rogauit, conuenit tantum diei incerto. Nam dies certus adicitur in commodum heredis, quod si con- temnit; nihil facit contra voluntatem testatoris, sed immò plenius illam exsequitur l. 19. in fin. Quæ. infr. cred. l. 12. Cod. de fideicom. (hic c. infr. h. lib. cap. 20. c. cap. 25.) Quin immò m. l. 10. intelligitur dies incertus, non restituitur adiectus, sed institutioni, vt ca l. con- ueniat, cum §. vlt. l. preced. Necessariò igitur accipitur dies incertus, quia ex die certo nequit heres institui l. 34. de hered. instit. Aut conditio adscripta, & nec resti- tui potest hereditas, antequam ea exstet l. 213. de V. S. (Quædo autem existat vid. l. 8. c. 33. c. seq.) nisi ex mag- nâ causâ, vt in specie. l. Imperator. 50. h. r. Interdum dies vel conditio, et si non adiecta vi ipsa insunt: dies inest,

inest ex loco l. 6. §. vlt. h. aut ex conditione personæ vt si ita: Rogo des filio tuo, hic tempus id significatur quo sui iuris sit l. 19. pr. h. r. Sic in specie l. 75. §. 1. hoc tit. intelligitur tempus mortis ex conditione maris & pte- tate illi debita, & ex verbo perueniret, quo vius testator. Non enim peruenisset verè ad matrem si statim resti- tueret. a. Conditio aliquando inest ex sola coniectura voluntatis, vt si sine liberis. c. c. Quæ quia communia sunt legatis & fideicommissis singularibus, de iis plenius dicitur lib. seq.

NOTATA.

- a De nominum propriorum expressione, quando faciat partes vires relictas ceteri, quæ alias hereditarie futuræ. vid. Simon de Præis lib. 3. de interpret. vlt. volum. inter pr. 1. dubitat. §. solut. x. Philip. Massin. ad l. 1. c. de impub. subst. n. 95. c. seq. b. l. si parvoni §. 5. r. h. s. vid. Chiflet. lib. 4. de iure fideic. c. 1. c. siue heres scriptus sit, siue alius ad quem hereditas peruenit, vid. s. cap. 16. lit. D. c. E. Et successor quoque heredis præstare cogitur. l. quamuis 40. §. 1. h. 44. pr. hoc tit. Fisco quo- que quocunque iure ad eum bona siue caduca, siue vt vacan- tia perueniant, præstare fideicommissa tam vniuersalia quam singularia l. 9. §. 1. de leg. 1. Interdum quoque ab alio præsta- tur fideicommissum quam qui rogatus est, vt in casibus l. 1. §. 9. l. 16. §. 8. hoc tit. vid. Chiflet. l. 4. de iure fideic. c. 1. d. Nisi in fauorem fideicommissarii dies adiectus sit, arg. 43. §. 2. de leg. 2. vid. P. Greg. 42. Synr. 29. n. 21. c. seq. e. Aliam expolitio- nem d. l. 75. §. 1. vide apud A. Fab. 65. de error. pragmat. 8.

CAPVT XXI.

Compulsio Fiduciarij ad aditionem.

V Na tamen conditio, licet etiam communis aliis vltima voluntate relicta, proprium hic ius ha- bet. Si hereditas adita sit. Quæ & fideicommissum inest. Neque enim potest restitui, nisi quod ad aliquem peruenit l. 20. §. 7. de per. her. neque obligari qui nihil accepit l. 9. Cod. de fideicommiss. Interdicit igitur quando cer- tum sit adiri non posse, vt si heres, priusquam adeat, moriatur, l. ille à quo 13. §. 3. l. ita 27. §. 6. hoc tit. a. Quod si nolit fiduciarius adire dvo re- media. I. AD INVITANDVM. Amotus metus pe- riculi, exoneratio artis alieni Senatusconsulto Tre- bell. facta b. l. 1. §. 2. hoc tit. cui oneri aliis eum restitutio non eximeret, & ne suo factio liberetur & argum. l. 2. Cod. de her. vend. Ac ad pensandam molestiam aditio- nis & restitutionis ne nihil latari ex aditione adire re- cuserent. Quarta retentio ex Senatusconsulto Pega- siano §. sed quia 5. Inst. hoc tit. c. Quo quia explosio omnis eius auctoritas tributa Senatusconsulto Trebel. §. 7. Inst. hoc tit. interpretibus ex quarta vocatur Trebellia- nica. In usu iuris sæpè Falcidia dicitur l. 41. §. 3. de vulg. l. Titia 86. ad l. Falc. l. 27. §. 10. l. 29. l. 55. §. 2. hoc tit. ratione del. habita eius legis, qua primum constituta est qua- rta, quæ postea per SC. Pegasianum inducta est in hanc speciem fideicommissariæ hereditatis.

NOTATA.

- a Quid si heres ante aditionem, post compulsum tamen prætoris decedat. Vasq. lib. 2. de success. resolut. §. 11. numer. 42. contra omnes, vt perhibet, & sic quoque nihilominus fidei- eommissum vniuersale intercedere per d. l. 13. §. 1. hoc tit. Sed contrarium probat l. 4. c. l. 7. §. 1. Cod. hoc tit. & immò d. l. 13. §. 3. dicit compellendum adire, ne prius decedens (ante com- pulsium scilicet & coactionem) fideicommissar. decipiat, b. e- dito tempore Neronis, Seneca & Trebell. Maximo Conf. d. l. 1. §. 1. D. §. 4. l. hoc tit. sufficit scilicet & extraordinariis, cum Falcis eorum nomina non sint adscripta Goth. vtrouique in- not. Chiflet. lib. 4. de iure fideicommiss. cap. 4. licet Radulf. Forner. 2. rer. quotid. 18. Seneca nom. in Falcis ideo nō extare, quod exemptum fuerit, eius, ceu perduellis memoria à Nerone in-

dignè damnata. Eius causa finalis ne alium comoda se- quantur alium oiera, in verbis Senatusconsulti primis lib. 1. §. 2. h. r. Cum esset æquiss. c. c. Causa impulsus ne præ- textu inerus litium reculerent fiduciarij adire, in verbis extre- mis, quo magis in reliquum, c. c. Ita Chiflet. d. loc. At, puro ego, potius. Causa finalis in dd. verbis vltimis, & in verbis. Causa formalis seu ratio Senatusconsulti Causa autem impulsua, exempla fiduciariorum, in præiudicium fideicommissariorum repudiantium. §. 1. h. r. c. Cuius proui- sio equidem plenior & fortior quam Trebelliana, sed salebro- sas & coarctatas stipulationes partis & pro parte empta & venditæ hereditatis, inuenit, quibus, nisi caueret sibi heres, si rogatus erat ultra dodrantem restituere, adhuc in solidum obstrictus manebat oneribus hereditariis, d. §. 5. vid. Cui 2. d. obs. 30. Chiflet. lib. 14. de iure fideicommiss. cap. 8. d. Duar. ad tit. D. ad l. Falc. cap. 7. vocari Falcidiã quia utilitatis causa ad ex- emplum Falcidiæ recepta, sicuti, Quasi Seruiana, quandoque vocatur simpliciter Seruiana † Cont. 1. sub l. 4. putat quia inter legem Falcidiam (sub Augusto) & SC. Pegasianum (sub Vespasiano factum) 1001 anni, & quod excurrit, intercesse- runt, toto intermedio tempore probabile esse extensam fuisse quartam Falcidiam ad fideicommissa. Id quæ fortè causâ esse cur inuenio postea Pegasiano Senatusconsulto segnius eo vti Iurisconsulti soliti, adiecti nimirum Falcidiam eò extendere. Eius rei extare argumentum, in l. 18. vers. dixi legem Falc. c. c. ad l. Falc. Sed neque hæc opinio conuenit d. §. 1. h. r. vbi Imp. aperit ante SC. Pegasianum plerisque fideicommissis grauatòs adire recuassè ob nullum lucrum, si toram vel minimum, si penè totam hereditatem restituere rogati es- sent. Et d. l. 18. loquitur de porrectione l. Falcid. facta à D. Pio post SC. Pegasianum. Nam inter Vespasianum & D. Pium intermedij fuerunt §. Imp. Titus, Domitianus, Nerua, Traia- nus, Hadrianus. De sententia autem d. l. 18. vid. Duar. ad l. Falc. cap. 5. c. A. Fab. 1. iur. iur. 11. pr. 9. ill. §.

CAPVT XXII.

Que cause recufandi aditionem fiduciario?

2. A D C O G E N D V M. Senatusconsulto enim Pega- siano cauebatur, si fideicommissarius vellet suo periculo adiri & restitui hereditatem, vt cogere- tur heres à prætorè, ita vt omnes actiones in fideicom- missarium transeant, ipse autem quarta comodo non vtatur §. 6. vers. sed recufabat l. h. r. Sed. Inst. cū multa ei in SC. Pegasiano displicerent, omnem eius auctorita- tem Trebelliano præstitit. §. 7. l. h. r. Ex quo in hac res- titutione solum Trebell. nominari cæperit. VBI Q V Æ S T I O N E S T R E S I N C I D V N T. I. A N N V L L A E R E C V S A N D I C A V S S A E? Resp. Ex persona heredis N V L L A, quocunque iure veniat, etiam militari lib. 6. §. 1. c. 2. lib. 1. §. 5. c. seqq. h. r. vt extraneus adire suo se immiscere cogatur d. l. 6. §. 2. a siue magna sit vir auctoritatis à vili institutus, l. 5. h. r. b si ius ciuitas, municipium aliudve corpus publicum, restituere ius- sum l. 6. §. 4. h. siue ad fiscum bona vacantia redie- rint d. l. 6. §. 3. Extrinsecus autem sunt, quarum 4. spe- cies. 1. A re restitui iussa. Si non hereditas relicta per fideicommissum, sed res certa, aut quantitas c. l. 16. §. 2. h. r. vel si res omnes & singulæ hereditariæ, vel si res certa regionis Italicæ, & c. præterquam si à milite l. 16. §. sed est 6. h. Ratio in l. 14. §. 5. c. 1. 53. h. r. quia nemò se hereditariis actionibus obstringere cogitur propter legatum. Non enim æquæ, vt in fideicommissarium vniuersalè, ita & in singularem, vel legatarium transe- rit actiones hereditariæ l. vlt. Cod. de her. act. Quid igitur si legatarij hi velint obstringi æri alieno, eoque nomine indemnitate cautionem præstent? Ne tunc quidem adire cogitur d. l. 14. §. 6. quia pactio priuata non po- test derogare iure publico, ne efficere, vt actiones in legatarium ab herede transeant, in præiudicium cre- ditorem. d. Item si heres rogatus hereditatem Titij restituere, ad neutram adeundam cogitur l. 27. §. 9. h. nec testatoris, quia restitui iussa non est, nec Titij, quia Trebelliano locus est cum quis iubet suam here- ditatem

ditatem restitui d. l. 27. §. 8. nisi ex ea ipsa Titij hereditate restator antea institutus adierit l. 16. §. 5. hoc tit. e ubi autem suam hereditatem sic relinquit, non necesse est vti hereditatis verbo. Potest dicere bona, patrimonium, facultates suas l. 14. §. ult. l. 15. l. 16. pr. hoc tit. 2. A IVRE HEREDITIS. Si conditio, sub qua institutus est, nondum extitit l. 9. §. ult. l. 10. l. facta 63. §. 7. b. Impedit enim ea pendente aditionem ac restitutionem & ius & voluntas testantis. Sed si conditio non sit in potestate, quæ ad officium prætoris non pertinere dicitur l. 31. §. ult. h. quod videlicet nec remittat eam, nec de ea implenda statuat, nec pendente cogat adire & restituere. Quid si sit in potestate? Ex illis quædam remittuntur, vt turpes l. 63. §. 7. & 8. h. l. 9. l. 14. de cond. instit. qualis etiam conditio iuris iur. l. 8. pr. de cond. instit. nominis ferendi d. l. 63. §. 10. 8 quia non caret macula sinistra suscipionis gentilitij nominis puduisse, & alienum suæ familiæ nomini prætulisse. Cætera implendæ siue in dando, siue in faciendo. Ac si in dando est, pecuniam illam offerat heredi, vt indennis sit, fideicommissarius l. 63. §. 8. l. 7. l. 3. §. ult. h. Sin faciendæ & difficilior, h inuitus facere non cogitur, sed sit potestas fideicommissario eius loco implendi, d. l. 31. §. ult. i Non autem excusatur ab aduendi necessitate fiduciarius, si repudiauertit (R. dubit. quia videtur non posse amplius adire, per ea quæ sup. c. 8. l. 14. §. 1. hoc tit. quod est ex rescripto D. Pij l. 2. §. ult. de sus. & leg. quia repudiatio contra SC. facta pro infecta habetur per l. 5. C. de h. nisi repudianti consenserit fideicommissarius arg. d. l. 14. §. 1. Non etiam excusatur si agnoscentiæ bonorum possessionis tempus prælabi passus sit, si tamen fideicommissarius aliquâ ex causâ non potuit adire prætorem, &c. vt est in leg. 63. §. 14. h. Secus est si potuit. Eius enim postulatio exitur intra tempus petendæ bonorum possessioni præstitutum, quod scire debuit. Et si vterque præterlabi fuerit, neutri succurritur, nec instituto nec fideicommissario. 3. A PERSONA FIDEICOMMISSARI. SI DICAT HERES VEL FIDEICOMMISSVM PLANE NON DEBERI, l. ille 13. §. 3. h. si id conserit l. ita 27. §. quoties 6. h. 4. Sin de eo contentio sit, sic distinguitur: Aut controuertitur de viribus testamenti, & heres non est audiendus d. l. 13. §. 2. Merito quia si valet testamentum, falsum dixit heres, si non valet idem falsum dixit sibi suscipiendi esse hereditatem, quæ nulla est, & quam aduendo, vt pote non delatam non acquirit §. 7. l. de hered. qual. Aut de viribus fideicommissi & aut cognitio habet prolixiorrem tractatur, & non audiendus est heres d. l. 13. §. 3. aut probatio non procul petenda & audiendus, ne forte postea inuitus oneribus obstringatur, si apparet nullum esse fideicommissum. VEL NONDVM DEBERI, ET VEL QVIA PENDEAT CONditio FIDEICOMMISSI, & non est cogendus per l. 27. §. à parte 4. hoc tit. vbi licet proponatur sub eadem conditione, qua fideicommissi relicta, heres substitutus, tamen ea ratio ibi ponitur, quia sub conditione fideicommissum datum est. Deinde probat hoc l. 1. §. 9. hoc tit. vbi compulsio tributa vni, adimitur alteri arg. l. 12. pr. de iudic. Atque ideo quia cui purè siue in diem relicta est, potest compellere heredem vt adeat, non poterit is cui sub conditione relicta, priusquam ea exstet. Quid enim opus vni nominatim concedere, si vtrique iure publico concederetur. Dissent. vulgo Dd. 1 per l. 11. §. ult. hoc tit. 3. Sed ibi vt & in l. 31. pr. h. specialis est casus, quando alicui & libertas purè & sub conditione fideicommissum relicta, (sola autem libertas alteri causæ non coniuncta, ad cogendum non prodesse l. 55. §. 2. in fi. h.) atque ita exceptio est regulæ tradita in d. l. 27. §. 4. Nam id ibi sic constitutum esse libertatis causæ

- a Consentit Gomez, 1. var. resol. §. num. 19. † Dissent. Cuia. 12. ob. 12. volens adretere heredi fiduciario, si is sponte adit, quasi ab ipso asse et relicto, ne plus habeat fideicommissarius, quam testator voluit. Ius enim accrescendi, inquit, tantum facit, ne quis minus habeat quam ipsi relicto, cum sit ius hereditatis vel legati integrum, nec per concursum socij deminutum. Excipit nisi heres compellus adit, ut in d. l. 43. quantum in ipso fuit irritans supremam voluntatem defuncti, ideoque indignus qui ex ea voluntate vel eius occasione quidquam consequatur. † Sed negandum est Cuia. ius voluntatem defuncti magis suffragari fiduciario. Quia proclivior coniectura est pro fideicommissario, quam plus dilexisset censetur. Quia enim ius accrescendi quae ex tacita & praesumpta substitutione, vid. not. s. cap. 11. lit. B. in substitutione autem eadem partes repetita censentur, quae in institutione, propterea quod utrobique aequalis testatoris credatur affectus, idem ad institutionem precariam & substitutionem praesumptam ex pari ratione trahi posse videtur. Accedit quod portio portioni accedit, non persona, leg. 33. in fin. de Vsur. Hoc sane interesse hic putarem inter fiduciarium, qui coactus, & qui sponte adit, quod ut hic quartam, de portione in qua institutus, detrahit, ita & de ea quae defectu socij obvenit, ille de neutra. Dissent. & A. Fab. 50. error. pragmat. 1. 3. & 4. b. Cuia. d. cap. 12. pro alia actione, in d. leg. 43. legit, alia actione, quia, inquit, nulla est actio fideicommissario, sed extraordinaria persequutio, & A. Fab. d. error. 4. reponit, conditione. Sed Resp. Actionis vocabulum latius acceptum etiam extraordinaria persequutionem continet, ceu conuenit ipsa leg. 178. §. 2. de V. S. & maxime §. vlt. eiusd. lib. omnem actionem, &c. siue fideicommissi persequutio. Idem Cuia. pro ignarus sit, reponit gnarus sit, vel gnarus sit, id est rescuerit. Sed vult Lilius, teste Festo lib. 7. & Perotto Cornucop. in 6. Marcial. Epigr. f. mibi 539. vocem gnarus sit usurpaerit, non tamen pro rescuuisse, sed pro narasse; Nec Vlpian. huiusmodi verbis facile vitur. Forte in d. leg. 43. ignarus pro gnaro, ut vocula in, non prius, sed augeat, quomodo ipse Cuia. alibi 15. ob. 18. incientem exponit pro sciente, de quo alibi. Dici tamen potest verbis illis: deinde ignarus sit accrescisse post restitutionem, &c. significari accretionem quidem factam ante restitutionem (ut illa post restitutionem, referatur ad voculam ignarus, non ad verbum accrescisse.) Sed id ignorasse tam in restitutione, quam aliquo tempore post eam. Atque eum casum tractasse Papinianum, in quo & ex ignorantia fideicommissarii decisio faciliior, cum, si sciuit ante restitutionem obventionem patris quae accessit, ei imputari posse videretur, quare non ad eius partis restitutionem heredem compulerit, &c. e ita & distinguit Zoanes. lib. de duplici venatione numer. 2. qui ibidem & num. 3. & leg. tractat quare parus non sint in fructu. Non autem in d. l. 2. §. 3. pro qua legendum quamuis, ut vult Charond. 1. verisim. 3. sic habere referens antiquos manuscriptos, & excusos Codices. Neque enim magis restitui deberent partem quam fructus essent, sed minus. d. Solutio haec diuinar, & text. d. l. 58. §. 4. distinct. inter tempus quo editi partus vix admittit. Melius forte Pac. §. 7. 43. ariam omniam inter d. l. 14. §. 1. & d. l. 58. §. 4. diluit, ex verbis extremis d. §. 4. qui iuramenti gregem retinent, ut non simpliciter ibi loquatur I. C. de partu vel foetu, sed de

submisso in locum mortuorum capitum, ut familia vel grex maneret. Nec obstat vocula, gregem, quae ad solos foetus referri videtur. Nam & familiam complecti potest, sicut Plaut. dixit in Aulular. act. 3. §. 3. venialium gregem Terent. in Heautont. act. 2. §. 3. Ancillarum gregem ducunt secum, &c. Quam solutionem & paucissimis ianuit Gouean. ad l. 25. ad l. Falc. num. 3. & videtur probari ex Synopsi Bassil. lib. 3. §. tit. de fideic. act. restit. cap. 53. Sed malo statuere parus & foetus omnino venire in restitutionem per text. l. 3. in fin. pr. de instr. leg. Et quia Papin. in d. l. 14. §. 1. decisionem plane fundat in verbis testamenti, exceptis redditibus. e. Hof. 1. amicab. 17. cir. fin. Cum hereditas aditione esse desierit, facta patrimonium heredis, non acquiruntur fructus, post eam iure hereditatis & iure civili, quia tempore aditionis non erant, sed iure gentium pro cultura & cura, sicuti a quouis bonae fidei possessore rei singularis. † P. Greg. 42. Syn. 29. num. 20. rationem quod fiduciarius fructus post aditionem perceptos lucratur, et si dies restitutionis cesset ac venerit, quod substitutus est in mora petendi (quae ipsa ratio est Vlpian. in l. 22. §. 2. h. t.) nec heres mala fidei possessor vid. & A. Fab. 11. de err. pragmat. 3. Menoch. de arb. cap. 256. 10. Cop. lib. 2. de fruct. tit. 3. cap. 1. Math. lib. 4. Epit. legat. cap. 5. & segg. Sed haec de fructibus perceptis. Nam si vltur aut pensiones ex causa hereditaria debita, nondum exacta sint actio ad eas petendas in fideicommissarium transit leg. 44. §. vlt. h. Don. nosfer ad rub. C. h. t. num. 12. & ubi tamen vers. & hoc faciendum, vltique ad finem §. Triboniano assignat A. Fab. 12. Coniect. 17. §. P. g. Perrenon. 1. animadu. & var. lect. 111. scribit discrimen inter verba, quicquid ex bonis superuenit & illa: quicquid ex hereditate superuenit, satis aperte refelli leg. 83. pr. de leg. 3. l. 57. pr. h. t. Et discrimen quod alij (Cuia. 12. ob. 10.) faciunt inter, Quod pervenerit, & Quod superuenit refelli ex l. 3. §. 2. de Vsur. l. 2. §. vlt. de doze praesig. Ergo sic tenendum esse: Restituendos fructus si de testatoris voluntate constet, alias non. Hinc addi de voluntate testatoris in l. 3. §. 2. de Vsur. l. 32. h. t. Sed non expedit ille quando & unde de voluntate constet. Expedit autem sane hic Don. nosfer. Aliter Io. Copus lib. 2. de Fruct. tit. 3. cap. 2. h. t. & Pac. §. qu. 39. quod minime omnium refellitur per d. l. 83. pr. d. l. 57. pr. ceu videtur Perrenon. ut lit. praed. Nam in iis ll. pariter negantur fructus in restitutionem venire, & ibi Roma ac Hereditas coniuncta sunt. Peius autem Cuia. 12. ob. 10. deleta vocula non, in d. l. 58. §. pr. putat eius §. hunc esse sensum: quod medio tempore possit quidem fiduciarius demipere, & alienare res restitutioni subiectas, (quod quatenus verum sit vid. cap. seq.) non vero superfluos fructus acquirere. Nam verba: fructuum ad dumentum non recipiant, non recipiunt heredem fiduciarium, sed fideicommissarium, ut Perrenon. d. c. 11. vel, quod verius videtur, hereditatem ipsam, sicuti & praecedentia: Sensus: Non augetur fructibus hereditas, restituenda fideicommissario, sicuti deminuitur rebus quibusdam ex hereditate alienatis, vel peremptis, verum heres percipit fructus sibi, ut ex rebus suis, i. Dissent. Cuia. 4. ob. 19. verba, id est, pecuniam, in d. leg. 32. imperito interpreti adscribens, & decisionem ibi specialem putans ex verbo canerit, quasi testator, cautione praetoria, quae alias legatorum nomine praestari solet, ac incrementum fructuum non recipit, l. 2. §. 13. Ut leg. nom. cau. haut contentus, voluerit fideicommissum ex cautione conuentionali praestari, quae plenior esset & incrementum recipere arg. leg. 178. §. 1. de V. S. Sed his parum inest roboris, nec ex nuda cautionis inunctione satis apte colligitur testatorem in plus voluisse gravare heredem, quam ea non adiecta, praestari solum. Et verba extrema, perinde quasi specialiter, conuincunt decisionem inserti, non ex adiectione conditionis de cauendo, sed ex vi generalium verborum, & repetitionis vocis pecunia, &c. Denique causa nulla vigens membrum de corpore legis rescand. k. Sen. sus hic Doell. nostri videtur, forte non satis ex his, minus autem ex ipsius verbis, cuius obuius. Qui omnes res hereditarias per fideicommissum reliquit (quod intelligitur is, qui huiusmodi formulis vsus. Quicquid, quantum, quod superuenit vel pervenerit) is intelligitur res omnes & solas ex ipsa hereditate provenientes reliquisse. Tales sunt quas defunctus reliquit & quae hereditati iacenti quaesita. Quae autem post aditionem non item, quia adita non amplius est hereditas. At qui omnem rerum aestimationem & pretium relinquit (quod intelligitur verbis his vsus: Quantacumque pecunia pervenerit, &c.) is censetur etiam partem quae post aditionem obvenit pretium reliquisse, quia vtriusque res & accessiones atque fructus, non sicut ex rebus hereditariis, sed heredis, pretium tamen earum non est ex rebus, sed iure hereditatis. † Verum haec animum meum non explent. Nam & vox pecunia, complectitur res & corpora leg. 178. pr. de V. S. Et

NOTATA.

§. Et in vtriusque formulis relicto est ius vniuersale hereditatis, seu collectio omnium rerum singularium, alioqui ne ubique, si illic iura excluderentur, hic corpora, esset fideicommissum Hereditatis vniuersale. Ac licet inter aestimationem, & ius hereditatis maius sit Symbolum, uti & inter ipsos fructus & corpora ex quibus nascuntur, non magis tamen dici potest aestimatio fructuum praceptorum post aditionem esse, & oriri ex hereditate, quae eo quidem tempore, ex nostri sententia, nulla est amplius. Accedo itaque iis (dum probabilius quid occurrit) qui I. C. in d. l. 32. geminatione illa per mortuum, & inde conicisse hanc voluntatem defuncti plenius grauandi sentiunt. I Et in specie l. 1. h. t. §. 7. in fi. de ann. leg. V. acti l. 43. §. 2. de leg. 2. Ioan. Copus lib. 2. de fruct. tit. 3. cap. 2.

CAPVT XXVII.

Periculum fiduciarij.

QVID SI EARVM RERVM, quae in restitutionem veniunt, QUAE DAM PERIERINT AVT DETERIORATAE? DE HIS quae communia sunt omnibus obligationibus dicitur l. lib. 16. cap. 6. & 7. Propria hic attingamus. PERIERUNT AVT CASV FORTVITO; ET HERES IMMVNIS. Quare nomen periculum ad heredem non pertinet, leg. 58. §. 1. h. t. uti nec mancipiorum, aut vrbanozum praediorum d. leg. 58. §. 6. nisi culpa praecedens casui causam praebuerit leg. 47. §. 4. de leg. 1. aut res post mortem perierit d. leg. 47. §. vltim. AVT FACTO HEREDIS TENETVR, ut si alienauit, pignori dedit, manumisit, rupit, fregit leg. 70. §. 1. h. t. Exc. nisi diminutio sit permilla, vel a testatore, si post tempus restitueret rogauit, quod ex hereditate, bonisve supererit, leg. 58. §. pen. h. t. ubi quae intra id tempus deminuta sunt in causa fideicommissi non comprehenduntur l. 3. §. 2. de Vsur. a ita tamen ut insit arbitrium boni viri, leg. 54. h. t. id est, ut bona fide d. l. 3. §. 2. non interuenient fideicommissum, causa, sed ad necessarios vsus, & ut non totum deminuat fideicommissum, sed pro rata patrimonij. d. leg. 54. b. Ex grat. Si 300. sint in hereditate, 100. in aliis bonis heredis, ac heres consumpserit 100. imputabuntur 75. hereditati & 25. patrimonio heredis. vel a iure, in actionibus ad vsuras, pensiones rerum locatarum & alias accessiones competentibus. Haec enim res exacta, ceu fructus, acquiruntur heredi sine onere restitutionis l. 44. §. vlt. leg. 58. §. 1. h. t. Extra has causas, si quid alienauerat, aut perdididerat heres, cum nomine tenebatur, ac si res esset integra, ipsa tamen alienatio ac manumissio rata erat leg. 25. §. pen. leg. 70. §. 1. h. t. atque ita nocere poterat fideicommissario (si heres non esset solvendo.) Contra iure illo abolito, Iustin. cauuit ut si pure vel in diem relicta res alienetur, irrita sit alienatio l. vlt. §. 2. com. de leg. e Sin sub conditione, ea existente retrouersus alienatio vel oppignoratio irrita d. l. vlt. §. 3. AVT NEGLIGENTIA, ET TENETVR TANTVM DELATA, leg. 22. §. 3. h. t. ut si res suas curauit, hereditarias neglexit. Quare quod in leg. 58. §. 1. h. t. habetur, de nominum periculo intelligendum si contigerit citratam culpam, ut si debitoris repente, aut occulte facultatibus lapsi, non de leui, si & suas res neglexit d. §. 3. Obi. Atqui hic versatur vtriusque utilitas, etiam fiduciarij propter quartam quam retinet. Ergo leuis culpa praestatur. Resp. Sed necessitas gerendi excusat leg. 25. §. 16. Fam. etc. Quare si quid distrahii necesse est naturae rerum exigente, aut aere alieno vigente, non tantum potest fiduciarius, sed & officij ac fidei ratione debet, rata alienatione. d. Ac periculum euictionis pertinet ad fideicommissarium, de quo fiduciario in restitutione cauendum est l. de euictione 69. h. t.

CAPVT XXVIII.

Onera Fideicommissarij.

TRANSEVNT ET INCOMMOTA (vid. supr. cap. 25.) OMNIA: AES ALIENVM actionibus ex SCto translatis l. 1. §. 2. D. l. 1. C. h. t. a Actionis tamen ante restitutionem instituta exsequutio aduersus heredem manet leg. 78. §. pen. h. t. quia noua iudicatio obligatio contracta l. 3. §. 1. de pecul. quae cum ab hereditate profecta non sit, nec hereditaria est, ideoque nec transit. LEGATA ET FIDEICOMMISSA pro portione competentis, b l. 1. §. vlt. l. 2. d. l. 2. vlt. C. h. t. nisi rogatus sit heres restituere deductis legatis leg. 51. h. t. ubi sola deduci possunt, quae peti queunt, & heres quartam detrahit, non ex solo fideicommissio, sed ex legatis & fideicommissio coniunctim l. 2. in fin. l. 3. §. 2. h. t. c In legatis autem, quae ab herede relicta praestantur, fideicommissarius iure heredis vitur, ac aequae quartam Falcidiam retinet, l. 3. pr. vers. quod si leg. 63. §. 1. h. t. nisi heres, cum deducere posset, remiserit Trebellianicam, nec id liberalitatis causa fecerit, vid. l. 1. §. inde 19. h. t. d Quae vero heres solida praestiturus esset, eadem & ipse integra praestatur, licet nihil reliquum futurum sit l. 1. §. 20. h. t. In legatis autem a se relictis, non vitur Falcidia l. 63. §. 1. h. t. si tamen heres aduersus illum Trebellianicam vsus eo minus de eo quod a se relicto est praestatur d. l. 63. §. 12. AC IVS ACCRES- CENDI, vid. supr. c. 26. lit. A. Sed QUID SI ACTIO A TRIQVA ADITIONE CONFVSA? Et haec quoque fideicommissario vel in eum datur. De quo species l. pen. h. t. Testator instituit heredem creditorem suum, rogans ut alij restituat. Huius aditione actio quae contra defunctum fuit amissa est. Restituit. Q. An vetus actio illi sit contra fideicommissarium. Ratio dubit. Contra fideicommissarium datur nulla actio nisi quae prius data aduersus heredem, per verba SCto. Hic autem actio illa aditione cofusa & perempta est l. 95. §. 2. de solut. Contra tamen statuit Claudius d. l. pen. in fin. ubi fideicommissi repetitio

repetitio non dicitur ea, qua heres repetat fideicommissum, quia ei non relicta est, sed noua ac reperiata hereditas (id est, qua desierat, & restituta est) data heredi de eo quod illi ante aditionem a testatore debebatur, quia post restitutionem habetur, quasi heres non fuisset. l. 44. §. vlt. cir. fin. h. t. & fideicommissarius est loco heredis. Certum autem est si heres non fuisset, quod actio non extincta esset. Ad rab. dub. Resp. SC. verba esse non de actionibus, quae duntaxat in heredem sed quae dari solent. Idem est in seruitutibus, quas mutuo praedia testatoris & heredis habebant, quae licet quoque aditione confusa leg. 30. de S. P. tamen hereditate restituta nihilominus valere dicuntur. leg. 73. §. vltim. h. iure videl. vt non necesse sit denuo seruitutem imponi. Obiic. Imo noua impositione opus est leg. 18. de seru. e Resp. Est opus in legato fundo seruitutem heredi d. leg. 18. quia tunc nulla Lex restituit seruitutem heredi, cum legatarius nulli oneri sit obnoxius l. vlt. C. de her. act. Aliud est in fideicommissum vniuersali d. leg. 73. §. vlt. quia ibi SC. heredi fiduciario restituit actiones editione amissas.

NOTATA

^a Et si ante restitutionem soluit heres creditoribus, repetit ad fideicommissario pro parte, qua restituit, vt si dodrantem, repetit pro nouem vnciis d. l. 1. C. h. actione negoc. gestorum, vt Accurs. in d. l. 1. Obiic. Atqui tunc fideicommissarius nondum fuit obligatus. Ergo nec liberatus dici potest, ideoque nec negotium eius gestum, Resp. Donell. no. ser. ad d. l. 1. numer. 4. Liberatus est si non praesenti tempore inspecto, tamen in effectu & num. 5. Resp. negoc. gestis fideiuciarium, non quia fideicommissarium liberauit soluendo, sed quia locupletiorum fecit hereditatem. Ergo per l. 2. de negoc. gest. b Nam pro quadrante quem fiduciarius retinet, etiam onus legatorum ad eum pertinet. Errantque Accurs. in l. 1. §. vlt. D. de C. h. ac d. d. vlt. Guid. Papa decisi. 296. & ibi in not. Iac. Ferrer. volentes fideicommissario soli legata in solidum praestanda esse. Quos sequitur P. Greg. 42. Syni. 31. n. 3 sed recte refellit noster ad l. 1. C. h. n. 4. & seq. his rationibus 4. quia pro competendi portione spectat praestatio haec ad fideicommissarium. Ergo pro alia ad heredem. Regeat Accurs. ibi heredem iustum fuisse dimidiam restituere, per verba d. l. 2. Pars restituitur. Resp. Don. n. 5. Pars nomen non semper significat dimidiam. In d. l. 2. additum est verbum aliud ex quo intelligitur, quae pars significetur. Nam quae prius dicitur simpliciter, Pars, postea pars competens. Haec autem est dodrans. 2. Legatum, per illius definitionem, est onus heredis. Ad fiduciarius quoad quartam & nomine & re ipsa heres est 3. Quia SC. Trebell. cauit vt in quos ius & fructus transirent, in eos & onera, l. 1. §. 2. D. h. t. Ergo carenus, quatenus, &c. 4. Generaliter dicuntur actiones (cindi §. 9. l. h. t. Obiic. l. 1. §. vlt. h. Resp. Don. num. 6. ibi tota hereditas restituitur. Nam quoties restituenda est deducta certa re vel summa, integrum onus est fideicommissarii non tantum legatorum, sed & acri alieni d. §. 9. l. h. t. ibi sine vilo onere, &c. (& sic non iuuat. Dd. sententiam d. §. vlt. Nam illi certe omnes faterentur, onus acri alieni pro rata quartae manere apud fiduciarium.) Obiic. l. vlt. C. h. t. Resp. Don. ad d. l. 2. numer. 7. & ad d. l. vlt. Ibi tota hereditas restituta est sponte ab herede, & ratio dubitationis in eo, an pro parte quarta quam remisit, potuerit ad se reuocare ouera in fideicommissarium. Facit leg. 45. D. h. t. Contra A. Fab. 11. de err. pragmat. 13. separandum esse hic causam acri alieni a causa legatorum. Rationes illius haec: 1. Non sicuti legitima, non nisi deducto acri alieno deberetur, ita & Trebellianica, quia illa bonorum, quae nunquam damnosa, haec hereditatis, portio. Resp. Non video quomodo haec ratio conueniens, nisi vt inde probetur onus acri alieni innoxium esse Trebellianicae, quod non est legitima, de quo lis nulla. Quoad legata autem inuersione vt licet. Trebell. est portio hereditatis. Quare ei omnia onera adherent, inter quae etiam sunt legata 2. Testator creditur voluisse, cum onere legatorum restitui, l. 2. ibi quia praesumptum. h. t. 3. Recte. Sed aut voluit dodrantem restitui, & carenus onerata voluisse confensus est, quatenus honorauit arg. leg. 24. h. t. aut integram hereditatem, & tunc minime omnium dici

potest, iuuari voluntate defuncti fiduciarium vt onere legatorum vocantem habeat, quadrantem, quem testator nihil omnino habere voluit. 3. Heres quando deductis legatis restituit Falcid. dedit tam ex legatis quam ex fideicommissis l. 3. §. 2. b. Si igitur per Trebellian. legata minuuntur, quomodo minuire eam possunt Resp. Casus ille diuersus est, vt & noster agnoscat. Nam tunc immo nihil oneris legatorum ad fideicommissarium transit, cum tamen hic quaeratur, an onus legatorum omne is agnoscere debeat. Ac confundit Faber Trebellian. cum Falcidia. Illo enim casu Falcidia deduci scribitur l. 51. h. t. Denique non dicimus Trebellian. minus per legata, sicuti nec minuitur per acri alienum, sed onerari. Nam si minueretur pars ei decederet. Nec dici posset, etiam fideicommissarius dodrantem hereditatis habere, si legata (sue ad eum in solidum cum Fabro, sine pro rata, nobiscum, pertinere ad alteram) eum minuerent. Minuuntur sic bona hereditaria, non partes assis hereditarij, cuiusmodi est Trebellianica. 4. Fideicommissarius satisfact legatorum nomine l. 4. vt leg. no. cau. Resp. Recte. Si fit apud eum hereditas, satisfact inquit vlt. d. l. 4. Ergo si tota est, ratione totius, de omnibus legatis; si pars, ratione partis leg. 76. de iudic. Quod & aperte traditur in l. 25. §. 1. d. iur. vt plane mirandum sit eum ipsum §. Fabrum adducere, qui tamen seipsum sentens, scribit tum fideicommissarij solus esse caucere, &c. cum sine deductione hereditas restituitur. Denique ad l. 1. C. h. t. Resp. Faber eum secundum tempus, quo lata, non posse de alio casu accipi, quam quo ex voluntate testatoris pars tantum hereditatis restituta est ex SCto Trebell. quae quartae deductionem heredi non dedit. Tuac autem si partem quis restitueret, pro reliqua legatariis & creditoribus obstrictum fuisset. Sed postquam SC. Pegasus quartae retinendae facultatem tribuit, inductum esse nec heres vllam partem legatorum praestet. Sed videtur hic d. vlt. h. t. labi, quasi SC. Pegasus fuerit posterius Imp. Philippo, quem tamen plurimis annis praecessit, &c. & Species sic ponenda videtur, vt haec quae impediora sunt, restitui percipi & menti insigi possunt. Finge in hereditate esse 800. Legatariis relicta 600. Rogatus heres deductis legatis hereditatem restituere, atque ita quod reliquum mansurum, erat videl. 200. Q. An integra legata praestanda, vt de residuo tantum 200. quae fideicommissario debet, detrahat quartam videl. 50. an vero quoad de omnibus bonis deducat, vt habeat 200. Dubitatio inae. Si simpliciter rogatus esset restituere in praesenti specie, non plus in effectu consequeretur heres quam 50. Restitueret equidem dodrantem, id est 600. ipse pro suo quadrante retineret 200. Vterque tamen pro rata esset obnoxius legatariis, etiam fiduciariis, per deducta l. i. praeced. Neuter etiam Falcidia vt posset, quia pro qua quilibet parte heres esset, pro ea haberet dodrantem. Peterent enim legatarij 450. ad fideico. & 150. ab herede, & sic ille 150. hic 50. retineret, ideoque illi quarta Falcidia suarum nouem vnciarum, huic eadem trium vnciarum salua maneret. Sed placuit Aristoni posteriori hic debere esse conditionem eius, qui deductis legatis, quam eius qui simpliciter grauatus est restituere. Quod rationem habet, quia in hac specie praestatio legatorum onus solidum heredis. Conuenit igitur ei eodem modo Falcidia ratione omnium legatorum non adimi. Quae tamen Falcidia non ex solis illis; ne iniuria fiat legatariis, & fideicommissariis lucro indebiti efficiatur, qui parte oneris subleuatus plus consequeretur, quam altero casu, quo praestandi legata, pro dodrante suo, molestiae obstrictus esset, retineret.) sed & simul ex fideicommissis deducitur. Quare in hypothetico quam posui 200. illa deducit heres, vt legatariis detrahae 150. fideicommissario 50. At sicine duplicis quartae deductioni locus, ceu videtur interpretibus? Minime vero. Nihilominus plus quam vnam quartam hereditatis in proposito habet heres. Quod si scorsim Falcid. ex legatis, Trebellianicam ex fideicommissis deduceret non haberet 200. sed 150. At quomodo Falcidia locus vbi supra dodrantem nihil legatarij. Resp. Lex Falcidia, vt verba eius sunt, non tam vetat supra dodrantem legare, vel infra eam permittit, quam vult heredi dodrantem saluum esse, in compensationem videl. onerum & molestiarum Quare quia in praesenti integra onera ei subeunda ratione legatorum, integrum ei debet seruari commodum. Commodius autem nequit, quam ea, qua expositum est, ratione d. vbi vocula heres sine causa delectur ad Hotom. 7. obseru. 13. verbum, voluit de testatore interpretantur. e Ad quam l. vlt. A. Fab. 20. Coniit. 12. vbi sentit differentiam fuisse inter legata vnditionis, in quibus per aditionem seruitutes non confusa fuerint, cum earum dominus heres nunquam effectus sit, & damnationis. Sublataque hodie differentia nunquam confundi seruitutes debitas fundi legatarij.

legato. Cui consentit fere, Ioan. del Castillo contr. quotid. de vsu. c. 9. num. 27.

CAPVT XXIX.

Quarta Trebellianica & quibus ea salua non sit.

SECVNDÒ (de i. vid. supr. c. 17.) QUANTVM TRANSEAT. Et si tota hereditas vel pars alicuius heredis relicta [sue testamento siue codicillis l. 2. in fin. de l. codicil. l. 41. §. 2. de vulg. s. c. 18.] QUARTA DETRAHITVR §. 5. l. h. t. VBI QVAESTIONES HAEC TRACTANDAE. I. AN SEMPER? QUIDAM AB INITIO NON HABENT, vel iure communi, quibus testator a vultu a Nou. 1. c. 2. §. 3. vers. fin. verò. auct. restator C. ad. Falcid. Loquitur equidem de Falcidia. attamen ad hanc quoque pertinere conueniens est verbis, quia & haec vocatur vid. supr. c. 2. lit. D. & sententia. Si enim Falcid. licet inhibere, vbi plus onerum est heredi, cum solidis legatis exsoluitis adhuc obstrictus maneat creditoribus, magis Trebellianicam, vbi heres minus oneratus. Iusta tamen adhuc erit causa recusandi aditionem, nisi oblata caussa. Non enim in d. Nouell. 2. heres vetitus detrahere, iubetur simpliciter adire. Ergo per l. 32. in fin. C. de appell. Olim autem veteri non potuit l. 15. §. 1. ad. Falc. b & Princeps l. 30. §. vltim. h. t. eius ipsius tamen magis voluntate. Vel iure singulari, institutus a milite l. 6. C. de testam. milit. c QUIDAM FACTO SVO AMITTUNT, vt I. Qui coactus adit l. 14. §. 4. l. 27. §. 2. & 14. b. nisi intra tempore deliberationis coactus sit. Completo enim tempore si comperit sibi aditionem expedire, sentit eius commodum, ipso iure l. omnes 7. l. h. t. Item si primò recusans petiit tempore deliberandi, post sponte adeat l. 9. d. h. 2. Qui totam restituit l. 65. §. vltim. h. t. sciens vel errore iuris. Aliud si errore facti d. §. vltim. & l. 60. h. t. error. 9. C. ad. l. Falcid. E. g. Si pure in legatis sibi relictis se habere quartam, postea comperiat ea sibi codicillis adempta esse, d. l. 60. Et sic accipiendus est §. 7. ins. h. t. cir. med. ibi vel repetere solutum, aliquando scilicet si exacti ignorant, non semper. Per actionem enim quarta errore iuris soluta non repetitur. Alius tamen interdum recuperandi modus per aliarum rerum retentionem, de quo in l. 2. d. t. vbi quod dicitur posse repetere, vel nancisci possessionem rerum hereditariarum, intellige non earum quas restituit, sed quae in nullius adhuc possessionem venerunt, aut quae sunt apud alios. Illas enim sine vitio heres occupat, has suo iure reperit, atque rei causa denunciare potest debitoribus ne solueantur. quia scilicet post restituit. retinet actiones directas l. 70. princ. h. t. Ergo per l. 3. Cod. de Nouat. 3. Qui imperato tempore ad deliberandum non confecit inuentarium l. vlt. §. pen. C. de l. delib. e

NOTATA

^a Ita Vasq. pluribus relatiis lib. 1. de success. creat. §. 8. n. 5. & seq. & lib. 3. de success. progressu §. 26. n. 26. Peregrin. de fideicommiss. art. 3. n. 85. P. Anton. de Petra de fideico. q. 15. n. 151. & seq. Hotom. 7. obseru. 15. P. Greg. 42. Syni. 31. n. 14. Gail. 2. obseru. 138. num. 17. Orléan. Cacherau. deziar. 147. Matt. heac. lib. 4. Epit. legat. c. 14. n. 8. & 9. Marot. tr. Quarta. cap. 4. Contra Forcat. d. l. 45. Ant. Fab. 11. de err. pragmat. 6. quia Falcid. prohibitio minus odiosa, cum credibile sit testatori competum fuisse hereditatem non sine omni lucro fore heredi. Trebellianica autem prohibitio directo aduersatur Senatufconsulto, quia ea admittit, quantacumque, sit hereditas, nullo casu, quidquam lucri sperare possit. Illic possunt legata, vel non excedere vel modice excedere dodrantem, & semper saltem spes aliqua commodi consequendi superest heredi onerato legatis, si videl. ex euentu appareat hereditatem non plane exhaustam. Hic autem omni casu ab omni spe commodi arceretur heres. 2. Lex correctoria non facile vltra fines suos extendenda Et Fachina. §. contr. 4. quia diuersa ratio est one-

rari legatis, qui non cogi potest vt adcat, & grauius fideicommissio, qui potest, & Chiffet. de port. legit. cap. 16. p. 849. Sarmient. 2. Selecti. interpr. 7. num. 16. quia sic plane sublata esset. Semper enim Trebell. deducitur contra voluntatem testatoris (secus est in Falcidia, vid. not. lib. 8. c. 27. l. i.) totam hereditatem restitui volentis. Arma. exerc. Iustin. §. 1b. 20. Quibus accedo, nec Donell. nostri dictionem probo, quasi prohibitus Trebell. detrahere, sponte adiens, eam non habeat, non tamen possit cogi, nisi ea oblata. Sic enim deterior esset conditio eius, qui liberè exsequitur voluntatem defuncti, quam qui coactè, eum tamen & iure veteri qui coactus adit, nostro latente, quartam amiserit. b Hotom. amplius 7. obseru. 13. etiam olim veteri potuisse l. per l. 32. §. pen. ins. ad l. Falc. 2. Sed loquitur de fideicommissio particulari relicto a legatario. 2. Ideo in Nou. 1. c. 2. §. 2. nulla Trebell. mentio, quia & antea iure communi prohiberi potuit. 3. Est petitio principij. Non obstat sibi dicit Hot. d. l. 15. §. 1. quae quarta falcidia loquitur. Diuersitatem hanc esse. Lex Falcidia vetandi; Pegasus SC. permittendi modo conceptum, 3. Nihil refert. Nec quod Lex permittit, homini vetare licet, aut datum a lege beneficium auferre. Pergit Hotom. Nec obstat periculum desertionis testamenti. Ex SC. enim Pegasus cogi adire fiduciarium periculo fideicommissarij 3. Adhuc tamen molestia aditionis superest, & incertum ac periculum cautionis l. 16. §. 1. 4. b. tit. Excepte tandem subdit Hotom. esse in liberis primi gradus, quam postea, quod alius possit prohibitio fieri, refellit A. Fab. 11. de err. pragmat. 6. & 8. c. Et de relictis piz caussa non deduci vulgo statunt, vid. Tirag. priuilegia caussa. 27. Vasq. lib. 3. de success. progressu §. 26. n. 21. & seq. P. Greg. 42. Syni. 31. n. 8. Peregrin. de fideicommiss. art. 3. num. 63. & seq. Quod & probat Hot. 5. obseru. 4. ex Nou. 131. c. 12. Quod enim contra heredem fauorabilem, vt est Falcidius l. 71. ad l. Falc. inductum d. c. 12. magis contra minus fauorabilem, vt est Pegasus l. 86. d. t. obtinebit. d Facit l. 1. & l. vlt. C. ad l. Falc. Chiffet. lib. 1. de iur. fideic. c. 2. cir. fin. rationem hanc reddit, quia naturalem praestationem habuit talis restitutor. Itaque cum plenam fidem praestiterit fiduciarius, exigente naturali obligatione, repetitio impeditur. Vnde hoc casu si sciens fecerit, non (sicuti alias sciens indebitum soluens) donare censetur l. 5. §. 15. de donat. int. vir. nec plus debito soluere d. l. 1. C. ad l. Falc. e Obiicit Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 8. num. 14. plures vtriusque sententiae autores referens Ang. Matt. heac. li. 4. Epit. legat. c. 14. nu. 6. Valer. Guil. Forst. tract. Iustin. p. 1. disp. 13. quae vlt. per Nou. 1. c. 2. ibi complebit legatarios & fideicommissarios. Contra Zoanet. rer. quotid. c. 24. nu. 5. Not. 4. obseru. 23. 1. quia in d. Nou. 1. c. 2. nihil de fideicommissis vniuersalibus. Ha igitur iuri ordinatio relicta. 2. Pæna omitti inueniarij conuenire in eum casum non potest: nimirum: vt quantitatem rerum relictarum de suo expleat. In vniuersalibus namque fideicommiss. nulla quantitas exprimitur 3. Fideicommissario est cautio quam exigere potest, de qua tit. vlt. leg. & fid. no. cau. Si non exegerit sibi imparet (sed haec ratio infirma, nam eadem etiam in legatis & Falcidia locus) Et Chiffet. de portio. legit. c. 16. p. mibi 348. & seq. quia d. Nou. 1. c. 2. loquitur de fideicommiss. singularibus, quae sola legatis exaequata & Fachin. 4. contr. 38. Gail. 2. obseru. 138. num. 4. & seq. P. Greg. 42. Syni. 31. num. 13. Peregrin. fideicommiss. art. 3. num. 74. & Gomez. 1. Var. resol. §. num. 12. Simon de Præst. lib. 3. interpr. vlt. vol. interpr. 3. dubit. §. solut. 6. num. 9.

CAPVT XXX.

Trebellianica quantitas & imputatio.

2. QUARE RETINEATUR ETIAM A FILIO, & VNA, vt apparebit in q. 4. III. QUANTA SIT? Estimatur ex viribus patrimonij, vbi duae differentiae inter Falcidiam, & hanc: Vna in certarum rerum deductione. Illic deducitur prius acri alienum, impenfa funeris, pretia mantimissorum, §. vlt. l. ad l. Falcid. Hic nihil horum deducitur, ne legata quidem l. vlt. C. ad Trebell. a Non enim transirent onera ad fideicommissarium si prius deducta. Ratio diuersa. Onera non sequuntur legatarios, l. vltim. C. de iur. act. sequuntur fideicommissarios l. 44. §. 1. cir. fin. hoc tit. Aequum igitur est illic deducere heredem, quod patrimonij nomine praestare cogitur. Altera in tempore: Illic spectatur quantitas patrimonij teporis mortis vt Falcidia

Falcidiae locus sit, tunc dodrantem legata excedant, licet postea creuerit hereditas iacens, vt omnibus legatis solutis amplius quartam superfit. Item si tunc integra quarta, non est locus deductioni, licet postea bona decreuerint §. 3. l. 1. 30. l. 73. D. ad l. Falcid. Hic autem tempore eo quo restituenda est hereditas. Incrementa, namque augent quartam & in eam imputantur l. 58. §. 6. in fin. h. damna & decrementa minuunt l. 22. §. 2. in fin. h. IV. Quid in eam imputetur? OMNIA QUAE PERCIPIUNT HERES IN DITIONE DEFUNCTI, l. 22. §. 2. in fin. h. quamuis non iure hereditario, vt legata & fideicommissa l. in quartam §. 1. ad l. Falc. (Aliud in Falcidia. Quae ratio differ. vid. lib. 8. cap. 26.) & quae conditionis implenda causa dantur d. l. 91. vers. sed & quod Obiit. At loquitur d. vers. de fideicommissis. Proprie autem non est fideicommissum quod datur conditionis implenda causa, quia huius praestatio ex voluntate dantis pendet, illius ex necessitate l. 8. Si quis omnia c. 3. vocatur fideicom. abusiuè, eo quod similitudinem gerat fideicommissi aequè à voluntate testatoris perfecta ea praestatio. Et haec imputari clarè definitur, in l. acceptis §. 3. ad leg. Falcid. d. fructus & accessiones ante diem cedentem perceptae l. 15. §. 1. h. qui dicuntur percipi iudicio defuncti l. 22. §. 2. hoc tit. qui videl. ob eam causam distulisse creditur fideicommissum, ET EA SOLA. Vnde fructus post aditionem ex praesente fideicommissio percepti non imputantur, quia obueniunt ex negligentia petentis d. l. 22. §. 2. Singulare tamen hic quiddam in praegatis, in quibus distinguitur: Aut restituenda portio deductis nummis, ex g. 100. & id omne imputandum est quartae, l. 58. §. 3. h. aut deducto fundo vel corpore certo & non imputat nisi partem vnam hereditariam, quam à se capit, illa enim portio est in portione ea hereditaria, quam à coherede d. l. 58. §. 3. h. l. 91. ibi pro ea vnde parte, &c. l. Falc. §. 1. 86. eod. l. 24. C. Fam. etc. si scilicet hereditas restituenda simpliciter: si verò retenta quarta heres rogatus restituere tantum imputat portionis hereditariae quartam partem, id est, totius praegati duodecimam d. leg. 86. [At cur legata alia tota imputantur, praegata non item. §. Ratio differ. in vulgare testantis & si res tota à coherede legatur, aut accipitur, nihil est vnde appareat hoc legatum debere fideicommissio oneratum habere praecipuum. In praegato autem appareat, vnde & ei nomen est. Donell. noster ad leg. 24. C. Famil. etc. h. num. 12. quo se hic refert. h. EX HIS LIQVET FILIVM NON DEDVCERE DVAS QVARTAS, vnam iure naturae, alteram fideicommissi. Licet enim contra visum Innocentio, in c. Rainuius ext. de restum. iure tamen Ciuili illa dispositio falsissima, vt i & testatur gl. ibid. ad v. legitimam. i Quia quaecumque in Trebellian. eadem quoque in legitimam imputantur l. 91. ad l. Falcid. iunct. l. 30. C. de inoff. Quare qui vnam habet, continuo habet & alteram, quam consecutus nequit iterum postulare. Neutra enim simpliciter defertur, sed ita vt habens quae in eam imputantur, alteram non requirat. V. AN HERES QVADAM PRATER QVARTAM RETINEAT? Ita: vt partes praegati, & de quibus supra c. 25. VI. QVA ONERA QVARTAE? Si non retinet heres quartam, transeunt in fideicommissi. omnes actiones, siue coactus restituat l. 4. d. h. siue sponte, vbi tamen tutius est, vt se cogi patiatur l. 45. D. §. 7. l. h. Secus est si maiorem partem, vt si de semisse rogatus, dodrantem restituat l. 63. §. 3. h. In id enim quod excedit, non est fideicommissum, secus etiam si non debitum restituat l. 60. h. At si totam hereditatem restituit; qui partem debebat, in solidum actiones transfert l. 1. §. 9.

l. 16. §. 4. 7. 8. l. 28. l. 45. h. t. Nimirum quia tunc nihil sit contra fideicommissum. Nam si coactus adiit non potuit partem restituere, sed totam. Sin retinet quartam diuiduntur opera & actiones pro portione §. 7. l. 2. C. h. Si tamen retineat iure hereditario l. 30. §. 3. h. secus si rogatus sit restituere deducta re aliqua certa aut nummis. h. Haec enim habet sine nullo onere. d. l. 30. §. 3. quia in ea re est loco legatarij §. si quis vna §. l. h. t.

NOTATA

vid. not. s. c. 28. lit. B. quae huc transferri possunt, ne a que tamen illic, opinor, posita incommode, v. An & donatio c. coniugal. morte confirmata imputatur. Negat Scip. Gentil. 3. de donat. int. v. c. 30. quia magis iure actus inter vivos gesti capiatur, quam hereditario legatuae, & quia confirmatur sola morte, ante aditam hereditatem. Contrarium verius puto, quia dicitur esse ex supremo iudicio l. 32. §. 3. de donat. int. vir. & argum. l. 12. C. ad l. Falc. Nec rationes Gentilis refutant. Nam immò similis est donatio hae legato d. l. 12. ac est non esset sufficit ad hoc vt capiatur ex iudicio defuncti, d. l. 32. §. 3. c. Dissent. Cuiac. in Par. ad l. Falc. §. 8. obseru. 4. vers. sed & quod, abesse scribens à Basilicis & archetypo Florentino, & haec in Trebelliano non imputari, per l. 30. §. 7. ad l. Falc. laudatus à Pac. §. 52. rectius reprehensus, ab A. Fab. 6. Comest. §. 4. qui tamen d. vers. sed & quod non quidem falsum, sed superfluum esse opinatur, cum idem habeatur, in vers. praecedenti sed est acceptum. Sed non idem in eo habetur. Aliud enim est heredem rogari vt restituar acceptis 100. de quo in d. vers. sed est, vbi centum illa accipit ex hereditate & de fideicommissio deducit. Aliud si rogatus est Mauio restituere, si Mauius dederit 100. de quo in d. vers. sed & quod, vbi pecunia accipitur à fideicommissario. Neque sic d. vers. sed est, accipitur de praegato, quasi idem in eo tradatur, quod in praecedenti, sed intelligendus de eo qui solus instituitur idemque rogatus nihil à coherede accipit. Ad d. l. 30. §. 7. ad l. Falc. rectè quidem, contra Chi. §. 2. A. Fab. d. c. 3. non ibi agi de Trebellianica, sed Falcidia, quia vocula, tametsi, connectit, eum §. cum praecedat in quibus Falcidia, 2. per verba legis Falc. ratione, quia licet saepe quadrans Pegasian. vocetur Falcidia, nusquam tamen SC. Pegasianum vocatur Lex Falcidia. Quia autem sibi obstat videt verba: ab eo cui hereditatem restituere rogatus est, illis loco motis substituit haec: ab eis, quibus certas res restituere rogatus est. Sed audacia tanta ferenda non est, Potius dico cum Duaren. ad l. Falcid. cap. 8. §. 62. hereditatem illic metonymicè accipi pro rebus hereditariis §. Ang. Matth. lib. 2. de via. iur. c. 22. n. 32. & seq. distinguit: Si subsequatur conditio fideicommissum, vel si in vim modi aut causae posita fuerit, tunc data conditionis implenda gratia imputari in Trebellianicam. Si autem praecesserit conditio, vt penitus ab ea pendeant fideicommissa, non imputari. Quae enim inquit, sunt in conditione, non insunt in dispositione, nec deseruunt à testatore, sed pendunt ab arbitrio adimplere volentis conditionem. Nam traditur ibi exceptio quod quartae retentioni locus sit, ultra acceptum conditionis implenda causa, propter fideicommissum sequens, quia videl. illud ipsum acceptum alij restituere rogatus est, & ita in effectu nec capere videtur, quod non mansurum l. 71. de V. S. Quare si exceptio regulæ conformis, aliud erit si illud acceptum retinet, nec in eo etiam oneratus est e ita & distinguunt P. Greg. 42. Synt. §. 1. n. 24. & Ioan. Co. pus lib. 2. de fruct. iur. §. c. 6. excipientes tamen liberos grauatos, qui fructus hos non imputant l. 5. C. h. t. vbi & hoc tradit Don. noster vid. & Menoch. de arb. cap. 256. §. Cuiac. in l. 88. de her. inst. §. 8. obs. 4. in neutram Falcidiam imputari, quae à coherede iure praegati accipiuntur d. l. 91. compensari tamen quoties vice mutua praestare coheres coheredi tenetur, l. 24. C. Fam. etc. quod posterius refellit, Don. ad d. l. 24. Diss. omnino Duar. 2. diff. n. 10. & ad l. Falc. c. 8. §. 61. volens in vers. pro ea vero parte IC. reuerti ad primam quartam, & ita eum vers. accipiens non ad Trebell. sed Falcidia. Quod duntaxat mihi videtur, tametsi probetur, Matth. 2. de vid. iur. c. 22. n. 27. qui & n. 14. & seq. aequè dissentiens d. l. 58. §. 3. accipit non Trebell. sed Falcidia. Quod nec titulus ille nec verba ipsa §. nec praeced. & seq. §. 5. admittunt. Idem dicit in d. l. 86. agi de praegato post heredis institutionem, & illud deduci iussu testatoris, non legis, auctoritate, vid. & Peregrin. & de fideicom. art. 3. n. 38. & seq. §. vulgò rationem diguerit. ponunt in difformitate, quia praegatum nec hereditatis nec legati titulo tantum, sed partim vt hereditarium, partim vt legatum percipitur. Quod, ceu nugatorium, meritò reicit, Duar. d. c. 8. §. 61. & retellit Matth. d. c. 22. n. 19. quia

quia natura Trebell. est heterogenea. Ergo potest difformia & multigena imputare. Sed non quia haec ratio inepta, idcirco & sententia, quod hi volunt, falsa, sed proba est ratio Don. nostri h quem de illius l. obfusculum sententia latius vide; vt & Cui. ad l. 88. de her. inst. Charond. 2. versim. 4. Chiflet. de port. legit. c. 13. p. 811. & seq. P. Grangian. Paradox. c. 49. A. Fab. 6. Comest. §. 5. & Pac. §. 51. i Ac Cynus decreta Pontif. ex falso iuris intellectu processisse. Et Fulgosius: Error eorum originem habuit ex errore nostrorum commentationum, teste Cuiac. 8. obs. 3. Et distimeu inter ius Ciu. & Canonicum agnoscit Vass. lib. 3. de succ. progressu §. 26. nu. 33. & 2. seqq. & M. A. Cuench. tr. de Legitima §. Quoniam vero n. 3. p. mibi 53. Marei. tr. quartarum c. 3. Gouean. ad l. r. de vulg. nu. 39. & seq. Ant. de Padilla ad auth. res que C. comm. de leg. n. 3. Ang. Matth. 2. de via iur. 25. nu. 30. ex verbis, secundum Tuscanam consuetudinem ciuitatis, probat in moribus & ll. Longobard. fundarum esse constituit d. c. Rainuius, non iure Ciuili. Et ibi tantum quaestionem facti ferri, non sanctionem Papae. Iudicantes voluisse sequi ius ciuile, sed valde errasse eos, patentes ita ll. esse constitutum. Atque ita hic nec iure Canon. deductionem duarum quartarum admittit. Quia autem haec quaest. scitè tractat Honor. ill. q. 43. non pigebit breuem eius argumentorum summam referre. Pro ut agitur asserti possunt, praece reu. iuris Canon. de c. Rainuius, & c. Rainaldus de restum. l. 2. in fin. l. 3. §. 2. h. t. 2. Quia haec quartae ex diuerso iure: Legitima ex iure naturae, Trebell. ex Senatusconsulto. E. sicuti praegata non imputatur, & c. ita legitima. 3. Illa vt filio, haec vt ab herede deducitur, Nihil autem absurdi aliquem duplicem personam sustinere, & inde duplex commodum ferre l. 2. de his qui vt indig. 4. Ex duplici causa duplex deductio in l. 67. ad l. Falc. §. l. 10. C. ad l. Falc. vbi filij heres Trebell. deducit. 6. l. 18. §. 14. in fin. de inoff. vbi fideic. grauatus, si inoff. quaestus, & victus id tantum perdit, quod Falcidiae (id est, legitimae, ceu sumitur in §. 11. eiusd. l.) iure habiturus. Ergo si quaestus non esset, haberet & Trebellian. & legitimam. Contra pugnant 1. Natura & sensus communis. Haec enim assis ratio, vt vna parte nominata, altera intelligatur ex natura testatorum. Quoties igitur & vbi est deductio quadrantis, ibi reliquatio dodrantis, nec quadrans detrahitur, nisi ei qui integer manet dodrans. Et Lex Falcidia non tantum quadrantis detrahendi, sed & dodrantis relinquendi rationem haberi vult [sic & Matth. d. c. 25. nu. 14. Lex Falcidia, inquit, aperte d. licentiam legandi ad nouem vnicias. Sic autem patet liber ad eas non legaret, & c.] 2. Priuatio praesupponit habitum. Inde igitur quadrans detrahitur vbi redundat, & ab eo cui plus dodrante superat. A quoniam igitur filius qui iam deduxit legitimam, petat Trebellianicam. Quartae deductio conceditur heredi ultra dodrantem grauato. Et quoties non est grauatus, sed quoquo iure, hereditario, legati, praecipionis, retentionis, aliove ei quadrans saluus, & deductioni locus non est. l. Quia in reliquis quartis vnici adepto alteram excludit. Tria sunt exempla in l. 8. §. 9. §. 11. & §. 15. de inoff. quartum in l. 1. §. pen. Si cui plus quam per l. Falc. 4. Nou. 39. c. 1. vbi notat Barr. 3. l. 6. ad Trebell. 6. Regula l. quoties §. 1. de R. l. & quia duae lucrativae causae non concurrunt. §. 6. l. de leg. Dices: Legitima non est causa lucrativa, sed deberet iure naturae. §. Demus. Tota hereditas lege naturalis deberet liberis l. 7. de bon. dam. non tamen quicquid ex duplici causa deberet, bis peti potest l. 3. de per. her. His permoti quidam ait Hot. distinguunt: vt purè grauatus filius vnam quartam deducat, in diem verò vel sub conditione, legitimam statim deducat, adueniente autem vel conditione etiam Trebellianicam. Auctor Azo. in summ. Nou. 1. & sequitur gl. in l. 8. §. 14. de inoff. l. 10. C. ad l. Falc. & gl. in d. c. Rainuius. restans de communi Sed distinctio haec 1. destituta est lege. 2. Si natura non fert eodem tempore detrahi, neque distinctis. Quare multi eam reiciunt. [Ratio huius distinctionis, quam communius approbatam scribit. Parlat. 1. rer. quotid. 11. num. 4. Gomez. ad l. Taurin. 3. num. 82. quia si purè grauatus est, eodem tempore duae deductiones concurrere non possent, sin sub conditione possunt diuerso tempore. Sed reicit eam quoque Cuiac. 8. obs. 3. quia si diuersis temporibus possunt concurrere cur non eodem? Certè maiori onere premitur grauatus purè, vt si vlli concedenda foret duplex deductio, huic potius quam grauato sub conditione daretur, in quem sensum & Chiflet. de port. legit. c. 13. p. 810. Matth. d. c. 25. num. 20. legitimam non detrahi, sed relictam excludere querelam. Et heredem institutum nunquam demere legitimam. Nam filius institutus purè & grauatus fideicommissio sub conditione, quomodo statim deducit legitimam; cum habeat totam hereditatem, ac in-

certus sit conditionis euentus.] Denique ad argumenta pro aff. §. Hor. Ad 1. §. 2. Esse quidem ibi duplicem deductionem, vnam de legatis, alteram de fideicom. sed si affem spectemus vnus tantum quadrans vid. nos. c. 28. lit. C. Ad 2. §. Praegata capit heres, non deductionis iure (arque ita est vnica deductio) sed mero testatoris beneficio vid. h. c. lit. F. & G. Ad 3. §. ex d. l. 8. §. 15. de inoff. vbi itidem duae personae sustinentur, & tamen vna quarta deducitur, & maxime ex l. 1. §. per si cui plus quam per l. Falc. Hoc tantum sequitur. Si ex vario iure, Ergo optio filio vtro iure velit alterutrum consequi. Ad 4. §. Vna ibi deductio. Nam quod ob legatarij vitium decedit, ex lege Iulia, heres non detrahit, sed id ei vt caducum defertur [ita & Cuiac. 8. obs. 5. in specie l. 67. ad l. Falc. Partem retinere heredem suo iure, partem vitio legatarij. Hic autem queri an vtramque portionem retineat suo iure, vid. & Chiflet. de port. legit. c. 13.] Ad 5. §. ex l. 6. C. ad Trebell. §. l. 41. §. 3. de vulg. Ante auctam legitimam filij fideic. grauati deducebantur Trebell. & solam. Ad 6. §. Ante l. 30. C. de inoff. qua actio ad supplementum legitimae prodita, filius non querelans nihil obtrinit quàm quod nominatum relictum, & si quid relictum, id omne imputabatur in Trebell. l. 91. ad l. Falc. Singularis tamen videtur casus, quo duae quartae deducuntur, notatus à Fulgos. ad l. 10. C. ad l. Falc. Quando filia, cui pater antea dotem, legitimam partem, dedit, instituta est & fideicommissio grauata. Hic praeter dotem etiam Trebell. in reliqua summa detrahit, quia reuera ea sola est in hereditate l. 68. de leg. 2. in qua dos non est l. 4. ad l. Falc. Quod autem dos imputatur in legitimam l. 19. C. de inoff. contra iuris rationem inductum propter querelae ostium, nec trahendum ad consequentiam [itaque si pensaret rem conspiceremus, neque hic duarum quartarum est deductio, licet penè in effectu res eodem residat] Querit tandem Hot. posito duas duas quartas deduci, quomam hereditatis partem auferent? Vulgò statuunt prius legitimam nomine ex affe quatuor vnicias detrahi, postea ex beffe reliquo duas, vt ita semissem habeat. Ratio eorum: quia legitima grauati nequit fideicommissio. l. 32. Cod. de inoff. Quare de beffe solo restituendo videtur rogatus. Sed nec natura patitur quadrantem ad beffem referri, & legis Falcid. quam SC. Pegas. sequuntur, haec verba: Ne minus 4. partem hereditatis. & c. Ad d. l. 32. §. 2. Non est minus tamen legitima partem assis hereditarij facit, nec id priuilegium efficit vt sit extra hereditatem. Haec quae extra has parentheses [] ex Hotom. scribente tamen errore C. C. tarum toto orbe ius fecisse, vt & Catellian. Coita in Memor. v. Filius grauatus Matth. d. c. 25. num. 28. communem errorem in foro obseruari. §. Vacon. 4. de cl. 59. num. 7. dist. Ante l. 32. C. de inoff. non potuisse deduci l. 6. Cod. ad Trebell. post eam posse etiam iure ciuili, non expressa aliqua lege, sed ex ratione, d. l. 32. quia à legitima omne grauamen remouetur. Ergo fideicom. non contingitur, sed manebit ipso iure ad hereditate separata, Sed §. potest ex Matth. d. c. 25. num. 33. Legitima non recipit onus, sola scilicet separata ab assis quartis, non autem coniuncta hereditati. Atque ita propositio vera in sensu diuiso, non in composito vel coniuncto. Plura de hac quaest. vid. apud, Cuiac. 8. obs. 3. Cont. 1. diff. 3. Chiflet. de port. legit. c. 13. Vass. 2. q. 32. A. Fab. 11. de err. prag. 7. Matth. d. c. 25. & lib. 4. Epit. legator. cap. vlt. Diss. cum Dd. vulgo Claudi de Bartand. tr. Legitima c. 13. num. 68. P. Heig. p. 1. q. 32. Peregrin. de fideicom. art. 3. n. 51. & maxime Fachina. 5. Contr. 2. qui eo mouetur, quod Legitima non veniat in restitutionem. Sed infirma collectio. Nam & quod quae non veniunt in restitutionem saepe parte imputantur, vt fructus l. 18. pr. & §. 1. h. t. k. Alias autem deducitur Trebellianica de quibuscumque rebus hereditariis, aequè vt Falcidia, P. Greg. 42. Synt. 31. num. 7.

Finis libri septimi.

LIBER OCTAVVS.

CAPVT I.

Legati Etymon & definitio.

HACTENVS de Hereditatis ac vltima voluntate delatae acquisitione Ordinaria esset nunc ad legitimam venire, nisi indiuisa argumenti coniunctio

a **ctio** prius de legatis ac fideicommissis singularibus tractare posceret, [Cum origo vis atque exitus iis cum hereditate communis sit, cumque eodem supremo iudicio relinquantur *Don. s. lib. 5. c. 1.*] De his, vt & omni vltima voluntate. l. 12. tab. Vt quisque legasset sui rei ita ius æsto, *pr. l. de l. Falc. l. 120. de V. S. Nou. 22.*
 b **et** 2. super pecunia tutelæ rei suæ *Vlp. tit. 11. §. 14.* b Datus acquisitiuè positus, id est, pro commodo rei suæ, dum vtiliter collocatur, quo aut consistat ipsa, aut testator liberalitatis gratiam sibi conciliet. Malè *Alc. in l. 120. de V. S.* verba rei suæ refert ad verbum *ius esto.* Non enim rectè dicimus ius esse rei, sed de re, nec de re sua, sed de re eius **LEGATVM**, *Vlp. tit. 24. c. pr.* a lege deriuat *Varro li. 4. de ling. Lat.* a legendo seu delectu. Quæ etymologia conuenientior, vt legere sit quicquid pro imperio à te amendes. Neque enim ad res solas relictas verbum hoc pertinet, vbi significat rem quam pro imperio post mortem tuam in aliquem conferas, vt vice tua fungatur, sed etiam ad personas. Sic enim legati, qui publicè lecti à nobis ad alios missi. Generaliter autem comprehendit institutiones, legata, libertates, tutorem dationes, vt in *d. l. 12. tab. d. Specialiter DEFINITVR l. 36. de leg. 2.*
DONATIO, id est, collatio gratis facta per *l. 1. de don. TESTAMENTO RELICTA*, id est, de eo quod quis post mortem donatum vult, quomodo distinguuntur à mortis causa donatione *l. inter 38. l. 35. §. 3. de mor. ca. don.* Definitio nec latior, & nec institutioni heredis conuenit. c Hereditas namque non datur gratis, sed oneribus adiunctis, sepe damnosa est *l. 119. de V. S.* Legatum numquam *l. 32. Mand.* nec fideicommissum. f Nam eius ab initio nulla præstandi necessitas *vid. lib. 7. c. 15. lit. C.* & extra testamentum relinqui potuit. *Nec angustior est*, aptè minus continet quam definitio Imp. *in §. 1. l. 1.* Quia verba ab herede præstanda, ad explicationem tantum faciunt, nec ad substantiam definitionis necessaria, qua expeditur quid res sit, non à quo relinquatur. Nec tamen ideo ea verba vitiōse adiecta. g Idem enim dicitur in *l. 116. de leg. 1.* Si legatum delibatur de hereditate, vtique præstatur ab eo qui illam obtinet, qui est heres. Obi. At potest præstari à viuo testatore *l. 22. de leg. 2.* x. Vt non semper præstetur ab herede, semper tamen ita ab initio relinquitur, vt ab eo præstandum sit. h Alia definitio est verbis aliis, consentiente sententia in *l. 116. de leg. 1.* De iudicio hereditatis qua testator ex eo quod vniuersum heredis foret, alicui quid collatum velit. Legat itaque qui heredem ad dandam obstringit, non qui rogat eum fideique eius committit.

NOTATA.

a **Et hoc est quod Imp. dicit, pr. l. hoc tit.** non sine causa sequenti loco, post testamentum scilicet, hanc iuris materiam tractari, quia videlicet legata æque testamentum relinquuntur, vt post *gl. c. Mys. ibid. Turamin de exequat. leg. c. 2. n. 11.* f Vult tamen in *pr. l. 1. h. 1. n. 2.* hunc tit. vagari extra propositum & rectiore methode hanc tractationem in Inst. subitici potuisse titulo de donationibus. † Diff. 20 legati ab hereditate habent, *Forst. l. de success. 41* b Quomodo verba legis 12. tab. concepta fuisse putat *P. Fab. 3. Semestr. 24. p. 382.* Forneriū notans, qui ad *l. 53. c. l. 120. de V. S.* voculam *super*, vt interpretiam, ex notatum compendio errore orto, exterminat. c Ita videtur *Gæd. ad d. l. 120. n. 1.* qui & hanc deriuationem personis legatis competere ostendit, quod & illis quasi lege vel toto id muneris iniunctum sit, quodque cum mandatis à principe vel Rep. mittantur. *vid. & Greg. 42. Synr. 32. n. 1.* Diff. *Turamin de exeq. legat. cap. 1. n. 12.* c sequ. putans Vlpian. definitionem proponere, & Tribon. peccasse, qui ea omnia tres alias imperfectiores *§. 1. l. h. l. 116. de leg. 1. l. 36. de leg. 2.* attulerit. d Quæ tamen lata significatio exoleuit, vt hodie legatum d. c. nullam particularem referatur. Vnde si alicui legatur portio hereditatis, non hereditario, sed legati titu-

lo defertur *l. 22. §. vltim. ad Trebell. Gæd. in d. l. 120. n. 1. c. ita c. & Vult in §. 1. l. h. n. 3.* Gæd. ad *l. 120. de V. S. n. 2.* Differt *Roberr. 2. Sem. 23.* contendens definitionem Modestini omnem testatoris dispositionem complecti, lato illo sensu, quol. 12. tab. legandi verbo vlt. Florentinum autem in *l. 116. de leg. 1.* adiecit mentionem hereditatis, & Iustinian. heredis, vt excluderent heredis institutionem. Sed refellitur, per modo dicta *lit. præced. f. c. Cuiac. in Parat. f. de leg. 1. Vult. in §. 1. Inst. hoc tit. n. 2.* quia legatum, tanquam donatio, iuris Ciuilis, fideicommissum nullo iuris vinculo continetur. Sed hoc refellit *A. Gentil. 1. l. 16.* quia & fideicommissum est donatio *leg. 75. pr. de leg. 2.* Ac licet, inquit, non fieri possit per verbum donandi, quod falsum est *l. 75. pr.* an propterea non diceretur donare, Non est quidquam aut, omnium interpretationum crassius. † Quod quod ipse *Cuiac. 4. obs. 23. in fin.* legati appellatione æpissime fideicommissum significari scribat, licet loco nullo adducto. Quæ de re text est in *l. 87. de leg. 3. vid. c. seq.* Et ita in *l. 11. §. 6. c. 16. eod. l. 30. de pact. dotal. c. siml. vid. Pac. 6. q. 6.* Cæterum nec legatum videtur vera & propria esse donatio: Et ideo adiecta in *§. 1. l. hoc tit.* vocula *quodam*, quia simile est donationi, genere eo, quod certo nomine exprimitur, delictum *Sic Arif. 4. Eth. 9. in pr.* Verecundiam vocat *viva de vrb.* quam tamen confestim è virtutum censu eximit. g ceu putant *Hatom g Bard Voss. Balduin. ad d. §. 1. Borch. ibid. c. de pact. c. 5. n. 40. Vualth. 1. misc. 7. A. Guiber. 1. q. 14. n. 5. Bron. 3. ass. 50. Gæd. ad l. 120. de V. S. n. 2.* nisi tamen, subdit hic, heredem per *viva de vrb.* accipiamus (quod omnino non est dicendum) pro quoquis successore etiam particulari, vt in *l. 219. de V. S.* † Quæ tamen hanc acceptionem vocis, heredis minime probat. Sumi enim ibi apparet interpretationem ex mente contrahentium contra verba, ed quod in bonæ fidei contractibus magis quid actum, quam quid verbis cautum, spectetur. † *Turam. de exeq. leg. c. 1. n. 16.* agnoscit quidem Imp. esse ea verba, improbat tamen. Sed *Cuiac. in not. d. §. 1.* scribit ex antiqua Iniusprudentia manare & à maioribus quasi per manus tradita. Definitionem autem etiam donationi mortis causa conuenire. † Ad quod risum se non tenere dicit, *Alb. Gentil. 1. l. 16. f. Ant. Fab. 6. Coniect. 1. p. 252.* hæc verba Modestinum addere non potuisse, propter eam, quæ suo tempore supererat, differentiam inter legata per damnationem, quæ accipiebantur ab herede, & per vindicationem, quæ non item. Triboniano verò addere necesse fuisse, vt ex definitione, quæ sit hodie ac in parte legatorum omnium natura, cognosceretur. † Sed immò & iure veteri vindicationis præstitisse heredem probat, *l. 47. pr. de leg. 1.* Nimirum si non dominium, possessionem certe præstitit, quæ & hodie præstanda est, effectu legati vindicationis, (vt dominium ipso iure transeat) omnibus legatis accommodato, vt non dici possit Tribon. ex hac causa verba illa adiecit. Nam si olim legato vindicationis non conuenissent, ceu sentit Faber, nec hodie cuiquam legato conuenirent. Aliter *Marc. Lyclama. li. 4. Membranar. eclog. 2. h. ita & A. Gent. 1. l. 1. Vult. in §. 1. l. 1. h. n. 5.* non negandum esse quod testator præstare possit, sed nec negari posse si ab alio præstanda sint, non posse nisi à solo heredem. Sed hæc rem non plane expediunt. Puto ego vix vnam legatū præstari à viuo testatore vt legatū, vt nec vllum aliud genus relictū in vltima voluntate, repugnantè videlicet illius natura, quæ est vt dum viuit testator, reuocabilis sit & ambulatoria, posteaquam vixit & ad maiores abiit tum demum firmitudinem consequatur. Et vt nulla est viuentis hereditas, ita nec legatum hereditatis delibatio, quomodo & post hæc scripta sentire comperi, *Rad. Forner. 1. rer. quotid. 11. & olim sensisse Paul. Castr. cons. 236. refer. Catellia. Cottà in Memorabilib. v. Legatum. licet Gomez. quem itidem post superiora scripta legi. 1. var. res. l. 2. n. 4. distingui velit, an simpliciter tradiderit testator, vt tum transeat in donationem puram, & firmam, nec Falcid. patiarur, an ex causa præcedentis legati. In specie ita *d. l. 22.* animo legandi relictū militaria præstita à viuo, non vt legatum, sed vt res donata. Ex qua tamen donatione legatum finitur ex probabili mente testantis nisi alio fortior coniectura ducat. Meritò. Nam et si rem legatam post testamentum alij donet testator, eo ipso legatum admittitur & finitur. Magis igitur si illi ipsi cum testamento adscriptis. Aliter *Curr. 2. Coniect. ad fr. 23.* ex ea causa non iterum præstari in *d. l. 22.* rem ab herede, quia species seu corpus, non nisi vnicam solutionem recipiat. Vnde aliter dicendum putat in pecunia legata & à viuo testatore præstita arg. *l. 12. D. de probat.* Rectè autem dicitur, *Arumæ animaduertit ex Inst. 9. l. 1. Si ex d. l. 12.* illatio firma esset verba quoque illa ad definitionem Imp. eliminanda fore. *i. Am. Guib. 1. q. 14. n. 6. 7. 8.* Delibatio, inquit, hic non est de-*

est diminutio (vti *Rau. ad l. 7. de R. I.* quasi heres ab hereditate reliqua separata, quæ legataris præstanda) quia legatum est pars bonorum non hereditatis, neque vt *Baro (ac Forst. 1. de succ. 40. n. 3. c. 4.* prægustatio, quasi legata prius promanantur ex vniuerso, quia immò non debentur ante aditionem. Sed deducto ita leniter facta vt hereditas integra censetur. Quomodo *Cic.* in Catone Mai. dicit delibatos animos ex mente diuina. *Vid. c. A. Genr. 1. l. 14. vbi hanc definitionem ruerit contra Alc. 9. Parerg. 21. obiciuntem, quod sit genus metaphoricum. Nam *uz. Gentil.* non omnis translatio damnatur, sed obscura. Hæc autem vox est notissima significationis. Insectatur verò Cuiacium *Gentilis*, qui vt *c. Gæd. ad l. 120. de V. S. n. 2. 1. C.* respexit putat ad *l. Falcid.* Sic enim non ex natura sua, nec vt ante legem Falcid. fuit, desiniretur. Infelicio *Marth. Gribald. ad rub. de leg. 1.* correctio legis *deliberatio hereditatis*, id est, de hereditate, confutata à *Conr. Offenbachio* in additione ibidem.*

C A P V T II.

Legatorum ac Fideicommissorum differentia & exæquatio.

a **FIDEICOMMISSVM** autem est omne, de quo quis suprema voluntate defuncti rogatus est vt daret vel faceret, *pr. c. §. vltim. l. de sing. reb. per fid. rel.* Et dicitur precariis voluntas *leg. 64. de leg. 2.* relictum verbis precariis *l. 41. §. 3. de vulg. b* precatio modo *Vlp. tit. 24. pr.* Quæ ratio nominis, *vid. sup. lib. 7. cap. 15.* Initio enim necessitate non adstringebant, idque primum à legatis distinctum in rebus ipsis. Nunc **VIM LEGATI** obtinet eius appellatione contentum *l. 87. l. 41. §. 6. de leg. 3.* **DIFFERENTIAE**, TAMEN ADHVC **MVLTA** remanescant, de quibus *Vlp. tit. 24. c. 25. Cai. 1. Inst. 7. §. 9.* c In libris autem hæc: 1. Quod genus actionis. Legata etiam in rem actione petebantur *l. 76. §. 8. de leg. 2. §. 2. l. de leg. Theoph. in §. 1. Inst. eod.* Fideicommissa tantum in personam. *§. vltim. l. de sing. reb. per fid. rel.* cum dominium relictū non tranfiret, d & quidem extraordinaria actione *l. 188. §. 2. de V. S.* vbi magistratui ipsi cognoscendum nec iudex dari poterat *vid. Duar. 2. disp. 9. 2.* Legata restitutiū, fideicommissa plenius & benignius accepta *§. 3. l. de leg.* Legandi enim potestas, qui à lege, consonum nihil valere, nisi quod legis præscripto conueniret. Fideicommissum verò benigna interpretatione recepta ex voluntate testantis, ideo in eis subtilitas iuris contemnebatur. Hinc differentia speciales: Legata solo testamento, fideicommissum etiam codicillis relictū *§. 10. l. de fid. her.* e Illa tantum ab herede, hæc etiam à legatario vt fideicommissario *pr. c. §. 1. l. de sing. reb. per fid. rel.* Ratio differentia in verbis *l. 12. tab. legatit rei suæ.* De suo enim legat, qui relictū confert aut ab herede, qui eadem habetur persona relinquit. Quæ subtilitas verborum in fideicommissum non attenditur. f Post mortem heredis aut legatarij iurilater *§. 35. l. de leg.* Ratio in regula veteri: Actiones ab heredibus aut contra heredes incipere non possunt *l. 1. n. C. vt act. ab her. Theoph. in d. §. 35. 8* vtiliter fideicommitterebatur. *Qua differentia*, & si quæ alia fuerunt, per Iustin. **SVBLATA** *l. 1. c. 2. C. com. de leg. §. 2. c. 3. l. de leg.* **ET PER OMNIA LEGATA FIDEICOMMISSIS** & **CONTRA EXÆQVATA**, vt quod amplius olim in vno genere, id in altero liceat usurpare, siue de actionibus quæramus, siue de viribus relictū & modo relinquendi, solaque formula verborum hodie differunt. h Obiic. Immò tempore Vlpiani hæc exæquata *l. 1. de leg. 1. §. 1.* Immò Vlpian. per plures differentias agnoscit *tit. 24. c. seq. i* Et rectè *Duar. 2. disp. 9. aut d. l. 1. l. in inscriptione legendarum*, quæ in Noricis deest, k aut, vt in Bituricensi *l. Codice legitur*, Imp. nomen ei præfigendum, l aut

si Florent. lect. retinebimus dicendum Tribonian. eum locum interpolasse, m cum inuenit fortè apud *m Vlpia.* vicem obtinere aut comparari. Potuit enim id sine crimine falsi, datū sibi hac potestate, *const. tantu de confirm. D. §. 10. Quod & alibi fecit*, stilo manum eius prodeute, vt in *l. 22. §. 7. c. 8. sol. matr.* Vnum tamen genus relictū duplicem differentiam retinuit, quia omnino mutari ex voluntate testatoris non potuit *vid. infr. c. 4.* Libertas testamento data n. 1. Quod directò n liber esse iustus sit orcinus, precariis verò verbis liberatus heredis *§. pen. l. de sing. reb. per fid.* Hinc & altera quod in fideicommissum libertatibus nouissima scriptura spectatur de quo *vid. j. c. 4. lit. F.* Excepto hoc genere nulla differentia reliqua. ° **DE VTRISQUE IGITUR**, legatis & fideicommissis **SIMVL AGAMVS**. Vt rectè quærat & vt tantum, quantum relictum est, tenere liceat. Quare **DE HAC PARTE QVÆSTIO DVPLEX**. **PRIMA: DE LEGATI ACQUISITIONE** (2. de persecucione de qua *infr. c. 19. c. seqq.*) **QVÆ CONSTAT DELATIONE** p & susceptione *vid. infr. cap. 18.* **VBI PRIMÒ QVÆRITVR DE VOLVNTATE**. An sit relictum (de 2. *vid. infr. cap. 5.*) Prius autem hic de voluntate legandi quàm de potestate tractandum, contra quàm fecimus in heredum institutionibus, quia ibi potissimum agitur de testatore ipso, hic verò de legatario. Inuenitur igitur hic ordo vt prius quærat an sit relictum posterius, an id iure valeat.

NOTATA.

a *Chiflet. lib. 1. de iur. fideic. c. 6.* desinit, quod sit Figura a mortis causa capiendi *l. 31. pr. de mort. ca. don.* (Errant enim omnino qui fideicommissum quoddam inter viuos agnoscent) rem precario alicui relictam, quatenus adrogatum iudicio defuncti peruenit, iure voluntatis tantum subnixi. Huiusque descriptionis singula ferè verba non in se explicat. b Atque hoc est essentiale discrimen, hodie etiam relictum, *vid. j. l. 1. Non quod legati verba ad honoratum, fideicommissi ad heredem semper dirigantur, vt vulgò sentiunt. Id enim aptè refellit legatum damnationis & linendi modo. Et fideicommissi quoque verba quandoque ab honoratum directa *l. 69. pr. l. 75. pr.* (vbi necessitas nulla mouit, *Cui. 2. obs. 3. A. Fab. 3. Coni. 12. Carol. Libbaum in obs. Synops. Epist. lib. 44. tit. de Legatis c. 70.* pro ac si reponere esset) *de leg. 2. l. 11. §. 3. c. 4. de leg. 3. c. siml.* (Quin immò quandoque fideic. peritur, cuius verba nec ad heredem nec ad fideic. directa, vt in *l. 37. §. 2. de leg. 3. ceu notauit Chiflet. d. lib. 1. c. 6.* Sed quod illud directis hoc precariis verbis constat. *vid. Duar. ad rub. de leg. 1. c. 2. disp. 9. Turamin de exæquat. legat. c. 1. n. 10. c. 3. n. 2. c. seqq. c.* De quibus videri possunt *Zaf. ad l. 1. de leg. 1. Duar. ibid. c. 2. disp. 9. Chiflet. li. 2. de l. fideic. c. 5. Vult. in pr. l. de fid. her. Valsq. lib. 2. de succ. creat. §. 17. Requisitio 28. n. 119. Marth. Gribald. ad l. 2. C. com. de leg. Marth. Epit. legat. li. 1. n. 10. c. seq.* Quæ quia plenius & accuratius persequitur *Alex. Turamin. lib. de exæq. leg. c. 1. c. 3. seqq.* liber breuibus receptas referre. Recenset is differentias 18. 1. Origine Legatis necessitas etiam iure Pontificio (quod 12. tab. antiquius) *Cic. 2. de ll. Fideic. nulla ante Augustum*. 2. Etymologia. 3. Definitione. *Hæc d. c. 14.* Diuisione Legatum nullum vniuersi. sed aut particulare aut Partitionis, quod vniuersi. ideo non est, de quo *vid. not. j. c. 11. Hæc c. 2. §. 5.* Verbis imperatius & precariis. 6. Legata omnino verba requirunt. Fideicommissa etiam nuda relinqui possunt. 7. Fideicommissa etiam Græcè, *vid. lit. E. 8.* Legata ab intestato relinqui non poterant. Item nec ante institutionem heredis *§. 34. l. de leg. Fideic. poterant Vlp. tit. 25. §. 8. Hæc c. 3. 9.* Legata post mortem heredis relinqui non poterant, *vid. lit. G. 10.* Legatum à legatario relinqui non potest *vid. lit. F. 11.* Fideicommissi illi potest à patre rel. domino heredis institui *l. 1. l. de leg. 1. legari nequit Vlp. tit. 25. §. 10. 12.* Latini Iuniani fideicommissum capere poterant, Legatum non item, *Vlp. tit. 25. §. 7. 13.* Legari tantum poterant res testatoris (except. legato damnationis, quod in hoc cum fideicommissis conueniebat.) Fideicommissi etiam de alienis 14. differentia inter fideicommissum & legatum damnationis. In hoc enim inficiando lis credebatur, *vt. l. de Obl. que quasi ex contr. 15.* Fideicommissum non per formulam petebatur, sed eorum*

eorum cognitio prætorum & præfidum Vlp. iij. 25. §. 12. 16. In legato vindicationis possessionem propriam auctoritate apprehendere fas erat: Fideicommissa non nisi de manu rogati accipi poterant. 17. Dominium fideicommissi, recta non transt, vt in legatis vindicationis & hendi modo. 18. ab omnibus prætermissa. Fideicommissa nuda voluntate infirmantur, l. si iure 18. de leg. 3. etiam præsumpta l. 3. §. ult. de adm. leg. Legata verbis adimi est. per Vlp. iij. 24. §. 9. ubi, dum eodem modo adimatur quod datum est, quamuis & in eis sit doli exceptio d. l. 3. §. ult. Hac c. 4. Atque ita Turaminus. d. Ideoque fideicommissario missione in rem opus erat, Chifflet lib. 1. de iure fiduc. c. 5. quia fideicommissi verba non sunt apta ad vindicationem. Dicuntur tamen fideicommissa vindicari, sed latiore acceptione, vid. Duar. ad l. i. de leg. 1. Vult autem A. Fab. nec post acceptum fideicommissi dominium Quiritium acquisitum fuisse, de quo vid. not. lib. 7. c. 25. lit. C. d. e. Et hinc fideicommissi etiam Græcis verbis aliâve lingua potuit l. 11. pr. de leg. 3. Legari non nisi Latine, Vlp. iij. 25. §. 9. Quia Græca verba non sunt directa, seu legitima, quo probat l. directis 14. C. de testam. mar. ubi favore libertatis habentur pro directis, & quia legata testamento relinquuntur, quod coram civibus nuncupandum. Fideicommissa plerumque codicillis à peregris profectis, ubi expediebat ea lingua vii, qua gens vel civitas illa vteretur, Turamin. de exaq. legat. c. 3. num. 8. & 9. Ita Don. noster ad rub. C. de fideicommiss. num. 5. & Turamin. d. lib. c. 4. num. 6. Hinc multa exempla existant fideicommissi relicti à legatario l. 5. l. 8. de leg. 3. & simil. nullum legati ab eo relicti. §. iia & Turamin. d. cap. 4. num. 3. dicens fideicommissio eam regulam non obtinisse, quia id erat onus reale impersonaliter conceptum. h. Hora in §. 3. l. h. adæquata esse quantum ad res. Falcidiam & iura, seu vim vtrorumque. Non autem vt verbis precariis fiat legatum & contra. † Vass. lib. 2. de succ. crent. §. 17. n. 19. inter legata & fideicommissa hodieque esse plures differentias in creatione & resolutione (vt loquitur) non verò in viribus & efficacia. † Chifflet. lib. 2. de fideicommiss. cap. 6. hodie legata à fideicommissis solo verborum sono distingui, sicuti pignus ab hypothea, quomodo & Peregrin. de fideicommiss. artic. 1. nu. 53. & seqq. & vulgus. Dd. ref. Gribaldo ad d. l. 2. C. comm. de leg. † Sed Turamin. de exaq. legat. cap. 7. contendit vnicam intentionem Iustini. fuisse differentias submovere inter verba legitima, seu directa & obliqua seu precaria. Quod ex ipsis legis 2. C. com. de leg. verbis primis & extremis liquere ostendit. Non igitur & in eo adæquari, vt & nuda relinqui possint legata, quia hic non est discretio inter directa verba, sed verba & nuda. Nam Imp. ipse d. l. 2. sic exorditur, Omne verbum, &c. vtilis. Respicere itaque exæquationem effectus non species ipsas legatorum & fideicommissorum Legatum, ait Turamin. omne quod iure antiquo tanquam legatum effectum habere non potuit, valet iure nouo, in vim fideicommissi, non est tamen fideicommissum, quod probant verba d. l. 2. inhære intelliguntur, & intelligatur esse legatum, &c. Non natura vtriusque confunditur. Equale enim est ex generibus relatorum, nec quidquam sibi, sed alteri æquale est. Facit inscriptio tit. C. communia de leg. & fideicommiss. Quoribus igitur legatum iure legati valere nequit, ita fideicommissio exæquatur, vt nulla maneat differentia, & sic accipit, §. ult. l. de Obl. que q. ex contr. Cum autem vtrumque per se valere potest, omnes differentie maent, quia cellat tunc ratio exæquationis finalis: Vt morientibus prospiciatur. Hæc summa est sententia Turamini, quæ nec à vero nec à verbis d. l. 2. distona videtur. Conuenit sero ante Turamin. Gribald. ad d. l. 2. C. comm. de leg. substantiales differentias ea lege non sublatas, nec vtriusque essentiam ac naturam consuetam pluribus rationibus firmans. 1. Malè igitur, Coraf. §. misc. 17. Iustin. hic factitasse, quod aliàs illi non infuerunt, vt eorum se auctorem scribat, quæ à veteribus etiam tradita, sed sparse ac imperfectè, quæ ipse in vnum coëgit, Nec melius Robert. 2. Sent. 23. effectum ipso nec iure Pandect. diffidere legata à fideicommissis Et tempore Vlp. exæquata ita esse, vt quod amplius antiquo iure fideicommissis inerat, omne etiam legatis communicaretur. Cumque est antea non aliter quam certis formulis legata relinquere, fideicommissum autem etiam nuda, id ad legata extensum fuisse ante Iustin. (quod falsiss. est & ex Vlpiano fragm satis refellitur.) Iustin. autem contra etiam fideicommissa legatis exæquasse. Exæquata fuisse, tempore Vlp. d. l. 1. non vt nullæ res amplius diuersæ essent. Sic enim vtrumque esset exprimendum (Legata fideicommissis, & fideicommissa legatis esse exæquata) sed quod infirmior legatorum vis, id à fideicommissis ipsis accommodatum. Exæquari namque esse ad id auctoritatis peruenire, à què potestatem fieri, non omnino similem. Ita Rob. quem 18. differentia ex Turamino s. lit. C. relata auadè con-

ferant. Acleue est, quod dicit tempore Vlp. legata fideicommissis exæquata fuisse, non contra, in quo Bart. auctorem habet. Nam, vt rectè Duar. ad l. i. de leg. 1. non potest res æqualis esse alteri, quin sint æquales inter se. & Vigil in §. 11. l. de testam. num. 3. inscriptionem in Haloandrin. Pand. deesse & d. l. 1. compilatores adiecit, in quo consentit, Maith. Grib. ad d. l. 1. de leg. 1. Sed Rob. 2. Sent. 23. minime Triboniano concessum fuisse vt addere & detraxerit. ICtorum Responsis, ita integram constit. Imper. illis interserere adde Turam. vt lit. M. 1. Legisse se ita in manuscripto, sed risisse scribit Cui 8. obs. 4. intelligens d. l. 1. quoad quartæ deductionem, vt idem sit in Falcidia quod in Trebellianica (quod falsum est, alibi que refellerit, & imò Pegasian. SC. non pertinet ad fideic. singularia, quæ sola legatis exæquata non vniuersalia, vt rectè Duar. ad d. l. i. & Zas. ibid. num. 13.) & quoad interd. quod legatorum, in quo ei consentit Pat. 6. q. 2. & Rau. vt lit. seq. in Hor. in §. 5. l. h. t. Vlp. pend vel propemodum, vel tale quidpiam addidisse, quod Tribon. omiserit Bart. ibid. & Ant. Aug. 3. Emend. 9. pag. 167. exceptiones ab Vlp. adscriptas compositorum detraxisse, quod placet Baldiuno in d. §. 2. num. 14. & Fachin. 5. contr. 30. Et Tribon. potestatem suam addendi ac detrahendi hic usurpasse, Gouean. 1. var. lect. 19. † Turamin. de exaq. leg. c. 6. num. 7. & num. 12. Trib. adiecit verba, per omnia. Minime autem totam l. falsò adscribi Vlpiano, vt vult Duar. Ita enim potestas non data: & cur Vlpiano magis tribueretur, quam Paulo, Caio, aliis; cur liber assignaretur † Alb. Gen. 1. Lect. 17. Propriè, inquit, diuersorum est exæquatio. Epossum omisisse compositorum, si quæ ad iuris enucleati consonantiam non faciebant. Alia verò est exæquatio Iustini. Vlp. facit paria Iustini eadem. Et nouè, Mare. Lyellam lib. 4. Membr. eclogæ 2. diuersa esse exæquationem quâ similitudo tantum representatur, & omnis differentia sublationem, quæ à Iustini. † Quod non ita est, per dicta s. lit. H. † Rauar. 3. var. 4. (vt & Cuiac. vt lit. prac. & Vult. in §. 3. l. de reg. num. 2.) d. l. 1. ad refert ad Interdict. Quod legatorum, de quo & Interd. Quorum bonorum Vlp. lib. 67. ad Edictum egit, vt sit sensus perinde fideicommissa occupantem teneri eo interdicto, ac si legata occupasset. Quod displicet, Alb. Gen. 1. Lect. 13. & 17. & Chiffletio lib. 2. de fideic. cap. 6. putanti occasione quidem illius Interdicti regulam generalem concepsisse Vlpiano, non tamen eam ad solius Interdicti causam pertinere, sed in plerisque partibus exæquatio Vlp. tempore recepta eam generali hac formulâ, per omnia, regulæ concepsisse, quæ etsi nonnullas tum patere restrictiones non ideo tamen vitiosa. Sic enim in l. 1. Sol. matr. verba, semper & ubique, non excludunt quosdam casus quibus doris causa non est præcipua. Et huc tandem quoque recurrit, Alb. Gen. d. c. 17. post Zas. in d. l. 1. num. 11. scribentem in Logicis per instantiam vnam euerit vniuersalem propositionem. In moribus autem & accidentalibus, qui sunt actus hominum, vniuers. propositionem manere etsi non in omnibus verificetur. n Sed immodè ad liberatam dationem planè non pertinet d. l. 2. vt dici non debeat in illis except. ponendam esse Rectè enim Vacom. 4. declar. 53. num. 1. ac Gouean. ad l. 16. de Vulg. nu. 1. dationem directæ libertatis, non esse legatum. Quod licet displiceat Duar. ad l. 1. de leg. 1. A. Gen. 1. Lect. 17. & Matthæac. Epit. legat. lib. 1. c. 1. num. 21. & seqq. quia & libertas, ceu putant illi, legari dicatur l. 6. §. vltim. de hered. instit. firmissimè tamen adstruit, à Turamino epist. academ. 2. & lib. sing. de exaq. leg. cap. 5. Rationes hæc. 1. quia non est donatio, sed manumissio. 2. Numquam præstat ab herede, sed mortuo testatore seruis is statim liber fit. 3. Legatum vel est rei testatoris propriæ, vel alienæ. Libertas autem quæ datur nec in bonis testatoris, nec alterius. Dominus serui quidem is est, sed non libertatis, ac manumittendo non transfert libertatem, sed remouet obicem seruitutis. 4. Tit. in D. inscribitur non de libertate legatæ, sed de manumissis testamentis, isque sciuntus à materiâ legatorum. 5. Libertas fideicommissaria vbi que opponitur & distinguitur à directâ, non à legataria. 6. In leg. 120. de Verb. Sign. aperte datio legatorum & libertatis sciunguntur. 7. Ad hoc est tex. in l. 94. §. vltim. de leg. 1. 8. Item in leg. 39. de man. testament. in verbis: Inter libertatem & legatum, quantum ad hanc causam, nihil distat. 8. Facit l. 80. de V. S. in verbis, ex mente continentur, alioqui non esset id ex mente, sed verborum vi. 9. d. l. §. 6. vlt. de her. inst. non infirmat, sed confirmat hanc sententiam, quia seruis heres institutus libertatem à se ipso accipit, d. l. 6. §. vlt. Iam vero heredi à se ipso legari nequit l. 116. §. 1. de leg. 1. Verborum autem extremitatem, nam sicuti legari, &c. hic est sensus: Vt non possit, si legatum esset, à se ipso id accipere, ita nec à se ipso adimi. (Rectè) Nam si verbum legari in d. §. vlt. refert ad libertatem, pugnantia erit in

erit in illo textu quod miror, Dupr. non animaduertere. Sesus enim erit. Legari, id est libertas relinqui sibi à se nequit. Atqui proximâ lineâ dicebat IC. seruum libertatem à se ipso accipere. Quare ducitur ibi argumentum à legato ad liberatam dationem.) Obi. l. ult. C. de comm. seru. man. Re tibi non tam libertas legata quæ per partes acquiritur, quam pars dominica. Hæc Turamin. cui non possum non assentiri, cum quæ contra adfert, Matthæac. sup. d. loc. lesia sint & auctore indigna. o vid. tamen sup. not. lit. H. † Zas. in l. 1. de leg. 1. num. 10. superesse hanc differentiam, quod dominium fideicommissi non æquè recta transeat in fideicommissarium, vt in legatarium legati, idque propter impedimentum nature seu naturalis conditionis, ne plures eiusdem rei eodem tempore sint domini. Sed immo hanc differentiam sublatam esse ex d. l. 2. C. comm. de leg. vbi æquè de fideicommissis statim datur in rem actio. p Inter delatum & acquisitum legatum multum interest. Ipso iure defertur adnâ hereditate, acquiritur agnitione, licet ea retrotrahatur ad diem aditionis. Delatum legatum repudiari potest, non acquisitum. Atque hinc concilianda l. 7. de leg. 1. cum l. 34. §. 2. de leg. 2. Cuiac. 3. obs. 11. Pat. 6. q. 4. Horum. ad l. 1. C. de remiss. pign.

C A P V T III.

Legatum relictum vnde constet.

AN SIT RELICTVM COLLIGITVR, AVT EX VERBIS IDONEIS, olim singulis generibus legatorum propriis. Quæ quatuor a §. 2. l. h. de quo Vlp. tit. 34. Per vindicationem quantum verba ad legatarium directa, ipsoque capere iubetur. Per damnationem, cum heres verbis ad se directis iubetur dare, à damno, quod est deminutio rei familiaris l. 3. de dam. infr. Sineudi modo, ex vtroque præced. mixtum, ac per præceptionem cum vnus è pluribus heredibus quid præ aliis capere iubetur. Quod & Prælegatum dicitur vid. sup. lib. 7. c. 2. §. lit. F. Sed horum generum differentia sublata l. 1. C. com. de leg. §. 2. l. h. t. (vid. tamen not. infr. c. 19. lit. K.) Fideicommissorum verba quæ fuerint vid. §. vlt. l. de sing. reb. per fid. rel. l. 115. & l. 118. de leg. 1. AVT DEMONSTRATIONE, olim in fideicommissis tantum, liberis, nec sollempnibus verbis adscriptis b in quibus sola voluntas spectabatur & valebat. pen. de leg. 1. l. 64. de leg. 2. l. 11. §. 19. de leg. 3. hodie, post exæquationem etiam in legatis, QVÆ EST AVT IN VERBIS, aliis videl. quæ non speciatim exprimunt si per se spectentur, sed fideicommissum inducunt coniecturâ voluntatis, c vbi generalis regula: Cui prospicere voluit, cuius contemplatione quid cauit testator, ei relictum intelligitur l. fideicommissa 11. §. 22. de leg. 3. Sunt ea innumera, sed QVÆ AD V. GENERA REDVCI POSSVNT. I. Cum heres rogatur facere, quod per se rogetur inutiliter: vt Rogo te, vt Titium heredem facias l. 114. §. 6. de leg. 1. vbi fideicommissum vniuersale lib. 7. c. 17. lit. F. Item, vbi fideicommissum, singulare. Rogo te, vt Titium coheredem in Fundo Juliano, quem te præcipere iussi, recipias l. 38. §. vlt. de leg. 3. 2. Cum nullo rogato sic cauit. Non dubito, vel scio te restitutorum; scio omnia quæ tibi relinquo ad filios peruenitura & similibus verbis: l. vni d. 67. §. vlt. de leg. 2. l. 118. de leg. 1. l. 39. pr. de leg. 3. d. 3. Quando neminem alloquens dicit se aliquos, quibus prius legauerat, in eo quod legauerat mutuo substituitur, nec substitutio facta est l. 64. de leg. 2. Casum sic finge: Pater instituit impuberem. Ab eo sub conditione si pubes factus erit, legat fundum Titio & Sempronio. Postea eosdem filio pupillariter substituit, & ipsos inuicem his verbis: Eosq. sicut in legato prius feci, ita in hereditate filij substituo. Filius pubes factus, substitutio pupillaris emanuit, sed legati conditio existit? Nulla reperitur facta mutua in legaris substit-

tutio. Q. Mortuo Titio post agnitionem ad quem pars perueniat? Re. Iure tacita substitutionis ad Sempronium, vt heres Titij illi cogatur eam partem restituere c. 4. Cum verba refert ad eum cui relinquit. Contentus esto hoc fundo: sufficiant tibi vineæ l. peto 69. pr. de leg. 2. l. 11. §. 4. de leg. 3. Non enim potest contentus esse rei, nisi acceperit. 5. Vbi nec exprimitur cui relictum velit testator, apparet tamen constitui alterius causa: vt si heres ex parte scriptus petatur, vt pro sua parte contentus sit 100. aureis, rogatus intelligitur restituere coheredibus d. l. 69. pr. vers. quid ergo. Vult enim testator illam partem apud eum non manere, & proinde coheredibus accrescere. Item si ex alio scriptus rogatur vt pro hereditate contentus sit 100. Totam enim hereditatem, deductis 100. legitimis aliis futuris heredibus restituit d. l. 69. pr. vers. idem dicemus, AVT NVTV, dummodo natura loqui possit l. nutu 21. de leg. 3. l. 22. C. de fideicom. si videl. quærenti an velit hoc Titio relinqui, annuat. Magis igitur valebit si rogatus an velit hoc; vel illud Titio dari, responderit maximè l. 39. §. 1. de leg. 3. f

N O T A T A.

a vid. Turamin. de exaq. legat. c. 2. num. 2. & 11. & seq. a quinque. 4. quintum genus addit, ex Theoph. in §. sed quis §. 1. de fideic. hered. videl. Legatum Partionis, de quo vid. j. c. 11. lit. S. & ibi not. † A. Fab. 6. Contest. 18. vere fuisse duo genera. Per vindicationem & damnationem. Illa autem finendi modo & per præceptionem priorum generum species & differentias. Præceptionis enim legatum, inquit, vindicationis verbis concipi solebat, nec differebat, nisi quod sic tantum vni ex heredibus legaretur. Sinendi modo eandem formulam habebat, quam Legatum per damnationem, nisi quod verbum sinendi adieceretur, cuiusvis ea, vt sic tantum legati possent res testatoris [& quidem quæ vtroque tempore mortis & testamenti illius ex iure Quiritium, Vlp. iij. 24. §. 7. exceptis rebus fungibilibus quæ mortis tempore in dominio esse satis erat. Cuius rei scitam rationem reddit, Goad. ad l. 88. de V. S. num. 4.] & heredis, non autem res aliena, quam tamen, si hoc verbum non adiectum, heres præstare, vel eius æstimationem soluere debuisset. Differentia vero hæc erant. 1. Per vindicationem tantum relinqui, poterant res testatoris, quæ in rerum naturâ: Verba namque illius legati neque in alienam rem neque in non existentem cadunt. Per damnationem autem omnes, etiam quæ sperarentur. Neque enim sic ius tribuitur in rem, sed tantum obligatur heres ad quem verba directa sunt. 2. Per vindicationem legata statim ipso iure fiebant legatarij, & propriâ auctoritate occupare fas erat: Quia fieret contra voluntatem testantis, si per manus heredis deberet accipere. Neque sic aucta voluntas, contra regulam iuris, transfert dominium, sed lege confirmata. Et hoc est, quod Cai. dicit 2. Inst. §. 1. hoc legatum legatarium, non exspectato herede, sibi præsumere: non quasi sine aditione heredis valeat id legatum, sed quod si quando contingat heredem adire, legati vindicatio, quam antea fecerit legatarius, perinde valeat. Per damnationem relicta per manus heredis capiebat. nec actione in rem, sed ex testamento. 3. Si eadem res pluribus relicta esset: In legato per vindicationem, si distinctim, solidum debebatur. Sic enim cuique testator dominium tribuebat in solidum: Quia autem fieri nequebat, vt sic acquireretur, interpretatio fiebat ita, vt iis ab initio semisses dedisse videretur. Atque sic conciliandi loci, Vlp. iij. 24. §. 12. singulis, in solidum debentur, legata, ex verbis scil testatoris. eiusque iudicio, & Cai. 2. Inst. §. 2. singuli, æquales, capiant portiones. Non dici debentur, sed capiam, quo significatur effectus, quem sortiri voluntas testantis potest. Partes hæc non à testatore; sed à iure factæ ex necessitate, quia videl. fieri nequit, vt pluribus eadem res acquiratur tota. Sin coniunctim, concursu partes fiebant. Dici enim non potest partes ab initio habere, quibus solidum legatum. Et singulorum ratione voluntas effectum sortiri potest, quo vique alter concurrat. Nec interpretandum legatum, ac si legataris semisses legati essent: Errant autem qui & priori casu partes concursu fieri sentur. Nam si distinctim, partes sunt ab initio iuris potestate. Lex enim testatoris voluntatem adiunat, &

partes facit vt legatum valere queat (sed de his quando partes conueniunt hanc alibi.) In legato per damnationem si conueniunt res relicta, solidum debeatur, sin distinctum nullus concursus, sed vni res alteri affirmatio prestanda erit. 4. Si generaliter res relicta per vindicari, electio legatariorum, vtram petere, sin per damnationem heredi vtram prelatam: malice vid. *mor. j. c. 19.* Atque hæc differentia non ex nuda verborum subtilitate erant, sed ex voluntate, defuncti ex vi verborum collecta. Id namque velle quisque creditur quod verbis exprimit. Atque hæc ex summa sententia Fabii d. c. 1. In qua equidem illud probare mihi religio est, quod contra perspicua Imp. §. 2. *I. h. t. c. vlp. tit. 24. §. 2.* verba quatuor genera fuisse legatorum negat. Immo, *finendi modo* & per præceptionem, separata fuerunt genera, à prioribus diuersa. Nam, vt rectè *Don. nob. finendi modo* ex vtroque quasi mixtum. Neutrius igitur species, quomodo nullus non est species equi. nec asini, quia de viriulque natura participat, sed se paratim per suspensionem constituit. Modi enim illius formula erat propria per verbum *finendi* quod eum à modo per damnationem secernebat. Et vis ac ius partim commune legato damnationis, quod æquè per manus heredis sumeretur, partim legato vindicationis, quod eadem res, nec alias, eo relinquere liceret, licet illa per damnat. legari possent. Sit hæc argumentatio. Attributum generis est etiam cuius vis speciei. Si itaque legatum damnationis genus est eius species, *finendi modo*, quicquid de illo. idem de hoc prædicari poterit. De illo vero habebit quod omnes res eo modo relinquere apte sint, *Vlp. tit. 24. §. 8.* Id autem de hoc negat ipse Faber. Ergo *Præceptionis* quoque legatum propriam habet naturam, quod rebus quidem, quæ eo relinquere possunt conuenit cum legato vindicationis, *Vlp. tit. 24. §. 11.* minime verò, ceu Fabro videtur, formula, quæ illi peculiaris in verbo, *præceptio*, cuius compositi alia vis est, quam simplicis *capito*. Et per alia vtrique verba *do, lego*, fieri non poterat, licet fortè & per ea, quæ eiusdem efficaciam præsumunt *ibi, præceptum habeo*. Neque in eo solo, præceptionis legatum consistebat, quod sic vni ex heredibus legaretur. Quod enim si testator vni heredum ab altero coherede legauerit sic: *Titius heres meus Caio coheredi dabo 100.* Certè hoc præceptionem, vel prælegatum dici non posse clarum est &c. Quin imò est formula vindicationis legauerit testator heredi *do, lego 100.* &c. tamen non erat prælegatum, seu præceptio per not. *j. c. 7. lit. C.* Reliquis ferè non displicent, eaque nunc expendere non libet. Nam nec, per tempus, vacat, nec, per institutum, licet. b vid. *Gouean. 2. var. loci 18. Ang. Matthææ. Epit. leg. lib. 1. c. 3. num. 4. c. seq. Chifflet. lib. 1. de fideicom. c. 6. Vaud. 1. q. 26. Cuiac. consulti. 37. c. 51. Simon de Præst. lib. 3. interpr. vlt. vol. interp. 3. dub. 1. fol. 12.* Nec placere potest quod *A. Fab. contendit 14. Consil. 2.* certa & sollempnia verba olim fuisse fideicommissorum per §. *vlt. l. de iug. reb. per fid. Paul. 4. Sent. 1. §. fideicommittere.* 6. Nam *h. imò ibi tantum indicatur*, quæ verba in fideicommissis frequentiora sunt. Sic & *Vlpian tit. 25. §. 2.* Verba fideicommissi. in vna ferè sunt hæc. Nihil hic de necessitate. Si illa verba non aderant, inquit Faber, non poterat ex sola voluntatis coniectura induci fideicommissi. per *l. 38. §. penult. l. 68. §. 1. de leg. 3.* nec sanore quidem libertatis *l. 41. §. 6. D. l. 12. C. de fid. lib. excepto casu valde singulari l. 39. §. 1. D. de fid. lib. l. ibid. c. 26. de err. prag. 3.* nunquam fideicommissa induci ex coniecturis, cum verba omnino deficiant, nisi ad sint ipsorum Imp. rescripta, quæ tamen omnia suis finibus coarctanda sunt. Prudentum nunquam fuisse eam auctoritatem. Nec quidquam exitiosius esse eam opinione Dd. (ex solis coniecturis fideicommissa induci) ex qua lites innotæ orientur. De quo & passim idem *d. decado 26. error. seqq.* † At hoc est, vt verba sunt *Matthææ. lib. 1. Epit. legat. c. 3. num. 4.* principia iuris destrueret. Et sanè Faber per regulam toties in lib. nostris repetitam In fideic. solam voluntatem spectari, & per exempla hic à nostro adducta aliaque de quib. *lit. seq. & ex Vlp. tit. 25. in pr. & imprimis ex l. 39. §. 1. de leg. 3.* & ex eo quod nutu relinquere possunt fideicommissis consuetur. † *Ad l. 38. §. pen. de leg. 3.* *h. vulgò non esse ibi fideicom. ex verbis, sed ex mente.* Malè. Nam imò de sola mente hic curatur, quæcumque sint verba. *Gouean. 2. var. loci. 18.* ideo ibi non esse fideicommissum, quia non soli fidei innitur. Rectè *Chifflet. lib. 2. de fideic. c. vlt. sub. §. 12.* ibi testatorem verbis illis. *deq. eà ve vbi iuricem cauere*, gressum notissimos fideicommissi terminos, quo non contentus, alio vinculo heredes adstringere voluit. Quare debentur ibi prædia alienari prohibita successibus, sed tanquam ex stipulatione, non ex fideicommissio. Facit *l. 41. §. 7. de leg. 3. Ad l. 68. §. de leg. 3.* facit *§. 2. videl. & ex verbis iis, non cerò colligi mentem fidei-*

mittere volentis: Nam perinde vt consilium à mandato distat: ita & c. Et maximè ideo fideicommissi peti non potest, quia nulla res, aut summa cetera dicta, quæ relicta censeri possent. Indefinitè enim dixit, fiet vt filius meus filios, vestros condonet, non expresso, quæ, aut qua pecunia. Ad *l. 41. §. 6. D. l. 12. C. de fideic. lib. 2.* non est opus. Ita enim clarum est, ex verbis illarum fideicommissi vbi nulla proposita, non ex verborum solemnium, sed voluntatis defectu, vt obloquens solem aduersum intueri velle videatur. Nec casus singularis est in *l. 39. §. 1. D. eod.* sed decisio fundatur in plena & intensa voluntate, quæ licet fideic. vstrata verba non ad sint, apparet ex verbis *crede mihi*, quibus planè certum reddere voluit seruum testator, c. *Quæ vtilia vel intellecta fideicommissa vocat Chifflet. lib. 1. de fideic. cap. 18. c. 20.* tacita *Matthææ. Epit. leg. lib. 1. c. 3.* vbi præter exempla Donelli refert. *l. 8. §. 7. de pecul. leg. 1. 15. C. de fideic. l. 76. §. 1. vlt. §. 3. de leg. 2.* Sanè & alia exempla passim obuia sunt. Dicebantur & tacita fideicommissa quæ in fraudem Iulias & Papias relicta incapibus, de quo vid. *Gæd. in l. 229. de V. S. d. Sed A. Fab. 14. Coni. 3.* Tribon. corrupisse Scauole responsum, illiusque esse eam decisionem, non Ict. Verba ipsa Triboniani manu prodece, maximè extrema. Cum enim Scauola ad D. Marci ætatem non perueniret, per *l. vlt. de ser. ex port.* non posse illam ab ipsius rescripto argumentum ducere. † Immo, inquam, peruenisse liquido constat ex *l. 11. §. 1. de minor.* Nec obstat *d. l. vlt.* Fortè enim cum, ea constitutio nondum promulgata erat. (de qua *d. l. vlt. Claudius.*) cum Scauola ista scriberet vt *Hor. 4. obs. 13.* fortè etiam illa const. Marci edita quo tempore Marcus & Commodus imperarunt, quo Scauola in fara concesserat. *Rau. 1. var. 13.* Constructio autem de qua in nostra *l. 39. pr. c. l. 67. §. vlt.* eo tempore quo Marcus solus vel cum Aelio Vero fratris imperauit, quo Scauola adhuc superstes. Cætera Fabro, pari facilitate, qua ipse dicit, & meliori negantur. Et ita verba enunciatiua illic inducunt fideicommissum, ex coniectura voluntatis. Vnde refertur Faber semper dispositiua verba exigens. † Et hic quoque Tribon. ab *A. Fabro 14. Coni. 5.* vapulat, ac corruptione arguitur, quia, inquit, in specie *h. §. 1.* destinatio sola est fideicommissi à dispositione, omnino differens, nec fideicommissum, cum propofitum in mente retentum, nihil operetur. † Sed verè hoc est verba magis captare, quam quo animo quid dictum sit attendere, Verba quidem illa quod, *vellet ei relinquere*, esto, habeant nudam destinationem, cum profertur, posteaquam autem in testatorem redacta sunt, & testatoris responso confirmata, vtrique voluntas illa in actum deducetur & dispositionem continebit.

CAPVT IV.

Legato qua obstant.

SED HÆC ITA NISI VOLUNTAS REFRACTUR, quæ potissimum dominatur *l. 35. §. 3. pr. de her. inst. l. 12. in fin. de leg. 1.* maximè in fideicommissis, QVOD EVINCUNT. I. ERROR: IN CORPore, vel rei legatæ si Cornelianum volens, ideo fortè quod de eo restituendo rogatus, legauerit Sempronianum, putans Cornelianum esse, *l. 4. pr. de leg. 1. vel legatarij l. 9. pr. de her. inst. vid. lib. 6. c. 21. lit. D. consanguinitate l. 4. l. 7. C. de her. inst.* Item IN NOMINE APPELLATIVO substantiam rei significante, generis vel speciei vniuerfæ. Quare si vestem legare volens scripsit suppellectilem, neutrum debetur *d. l. 4. pr.* quia non videtur sensisse de re quam non suo nomine appellauit *l. 7. §. vlt. de suppell. leg.* a Error autè in nomine proprio, indiduidi discernendi causa indito, non nocet siue sit in nomine rei, vt Cornelianus fundus, Séproniana ædes *d. l. 4. pr.* siue legatarij *l. 4. C. de testam. §. siquidem 29. l. h. t. vbi ratio.* b Et differentia ratio in *d. l. 4. in fin. pr.* Rerum vocabula, aliàs appellatiua, sunt generalia, quæ designant vniuersam speciem Vt fundus, ædes, ac à naturâ profecta c formam rei interiorem expriment, quæ diuelli nequit. Hominum vocabula, aliàs propria pro cuiusque arbitrio indiduidi, rebus vel personis imponuntur & mutantur. JN DOMINO, si

ICIM

rem alienam, suam putans, legat, de quo *infra. c. II. 2.* NOVIOR VOLUNTAS PRIORI CONTRARIÆ, In legatis enim regula est, spectatur nouissima voluntas *l. 12. §. vlt. de leg. 1. l. 87. de cond. & dem.* Exc. nisi per priorem posteriori derogetur *d. §. vltim. vers. d. interdum.* a Replicatio. nisi in posteriore nominatim dicat testator se penituisse prioris derogationis *l. 22. de leg. 3. c. vbi ratio.* Rationis ratio, quia natura non patitur eam legem dici. Semper enim iudicium mutare poterit, & cum mutauerit, id Lex excipit *l. 120. de V. S.* In libertatibus verò directis, fauor earum fecit, vt leuissima scriptura spectetur *l. 5. de man. test. d. l. 87. de cond. & dem.* id est, commodior qua citius perueniat ad libertatem *l. 88. l. 35. d. t. l. 1. d. l. 5. man. test.* Exempla in *l. 89. d. t. l. 81. §. pen. de leg. 1. l. 37. de leg. 2.* nisi euidentis sit contraria voluntas *l. 14. pr. de leg. 2.* Alud in fideicommissariis, in quibus regula legatis communis *d. l. 5. de man. test. l. 90. de cond. & dem.* Ratio differentia. In directa libertate, vbi sit libertus Orcinus, nihil interest heredis, ex qua scriptura feruus fiat liber. In fideicommissaria res heredis, à quo manumittendus est, agitur, cui non minus tribuendum est quam libertatis. f Non obstat. exæquatio fideicommissorum, &c. *de quâ supra. cap. 2.* Ita enim sublaris est differentia, dummodo g ne voluntas testantis aduersetur, & quam adiutum iuit Iustin. non impeditur. §. 2. *l. h. t. in fi. C. com. de leg.* Hic autem voluntas defuncti non patitur libertatem directam accipi pro fideicommissaria, ne iniuria fiat seruo, si libertus fieret, quem testator Orcinum esse voluit, nec contra ne iniuria fiat heredi, cui testator ius patronatus in libertum seruare voluit.

NOTATA.

a Licet enim abutatur verbis ad sustinendam voluntatem. *Exemplum in l. 52. §. 4. de leg. 3.* non tamen contra apertam significationem verborum probatio voluntatis admittitur, si nullo omnino nec proprio nec impropio sensu verbum illud significet id, de quo testator sensisse dicitur. *Duar. de her. inst. c. 3. f. 338.* Periculosum certè esset coniecturam voluntatis recipere contra apertam significationem; nihil sic certum esset in testamento. Tropos tamen & figuras admittimus, vt si quis ob segnitium seruum vocans asinum dicit: *Asino meo do libertatem. Duar. ad d. l. 4. de leg. 1. † P. Fab. 2. Semest. 14.* Si quid contra communem loquendi vsum à testatore scriptam, nihilominus ex vfu communi interpretationem recipit, nec voluntatis testatoris habetur ratio, si vfu communi omnino non iuuetur. Quando autem ambiguus sermo tum demum despiciendum de sententiâ testatoris. *Vid. b Vacon. 4. decl. 56. b Zaf. ad d. l. 4. n. 5.* Nomina, ait. (intellige propria) à notando dicta vt cognoscantur res. *l. ad recognoscendos 10. C. de ingen. man. (Curt. 1. Coni. ad fr. 26. derivat à noscendo, eâ nominis inflexione quâ stamen à stando, volumine à voluendo Festus lib. 12. dictu quasi nouimen, quod noticiam faciat, quem ad vocis tantum sonum alluisse putat, Robert. 1. Sent. 16. verè deductum esse sententias à Græc. δνομα, quomodo & Conn. 2. com. 11. n. 4. qui & δνομα esse dicit & vltim. quod penes vsum sit Lex & norma loquendi.) Quare si de re constiterit, quid de errore. Frustra laboramus de medijs, si constat de fine. † *Baro ad d. §. 29.* Facilis, inquit, hic error ac tolerabilis, ac non facile credibile est quemquam tam impperitum esse, vt mutet rebus vocabula, quæ ferè immutabilia permanent. c Immo non naturâ nomina constant, sed ab hominum instituto profecta, *Arifl. de interpret. c. 2. & eorum consensione rebus imposta, Conn. 2. com. 11. num. 4.* Quod & contra Caballitas firmat *Fr. Valles. de Sacra Philof. c. 3.* alioqui vt omnibus gentibus vna & eadem natura, ita & idem esset sermo. Ac licet locutio homini in genita, nullus tamen certus sermo, sed idiomatica vfu hominum nata, mutata, serinata. Neque ideo tamen infirma ratio ICi *d. l. 4. in fi. pr.* Rerum vocabula immutabilia vt scil. non pro singulorum arbitrio ac libitu, ceu propria *l. 10. C. de ingen. man. mutari possunt, licet communi gentis consensu sæpè variatur, & c. Plura de nominum horum differentia pete ex *Rob. 1. Sent. 16. Vigl. ad §. nominatim l. de Exher. num. 2. c. seqq. Vacon. 4. decl. 56. d. l. 4.* Ibi enim ademptio, quæ prior est, ordine scripturæ d præpostero, intellectu est posterior *Cuiac. 14. obs. 7. c. vbi de***

clausula derogatoria tractant Dd. de qua fusè *Simon de Præst. lib. 4. de interpr. vltim. vol. interp. 3. dubit. 2. Ant. Fab. 37. error pragmat. 7. c. seqq. c. 38. error. 1. c. 2. c. 39. error. 1. c. seqq. 10. Bajus 1. Parado. 6.* quam *Cuiac. 14. obs. 7.* ait innumeratas lites peperisse. Illius autem hæc sententia est. Si initio scripti: *Cui bis legauit semel deberi volo.* aut deinde imprudenti excidit, vt *supius legarem,* & prior voluntas ponitur, quia memoria mee, vel constantia diffusus, dum veteri ne, blanditijs possem resistere, mihi præcaui. Aut prudens nec inuitus sæpius legauit, & posterior voluntas priori derogat, etiam sine speciali adiecta derogatione. Ex scientia enim præsumitur voluntas, & hac de re textus in *l. 6. §. 2. de l. codicill. l. vlt. pr. de leg. 2.* quibus locis, ait, Dd. clausulam hanc nimis licenter (subaudiunt ac interuenisse fingunt. Quare putat *vers. sed hoc ita locum d. l. 22.* Tribon. adiecit, quia superuacuum sit exigi specialem derogationem, si constet scientem recessisse à priori voluntate: quia antea IC. exegerit solam scientiam: quia Hermogen. in libb. Epitom. reuocatores sententias contulerit, non interpretatione aut conditione ampliauerit: quia Triboniano familiare exigeri specialem voluntatem. Et consentit *Hot. 1. amio. 4.* scribens se idem ante *Cuiac. notasse, c. A. Fab. 37. error. pragmat. 8. c. lere. Seifor. lib. 1. de Iuram. c. 25. num. 46.* † Verum non sunt Triboniani ea verba, quæ si detrahas *d. l. 22.* maximè cum ea pugnant *l. 14. pr. de leg. 1.* quam de eo qui per ignorantiam aut incautionem iurum legat, accipere nimis est diuinare. Et immodè ideo requiritur specialis derogatio, vt ex ea appareat scientia testatoris, quia aliter non constar eum recessisse à priori voluntate, nec sanè frustra creditur sic cauisse: *Cui bis legauero, semel deberi volo.* Ad *l. 6. §. 2. de l. Codicill. l. vlt. pr. de leg. 2.* licet pro Dd. subauditione hoc adferri possit, locum vnum ex alio supplementum recipere *l. incuile 24. de ll. malo tamen discrimen agnoscere inter hæc species. Videl. inter cautionem testantis de legato, bis eidem relicto, semel tantum soluendo *d. l. 22. de leg. 3. l. 14. de leg. 1.* & cautionem de codicillis non aliàs sustinendis, quam si sint subscripti *d. l. 6. §. 2. d. l. vlt. pr.* Discrimen, opinor, inde; Codicilli sunt species extremi elegii, res & actus per se subsistens. Quare codicillos condens post illam declarationem, (quod valere non debeant nisi subscripti) re ipsa & facto, condendo videl. codicillos, nec subscribendo, cum poster, ostendit se à priori illo consilio recessisse. Nulla enim ratio est cur censei debeat actum planè inanem & frustratorium celebrasse. Legatum autem non est vitima voluntas, sed donatio in ea relicta, nec actus per se subsistens, cum extra testamentum (olim, hodie extra id vel codicillum) fieri nequeat. Quare si quis post declarationem eam (quod legatum iterum relicto semel præstari debeat,) iterum eidem legat, nulla ratio est, cui debeamus posterius legatum sustinere, contra quam ipse testator, quacumque ratione peritus fuerit, cauit. Neque sic actus geritur frustratorius. Valer enim testamentum quoad quæuis alia ritè in eo relicta. f Sic & *Turamin. de exæq. leg. c. 5. num. 14.* quia fideicommittendo testator non simpliciter libertati fauere videtur, sed habita heredis ratione, propter ius patronatus. Vnde ob eius præiudicium noui. scripturam spectamus *g ita & Matthææ. Epit. legat. lib. 1. c. 1. num. 25.* *Duar. ad l. 1. de leg. 1.* differentiam hanc non esse ex reliquo aliquo discrimine inter legata & fideicommissa, sed inde quia apparet voluntas testantis. Nec referre an verba sine præcatis. Nam est huiusmodi sint. *Heres damnas esto Scribo libertatem dare,* aquè factum heredis requiretur & libertus fiet heredis. Sed optimè *Turamin. vt notauit c. 2. lit. N.* directæ libertatis dationem non esse legatum. Et fideicommissaria quoque libertas à alijs fideicommissis in pluribus discrepat, de quibus vide *Chifflet. lib. 2. de fideicom. c. 7.* vt non absurdè forsan dici possit fideicommissi libertatis & aliarum rerum non conuenire genere Synonymo, sed homonymo, maximè cum & directis verbis ab herede relicta libertas fideicommissaria censeatur. Vid. de differ. libert. directæ & fideicommiss. *Chifflet. d. lib. 2. c. 8.**

CAPVT V.

Qui legare possunt?

SECUNDÒ (de l. de vid. c. 1. in fin. de 3. infr. c. 17) DE SPOTESTATE. An quod relicto est IVRE CONSISTAT. QVOD ESTIMANDVM QUANTOR EX REBUS. I. EX PERSONIS (de 2. vid. c. 11.) LEGANTIS, cui ius est testandi *l. 2. de leg. 1. l. 1. de leg. 3.* (quare

(quare nutu non fideicommittit, nisi qui loqui potest l. 21. de leg. 3. & quidem eo tempore quo legat d. l. 1. §. 1. & §. 5. de leg. 3. nisi reliquerit codicillis (ex gr. de portatus.) Hoc enim si mutata conditione (vt si restitutus) in voluntate perseverauerit confirmatur d. §. 1. & §. 5. Ratio different. quia codicilli nuda voluntate confirmari possunt, non item testamenta l. 11. §. ult. secund. tab.

NOTATA.

a Ita & Duar. ad d. l. 2. de leg. 1. distinguit inter mutum naturam & propter morbum, & Martheac. lib. 2. Epit. legat. c. 1. n. 3. vbi notat. §. 7. statuto quoque testari vetitum v. g. minorem legandi ius non habere, quod tamen negat. Vass. v. not. lib. 7. c. 19. lit. A.

CAPVT VI.

Qui Legati capaces.

LEGATARIUM, CVM QVO TESTAMENTI FACTIO est, §. legari 24. l. h. vid. lib. 6. c. 17. Potest igitur & seruo l. 12. §. regula 2. de leg. 1. a etiam hereditario l. 116. §. seruo 3 d. t. & hodie quoque, contra olim Vlpian. tit. 24. §. 4. personis incertis, §. 25. l. h. t. b Jem ciuitatibus l. si quis 117. l. 122. de leg. 1. c vicis l. si heres 73. §. 1. de leg. 1. & aliis collegiis licitis l. collegium 8. C. de her. inst. DVOBVS TEMPORIBVS, TESTAMENTI ET MORTIS, vt constiterit legatum & vt effectum habeat, d intermedijs non nocentibus arg. l. 49. §. 1. de her. inst. non autem tertio aditae hereditatis vt in institutione heredis, quia legatum acquiratur statim a morte testatoris per l. 5. §. ult. Quam dies leg. ced. Non autem potest, cum quo testamenti factio non est. Vt seruo proprio sine libertate l. 34. §. 9. l. si minor 102. de leg. 1. e nec data libertate sub conditione ea, quae ante aditam hereditatem non existat, legato autem pure relicto l. 91. §. 1. de leg. 1. Alioqui esset tempus, ante videl. existantem conditionem, quo legatum in persona serui substitueret, quod fieri nequit. Nec seruo heredis sine fideicommissaria libertate l. 8. §. 1. de leg. 3. §. 32. l. h. t. quia si ex persona domini constiteret eidem a se ipso legaturus: nec seruo penam; nisi alimenta l. 3. de his qui pro non scripti. f Nec alius non ciuibus, vt ei qui apud hostes decessit l. 101. §. ult. de leg. 2. nec deportato nisi a milite l. 7. §. 1. de leg. 3. l. 13. §. 2. de testm. quia quae ex testamento militis, iure gentium capiuntur. Interdum tamen incapaci tempore mortis vel testamenti vel vtroque, relictum valet. Vt si in tempore quo capere poterit, vid. leg. §. 1. de leg. 2. 2. Si sub conditione existitur post mortem testatoris (secus est si viuo eo, quia purum, tunc sit legatum l. 26. de cond. inst.) cum iam capax esse cepit: vt si quis deportatus, ante conditionis aduentum restitutus sit; l. cum 104. g de cond. & dem. & §. 32. l. h. t. Ratio est in leg. pen. de leg. Canon. 3. Si ei qui solidum capere non poterat plus quam capere ei licet relictum, isque rogatus sit totum restituere l. 42. de leg. 2. l. 28. de leg. 3. Quia non vetere capitur quod non retinetur l. 71. de v. s. h Aliud est si nihil omnino capere potuit.

NOTATA.

a l. 82. §. 1. de leg. 1. vbi notum cum Perrenon. 2. animadu. & var. loc. 19. negatione inserta in verb. calumniosus est enim, & legere non posse legari, propter l. 113 in pr. de leg. 1. f Nam hic est sensus l. c. d. §. ult. reprobandum esse eorum opinionem, qui putabant, id quod receptum erat vt seruo legari posset & quamdiu seruiret d. l. 113. pr. labuere definitionem Iuliani, quam Paulus ibi proponit. Nam non dicit falsam esse sententiam illorum verborum, posse legari seruo & quamdiu seruiat, sed calumniosam auctoritatem, eius videl. qui in notis ad Iulianam prodiderat, quicumque tandem fuerit, ex illis Iuliani regulam, id demum seruo alieno legari, &c.

euerti. Quem sensum Pauli esse verba seqq. cum primis verò pers. alioquin, &c. attentius legenti ostendant b vid. tamen b not. s. lib. 6. c. 17. lit. X. & P. Greg. 42. Syn. 33. num. 4. Non obit. l. 14. de reb. dub. Nam ibi testes quibus legatus rogatur ipso & adhibitione certi sunt. Don. not. ad l. 5. pr. de reb. dub. Sarmient. 2. Select. inierpr. §. nu. 3. Form. 3. rer. quod. 23. c. l. 20. de reb. dub. l. 26. ad Treb. l. 21. Quib. mod. v. s. s. amitt. vid. Vlp. tit. 24. §. 28. Form. 2. rer. quod. 11. Et de legato ad diuisionem singulorum ciuium de quo d. l. 122. Rem. 2. var. 16. Et quod ciuibus indefinitè relictum, ciuitati intelligitur l. 2. de reb. dub. id est, non singulis sed vniuersitati ciuium. Sicuti & cum quid iis qui in templo erant legatum, non ministris, sed templo intelligitur, l. 20. §. 1. de ann. leg. Si vero administratoribus ciuitatis legatur distinguitur. Si ab extraneo, debetur ciuitati, sin à necessitudine iuncto, personae contemplatione relictum censetur. Quod de episcopo & ecclesia sic cauit c. requisisti ext. de testam. Fero ad d. l. 2. de reb. dub. vid. Meno. 4. praesumpt. 111. f Donel. ad d. l. 2. verbum ciuibus, esse ambiguum, posse accipi de vniuersis, posse & de singulis. Illam acceptionem praefert i quia credibile est testatorem dilexisse ciuitatem magis, quam singulos ciues. 2. quia inter tam multos diuitem ad minimam summam in personam cuiusque redigeretur. 3. Nimis oneraretur heres. d In puris scilicet legatis. In conditionalibus autem tantum existit conditionis P. Greg. 42. Syn. 33. num. 2. Sed vid. j. c. 13. lit. E. & ibi not. e Nam seruo legatum acquiratur domino. Quia igitur hic heres dominus, idem esset peritor & debitor legati, Cuiac. 2. ad African. in l. 107. §. 1. de leg. 1. P. Greg. 42. Syn. 33. num. 8. Ext. ramentum est in d. l. 107. §. 1. Seruo proprio alteri legato legatur vtiliter, quia tunc quod seruo legatum non defertur antequam legatum ipsius serui delatum & acquisitum fuerit legatario, cui deinde & id quod seruo legatum erat acquiratur: Cuiac. d. loc. vbi & tradit hodie seruos omnia legata capere quae dominus eis sine libertate reliquit per l. pen. §. 2. C. de nec. serm. her. inst. f Quia huiusmodi legata sunt facti l. pen. de cap. demin. Et alij etiam seruo qui dominum habet, relicta domino non praestantur, sed ipsi seruo l. 9. Quam di. leg. Hor. ill. q. 41. f Verum hoc non probat d. l. 9. sed immo contra euincit si seruus die cedente superstes, legatum domino acquiri. Et in l. 42. de cond. & dem. aperte dicitur non seruorum hoc esse sed domini legatum. Sanè & seruis propriis alimenta legari possunt vt eorum sit legatum, ipsique ab herede, domino ipsorum effecto, praestentur l. 17. de alim. leg. Aliud autem est si legatur seruo alieno d. l. 42. §. 1. Nec probo distinct. Cuiac. 2. ad Afric. ad d. l. 42. Si seruis Titij simpliciter legatur, tum legatum videri domino, sin nominibus seruorum expressis tum seruis ipsis, & eorum morte finiri. Nam immo vtroque casu & domino acquiritur & seruorum morte finitur. f Caterum & incestuosus alimenta reliqui possunt, c. cum haberet de eo qui dux. in matrim. P. Greg. 42. Syn. 33. num. 3. Quae de deportato post apertum testamentum. Nam si ante, per legem Papiam de Caducis iam ius silico quaesitum erat. Hodie autem est l. Caducar sublatas distinctio haec non obtinet d. Fab. 1. l. i. v. s. t. 11. praes. 3. ill. 2. b l. 51. de R. l. Effectum enim spectamus & personam cui acquisitum, non à quo administratum & praestitum voluit testator. P. Fab. ad d. l. 51. vido & Cuiac. in Nou. 129.

CAPVT VII.

Legato qui onerari possunt. Prius genus.

ET EORVM A QVIBVS RELINQVITVR, VBI ITERVM QVÆRITVR, TVM QVI ILLI SINT, tum vid. c. 9.) Ad quos aliquid peruenitur morte defuncti vel dum eis datur vel dum non adimitur l. 1. §. 6. de leg. 3. a Ab eis autem qui nihil acceperunt nihil relinqui potest l. 9. C. de fideicom. l. 6. in fin. de leg. 3. b Duo igitur EORVM GENERA: VNVM QVIBVS QVID DEDIT TESTATOR: VT INSTITVTI HEREDES d. l. 9. dum tamen ab eis detur alteri. Heredi a se ipso legari nequit, à coherede potest, ita tamen vt quod iure suo, id est hereditario, capit, inutile sit l. 116. §. 1. de leg. 1. Quare si res plurius legata, quorum vnus heres, quod ei a se ipso legatum inutile est, ideo ad collegatarium pertinet l. 34. §. 1. de leg. 1. Hinc si duobus heredibus, vno ex vnciâ vnâ,

vnâ, altero ex ii, scriptis res legata, vnciarius haberet. partes in legato, & alterum d. l. 34. §. 12. Hinc in specie l. 116. §. 1. de leg. 1. duo sunt instituti ex semilibus: vni ex illis, & duobus aliis non institutis legatur fundus. Hi duo capiunt primò semissem totum, duas eius partes ex persona sua, tertiam iure accrescendis, quia ex persona heredis, eiusdemque collegatarij, non consistit. Reliquis deinde semis aequaliter diuiditur, itaque fit vt heres in legato sextam dumtaxat partem retineat. Quid si vnus heredum, cui sic legatum est, non existit, an totum relictum capiet, impedimento nimirum remoto? R. Dist. Aut hereditatem repudiatur, & totum legatum capiet, etiam pro parte a se relicto l. 17. §. seq. l. 87. de leg. 1. non obstante regula Canoniana: Nam etsi testamentum tempore decessisset testator, ita demum inutile foret legatum pro parte heredis, si heres existeret. Hic autem non existit. Aut ideo existere non potuit, quia ante aditionem decessit, & contra l. 75. §. 1. de leg. 2. e Tum enim quod à coheredibus legatum, vt ab initio constituit, ad heredes transmittit d. §. 1. quia eius dies cessit l. v. §. 5. C. de cad. toll. non autem quod à se legatum, quia pro ea parte dies non cessit. Id enim sub ea tantum conditione vtile, si heres non esset, quae conditio viuio legatario non existit. Etsi autem heredi à se ipso legari, nequeat, potest tamen à filio herede, patri legari, siue is die legati cedente sit in patris potestate, & eius iussu adeat, siue non sit l. 25. de leg. 1. Nam quod illo casu pater sit heres per filium, id fit ex euentu. Posset enim non fieri si prius decederet aut emanciparet. d Euentus igitur non infirmat legatum, quod initio constituit. Potest & ab herede fratri ac filio eius, qui in eiusdem potestate, item seruo patris, legari l. 91. pr. de leg. 1. SVBSTITVTI FILIO instituto l. 34. §. ult. l. 35. de vulg. l. 11. §. 5. l. 79. ad l. Falc. Quia & hi in hereditate filij hereditatem testatoris consequuntur. Facit regula: Heres heredis mei, &c. Non autem substituti exheredato l. 126. de leg. 1. l. ult. de leg. 3. l. 87. §. 7. ad l. Falc. l. 24. C. de leg. quomuis pater aliquod exheredato legauerit, & id ipsum a substituto relinquatur d. l. 87. §. 7. in fi. ad l. Falc. d. l. 24. C. h. t. Obiic. At hoc casu ab ipso exheredato legari potest, l. 41. §. 3. de vulg. R. Quia tum pater legat de suo. Dedit enim ipse filio quod ab eo relinquit. At hic substitutus percipit postea legatum tanquam quod impuberis fuit redditum. e Obiic. Atqui & à legatario heredis fideicom. relinqui potest. l. 5. §. 1. de leg. 3. R. id est ex benignitate, quae cessat, in praesenti, quia exhereditatio odiosa. l. 19. in fi. de lib. & posthu. LEGATARIUM ET FIDEICOMMISSARIUM, pr. l. de sing. reb. per fid. l. 5. pr. de leg. 3. non tamen, vltra quam acceperint l. 8. pr. de leg. 3. ET EORVM VT ET HEREDVM HEREDES l. 5. §. 1. de leg. 3. f DONATARIUM MORTIS CAVSSA l. 77. §. 1. de leg. 2. l. 9. C. de fideicom. ET INTER VIRVM ET VXOREM. arg. l. 12. C. ad l. g Falc. & Denique DEBITOR DEFVNCTI, h l. 77. de h. leg. 1. l. 37. §. 3. in fi. de leg. 3. quia eis liberatio relicta censetur d. l. 77.

NOTATA.

a Re videl. & effectu, si & ad eos peruenit l. 78. de leg. 1. non coloratè l. 3. §. 2. de leg. 3. vel in euentu vt in l. 70. §. 1. de leg. 2. iudicio non fortuito l. 6. de leg. 3. Chiffet. lib. 1. de iur. fideic. c. 6. f Hinc non potest relinqui ab his, qui lege succedunt, etiam inuito testatore, vt arrogatus & patronatus vid. not. lib. 6. c. 17. lit. D. filius in legitimâ l. 32. l. 36. §. 1. C. de inoff. Martheac. lib. 2. Epit. legat. c. 1. num. 24. f Aliquid intellige commodi pecuniarij. Hinc ab eo cui libertas sola relinquatur, legari nequit l. 94. §. ult. de leg. 1. licet is onerari possit in modum conditionis ac modi t. r. D. de statu lib. Et cui assigna-

tus est libertus onerari nequit fideicommissio l. assignare 7. de assign. lib. Duar. ad l. 11. de leg. 1. f. 496. quia assignatio iure relicti censeri nequit, cum assignans disponat de homine libero, qui non est in commercio nec legari potest, nec valeret ea dispositio nisi Scto confirmaretur d. Fab. 1. Inu. r. 5. pr. 2. ill. 24. b Regula vulgata: Quem non honoro, nec onoro vid. Vacon. 4. de d. 55. Martheac. lib. 2. epit. legat. c. 1. num. 19. & seqq. P. Anon. de Perru. de fideic. §. nu. 71. & seqq. vbi plures exceptiones refert; sed quae regulae, dextere intellectae, non insunt, nec ei conueniunt. f A tutore tamen etiam falso & cui nihil datum, rectè relinquitur, sed vt debeat ceu à pupillo relictum l. 69. §. 2. de leg. 2. l. etiam 20. C. de fideic. Chiffet. lib. 1. c. 6. c. Discrimen hoc non agnosco, omnino diuersam rationem putant, ideoque & diuersum ius legati vni heredum simpliciter relicti, de quo s. ad. l. & eidem praegati seu legati praecipionis, de quod l. 75. §. 1. inter quae discrimen esse probat l. 1. §. 6. ibi ex causa praecipionis, iunctis illis verbis ibi est alio genere legati. D. Quod leg. Et l. 89. ad l. Falc. vbi aperte sciungitur legatum datum heredi ab eo quod praecipere iustus est. Legatum simpliciter heredi pro parte hereditaria inutile est, ad l. Praegatum non aequè, sed immo, nostro fatente lib. 7. c. 25. lit. F. in eo duae sunt partes: hereditaria & quae à coherede accipitur. Et patris illius hereditariae ratione restitutionis ex Scto. Trebell. vel retentionis. (Nam interdum hereditate restituta integrum retinetur, d. c. 25. lit. G. Totum igitur vtile est) & ratione imputationis in quadrante Trebell. d. lib. 7. c. ult. plures sunt effectus. Legati autem simpliciter heredi relicti, si dem heres existat pro ea parte qua heres est, nullus omnino est effectus. Dicitur enim inutile l. 18. l. 34. §. 11. de leg. 1. Quare in praegato puro quacumque ratione heres non existat, est ob repudiationem, semper partem alteram hereditariam non obtineri, quia videl. non heredi non possit obtingere. In legato autem simplici semper integrum obtineri, si heres non existat, est alia quam repudiationis causa, quia videl. in eo legato nulla pars est hereditaria. d Turramin. de exag. leg. c. 4. num. 13. Nam etsi, inquit, statim testamento factio decesserit testator, tamen non cerò futurum, vt legatum hic dominus vel pater à se ipso acciperet. In ea namque causa est hereditas vt non ante acquiratur domino, patre, quam iussu illius seruis filiusve adient. Fieri autem potest vt alienet vel manumittat seruum, aut emancipet filium, antequam iubeat adire, vt ita non sit fururus heres simul & legatarius. Quod si iussu eius adierit seruis filiusve, tum legatum euentu in utile sit propter confusionem, & imputationem in Falcid. quasi acquisitum iure hereditario, d. l. 25. in fin. Ita Turramin. & rest. Quare labitur hic poter in eo quod nec euentu infirmari hoc legatum sentit, quod refellunt verba extrema d. l. 25. Nam si aduente deinde filio, iure legati sibi à filio relicto pater consequeretur, non imputaret in Falcidiam, l. 31. ad l. Falcid. Atque sic etiam defendi potest non esse negationem detrahendam Vlpian. tit. 24. §. 24. ceu faciunt, Cuiac. 6. obf. 37. & Turramin. d. c. 4. num. 12. si ita interpretetur: Legari non potest, & cuius in potestate est heres, scil. cum effectu non potest, si adhuc sit in potestate die legati cedenti. e Ratio haec non satisfact. f Eadem enim locus in hereditate. Nam & hanc substitutus percipit antea impuberis redditam. Ratio vertor à Scto inuenerit in d. l. 87. §. 7. quia eo casu non hereditatis paterna portio sed legatum ad eum peruenit, id est; non aequè vt heres heredis, l. vlt. C. de hered. instit. ita & legatarij, heres censetur testatoris. f Nec interest proprio an appellatio nomine grauentur, ceu distinguunt Dd. per l. 6. §. 1. de leg. 3. d. Am. Peregr. de fideic. art. 1. n. 18. & Martheac. lib. 2. epit. legat. c. 1. n. 21. quos scitè refellit Vacon. 4. de d. 53. qui ad d. l. 6. §. 1. R. Ibi non proponi Stichum factum heredem ipsius Scij, qui idem testatoris à Stichio legantis fuerit heres, sed Stichum Scij scil. seruum factum heredem alienius tertij, puta Manij. Quomodo enim alias iussu Scij dominij ipsius hereditatem adire possit. g lex. in l. sequens 68 in fi. de leg. 2. Licet enim inter viuos donatum acceptum sit, quia tamen donator potuit reuocare, nec fecit, meritò dedisse ei videtur cum moretetur per l. 32. §. 3. de don. inst. vir Scip. Gentil. 3. de don. inst. vir. c. 29. Diss. quodammodo Cuiac. consulti. 20. & conf. 30. h A. Fab. 4. Coniect. 11. Ante D. Pium, inquit, si à debitore fideicom. relicto, heres de suis actionibus in debitorem cedendis rogatus videbatur l. 103. §. 13. de leg. 1. vbi ab Africano refertur sententia Iuliani, qui vixit tempore Adriani, ante D. Pium. Diuus autem Pius induxit vt fideicom. nomine contra debitorem ex testamento, quis experiri possit l. 37. §. 3. in fi. de leg. 3. Et malè igitur qui nunc dant optionem fideicommissario, an aduers. debitorem agere velit, an aduersus heredem ad cedendas actiones, cum immò heres nullas

nullas in effectu habeat, sed ipse agens doli exceptione remoueat. l. 77. de leg. 1. Ita Faber. Sed nec ex d. §. 13. apparet Africanum alterius magis quam suam sententiam referre, neque sine vitio omisisset African. mentionem, rescripti D. Pij, nec abolita sententia debuisset Pandect. inseri. Puto igitur recte Dd. hanc electionem dare fideicommissario, cum quibus in eo quoque sentit Cuiac. §. ad Afric. ad d. l. 108. §. 13. & sic expeditior via erit fideicommissi consequendi, & conseruandi relicti. Potest enim interdum actio cessa ex contractu esse commodior honorato, quam actio ex testamento. Nec obstat ratio Fabri, quia immo actionem veterem contra debitorem hunc superesse heredi aperte habetur in l. 37. §. 1. de leg. 3. Et aliud est nullam esse actionem, aliud non efficacem. d. l. 77. Nam actio in persona cedentis inefficax potest esse efficac in persona cessionarij, de quo suo loco. Ceterum ei quod debitoris fideicommissi potest, obstat l. 77. §. 5. de leg. 2. §. A. Fab. d. c. 11. Et ante eum. Hot. 1. amicab. 14. pro fideicom. non tenent. reponunt fideicommissi nomine tenent, quod error natus sit ex compendio scribendi, hac nota: nomine. Nec recte, inquit Faber, est Castr. negat emptorem esse debitorem in d. §. 5. eo quod venditio nulla sit. l. 42. de Visc. Nam cum quaeritur an emptor teneatur, id quaeritur an mulier possit petere ex causa fideicommissi pretium venditionis. Petendo autem nonne satis approbat alienationem. Et si fideicom. non valeret, dolo non faceret mulieri, venditionem irritam facere volens. Ratio autem cur doli exceptio locum habeat, quia duobus legatis relictis, si alterutrum onus habeat (ve hic fideicommissum pretij onus habet, ne ab emptore fundus vindicetur) non potest vnum, accepto altero, repudiari l. 5. §. 1. de leg. 2. Ita Faber. Sed puto receptae lectioni suum sanum constare sensum, hoc modo: Regula est: Emptor fundi dotalis alienati a marito fideicommissio grauari nequit. Ratio, vt verissimè Castrensis, quia debitor non est. Si enim alienatio nulla, vrique nec dominium in emptorem transiit, nec vllus inde obligationis effectus. Nec refert quod petendo pretium mulier approbet venditionem. Inde enim efficitur quod ex tempore approbationis, quae petitioni consequens est, alienatio valere incipiat. Itaque emptor fieri incipit debitor non testatoris, sed mulieris. Atque ita legatum consequitur mulier ex testamento, pretium venditionis iure obligationis cuius causa a se profecta est, non iure fideicommissi. Sequitur. Quid si venditionem approbare nolit, an legatum accipiet? Ratio dub. euidentis. Negatur. Ratio decid. quia (vt hoc rectè Hotom.) quae viri iudicium ex ea parte qua lucrum capit approbat, non debet ex altera parte oppugnare l. 7. de bon. libert. Falsè autem Cuiac. §. ad Afric. ad d. l. 108. §. 13. in specie d. §. 5. emptorem praedij dotalis ipsi testatori omnia praedium soluisse. Quod ipsa species §. postpauca refellit.

CAPVT VIII.

Posterius genus.

ALTERVM GENVS. QVIBVS DEDISSE VIDE-
TUR, QVIA NON ADEMIT L. I. §. 6. de leg. 3.
vid. lib. 7. c. 16. lit. E. a Vt LEGITIMI HEREDES ET
BONORVM POSSESSORES AB INTESTATO, l. 92. §.
vlt. de leg. 1. Nisi illi testamento praeteriti suo nomine
quid dare rogati sint, ac deinde res redeat ad causam
intestati l. 2. de leg. 3. quia tunc non iudicio testatoris,
qui immo eum remouere voluit, hereditatem conse-
quitur. E. l. 6. §. vlt. de leg. 3. Aliud tamen si generali-
ter cauit testator. Quisquis mihi heres erit. Titio 100. da-
to l. 14. C. de fideicom. PROXIMI ET INFERIORES,
b etiam postea nascitur l. 1. §. 7. & 8. de leg. 3. An au-
tem & posthumus alienus? Ita lepen. de leg. 1. Vbi no-
tandum rationes eius l. non facere, ad confirmatio-
nem, sed obiecta diluere. Obi. 1. Ab hoc posthumo
legari nõ potest. Argumentũ inde, quod ei legari non
potuit. Ergo nec ab eo. §. Paulus, alia ratio fideicom-
missi. 2. Obi. Hic posthumus heres instituitur nequit. §.
Paulus. At legitimus heres fieri potest. c Hodie om-
ne dubium cessat, cum & legari ipsi possit, & heres
scribi §. 26. & 28. l. h. r. Etiam heredes legitimi im-
puberis d. l. 92. §. vlt. non tamen exheredati l. 94. pr. de
leg. 1. Rationem vide c. praeced. lit. D. ET QVI BONA
ALIO IVRE OCCVPATVRI. Vt sunt FISCVS l. fi-

lius. l. 14. §. 2. de leg. 1. Pater filia. militis, vel veterani intestati d. l. 114. pr. ET QVI MORTIS CAVSSA
CAPIVNT, datum conditionis implendae causa l. 96.
§. vlt. de leg. 1. & PATER AC DOMINVS eius, cui reli-
ctum est, ad quos iure potestatis id peruenit l. 11. de
leg. 1. de cuius sententiã. c. 10.

NOTATA.

a vid. Duaren. ad l. 11. de leg. 1. Ang. Matthae. lib. 2. Epit.
leg. c. 2. m. 5. b Non tamen alij quam qui rogati. Nec fidei-
commissum a primo gradu legitimorum relictum, praestari
necesse est ab inferiore gradu, si ad eum deuoluta sit successio.
Vnde si frater venturus ab intestato, fideicommissio in codi-
cillis grauius sit & is repudiando locum faciat vltiori, non
debetur fideicommissum l. 1. §. 1. pen. de leg. 3. vbi neg. hac le-
ctio verissima & certissima. Et non potest, non displicere
correctio Fab. 4. Coniect. 15. negat. expungentis. Imò nega-
tio si abesset vel vltro accessenda & inferenda foret. Quomo-
do enim tenebitur fideicommissio, qui non rogatus, a quo ni-
hil relictum, immo cuius forte nulla mentio in vlt. voluente,
& de quo ne cogitauit quidem testator, cum fideicommissum
reteret? Ac licet largiretur Fabro quod & hic verum sit posse vi-
deri dedisse huic testatorem, cui non ademit cum posset, hoc
tamen neutiquam verum posse videri testatorem & hunc fidei-
commissio onerasse, quem nec verbis rogauit, nec etiam de
eo onerando cogitauit, cum verissimè sibi successurum
non putauerit. Ac vel satis Faber refellit, ex a se adducta
l. pen. 1. de codicil. vbi similiter posthumus non debet legata,
quia eum non sperauerat pater, nec poterat videri onerare
eum voluisse, de quo nihil cogitauerit. Obi. Faber. verba d.
§. pen. ita imp. rescriptis. Non tale, inquit, rescriptum existit,
sed contra: Repetita censeri a substituto quae relicta ab in-
stituto l. 74. de leg. 1. Nec ratio diuersa. cur a substituto de-
beat, a legitimo inferioris gradus non item. §. Immo ma-
xima. Substitutus habet hereditatem ex iudicio defuncti a-
perto, eumque is cogitauit posse sibi succedere, Idem enim
substituit. At legitimo inferioris gradus obuicnt hereditas
non ex iudicio testatoris, sed ex repudiatione proximioris.
Obiicit Faber Consl. illam tractam esse ac causam intestati
l. 61. §. 1. de leg. 2. §. d. §. 1. loquitur de accrescente portione
coheredis legitimi, qui in eodem gradu constitutus, cuique
ideo aequè ex iudicio defuncti tacito hereditas obuicnt. De-
nique meritò mirandum. Fabrum hunc legitimum qui roga-
tus non est fideicommissio obstringi velle, cum tamen idem
alibi ne ex apertissimis quidem coniecturis, nec sine consue-
tis fideicommissorum verbis vnaquam ea induci, licet
falsò, contendat. vid. not. sup. c. 2. lit. B. c Loquitur enim c.
d. l. pen. non de institutione posthumi alieni, quasi Gal-
lus eam induxerit, sed de successione ab intestato Duar. ad
l. Gallus 29. praeser. de lib. & posthum. f. 353. Dissent. Foreat.
dial. 8. num. 14.

CAPVT IX.

Quantum vtrique onerari possint.

TVM (vid. initio c. 7.) QVANTVM AB ILLIS RE-
LINQVI POSSIT? Ab heredibus scriptis, non
supra dodrantem per l. Falc. vt j. Ab alijs vel totum
quod eis relictum vel tantumdem, vt non habeant
Falcidiam l. 47. §. vlt. ad l. Falc. Nunquam amplius §. 1.
l. de sing. reb. persid. rel. a Vbi, quod notandum, interdũ
minus est in legato, quam verba ostendunt. Vt si sub
conditione dandi relictum: Si Mæuius Titio decem
dat, ei fundum lego. Atque tunc quod supra id, quod
deductis 10. superest, a legatario relinquatur, inutile
est l. 26. pr. l. 122. §. vlt. de leg. 1. Interdum plus est, quo-
ties legatarius aliquid alteri sub conditione vel in diem
praestare iussus, & antequam conditio existit, diesve
venit, fructus ex re percipit. b Nam & hic tunc in le-
gato numerantur, vt eo vsque relinquere possit l. 114. §. 3.
de leg. 1. l. 70. §. pen. de leg. 2. item si vsuræ ex pecunia lega-
ta interim perceptæ d. l. 70. §. 1. Sed hæc ita si quantitas
cum quantitate conferatur. Secus si quantitas cum re:
Ideo si cui legata sunt 100. rogatus sit rem suam (aliud
si alienam l. 36. §. 1. ad l. Falc. c Nam tunc non tam res c.

ab eo relicta censetur, quam redemptio rei & sic pecunia maioris pretij restitueretur, legato agnito, cogitur fundum restituere. Neque sic plus praerit quam accepit. Nam testator nõ videtur fundum legatarij pluris aestimasse, quam pecuniam ipsi relictam l. 36. pr. ad l. Falc. Cui aestimationi legatarius, acceptado legatum, acquiescere videtur. d Aut si e conuerso species cum pecunia. Vt si cui fundus legatus, rogatus sit pecuniam restituere, quæ excedat pretium fundi, ob eandem rationem per l. 33. de minor.

NOTATA.

a l. 114. §. 3. in fi. de leg. 1. l. 1. §. 17. ad Treb. & simi. vid. Matt. lib. 2. Epit. leg. c. 1. n. 26. & seqq. F. Greg. 42. Sym. 28. n. 7. A. Fab. 17. Coni. 7. b Non autem ei imputatur lucrum, sed deductum, quod ex sua industria fecit vel collegit d. l. 70. §. 1. vt si rem pluris vendidit l. 3. ad l. Falc. P. Greg. d. c. 28. n. 7. c & per l. 24. §. 12. de fideic. lib. vbi & ratio ea qua rem alienam non aequè vt suam legatarius potest pro arbitrio aestimare A. Fab. ad l. 33. de min. d. ita & A. Fab. 17. Coni. 7. Quia specierum, pro temporum varietate, varia aestimatio, sibi imputet legatarius currit non pluris aestimauerit. Et potest aliquando interesse eius fundum potius habere valentem 100. quam 200. in pecunia. Rectè. Sed non debuit idem in d. §. 1. in fin. pro sf emendare, nisi, quasi ibi tradatur exceptio: nisi omnia emolumenta, etiam aliena a legato, quæ, eius occasione, consequuntur est sua industria, offerat, alioqui enim scribendum fuisse, etiamsi vel, nec se. Sed hoc non est ferendum, neque vera est hæc exceptio. Semper enim superiori rationi locus Nec possunt alia dici, legatarum nomine, percepta, quam quæ ex rebus ipsis, non quæ occasione illarum. Neque sic inconcinna scripto. Nam in vers. Non enim, non tam confirmat. I. C. sententiam suam ex æquitate, quæ certè potius iuris rationi innititur, quam reprobat cõtra sententias præteritæ æquitas, quam is dicit rationi iuris non aduersari, & ideo decisio- nem licet non sit ex æquitate præter iuris rationem, non tamen æquitati aduersari.

CAPVT X.

Explicatio l. 11. de leg. 1.

INITIO ponitur regula: Legatio vel hereditas filiofam. vel seruo relicta fideicommissi patris vel domini (sic rectè Florentia legitur, male quædam exemplaria, patri vel domino) posse id est, ab iis fideicommissarij l. 62. de leg. 2. Ratio in l. 1. §. 6. de leg. 3. quia testator eis dedisse videtur, qui potuit efficere, ne ad eos per filium seruumve perueniret a Obiic. At non potest ab eis relinqui ad quos non directò, sed per successionem ac intermediam personam quid a testatore peruenit. vlt. pr. de leg. 3. l. 87. §. 7. ad l. Falc. Resp. lbi nõ ideo relinqui nequit, quia per interpositam personam, sed quia non ex iudicio testatoris peruenit, sed casu. Nam quod in d. vlt. pr. hereditas patris obuicnt filio exheredato ex institutione heredis a testatore scripti, & filio substituti, non fit ex voluntate testatoris qui nihil tale expectauit, sed ex institutis beneficio, quod potuit accidere & non accidere, b In vers. ac tunc demum tractatur. Q. Ex vtrius personæ vires capiat fideicommissum, ex filij, an ex patris; an pater id præstet ex persona sua vt pater, an ex filij vt heres. Resp. distindtè. Et aut extraneo præstat & ex persona filij, tanquam heres; aut ipsi filio & ex sua, tanquam pater. Nam in d. vers. vocula ipsorum referenda ad personas patris & domini, qui proximè relati, non ad filij & serui. Sequitur in vers. Denique vsus & ratio huius distinctionis. Si extraneo præstat hereditatem, retinet Trebellianicam. Quia enim tunc, ceu dictum, præstat vt heres, vt iure heredis. Sic enim filius heres vt statim patri acquirit l. 79. de acq. her. eumque heredem faciat l. 8. §. vlt. de vulg. c Sin filio ipsi, non retinet, quia tum ex persona sua præstat, & sic non vt heres, cuius solius est eam retinere, sed vt pater. d Sic enim, hic statui necesse est, cum non possit obligari ex persona filij ipsi filio, Prius enim filius sibi ipsi obligaretur, quod natu-

ralis ratio non patitur l. 19. §. 2. de solut. deinde illi ex eius persona pater. Obiic. Immo non potest ex persona filij seruire vires capere l. 62. de leg. 2. §. vbi ibi deo nõ accipit, quia seruo non acquirente hereditatem domini, fideicommissum a domino relictum omnino non constitit. Obi. At quomodo potest pater filio restituere, ne rursus patri acquiratur. Resp. Tunc cum sui iuris esse caperit per l. 19. pr. ad Treb. e Sequitur in vers. Et ideo. Confectarium. Si rogatus sit post mortem restituere filio, sique viuo patre moriatur, omnimodo id retinet, quia fideicom. ex persona patris vires accipit. Obi. At idem est si extraneo. f Quia verba post mortem, habent f conditionem l. 79. §. 1. de cond. & dem. Quare moriente fideicommissario, intercidit fideic. & sic apud rogatum manet l. 5. Quam di. leg. 1. §. 9. de cond. & dem. Et tamen tum fideic. non accipit vires ex persona patris, per s. dicta. Ergo ratio inconueniens. Resp. Inconueniens est in extraneo, sed in filio nulla alia est quam hæc ipsa ratio. Nam si ex persona filij obligatus esset pater, acciperetur fideicommissum pro puro, cuius tantum solutio dilata esset in diem mortis, & sic debere- tur a patre heredibus filij, tanquam ad eos transmissum l. ex his §. C. Quam di. leg.

NOTATA.

a Et potuit filiof. vel seruo ita legare, si liber vel sui iuris factus sit l. 19. Quam di. leg. Duar. ad h. l. 11. vbi patrem ex iudicio defuncti venire probat ex l. 40. de her. inst. l. 38. de acq. her. & c. Ad l. 8. §. vlt. de vulg. & similes tex. vbi negatur ex iudicio venire pater. §. Duar. iudicium ibi significare expres- sam voluntatem quæ hic non est, adest tamen tacita b ita & Cuiac. 2. obs. 32. Cum quò tamè nolim in d. l. vlt. pr. delecta vo- cula, substituit, legere, instituit. vt nec cõ. A. Fab. 70. error. prag- ma. 1. 8. voculam, substituit expungere. Neq; tamen ideo cum Accursio dico, patrem dedisse filio exheredato duos substitu- tos, quod commentitium esse rectè Cuiac. Verum hoc puro quaeri ibidem non an legata sint præstanda a substituto filij, qui in specie d. l. vlt. pr. nullus existit. Proponitur enim sub- stitutum ante filium decessisse & filium substituto sibi a pa- tre dato heredem ex institutione illius effectum; Sed an lega- ta a patre testatore ab instituto, qui idem filio substitutus scriptus, relicta in secundis tabulis. (Nam quæ in primis tabulis ab eo tanquam instituto reliquit, ea hereditate adita tan- quam onera eius necesse est si nondum præstita fuerint, mo- riente, ad quemvis illius successorem transire) debebat præstare filius exheredatus, & c. g An relicta filiof. hereditate pater ve- rë heres an filius, quaerit Duar. ad h. l. 11. §. 500. vbi relatis §. c. gum. vtriusque partis definit subtilitate neutrum esse heredem, nec patrem, quia non scriptus, nec filius, quia sibi non acquirit per §. vlt. de her. qual. §. Hot. 1. amic. 12. patrem cui per filium acquirit hereditas verè nõ esse heredem, (quia institutio facit heredem, non emolumentum) l. 44. de cond. & dem. sed eõ ad- iuncto dici heredem per filium l. 62. de leg. 2. l. 8. §. vlt. de vulg. d tanquam quilibet alius, ad quem ex defuncti hereditate commodum peruenit, qui fideicommissio onerati potest, quar- tam autem non detrahit Hot. 1. amic. 12. Non tum sustinet personam filij, vt heredis loco omnia gerat, sed eius qui ratio- ne potestatis relicti filio emolumentum sibi acquirit, Robert. 2. Sent. 8. e ita & Coni. 1. dist. 1. lard Duar. ad h. l. 11. §. 497. & seq. Sed hanc conditionem in fideic. filiofa. relicto a patre præ- stando, non debere subintelligi contendit Vacca. 4. decl. 57. sentiens eo casu filium esse acquisitionis capace, & ponit duas regulas. 1. Quicquid filius ab alio acquirit, acquirit pa- tri. 2. Quicquid filius ab ipso patre acquirit illi non re acquirit (vt loquitur.) Sed hæc satis constantur ex peculijs profes- sionij conditionib. & vt somnia exploduntur à Duar. ad h. l. 11. f. 497. f Cuiac. 10. obs. 38. in legato quidem conuenienter filium f eum extraneo, si videl. legatũ filio iogetur pater, cui per eum quantitas est, restituere post mortem. Siue enim filio ipsi siue extraneo, moriente interim fideico. remanere apud patrem, quia neutro casu debuit vt heres (cum nec filius per quem obuicnt sit heres) sed voo vt pater, altero vt legatarius. In here- ditate autem discrepare. Herede instituto filiofam. si pater rogetur post mortem hereditatem restituere extraneo, eo in- terim moriente, fideic. quasi caducum redigi in fscum. Con- tra si filio ipsi eo moriente id patrem retinere Ratio differen- tia: Huic debet vt pater, illi vt heres. Onus a caduci tantum irrogatur heredi. Et Cuiac. laudat Fachin. 5. contr. 56. Alius Robert. 4. Sent. 8. Coni. 1. dist. 1. Gouern. 2. var. lect. 32.

EX REBUS QUARVM DVO GENERA RES FACTA. RES in specie dictæ LEGARI POSSVNT, & QVÆ ET NATVRA PARARI. Non igitur Hippocentaurus, b bos vel Stichus mortui arg. pr. l. de inut. stip. l. 103. de V. O. Non vñsfructus à fructuario l. 24. §. 1. de leg. 1. Possunt tamen & res futura, vt parrus, scetus nascituri vinum d. l. 24. pr. §. 7. l. h. t. NEC EAS IVS ALIENARI VETAT. Vel quia non sunt in commercio, & aut in totum, vbi nec æstimationo deberur l. 39. §. 1. de leg. 1. §. 4. l. h. t. Potest tamen iure postliminij l. id quod §. l. servus 98. de leg. 1. c. & res etiam hostium si aliquo casu emi possit l. 104. §. 2. de leg. 1. id est, mobilis, vt merces extera, quæ cum ad nos transferri cæptæ, parari possunt: Non verò fundus l. 103. de V. O. quia is loco moueri nequit, nec emi potest aut commercium certis personis interdictum. Vbi distinguitur: Si heredi, vt si seruus Christianus à Iudeo herede legetur Christiano, is omnino obligatur, vel in rem, si sit in hereditate, vel in æstimationem, si non sit l. 49. §. 3. de leg. 2. [Ratio quia interdictio nocere debet, non prodesse l. 34. de V. O. At nisi obligatus esset prodesse Don. ad d. l. 34. n. 6.] Sin legatario nihil debetur d. l. 49. §. 2. [Obi. l. l. 14. §. 5. de leg. 1. Ibi verba alicui licet relictum, probant non esse commercium interdictum legataria, sed aliam ob causam rem possidere nequit, veluti ob legem venditionis l. 1. l. 3. C. si seru. exp. ven. §. Obi. 2. l. 1. §. 19. de leg. 3. §. 2. Ibi si sciuit esse seruum testator æstimationo debetur, non ipsi seruo qui incapax, sed domino ipsius, qui habuit commercium militiæ: Si ignorauit, sed liberum putauit, nihil debetur. Nec enim potest militiæ domino acquiri, quia testator non vult, nec seruo, quia vult quidem testator, sed seruus commercium non habet h. Obi. 3. & acruis l. 40. de leg. 1. §. 2. Male quidem disting. inter legatum rei cuius commercium non est ei cui relinquitur d. l. 49. §. 2. & fideicommissum d. l. 40. Nam eos refellit d. l. 1. §. 16. de leg. 3. & ita semper ius, etiam ante exæquationem, vt quarum rerum legatum non consisteret, earum nec fideicommissum. Dicendum igitur ibi non de vno agi vel legatario, vel fideicommissario, sed de duobus, quod & verba & contextus conuincunt. Vnus est legatarius qui commercium non habet & à quo relinquitur: Alter fidei commissarius cui relinquitur, qui habet quidam commercium, non tamen ius possidendi, ex aliâ causâ vt in l. 114. §. 15. de leg. 1. i. Pome. Legatur seruus Christianus Iudeo, qui rogatur restituere Titio. Seruus is venditus fuit, vt exportaretur. Ideoq. Titio ius possidendi non est. Hic vtrumque valet. Legatum quia restituendum l. 42. de leg. 2. Fideicommissum, quia non est ademptum commercium. Cum tamen ipse seruus dari nequeat, prestanda est æstimationo d. l. 114. §. 5. Et si rectè accipimus in d. l. 40. eum cui ius possidendi non est, quia aperte sciungitur ab eo cui non est commercium. Ideo autem posuit speciem, qua legatarius à quo relinquitur commercium non habuit, vt augetur dubitatio. Ponit autem exemplum fideicommissi, quia tempore Vlp. legari à legatario non poterat, fidei eius committi poterat. Pessime autem qui in d. l. 40. neg. deleta legunt, ei cui ius possidendi est h. t. quia emendatio hæc contra fidem exemplarum temeraria. In quo scio (hæc verba sunt Donelli) quam non parum à multis hæc ætate præterur. Quid enim erit in libris & omni veritate certi, si, quoties visum est pro commodo & arbitrio nostro licebit veteres & receptas scripturas mutare l. 2. quia sentia falsa relictur. Nam si ius ei possidendi, res ipsa debetur ac prestanda est non æstimationo §. 4. l. h. t. Nec obstat quod res primò ei legata cui commercium non est. Nam non minus rectè ei præstatur, si alij restituere debet l. 42. de leg. 2. Et à quo dices prestandam æstimationem? Non ab herede, quem præstatione rei relictæ non

liberari nulla ratio est. Nec à legatario, quia si facultatem capiendi & restituendi rem ei ademeris, nihil planè illi relictum est. Hæc ex Don. nostro ad l. 34. de V. O. n. 8. & 9. quò se hinc refert] vel quia, certis de causis, prohibentur legari. Vt iuncta ædibus per SC. l. 41. §. 1. de leg. 1. l. 2. Cod. de adif. priuat. vbi ratio. ne vrbis ruinis deformetur. Quod pertinet & ad balnea, porticus, tabernas, prompinas d. l. 41. §. 8. Aliud tamen in admotis, quæ nondum inhærent parietibus d. l. 41. §. 14. Exc. 1. Nisi iuncta sunt iis ædibus quæ illicite extructæ l. 11. §. 14. de l. 3. 2. Nisi legentur ad opus publicum faciendum d. leg. 41. §. 5. quia tunc incommodum pensatur cum maiore commodo. QVÆQVE VUTILITATEM LEGATARIO ADFERVNT. Hæc n. est conditio legati, per illius definitionem. Non igitur RES MEA l. 41. §. 2. de leg. 1. §. 10. l. h. l. 3. C. h. t. vt nec, etsi alienata à me fuerit, legatum conualescat d. l. 41. §. 1. vbi ratio, d. §. 10. vid. l. 6. l. 3. Nisi imperfectè mea sit, vt auocari possit l. 82. §. 1. de leg. 1. Item nisi in ea tus aliquod alienum, propter quod nobis abest vsus rei, vt si sit vctigalis l. 71. §. pen. de leg. 1. si superficies alterius l. 86. §. vlt. cod. Si pignus in ea alteri sit l. 86. pr. de leg. 1. Vel vsufructus ob eandem vel maiorem rationem, quia tum multò plus abest domino, quam in pignore per l. 76. §. 2. de leg. 2. Quare in l. 66. pen. de l. 2. in fi. pro proprio legendum est, præter vt in aliis exemplaribus o vt sit sentus: propter illas causas posse legari, extra eas non posse; alias enim incepta esset ratio. Nam etsi poneremus iis casibus legatum non valere (quod non ita est) non tamen fieret propter pignus aut vsufruct. alienum, cum per ea non res magis mea fiat, sed minus. Secus est si seruitus realis alij debeatur d. l. 66. §. pen. quia tum res non minùs perfectè mea est. NON MOBIS DEBITA: si nihil amplius sit in legato. Quod si sit plus in eo valebit legatum §. ex contrario l. 41. h. p. Vt plus sit efficiunt vel potestatem nouæ actionis, si ea aut efficacior veteri l. 28. pr. de l. 1. & aut tempore plenior d. pr. vbi ciuilis actio diuturnior honorariâ vid. l. 35. de O. & A. ac legati hic vsus vt si tempus veteris actionis præterierit, noua parata sit, aut rebus, si in eam actionem res plures ex mora veniunt, vt in d. l. 28. §. 1. vbi actio ex legato vberior actione ex stipulatu, quia in illam veniunt vsuræ & fructus ex mora l. 34. de vsur. & dominium statim transit, vid. l. 3. §. 2. de l. 3. q. Additur in d. §. 1. Falcidiam id legatum non minuire. Ratio quia vsuræ, fructus, & accessiones præstantur ex officio iudicis. Actio autem est ex legato principali. Atque hinc nec fidei huius creditoris committi potest d. l. 3. §. 2. vel repræsentatione prioris debiti: si quod ex tempore debuit testator, purè vel citiore die aut loco legauit. d. §. 14. l. h. l. 29. de l. 1. vbi & in Falcid. venit modus repræsentationis l. 1. §. 10. ad l. Falc. Hinc vtiliter legatur dos vxori l. 1. §. t. d. de dote præleg. quia solutio illius ex lege dilatione capit l. 1. §. 7. Cod. de rei vx. act. Quid si viuo testatore dies vel conditio venerit: valet nihilominus legatum ex sententia Papin. l. 5. ad l. Falc. probata à Iustin. §. 14. l. h. t. reiecta opinione Pauli in l. 82. pr. de leg. 2. Neque sic contrariæ ll. in Pand. quia d. l. 82. pro iure non habetur, & relictæ tantum historię causa, vt & auctorum dissentio, & Iustin. industria cognosceretur. Hinc liquet quæ res legari nequeant. Reliquæ autem omnes POSSVNT ETIAM INCORPORALES, vt iura ac seruitutes l. 41. pr. de leg. 1. §. 21. l. h. t. §. vlt. l. de seru. liberatio, tit. D. de lib. leg. pars hereditatis leg. 39. pr. de vulg. leg. 2. §. vltim. ad Trebell. Et etiam res futura, vt sup. lit. C. f. LIENA, & quam scilicet testator alienam esse sciuit secus suam putauit §. 4. l. h. vbi ratio, vt & in leg. 67. §. 8. de leg. 2. leg. 10. C. h. t. Nisi coniectura sit legatario

rum etsi scisset. 1. Ex persona legatarij, si vxori relictæ, aut coniunctæ personæ d. l. 10. * 2. Et persona domini illius rei, si res sit heredis d. l. 67. §. 8. vbi ratio. Quid si de conueto testator legem rem suam, quam alienam putat. Semper valet legatum §. 11. l. h. t. vbi ratio, quia plus valet quod in veritate est quam quod in opinione. Obi. Immo plus est in opinione l. 15. de acq. her. Resp. Vtrobique oratio ad species propositas restringenda: plus est in veritate in hac specie, quia falsa opinio non efficit, quò minùs legare testator possit, si rem suam sciret. Immo è facilius relicturus censetur, arg. §. 4. l. h. t. Plus est in opinione in d. l. 15. quia ibi opinio impedit, quo minus adire aut repudiare possit heres, cum ad aditionem requiratur scientia, non æquè ad relictionem legati. 2. Quare quoties falsa opinio gerenti non obstat, quo minùs velit & possit id in quo errat, plus est in veritate. Contra quoties impedit, quò minus fiat, quod fieri poterat, si quis sciret quod in re est, plus est in opinione.

NOTATA.

a **vid. P. Greg. 42. Syn. 32. Ang. Matthe. lib. 2. Epit. legat. c. 17. b §. 1. de inut. stip. l. 97. pr. de V. O. vbi vide quæ de Hippocentaurio notat Goth. Reprehendit Coraf. §. mis. 2. Imp. in d. §. 1. scribentem Hippocentaurum esse non posse, cum Plin. lib. 7. cap. 3. se vidisse ex Ægypto allatum, imperante Claudio scripsit. Sed immò & Cic. & Lucret. fuisse aut existere posse negant. Goth. d. loc. vid. A. Gemil. Lett. Virgil. cap. 12. Et esto fuerit, non tamen ita esse potest vt eius vel stipulatio, vel legatum consistat, vt nec nostro fortis aut paratus, tametsi illos ratione omnis a tas viderit. C. l. etiam 17. de leg. 3. Cuiusmodi legatum transmissionis purum est l. conditiones 99. de cond. & dem. ratione præstationis conditionale, quia si nihil nascatur, nihil debetur l. 1. §. vlt. d. l. P. Greg. 42. Syn. 32. num. 15. d. Quid si feudum alicui legatum sit? Nec hic æstimationem deberi conueniens est, P. Greg. 42. Syn. 32. Ritierob. Parit. feud. lib. 1. c. 12. q. 7. Vult. 1. de feud. cap. 9. n. 72. Facchin. 5. Contr. 37. Gail. 2. obs. 154. num. 13. Dist. post alios Peregrin. de fidei. arr. 11. num. 103. & leg. Matthe. lib. 2. Epit. legat. c. 19. num. 4. e Nec tamen hic hæres redimere, aut æstimationem soluere tenetur. Testator enim videtur legasse ius quod habet. ita vt si res recepta sit iure postliminij, & g. si seruus ab hostibus aufugiens redierit, tum præterur, Duar. ad d. l. 9. §. 1. Rob. i. Sent. 17. interim dum spes est recipiendi vel vi, vel redemptione, vel pactionibus, valere huiusmodi actus, executione tantum in id tempus collata, quoniam recuperauimus. vid. & Aruma. ex. Insin. 9. th. 4. F. ita & Rob. 1. Sent. 17. quia rerum mobilium nobis cum hostibus commercium esse, vel indeliquer. quod certæ merces speciatim excipiuntur, quarum non est, vt armorum, & c. Locum. 11. de Publican. Vid. 1. lib. 9. cap. 10. lit. Aa. Hostium autem res soli & fundi illorum emi non possunt, nec fiant nostri, etiam occupati, cum bello capti publicentur. ↑ Zas in d. l. 9. de leg. 1. vult verba illa d. l. 104. §. 2. si aliquo casu emi possit, ita intelligi vt sint restatois, quasi dicat IC. Res hostium potest legari sub conditione illa adiecta, si emi possit. Quod rectè displicet Roberto, quia nulla illic conditionis mentio. g Item ex gr. si claudo curiosus relictum, mudo cantoris legatur, vt post gl. communiter, ceu dicit approbatam Bronch. 3. aff. 46. h. cæco confpicilla. bibliotheca imperito legata, Gaid. de contr. stip. c. 6. conc. 10. num. 115. item in exemplis adnotatis Goth. in d. §. 5. ↑ Robert. 3. animadu. 11. addit exemplum. Si Præsidii prædium prouinciale relictum. (Sed tum magis dici potest ei commercium non esse.) Et hæc obtinere ait vbi causa obstaculi ex rei relictæ conditione, non verò si ex vitio delictive legatarij prouenerit, vt si domus vrbana relegato legata. h Sed huic Resp. obstat id, quod noster omnino viget, quoties legatarius, vel cui queritur legatum, est capax relictæ, rem ipsam præstandam, non æstimationem. Melius quoad h. leg. Cuiac. ad d. l. 34. de V. O. & 3. notat. Mercat. 11. Resp. legatum militiæ consistere in quâritate potius, quam corpore. Et probat Bronch. 3. aff. 46. Aruma. ex. Insin. 9. th. 6. Nam aperte IC. in l. 49. §. 1. de leg. 2. Cui militiæ legatur, æstimationem videri legatam vid. l. 30. §. vlt. Cod. de inoff. testam. i Duar. ad d. l. 40. Gouean. ad l. 1. §. 7. ad l. Falcid. n. 9. & ad l. 30. §. vlt. cod. num. 2. Hotom. 1. am. ab. 25. & Pac. 6. quæst. 6. qui èd amplius nec hodie, post ex-**

æquationem, aliud esse putat, quia ea non tollat, proprietates legatorum & fideicō, quibus inter se differunt. Sed in malè Cuiac. ad l. 34. de V. O. laudatus à Bronch. 3. aff. 46. Sed merito suo reprehensus ab Hot. 1. amic. 25. cum & Basilica neg habeant Synops. Basil. li. 44. it. de legatis cap. 38. vbi in obf. Carol. Labbeus. & Robert. 3. animadu. 11. qui rectè in eo nullam legatarij rationem haberi, quia à testatore vt voluntatis suæ ministerium tantum electus censetur per l. 17. de leg. 2. sumpt. l. 35. §. 1. de adim. leg. Quare sit hoc casu, vt perinde habeatur ac si res fideicommissario non per interpositam legatarij personam, sed directè ab herede relictæ esset, argum. l. 78. §. 1. ad Trebell. Distinguit tamen Robert. eo casu quo legatarius rem capere nequit inter testatorem scientem causam obstaculi, vbi vult æstimationem deberi, & ignorantem vbi nihil, quòd si scisset non legaturus fuerit per d. l. 11. §. 16. Sed confundit Robertus incapacitatem legatarij cum impedimento possidendi rem legatam, quæ Donelli rectè distinguit Et in d. l. 11. §. 16. est distinctio scientis & ignorantis testatoris non ob incapacitatem legatarij. Seruus enim capax est ex persona domini. vid. not. S. lit. H. sed ex errore status seu conditionis, quia testator seruo, quem liberum esse ratus, legans, illi ipsi acquiri voluit, non alij. Encti l. 40. de her. inst. Aliud planè dicendum, si (vt exempla retineam Roberti) Iudæo mancip. Christiano, aut Præsidii prouinciale prædium legetur. Tunc enim siue sciat testator esse Iudæum vel Præsidem eum cui legat, legatum planè erit inutile per d. l. 49. §. 2. de leg. 2. cui hæc distinctio adaptari nequit vt rectè Cuiac. 3. noi. at. Merc. 11. vt nec æstimationo debeatur arg. l. 39. §. vlt. de leg. 1. Et tantò minùs si, in propositis exemplis, scit esse Iudæum vel Præsidem, quanto magis eius dispositio tunc ll. aduerfatur. Adde quod eadem ratio partis quoad partem quæ relictæ, & c. Quare vt re omnino commercio exempta sit vt ea nulli legari possit, & cuiuscumque relictæ sit, nihil eius nomine præstandum d. l. 89. §. vlt. ita re huius vel illius commercio exempta fiet, vt si illi ipsi relictæ, nullam nec relictæ, nec æstimationis nomine actionem is habeat. Denique difficultas d. l. 40. ita expedit noster, vt non videatur posse expeditius. I Quia hic locus se offert lubitum est, nec ingratum forte erit quæ hisce Don. verbis consentanea in immitis ll. truncatores à variis & præclaris viris prodita legi & collegi huc referre. ↑ Duar. ad l. 8. de leg. 1. in fin. Fuit tempus, cum hic æquè, pro neque, legerem. Ratio expeditissima nodi cuiusque dissoluedi. Tunc mihi videbar ingeniosus, cum quid tale comminisci poteram. Nunc, longo vsu edoctus, sentio quam periculosa res sit. Non est hoc nodos dissolue sed gladio secare. Fore. Necyom. dial. 5. in pr. Complures vides, qui quoties Il. intucem repugnantes vident, librorum iniectantur incertiam, vt prodant suam, & lectionem peregrinam quærun, veram expungunt. Cont. i. subje. l. 1. numer. 1. Nec Codicis nescio cuius prætextu, in quo fugiens aliquod negationis vestigiū, à recepta lectione recedendum. Alioquin nullus tam planus erit in lib. iuris nostri locus, qui non varietate legendi reddatur ambiguus, quæ legum latens est quadam pernicies ac interitus. & 2. disp. 10. Apud maior est religio, vt non nisi summa necessitate, & ratione vrgente ad emendationis auxilium confugiam, ↑ Form. 2. Select. 18. ll. emendatrices manus audaces, ac ferula dignas vocat. ↑ Regor. Lopez animadu. cap. 7. num. 4. Quod ego semper abhorui: Quia si pro libitu ll. emendare liceret, aliæque commenta esse dicere planè in nostra esset potestate omne ius Ciuile mutare ↑ P. Fab. 2. Semofr. 13. pag. 207. Desperans duntaxat locis extrema ista emendationum quasi cauteriorum remedia, & suspensio leuique brachio, & quam rarissime fieri potest, adhibenda. Idem ad l. 163. de R. I. Religiosus ista Iulii Prud. sacra tractanda sunt, quam vt sine grauisissima turis aut rationis necessitate, veterumque librorum atque interpp. auctoritate omnia pro arbitrio figamus atque refigamus. ↑ Vult. 1. difc. 12. p. 110. Emendationes hæc si peccitose admittantur, quid tandem in libris iuris salui fuerit, ingeniosis hominibus oppidò inuenientibus, quod probabiliter emendent. Per plura id genus alia adderem, nisi vereretur ne multitudo fastidium pareret legenti. Sufficit igitur ad auctores remissio. vid. præter dictos Rob. 4. Sent. 3. & in præfati lib. rec. l. 1. ac. passim. Duar. ad leg. 40. & ad l. 55. de leg. 1. M. Ant. Delrio ad l. transigere 18. C. de vransact. num. 19. & lib. 2. de Princip. iuris p. 54. & p. 58. Henr. à Suerin rep. l. 1. iur. cap. 5. A. Gemil. l. 1. l. 13. Donell. de præscr. verb. cap. 19. numer. 3. & ad l. 34. de V. O. num. 23. Vult. in pr. l. de testam. num. 15. Aegil. Hortens. ad l. 1. §. 1. de vsufr. acc. Cuiac. ipse emendatorum haud postremum ad l. 9. ac leg. de excus. tutor. Aliis; inquit, auctoribus licet, quod non licet nostris. Nam in iure si quid vel tantillum mutet, deterius facias. Denique claudere libet illis, Mercurij in Conciliatore, qui licet antea

de corruptione locorum atque exscriptorum iniuria multa conqueffus, fubdit tamen p. m. 702. Eo prorupit emendandi libertas, vt si ipsi reuifcant I Cti in libris fuis vel nihil suum, vel longe plura aliena quam fua, fint agniti. Sane ita esse res ipsa docet. *Cuiac. certè vnico cap. 9. libr. 18. obs. nec ita magno 74. text. cum lect. immutat licet in plerisque illis, sic an fecus (cum Cuiacio cum vulgari) legas parum, immo nihil, interit. Sed ad hoc vnqm pro omibus esse potest (vtrum non possit) exemplum illius, qui vnus plus quam omnes in hoc genio suo indulget, subtilissimi Sabaudi. Qui vir in praelaris ceteroquin & perpolitris, quos multos ferax ipsius ingenium peperit, plures vtrique paritens libris, quot (bona Deus) veif periodos, §§. integras in Pandect. vel imperitis glossographis adscribit, vel, & crebrius, Triboniano (cui misero indigna & meritis haud æqua refertur gratia) tribuit, illaque vti iuris rationi aduersas taxat & damnat penitissimè. Quos omnes in vnum locum congefseris, cumque toto Pandect. opere conuleris, haud minimam eorum partem efficiant. m De quo Senatusconsulto & quo tempore factum fuerit, vid. n *Cuiac. s. obs. 26. Confer. idè ad l. 52. de contr. empt. n. vid. Vafq. lib. 3. de success. progressu §. 27. nu. 36. & seq. Vult in §. sed si rem 10. ipsi 12. l. h. t. n. 4. o ita & Cuiac. s. ad Afric. ad l. 35. de vulg. Sed a Florent. lect. recedendum non est, cuius hic sensus esse poterit, propter istas causas non valobit, id est, non licet ex superioribus argumentum ducere, vt quia istis casibus legatum subsistat, ita & rei meæ legatum valeat. De vtilitate pignoris legati debitori, *Tima. Fab. i. annor. 16. p. Manius 6. c. pr. de leg. 2. vid. Duar. ad l. 28. & seq. de leg. 1. Hot. ad §. si quis debitor 13. l. h. & Ant. de Padilla quodammodo dissentiens ad l. vnum 67. pr. de leg. 2. n. 4. & §. q. Obstat dictæ l. 28. §. 1. l. 28. §. pen. de lib. leg. Duar. ad d. §. 1. distinguit inter quantitatem ex stipulatu debitam d. §. pen. vbi nullum inist commodum reparationis, & rem seu speciem d. §. 1. r ita & Form. 2. Sel. 16. l. Fab. ad l. 29. de R. l. pag. 165. Et verè has il. pugnare. A Fab. 4. Coni. 12. & Gouea. 2. var. lect. 27. ac ad d. l. 5. ad l. Falc. n. 6. Tribonianum incusans. Ac Hot. in §. 13. l. h. t. hinc fidem & diligentiam compositorum cognosci. † Sed rectè, Pac. 6. q. 18. accipit d. l. 82. de iis legatis quæ vindicari non possunt vt quantitas, de qua aperte loquitur. d. l. 5. verò de alia re seu specie debita ac legata, vbi & post conditionis vel dici aduentum hæc vtilitas legati, quod propter id datur vindicatio illius rei, quæ alias ex obligatione non daretur. f l. 8. §. vlt. de leg. 2. Non rectè igitur Vult. in §. 4. & seq. l. h. t. n. 4. scribit res incorporatas legari posse, excepta hereditate, quæ nec tota possit nec pro parte. † Caterum hoc esse legatum Partitionis sentit Toram. de exaq. leg. c. 2. n. 4. & seq. quod ab aliis quatuor generibus distinctum fuisse probat ex Theoph. in §. 5. l. de pd. her. Vp. iit. 24. §. 2. Neque id in vtu esse desisse, cum mentio fiat in Pand. Idque maximè constare ex d. l. 22. §. vlt. vbi verba: legari posse etiam portionem hereditatis placet nobis, sunt Triboniani, & quia aliena a modestia IC. & quia tempore Vlp. ea de re nulla dubitatio d. iit. 24. §. 2. Et propriam id legatum obtinere naturam, nec fubiacere SC. Treb. Neque esse simile fideic. vniuersalis 1. quia hic legatarius non est quasi heres d. l. 22. §. vlt. fideic. vniuersalis est, l. 2. ad Treb. 2. quia in fideic. mero iure transeunt iura hereditaria. In hunc legatarium ex partium conuentione, stipulatione partis & pro parte: Theoph. d. lo. vid. Paul. 3. Sent. 3. §. 1. 3. quia hoc legatum, vt nomen arguit, non potest fieri de tota hereditate, sed eius parte. Neque simile esse fideic. particulari, quia illud omnino non oneribus subiicit. Sed & neque hoc legatum esse particulare, quia agnoscit onera, neque vniuersale, quia agnoscit non ex propria natura, sed ex conuentione & per accidens. Neque hoc legatum sub exæquatione l. 2. C. com. de leg. comprehendi. Neque enim exæquatum particulari fideicommissio, quia exæquatio illa facta in quatuor generibus vindic. damnat Siuendi & Præceptionis. §. 2. l. h. t. Hoc autem quintum genus ab iis diuersum esse: neque vniuersali: Derraheret enim Trebel. At non detrahitur d. l. 22. §. vlt. Neque esse legatum Vniuersale, quia id omnino nullum. (de quo & Matth. li. 1. Epit. leg. c. 2.) quod probat Tur. n. 10. & seq. 1. per §. vlt. l. Per quas pers. 2. per pr. l. h. t. Si legatum aliquod Vniuersale esset, non omnino vel in totum dici posset, d. pr. esse legata extra propositam materiam, qua de modis acquirendæ vniuersitatis agitur. 3. per §. 9. l. de fid. her. in verbis: res quæ remanet, sine vilo onere, quasi ex legato acquisita. 4. Quia nec legataria hereditas neq. legataria hereditatis peritio fidei fidei. Jaliãve quæ vniuersi acquisitioni conuenit prodita. 5. Ex Cost. i. ant. a §. Quintus. 6. de Confr. Dig. pater fideic. solis conuenire SC. Treb. itaq. legatum Vniuersale nõ dan. Obi. §. 5. l. de fid. her. vers. post quod SC. B. stipulationes partis & pro parte non à Pogatiano SC. descendere, sed ex legato partitionis ad fideic. ob rationis similitudinem translatæ. Obi. l. 8. §. vlt. de***

leg. 2. Resp. Non funeris impensa facit ius vniuersale. Nam & eam vir paritur. in dote l. Celsus 21. de relig. Obi. l. vlt. §. 3. Cod. Com. deleg. Resp. ibi verba, vniuersitatis vel speciale solius fideic non etiam legati diuisionem continent, & c. Ita Turam. d. ca. 2. Quæ iurè non displicet. Illud vniuersum addo non esse aliena à modestia ICti aut arrogantiam redolere verba, placet nobis, cum & alibi reperitur l. 8. de Vstif. var. rer. & in l. 4. §. 2. de pact. idem Iuliano placet, l. 72. ad Treb. Arist. aiebat sibi placere, & placuit prudentibus l. 31. de vulg. l. 54. pr. Mand. & placet (simpliciter) l. 1. de reg. Cason. Vid. & de legato partitionis. Cont. 2. subsec. l. 12. Chiflet. lib. 2. de l. fideic. c. 4. Ratio dubij quia legato acquiritur dominium, & quia ex re aliena non licet esse liberalem Vult. in §. 4. & seq. l. h. t. n. 6. & quia lex 12. tab. rei suæ legare permittit Hot. in d. §. 4. vbi ad hoc. Resp. intelligi damnatum heredem, vt rem redimat vel æstimationem præstet, atq. sic æstimationem succedere in locum rei. Valer autem hoc legatum etiam iure Canonico, Claud. de Bartand. r. legitima c. 6. n. 18. & seq. Fach. n. 3. Contr. 38. vbi vid. d. sententias a vbi si errasse hinc, illinc scisse dicitur, a Actoris id est legatarij probare tex. l. 21. D. de probat. Gomez. 1. var. resol. 2. num. 13. Baro in §. 4. l. h. t. Hortens. in l. 15. §. 1. de pign. Forst. 1. de success. 45. num. 14. cum ignorantia regulariter hic præsumatur Aruma. ex. Iustin. 9. 1. 3. Probare autem sufficit præsumptiuè: Vt si probet testatorem rem occupasse sine iusto titulo per l. vlt. C. unde vi vel à non domino scientem emisse, vel à pupillo, quo casu præsumitur potius scientia rei alienæ, quam iuris ignorantia Vafq. lib. 3. de success. progressu §. 27. num. 40. x Quæ censetur coniuncta persona vult. d. n. 6. x Quæ ad pias causas? Vulgò valere volunt arg. d. l. 10. quia procliuor censetur testator ad fauorem piæ causæ quam conuictarum personarum, & quia valeat fauore libertatis l. 39. de fid. lib. Vafq. d. §. 27. num. 41. Tiragu. priuilegia causa 60 y Cuiac. in var. poster. l. h. t. & Vult. in §. 4. & y seqq. l. h. n. 6. alium adducunt except. in fundo alieno heredi prælegato leg. 72. ad Trebell. 2. & Fac. s. qu. 95. Balduin. ad d. §. 11. num. 14. & seq.

C A P V T XII.

Facta in fideicommissum deducta.

FACTA IVBERI NEQUEVNT. vnde & liquet quæ possint. i. ILLICITA, quæ contra ius, aut bonos mores l. 112. §. pen. & vltim. de leg. 1. vt si ædes, quas legatarij iubeat destruere & reliquias vendere per l. 2. Cod. de adif. priuat. si reliquias suas in mare abicere l. 27. de cond. inst. a 2. INVTILIA, nuda præcepta vt vocantur in l. a 114. §. 14. de leg. 1. vt si quis veteretur alienare causa non expressa nec inueniatur persona, cuius respectu hoc dispositum sit d. §. 14. Tales sunt ineptra circa sepulturam voluntates, vt vestes & superuacua in funus impendantur l. 113. §. vlt. de leg. 1. b 3. Quæ æstimationem non recipiunt. Ratio: quia si facere negligat, non potest esse alia actio, quam ad æstimationem. Vt si quis rogetur vt emancipet liberos leg. 114. §. 8. de leg. 1. l. si cui 92. de cond. & dem. Si tamen lic rogarus agnouerit relictum, extra ordinem cogi debet d. l. 92. id est, legatum perinde habendum ac si sub conditione liberorum emancipatorum relictum esset. Quare nec tum præcisè cogetur, sed dabitur repetitio rei legatæ acceptæ, nisi velit manumittere. Idem est si vt adoptet, vbi fideicommissum non esse dicitur l. 41. §. 8. de leg. 3. non tamen negatur quin legatum eâ contemplatione relictum possit auferri, tanquam relictum sub conditione quæ non existit argum. d. l. 92.

N O T A T A.

a Non omnino nulli huiusmodi iussum in mentem venisse ostendit, Marq. Freher. 1. Parerg. 16. Nam quidem patriæ amore, alibi moventes, iusserunt reliquias in mare abicere, vt vel puluis ad litus patrium irer. Huiusmodique præceptum imaginaria ratione, dicis causa, implebatur, scilicet per imaginem deiecta. Quod probat Freher. ex versibus Onidii §. Faflor.

Sepe tamen patria dulci tanguntur amore, Aique aliquis moriens hoc breue mandat opus.

Mistite

Mittite me in Tyberim, Tyberinis vultus ut vndis. Litus ad Inachium puluis inanis eam. Displicet heredi mandati cura sepulcri: Mortuus Ausonia conditur postes humo. Scirpea pro domino in Tyberim iactatur imago: Vt reperat Graias per freta longa domos, b l. vlt. §. vlt. de auro & arg. leg. Hieron. epist. lib. 7. Cur mortuus auratis obuoluitis vestibus. An cadauera diuinum nisi in fetico putrefcere nesciunt? ref. Rau. 1. Coniact. 14. & Goed. ad l. 202. de V. S. num. 34. Idem est si iubeat pecunias secum in eumbâ defodere maximè cum cautum sit, ne pecunia secum in sepeliatur l. 4. §. pen. ad l. Inl. pecu. vid. Marq. Freher. 1. Pa- rerg. 26. Radulph. Forner. 3. rer. quotid. 18. Conf. not. l. c. 12. lit. F.

C A P V T XIII.

Regula Catoniana.

Quæstio hic incidit: An mutata conditione in personis, aut rebus legatum quod initio nõ conficitur, conualecat, quia res redierit in eum locum, vnde incipere potest. De hoc REGULA CATONIANA, ab auctore dicta (sicuti & Aquiliana stipulatio, & Mutiana cautio) sic definit: Quod si test. facti tempore deceffisset testator, inutile foret, id legatum quodcumque deceffisset, non valet l. 1. pr. h. t. de Reg. Canon. Concordant l. 29. & l. pen. de R. l. a l. 41. §. 2. de leg. 1. Ratio, quia potestas & voluntas legandi debent in idem tempus concurrere. b Semper autem alterum deficit. Ab initio adest voluntas, deest potestas. Postea, mutata conditione, vt adest facultas deest voluntas. Illic legare non potuit, hic non legauit. Et non potest conualecere, quod nunquam voluit, confirmari, quod non fuit. Quare si deportato vel seruo heredis factum, nihil prodest, si ille restitutus, hic manumissus viuo testatore §. an seruo 32. l. h. t. c Item si res mea mihi legata, quamuis viuo testatore eam alienauerim l. 41. §. 2. de l. 1. nisi sub conditione eâ, si aliena vero relicta sit, per l. 4. h. t. quomodo accip. §. vlt. l. 1. h. t. d per l. mea 98. de cond. & dem. & quia IC. ibi agit de conditionali legato. Hæc regula PERTINET ET AD INSTITUTIONES PVRAS, per l. 4. h. t. arg. a contrario e & quia verbum legandi generale continet institutiones l. 120. de V. S.; NON AD CONDITIONALES d. l. 4. Exempla in l. 62. de her. inst. l. 82. de acq. her. f NEC AD LEGATA CONDITIONALIA. Exemplum in d. l. §. vltim. hoc tit. In quibus tempus conditionis magis spectamus, quam testamenti l. 98. de cond. & dem. Neque enim legatum ex eo tempore spectandum, quo non est relictum? Non relinquitur verò antequam conditio existerit, quippe in eius euentum dilatum. Et igitur hæc nõ excipiuntur à regulâ, sed verbis regulæ non continentur, vt inuit Cellus in l. 1. §. 1. h. t. Ac nec ad ea pertinet, quæ tacitam conditionem habent. Hinc regula l. 3. h. t. cuius ratio, quia quorum dies cedit post aditionem non sunt pura, sed tacitam conditionem si hereditas adita fuerit. Nam quorum dies nec venit, nec cessit sunt, aut habentur condicionalia l. 21. 3. de V. S. Hæc autem sunt, quæ personalia. Vt libertas seruo relicta, aut legatum datum manumisso, in testamento; Vfus. vsus habitatio l. vn. §. 6. C. de cad. toll. l. 2. l. 3. l. 9. Quam di leg. Vfusfructus igitur legatum deportato factum, si is ante aditionem restitutus, vile est. Sic si seruus sub conditione liber iussus ac eidem purè legatum, & conditio libertatis existat ante aditionem, debetur legatum l. 9. §. 1. de leg. 1. l. 86. de cond. & dem. Quod autem in d. l. 3. negatur ad hereditates pertinere, id non generaliter accipiendum, sed restrictio sequens eque ad hereditates, vti ad legata refertur. Intelligenda igitur hereditas fideicommissaria seruo sub conditione manumisso restituenda arg. d. l. 86. 8 His consequens est vt nec pertineat ad

LEGES NOVAS, l. vlt. C. h. t. testamentarias videl. ex quibus etiam dies alio quam mortis tempore cedit. Vt legem Iuliam de bonis vacantibus vid l. 96. §. 1. de l. i. & Papiam de caducis b quæ nouæ dicuntur collata cum h l. 12. tab. aliiq. prioribus. Et hæc ill. duæ non vna, p in i inscript. sic conceptas ad l. Iuliam & Papiam distinctum, vt l. 51. & 10. seq. de leg. 1. Ex lege Iulia quando dies cesserit incertum est. Ex Papia cedebat à tempore aperturæ tabularum l. vn. §. 1. C. de cad. toll. Sensus igitur d. l. vlt. Si legatum tempore aperturæ tabularum in ea causa vt valere potuerit, valere. Sed illæ ll. abrogatæ d. l. vn. & sic etiam d. l. vlt. hoc tit.

N O T A T A.

a Ita & Cuiac. 4. obs. 4. Sed omnino aliæ sunt illæ iuris regulæ, non ex aliqua iuris nouâ constitutione sumptæ, vt Catoniana, sed (vt omnes ferè aliæ t. de R. l.) ex merâ iuris veteris ratione, vt rectè A. Fab. 12. Coni. 19. in fi. & ex not. l. lit. F. clarè patefit. Neque illæ ad testamentorum causam solum pertinent, sed & ad contractus ac dispositiones inter viuos l. 83. §. 1. de V. O. l. 17. §. 4. de pact. b Hot. 2. obs. 17. Actus ciuiles b ex presenti tempore statum capere oportet, non ex incerto & fortuito temporis euentu pendere l. 117. §. 6. de V. O. & simi. c Et tamen negant Dd. Reg. hanc pertinere ad legata inutilia propter solam legatarij incapacitatem per l. 3. §. 2. de l. f. f. i. Quos refellit A. Fab. 12. Coni. 20. Nam, inquit, d. l. 3. §. 2. loquitur de fideic. tacito non de legato. Ad hæc reg. de fideic. non loquitur, quibus nec tempore Catonis iuris fuit vinculum, & postea etiam maior eorum mâr sit fauor quam legatorum. Deinde alia ratio est taciti fideic. quam expressi, cum illud, ex mera grauari fide pendens, nec ab eo per honoratum exigi possit, quippe nullas rei probationes habentem: Ideoque nec locus in eo quæstioni an ex hac regula sit inutile, ita Fab. qui tamen postea totum illum § Trib. contra mentem IC. inferuisse prodit. Mouetur. i quod decisioni illic propositæ, exitum esse spectandum, non conueniat casus ille, quo fideicommissarius tempore testamenti capax, tempore mortis autem incapax, l. 10. §. 1. de his qua vi indign. qui tamen casus etiam ibi habetur in verbis, vel contra. Sed Resp. Non dicitur in d. §. 2. quod hoc casu fraus arguatur relinquentis, sed præsupposito fraudem adesse vtrum solum cõsilium debeat spectari, an exitus. Post autem etiam hoc casu quandoq. fraus versari, quando sc. relinquens cogitauit ex probabilibus causis fore incapacem eum cui relictum cupit, e. g. ob delictu, cuius iam reus postularus est, deportandus esse, & c. ratio Fabri: Quia immò fraus non potest exitum habere, nisi viuo illo casu, quo tempore relictus incapax, mortis tempore capere potest, vbi fraudem ab initio factam esse constat. Nam si & mortis tempore incapax sit, neque fideicommissi. est persequitio, quæ grauo retentio sed fideus id vindicat, ideoque nullus fraudis exitus Resp. Hic vix tæpero mihi, quin cum Comico exclamem. Ne intelligendo, & c. An enim quæso, ideo fraudis exitus non est, quia fideus vindicat, immò an non è conueto, quia fraus exitum habere potest, vindicat fideus? Sicuti & Pauliana actione reperuntur alienata, non consilio tantum fraudandi creditores, sed & euentu, & tamen per eâ sit, quod minus cum effectu sint fraudati. Ita & hic voluntatem suam defuncti precibus accommodante onerato, & rem incapaci præstante, reuera sit fraus ll. licet fideus eam factam cognoscens rem auferendo efficiat, quominus cõ effectu ill. sint fraudatæ. At quando mortis tempore capax est, nequitiam potest dici fraus ll. facta quippe quartum mens est, non tam ne relinquatur, (e. g. deportato, peregrino,) quam ne capiat. d ita & Baro in § sed si rem 10. l. h. t. accip. esse d. §. vlt. si non ex Celsi auctoris, saltem ex Iustina. mente scribens, & Pac. 6. q. 7. Matth. li. 2. Epit. leg. c. 20. n. 2. Vult. in §. an seruo 32. ipsi 29. n. 1. Arum. ex Iustin. 9. th. 5. Et rectè licet dissent. agnoscat. Cuiac. in not. prior. d. §. 10. & ad l. 16. de V. O. & Hot. in d. §. 10. In f. h. hæc cõsultate non esse meliorem operam ponere, quam si quis quadrare circumlunum nitatur. † Quam ipsam tamen quadraturâ possibile esse contendit Bened. Perer. li. 10. de comm. rer. natural. princ. c. 19. & seqq. e Consentiit Cuiac. 4. obs. 4. Hot. 2. obs. 17. Rau. ad l. pen. de R. l. Forner. 3. rer. quotid. 7. Matth. li. 2. Epit. leg. c. 20. Contra pauca ac obiter Balduin. ad §. in extraneis l. de hered. qual. n. 2. plenius Robert. 1. animalis 13. & Ant. Fab. 12. Coniact. 19. cuius præter text. l. 3. hoc t. hæc sunt rationes. 1. Quia Lex Caton. de legatis solis loquuta, nihil cauit de institutione 2. Nec cauit de legatis etiam, nec potuit cauere, nisi eo casu quo testamentum valeret. Alioqui frustra cauisset vt inutile fieret, aut non conualeceret relictum in testamento quod non

Q3

substitit,

substitit. Et quod institutio ab initio vitiosa non conualefcit, id fit ex regulis iuris antiqui *l. pen. de R. I.* non ex Caroniana. Nam ille veteres regulas, immo & ad institutiones conditionales pertinent, quæ si non valent tempore testamenti conditio non possunt valere deinde, est tempore conditionis impedimentum sublatum. Vt enim in pura institutione spectantur tria tempora Testamenti Mortis & aditionis ita & in conditionatis æque tria Testamenti, Conditionis & aditionis, *vid. not. libr. 6. cap. 17. lit. bb.* Necessè est igitur diversam esse, esse regulam Caron. ab illa antiqua, *l. pen. de R. I.* [Nec arguas quis hinc, quod addendum puro ne quem id turber. Ergo & legata conditionalia non valebunt propter regulas iuris antiqui. Nam non æquè in his legatis tria requiruntur tempora, sed vnum solum Conditionis, Quare in iis nec locus est regulæ Caron. ob rationem Don. nost. nec regulæ illi antiquæ *leg. 29. l. pen. de R. I.*] 3. Institutio inutilis ex eo affirmatur, quod test. inutiliter conditum, non ex eo, quod non valeret, si testator eo tempore moreretur. Verendum igitur non fuit ne conualefceret, neque inveniendâ ex hac causâ regula à Carone. Secus est in legatis, quæ iure veteri valere, licet, si testator moreretur testam. tempore, non fuissent valitura, modò testam. subsistat. Nam si testam. ac institutio valer. omnia etiam in eo contenta. Quare necessaria fuit regula Caronis ne valeret. 4. Quæ iam sunt inutilia, non possunt denuò infirmari. Institutio autem nulla fingi potest, quæ si ab initio vitiosa, posset (est regulæ Caron. nulla esset) ex post factò conualefcere. Quare reg. Caron. ad eas nec necessaria est, nec in eis vllum locum inuenit. Institutionis validitas non aliunde, sed illa ex se vires capit cum sit fundamentum testamenti. Quare necesse est in ea attendi tempus testam. conditi: Legatorum verò validitas pender ex institutione. Quare cum illa vitiosa est, necesse est tantum in legatis attendi id tempus, quo debet incipiunt. videl. Mortis si pura, aut conditionis, si eam adiectam habeant. Nec spectaretur tempus testam. etiam in puris legatis, nisi reg. Caron. existeret, quæ infirmat legata aliâs valitura. Hæ rationes Fabri, cui in hoc non possum non assentiri. Et sanè licet. Don. nosse velit in legatis puris spectari etiam tempus testamenti. *vid. S. cap. 6. lit. D.* licet tamen contra ipsum eius argu. retorquere, quo probat in conditionalibus solum conditionis tempus attendi. Nam vii conditionale in euentum conditionis dilatatum, ita & purum in mortis. Atque si quæ ratio tempus mortis in institutione spectari exigit, vt consistat institutio, ei locus non est in legatis, quæ per sola non consistunt, sed vt accessoria, ex institutione pender. Sed quid ad *l. 4. b. r. Rob. d. cap. 13. cum Acc.* sic interpretatur, quod non pertineat ad legata pura relicta testamento, cuius institutio conditionalis, quia & illa quoquo modo conferantur in incertum euentum. Quod interpretamèto nihil absurdius esse *Cuiac. 1. not. Merc. 13.* ac refellit *Faber. d. ca. 19.* & quia à verbis alienum, & quia horum legatorum dies æquè à morte testatoris cedit, *l. 1. 07. de cond. & dem. l. 7. §. pen. l. 2. §. 1.* *Quan. di. leg.* Ipse autem vocem, *conditionales*, vt quæ sit glossographi incepti, expungit. Tenari potest retenta ea voce *d. l. 4.* non obstante, nec à contrario sensu inde arguendum esse. Vel enim de conditionalibus institutionibus *Resp. IC.* quia de iis quæstus, vel quia ad propositum ipsius id satis erat (quemadmodum, in simili, minus rectè quis inferet ex *l. 22. de don. donationem esse contractum stricti iuris.* Ideo enim ibi *Modestian.* negat esse contractum bonæ fidei, quod id ad propositum, quod ipsi erat ostendendum, sufficeret, non propterea asserens esse contractum stricti iuris. quia id ad præsens institutum, esset nec ne nihil intererat) vel quia de conditionalibus solis dubitabatur, locatne in illis esset Reg. Caronis, de puris autem erat res expeditior quod non sit Mouere potuit, quod in conditionalibus institutione non sit attendendum tempus mortis, sed pro eo tempus euentus conditionis *l. 59. §. 4. de ver. inst. Quare* in ista dubitatio an & tempus testam. in ea spectari debeat. Nam si pura institutio facta. E. g. *M. auis heres esto*, sique tempore testam. sit peregrinus vel incapax, apertissima iuris ratio omnibus monstrabat institutionem non subsistere, quia in præsens tempus collata esset, atque adeo, si testator statim decederet, etiam statim effectum sortitura, si rata esset. Certum itaque erat & nulli dubium huiusmodi institutionem, quacunque postea sequata status mutatione, non subsistere, non quidem ob reg. Caron. sed ob regulam iuris Catonis antiqui *rem. d. l. pen. d. l. 29. de R. I.* quæ sanè dextrè intellecta vel nunquam vel rarissimis casibus fallit. Contra si conditio institutioni adiecta sic. *M. auis (qui incapax erat) heres esto* si Titius Consul factus fuerit, quia institutio, nec præsentis tempore, nec statim post obitum testatoris effectum ex ipsius voluntate habere debuit, videri poterat sufficere si scriptus testamento heres, eo quo conditio eueniret tempore, capere

posset, quasi institutio conditionalis ante euentum conditionis neque vitiosa neque inutilis, sed omnino nulla dici ac censeri deberet. Quo posito (quod falsum quidem, probabiliter tamen videri potuit) consequens erat regulam illam iuris antiqui, & omnibus dispositionibus etiam inter vitios communiem, quæ initio vitiosa, tempore valore sumere vetat *d. l. 13. de R. I.* cessare. Quare videbatur superesse quæstio. An regula Caroniana saltem ad has institutiones esset extendenda id est, an huiusmodi heres qui tempore testamenti capere non potuit, si conditionis tempore posset, si non ipso iure ex regula *d. leg. 29. d. l. pen. de R. I.* saltem vigore Caronianæ regulæ, quod minus sibi hereditatem asserat, arceatur? Hoc negat *IC. d. l. 8.* Nimirum quia hic non minus ac in pura institutione locus est rationi iuris & regulæ communi, *l. 29. de R. I.* vt Caron. regulæ, legatis propria, subsidium, nec desideretur. Ac non minus ipso iure inanis & inualida initio institutio, non verò aliquo remedio, quasi aliquando consisteret, rescindenda vel infirmanda. Hæc exempla non conueniunt, nec probat à nobis sententia *lit. præced.* obstitunt. Nam sub ea vnica conditione sustinetur incapax institutio, si capere poterit. idque beneuolentia est non iuris *d. l. 62.* vt appareat id non esse ex defectu regulæ Caronianæ in conditionali institutione Nam sub alia conditione factam institutionem incapacis (e. g. *Deportati sub ea: Si nauis ex Asia redierit sustineri*) si interim incapacitatis impedimentum cesset, probari ex nullo loco potest. Et specialitas fortè inde, quia ibi instituitur tantum & quatenus capax, quod in alia quauis conditione adposita dici nequit. Nihil igitur verius quam conditionalem institutionem incapacis irritam manere, etsi ante conditionem capax heres scriptus reddidit, non quod id Reg. Caron. efficiat, sed antiquior illa latiusque patens de *l. 29. de R. I.* cum in conditionali institutione aequè tempus testamenti, vt eo sit testam. factio cum herede qui instituitur attendatur *l. 49. §. 1. de her. inst. ibi vt constitueris institutio*, cui rationi æquè in conditionali institutione locus est. *l. a. 32. de acq. her. de pura institutione loquitur de cuius sensu verior, vid. dor. lib. 6. c. 17. lit. K. g. Gouean. 2. var. l. 29.* intelligit hereditatem relictam seruo legato, cuius dies nisi adita hereditate non cedit *l. vn. §. 6. C. de cad. toll. §. Balduin. in comm. ad Reg. Caron. refert d. l. 3.* ad omnes fideicom. hereditates, quarum dies post aditionem cedit, cum ante non restituantur. ref. & reprobat *Robert. 1. animadu. 13.* vbi demonstrat restrict. illam in verbis, *quorum dies*, &c. tantum referri ad legata, non conueniunt restitutioni. *† Forner. 3. rer. quotid. 7.* ab substitutionem pupillarem & vniuersalia fideicommissa. *† Reu. ad l. pen. de R. I.* intelligit hereditates legitimas, absurdè, cum de causa testamenti regula loquatur. *† Cuiac. 4. obs. 4. pro hereditates*, reponit *libertates*, notatus ab *Hot. 2. obs. 17.* nihil tamen felicitis expediente. Sed vera est recepta lectio *d. l. 3.* & perpetua illius sententia, per dicta *lit. E & F.* h. ita & *Cuiac. 4. obs. 4. A. Fab. 12. Coni. 19. Pab. E. l. 201. de R. I.* *† Rau. ad l. pen. de R. I.* intelligit legem Iuniam Norbanam de Latinis, & Iuliam ac Papiam de orbo cælib. *Io. Daub. de testam. num. 319.* exponit de statutis. Vt si statuto caueatur ne quis forensi legat, &c. Aliter *Comm. 10. comm. 5. in fin. sic exponens*, id est, non adnumeranda nouis. Il. cum nihil noui disponat, sed quod 12. tab. cautum, disertius tradat. Quod non puro, per dicta *sup. lit. E.* Et distinguuntur aperte *tit. 14. vlt. vid. Gœd. ad l. 128. de V. S. num. 1. Robert. 1. animadu. 1. Cuiac. 1. not. Merc. 1. Diff. Balduin. 11. de lege Papiæ.*

CAPVT XIV.

Modus legandi.

3. (de 2. vid. supr. cap. 11.) **F**ORMA LEGANDI, QUÆ TRIBVS IN REBUS. I. SVNT SOLLENNIA, vt relinquatur testamento aut codicillis alterutra testatione in suo genere perfectâ. Ex imperfecto testamento non debentur *l. ex imperfecto 23. de leg. 3. leg. 29. pr. de testam.* nec ex inofficiolo aut irritato *l. 8. §. vlt. de inoff. leg. 14. C. de fideicommiss. nisi relictum sit ex causa exheredationis vel præteritionis vid. supr. libr. 6. cap. 13. lit. E. & F.* nec ex infectis codicillis *leg. 23. Cod. de fideicommiss. non ex epistolâ*, nisi ea significet de fideicommissio, de quo ante cauit testator in testamento *leg. 38. de cond. & dem. Facit leg. 77. de hered. institut. l. 10. de cond. instur.* Iustinian, tamen induxit,

ut, vt si deficiant testes, legatarius rem iureiurando heredi committere possit, vt si fateatur relictum, vel iurare nolit, præstare teneatur *l. vltim. C. de fideicommiss. 2. CERTITUDO AVT INCERTITUDO*, quæ si tanta sit, vt non intelligatur quid aut cui relictum sit vitiat *l. 2. de his que pro non script. l. 4. de reb. dub.* Vt si legetur quod Titius debet, nec is quidquid debeat *l. si sic 75. §. 1. de leg. 1. b. si fundum aut domum reliquerit, qui nullam habet l. 71. princ. de leg. 1. Si leget Titio 100. & duo sint Titij, nec de quo senserit constet *l. 10. l. 27. de reb. dub.* Auditur autem probaturus de se sensisse *l. 33. §. 1. de cond. & dem. Aliud est in rebus legatis, si duos fundos aut duos seruos cognominis habens legauerit vnum habens legauerit vnum *l. 32. §. 1. l. 39. §. 6. de leg. 1. Tum enim alteruter ab herede, qui electionem habet, præstandus. Nam tunc cerid apparet vnum ex eis, saltem minore dari voluisse testatorem, quia si de maiore senserit, multo magis minorem habere legatarium voluit. Secus est vbi incertitudo in persona legatarij Don. ad d. l. 10. de reb. dub.] 3. REI LEGATÆ EXTRINSECVS ADIECTA*, quæ nec per se improbantur, nec adiecta nocent legato, ET VEL IVVANDI LEGATI CAVSSA: **D**EMONSTRATIO, id est ratio omnis extrita nomen rei designandæ causâ adhibita *l. 17. h. r. de cond. & dem. c. quæ vice nominis fungitur l. 34. b. r.* Hæc ne quidem falsa nocet *d. l. 17. pr. vbi ratio l. 33. pr. h. r. l. 1. §. 3. de dot. præleg. 4. Exc. 1. Nisi rem certam indicet, quæ in rerum natura non est *l. 40. §. pen. h. quod fit, si vel res circumscriptur loco in quo non est: Vt 100. quæ in arca habeo, & nihil in arca. Quæ Mæuius deposuit, & nihil depositum *l. 108. §. 10. de leg. 1. l. 1. §. 7. de dot. præleg. 6. Aliud est, si certa summa nullo loco definita legetur, alia demonstratione adiecta, quæ ad aliquas circumstantias restringere videtur: vt si dicat, 10. quæ Titio debeo & ei nihil debeat, hinc demonstratio nõ nocet *l. 75. §. 1. de leg. 1. l. 25. cir. si. de lib. leg. Nam rum pecunia loco non definita, vnde cunque sumi potest, nec adiecta circumstantia facit, quod minus illa sit in rerum naturâ. Vel si verbis quidem res certa exprimat, sed vi ipsa alia res legetur, quæ non exstet. Vt si leget 10. Titio, quæ dicit ab ipso Titio deberi, vel à Seio deberi, & neuter debeat *l. 75. §. 2. de leg. 1. l. 25. de lib. leg. Ratio quia si Titio quod ipse debeat legetur, reuera legatur, quod nullum est. Nam legata est liberatio. Quod si nihil debet legatarius, non potest esse liberatio, nisi obligatio præcesserit, & propterea legatum inutile. Quod si Titio relictum quod Seius debeat testator, legata est actio aduersus Seium, quæ si nihil is debuit, nulla est. S. Aliud est si Titio legetur, quod ipsi testator se debere falsò dicit, *d. l. 75. §. 1. d. l. 25.* quia tunc nihil horum. Eò enim magis præstari debet legatum, quod testator se debitorem eius rei agnouit. Exc. 2. Nisi exeat in conditionem, ac ea non exstet arg. *l. 17. §. 2. h. r. §. 31. l. de legat. & vel apertis sic: Stichum lego Titio, si is à patre Titij nobis donatus esset, vel ex tempore, si in futurum conferretur vt Stichum qui meus erit cum moriar. lego, l. 6. de leg. 1. vid. infr. c. 31. Interdum & vera demonstratio vitiat, si videl. turpis *l. turpia 54. de leg. 1. vid. supr. lib. 6. cap. 19. ET CAVSSA*, id est, ratio legandi ex præterito sumpta *l. 72. §. 6. b. r.* (quæ adici solet vt heredibus & amicis magis probetur relictum *cap. 15. in fine.*) Ac hæc quoq; si falsa non nocet *S. longe 31. vbi exempla Inst. h. r. l. 17. §. 2. l. 72. §. 6. h. r.* Merito; cum & in contractibus hoc seruetur, vt darum ob falsam causam repeti nequeat *vid. infr. lib. 14. cap. 10.* & multò minus quam demonstrationi *d. §. 31.* quia videl. legato non coheret *d. §. 6. id est, non ei inest, ne quoad verba quidem, quia appetit causâ à legato distinguitur. Demonstratio autem inest, quoad verba. Exc. Nisi appareat testatorem, si scisset, causam falsam esse, non legaturum. Datur*********

enim doli exceptio *d. §. 6.* Quod apparet vel ex sermonibus testatoris, si inter amicos dixit, ex. gr. si non curasset negocia nihil reliquisset, nunc quia curauit reliqui, vel ex conceptione legati si causâ conditionaliter concepta *l. 17. §. 1. h. r. d. §. 31. l. de leg. 1. V E R I T E M P E R A N D I*, & minuèdi dum aut præstato iniicitur Modus, cum causâ legandi in futurum conferretur *l. 17. §. vlt. h. r.* & est moderatio legati purè relictæ. Sub modo enim legare idem est, quod in contractibus dare ob causam. Vt: *Lego Titio 100. vt monumentum ædificet, vt Stichum manumitar [vel finis, vt in annuis ac mensuris legatis ad diem certum, vel conditionem relictis hæc ex c. seq. in fin.] aut differret legatum vt DRES ET CONDITIO* vid. infr. c. 30. & seq. Ex die & sub conditione relinquere potest *l. 1. h. r. de cond. & dem.* non verò ad diem vel conditionem *l. 55. de leg. 1. VITIANT VERÒ LEGATVM DVÆ CONDITIONES: CAPTATORIA* *l. captatoria 64. de leg. 1. vid. lib. 6. c. 19.* **ET COLLATA IN ALIENVM ARBITRIVM.**

NOTATA.

a *§. vlt. l. de fideicommiss. hered.* Et sic fideicommissum contra iuris subtilitatem ex iureiurand. vel reculatione iurifur sustinetur, *Publ. in d. §. vlt. Quod tamen non ita indistinctè accipiendum quasi testamento ob defectum solemnium irritò, fideicommissa in eo valeant. Sed vt restè *Forcat. dial. 14. num. 10.* Quando scriptus heres ex eodem testamento adire hereditatem, nimirum, quia controuersia ei facta non est, vbi non potest allegare in legatarios & fideicommiss. testam. solemnibus defici. Nec enim ferendus, qui ex testamento luctum captans, onera refugit. *Facit l. ex quâ personâ 149. de R. I.* Testamento autem euerso legitimos heredes ad præstanda relicta non teneri, nec oneri iurifur. subici posse omnino crediderim. *Quia d. l. vlt. vers. cum autem is*, hæc necessitate adstringit eum, qui ex voluntate defuncti aliquid lucratur. Legitimus non habet ex voluntate defuncti, qui immò eum exclusum voluit. 2. Quia sic punitur perfidia heredis eius cuius fidem defunctus sequutus, quam fidem is adimplere recusat *d. §. vlt. l. de fid. hered.* Sequutus autem est fidem heredis scripti, non legitimi, nisi & eum rogauerit fortè codicillis. *vid. §. cap. 8. 3.* Quia licet & legitimum fideicommissi possit, nunquam tamen alius præstat, quam qui rogatus & grauat *vid. not. d. c. 8. lit. E.* Non autem accedo *A. Fabro cõtendenti 67. de error. pragm. 7. c. 3. seq.* hoc ius esse fideicommissis proprium, nec ad alia testamèto relicta etiam post exequationem legatorum extendendum. b Aliud erit si Titius debeat, licet exceptione rurus sit arg. *lib. 28. pr. de leg. 1. c. 4.* Quia conditione differret, quod hæc futuram rem ostendit, demonstratio factum *lib. 34. §. 1. h. r. P. Greg. 4. 2. Syn. 32. n. 53. vid. Cuiac. 2. obs. 39.* à causâ, quod illa præteritum respicit hæc præsens tempus cõcernit. *Matthæi. lib. 3. Epit. legat. c. 11. num. 3. d & per pluribus similib. adnotatis à Goth. ad d. lib. 35. pr. vid. Cuiac. Consult. 21.* Non est contraria huic regulæ regula *l. 71. §. vlt. h. r.* Nam demonstratio falsam vitiat legatum *ad. l. nec facit d. §. vlt. Legatum sit verbis disponentibus, non demonstrantibus, vt in d. §. vlt. Seius est in dispositione & solus legatarius. Titius in demonstratione, eique nihil debetur, *Pac. 69. 44. e. Obi. 188. §. 10. de leg. 2. Pac. 6. q. 32. distinguit inter fideic. d. §. 10. & legata, quorum natura strictior. Malè quia ratio quæ in d. §. 7. redditur, æquè fideicommissis conuenit. Et planè non obstat d. §. 10. Nam ibi res nullo loco circumscriptur in quo non est. Sed denaria tria verè deposita fuerunt, neque enim id negatur, sed alterum tantum quod nõ debuere testator, quod non obstat ne legato quidem *d. l. 75. §. 1. de leg. 1. f. Diff. omnino A. Fab. 5. Coni. 2. per ipsam l. 25. de lib. leg. ibi quod si nihil debeat.* Hoc enim casu, inquit legata est quantitas non liberatio, tamen si debitor esses, nihil liberationem petere possis. g Consentit quoad hunc casum *A. Fab. de loc. de eo solo d. l. 75. §. 2. loqui ostendens. Nã legato, inquit, nomine certæ quantitat, nomen legatum, non quantitas, nec ad aliud teneri potest heres quam ad cedendas & præstandas actiones. Vnde fit vt sub conditione relictum videatur, si vnus debeat, quia deficiente substantia legati deficit. Aliter *Cuiac. 5. ad African. ad l. 108. §. 10. de leg. 1. negatione in d. l. 2. vers. Sed poterit inserta legens, sed non poterit hoc dici &c. h. vid. P. Greg. 42. Syn. 32. n. 52. e. num. 54. & Goth. ad l. 11. de V. S. num. 17. 3. Cuiac. in Par. h. r. definitur*****

Adiectio ostendens, quid legatum ex legato facere restator velit. Modus est causa finalis, causa est causa impulsiva. Potest & sub modo conventio contrahi. Exemplum emptionis sub modo contracta l. 47. de contr. empt. ubi Cuiac. ¶ Conuenit cum conditione in futuro tempore, differt quod legatum capitur ante modum adimpletum Martineac. lib. 2. Epi. legat. c. 11. num. 3. Fr. Sarmient. 2. Select. interpret. 3. a. num. 1. Cuiac. Consult. 2. & distinguitur ab ea per uoculas. §. & ut P. Greg. 42. Syn. 32. num. 51. ¶ Obisferio l. 2. de iur. fideicom. c. 12. definitur. Modus: Causa legandi seu fideicommittendi moram habens cum sumptu, per l. 80. h. t. ubi pro. cum sumptu, malè Forner. 1. select. ultim. & Curt. 2. Coni. ad fr. 9. reponunt, comitiam. h. ex interpretatione prudentum SC ad legata trahentium. A Fab. 52. error. prag. 2. ubi & err. 1. ac. 3. ad fideicommissa captatoria hoc porrigi non posse, quippe quæ nulla dari possent. contendit, scribit, alia à recepta huc vsque semper interpretatione dissona proferens. In quibus rellendis nuq. non immoror.

C A P V T X V.

Collatio legati in voluntatem alterius.

LEGATVM CONFERTVR IN VOLUNTATEM, VEL LEGATARIUM ET VALET. ¶ Ut si uolet, si uoluerit. Nec detrahatur conditio quasi superuacua, quæ si uerbis addita non esset, tamen inesset. ¶ Nam uoluerit adicitur, efficiturque legatum conditionale. Effectus est ut si decedat priusquam se uelle dixit, non transmittat ad heredes l. si ita 65. de leg. 1. l. si ita 69. de cond. & dem. ut que non prius acquirat, quam uoluerit, cum ea non adiecta, statim acquiratur, ut quando-cunque statuerit se uelle, non ex eo, sed ab initio eius fuisse uideatur l. 77. §. 3. l. 80. de leg. 2. ¶ **VEL IN EXTRANEI, & regula in l. 52. de cond. & dem. IN ALIENAM VOLUNTATEM CONFERRI LEGATVM NON POTEST.** Ratio quia testamentorum iura ex alieno arbitrio pendere non debent, & in uerbo l. 12. tab. legatit. Legare est pro imperio statuere. uid. supr. c. l. it. A. ¶ **VERBIS SCILICET EXPRESSAM.** Secus est ubi testata intelligitur, ut si Mæuius Capitolium adscenderit. Titio lego d. l. 52. h. l. 68. de hered. instit. Nec inter hæc nihil interest, ne quis obiciat, rebus non uerbis ll. scriptas esse. Verfarum quidem hinc uoluntas Mæuij, qui non adscendit, nisi uolet; conditione tamen exprimitur factum eius, à uoluntate distans. Poterit enim uelle nec adscendere [morte præuentus, morbo aut vi externâ impeditus, Capitolio igne consumpto, supr. l. 6. c. 10.] Potest & adscendere nihil minùs cogitans, quam ut pareat conditioni, ¶ **ET MERAM, non arbitrij uerbo temperatam.** IN ARBITRIUM namque ALIENVM POTEST l. 1. de leg. 2. Veluti conditio d. l. 1. id est, aut quemadmodum conditio aliquando in arbitrium confertur, & tacite uidelet, aut quod uerius est, in modum ac formâ conditionis, ut arbitrij conditio non intelligatur, sed exprimitur, ut si fuerit arbitratus; si illi uile uisum l. 11. §. 1. quoniam 7. de leg. 3. At nonne seqq. uerba in d. l. 1. Quid enim interest &c. hanc distinctionem euertunt? ¶ Non ea est Vlp. sententia nihil interesse, f. cum tot locis contra testatum sit, sed quid uisurpauit, pro quantum. ubi subaudienda responsio: Multum & Sicuti Terent. in Eun. act. 2. Sc. 2. Sulto intelligens quid interest? nimirum multum. Hanc interpretationem exigit institutum Vlpiani. Hanc enim ratione quod superius posuit probare nititur. Occurritque obiectioni tacite, ostendens multum referre, an in apertam & meram uoluntatem legatum conferatur, an in rectam & intellectam: Multum interesse dicens, an sic legetur: Si Titius uoluerit, ubi legatum inutile: an Si T. Capitol. adscenderit, ubi ratum. Atque hinc inferitur in d. l. 1. §. 1. Si tunc legatum ualeat, quando confertur in uoluntatem, licet rectam sic:

ibi not. cessat, Denique refellitur Faber ex d. l. 7. §. 5. de dolo Resp. quidem is retrostationem hanc fieri solum fictione ac potestate iuris, cui fictione locus esse non possit, quam si res existeret eo tempore cum incipit locum habere fictio, id est, cum aditur hereditas. Unde si ante aditam seruus legatus interemptus sit, non videtur eum fuisse legatarij d. §. 5. Sed ut verum esset non tempore agnitionis, sed aditionis incipere fictionem, tamen si ratio summa, sequeretur hereditatio seruo non legato interempto ante aditionem, ne heredi esse actionem. Aquilia ex eadem ratione, quod utique fallum est. Hæc ratio firmior, quam illa Duar. lib. 1. de iure accresce. cap. 3. Cuiacij. 25. ob. 6. Quia hoc esset, dicentis, scindere legatum & honorem vltro sibi delatum fastidisse superbè. Nec si non fastidio id fiat, sed heredis gratia, tolerari debet, quia heredi alia honestiore ratione agnatio integro legato, gratificari licet si scilicet rerum conditio hoc pariat. Præsupponenda enim habitas. Nam non transit si legata res aliena, genus, quantitas, vel duæ plures res distinctim. e Obi. At pacisci de legato sub conditione, & sic nondum delato, licet, l. 21. §. 4. de pact. Resp. At repudiari nequit. Repudiatur tantum delata, paciscimur autem etiam de iis quæ spes est debita iuri. Cuiac. & Eor. ad d. l. 21. §. 4. Briff. lib. 3. de solut. p. mibi 435.

C A P V T XIX.

Præstatio Legati

SECUNDA QVÆSTIO (vid. supr. cap. 2. lit. P.) DE SPERIFICATIONE & PRÆSTATIONE LEGATI. VBI QVÆRITVR PRIMÒ DE RE PRÆSTANDA (de 2. vid. infr. cap. 28.) IN QVA SPECTATVR. I. SPECIES REI LEGATÆ, QVÆ NON SEMPER CERTA. INCERTITVDO VEL IN RE LEGATA, VEL IN IVRE REI. IN RE INDE. AVT DESIGNATAE SUNT RES LEGATÆ VERBIS, ET VEL VNIVERSIM LEGANTVR. II. Pars hereditatis, l. 22. §. vltim. ad Treb. a pars bonorum l. 23. de leg. 1. Illic nec pretia manumissorum, nec funeris impensa, deducuntur l. 8. de leg. §. vlt. de leg. 2. & ita onus curandi funeris, manumittendorum seruorum, pro ea parte est legatarij: id quæ ex significatione verbi, hereditatis. Incommoda enim hereditati adiuncta; deducitur autem omne æs alienum, ut ei soluendo hic legatarius non fiat obnoxius, cum non sit heres, sed legatarius. Unde nec restituere rogatus Treb. deducit l. 22. §. vltim. ad Treb. Et hinc in d. l. 8. §. vltim. omnia mentio æris alieni. Deducitur autem ita, ut de rota hereditate exsoluatur, ne heres solidum dependere cogatur, qui habet partem hereditatis. At legata partem bonorũ, dos & manumissorum pretia deducenda l. 9. de leg. 2. Bona enim licet quandoque significant hereditatem, vbi aperta est mens loquentis, ut in bon. possessione, & restitutione bonorum ex SC. Trebel. propriè tamen & extra eas causas, sunt, quæ deducto ære alieno supersunt l. 39. §. 1. de V. S. In ære alieno verò, cum generaliter loquimur, dos & libertates debita continentur. b Sed hic olim disceptato inter Proculianos, qui, verba sequuntur, rerum partes legatas esse, & Sabinianos, qui, sententiam testatoris sequuntur, quæ videtur ne heres cogatur res dividere, & inuitus incidere in communionem, vltimationem deberi opinati sunt. Non amplius 26. §. vltim. de leg. 1. Et horum sententia recepta cum distinctione: Si res naturaliter indiuisa, vel sine damno diuisio fieri nequit, omnimodò æstimatione præstanda: Sin sine damno diuidi possit, electio heredis d. l. 26. §. vltim. Cui consequens huiusmodi legatum sine fructibus restituatur, nisi ex mora heredis l. 23. de leg. 1. quia scilicet hic non tam res ex quibus fructus, quam æstimatio venit in legatum d. §. vltim. VEL SINGVLÆ: CORPORALES, præsentis siue futuræ; Vt fructus qui ex fundo nascuntur vid. supr. cap. 11. lit. C. vbi si vna tantum res suo nomine vel aliter desig-

gnata, aut plures nominatim appellatæ, legentur, nulla dubitatio est. At si plures coniunctim verbo communi & aut collectiuo, ut dos, viticena, vinum instrumentum, peculium, penus, suppellex, aurum, lignum, lana, purpura, vestis, armentum, familia, &c. aut plurali: vt alimenta, cibaria, vestimenta: nummi, pecora iumenta, agni, serui, mulieres, &c. item quæ ibi habeo, quæ vxoris causa parata, &c. significatio non ita obuia. Explicatio autem petenda ex l. si fundus 44. & seqq. vsque ad l. 89. de leg. 3. & ex tit. lib. 33. & 34. Pand. à tit. de dote prælog. vsque ad tit. de liber. leg. c. Incorporales, vsusfr. v. sus, habitatio operæ, tit. de vsufr. leg. a Seruitutes reales tit. de seru. leg. e. Actio seu nomen debitoris de quo l. 34. & l. 59. de leg. 3. f. Liberatio tit. de lib. leg. Quid eo legato contineatur l. 3. §. 3. d. 1. §. 1. 3. l. h. t. l. 17. C. de fideic. s. AVT NON DESIGNATAE VBI MAIOR INCERTITVDO; inde orta VEL QVA RES VNA GENERALITER LEGATA, vt homo, equus, fundus, ac distinguitur. Si corpora generi subiecta sint vniufmodi, vt homo, equus, legatum vtile l. legato 37. l. 84. §. 3. l. 108. §. 2. de leg. 1. Sin non vniufmodi, sed diuersarum specierum, formâ distinctim, vt animal, domus, fundus, mutile l. si domus 71. pr. de leg. 1. Derisorium namque legatum, quia possent dari musca, ædes ruinose, fundus vnus pedis. h Excipit. tamen nisi testator ipse habuerit ædes aut fundos. Tum enim vnum ex iis præstandum d. l. 71. pr. Vbi autem legatum vtile, electio regulariter est legatarij §. si generaliter 22. l. h. t. l. 108. §. 2. de leg. 1. l. 2. §. 1. de opt. leg. Licet enim in contractibus sit electio debitoris, vt cui magis fauetur, cû ad liberandum promiores sumus l. 47. de O. & A. in testamentis tamen maxime spectamus voluntates testantium, quas plenius interpretamur l. 12. de R. l. 1. Excipitur. i. Nisi testator nulla res ex eo genere habuit. Nam tunc heredi est potestas emendi, quam velit l. 3. de rit. vin. leg. k quia non ita faciles testatores in onerandis heredibus, de comparandis rebus alienis, quam in legandis propriis l. 67. §. 8. de leg. 2. Et facit d. l. 108. §. 2. vbi legatario ei datur electio, cui potestas est, quæ actione uti velit, in rem an in personam. Alienis verò rebus legatis nulla actio in rem. Ac in res alienas non cadit quoque electio. Eligere enim est ex rebus potestati tuæ subiectis, quam velis, sumere. Subiici autem non possunt, nisi testatoris propriae. Exc. 2. in legato generis, cuius res non figura tantum & bonitate, vt homo bos, ab homine boue, sed specie differunt. Exemplum in l. 4. de rit. leg. Oleo legato electio heredis est, licet testator certi generis oleum habuerit. Plura enim & diuersa sunt olei genera; Jugladinum, iuniperinum, amygdalinum, oliuum, inter quæ genera nulla æqualitas aut proportio, quæ aliàs est inter res eiusdem speciei. Absurdum itaque esset hic dare electionem legatario. l. Obi. Immodè & corporum electio l. est heredis, quando res generis sunt vniufmodi. l. 71. pr. de leg. 1. 32. Malè quædam exemplaria habent heredes quam volem, &c. Rectius Pand. Florentini numero vnitatis, quam velle, scilicet non heres, dixit enim IC. heredes in plurali, sed legatarius. Est tamen hæc electio non infinita, sed suis conclusa terminis l. legato 37. de leg. 1. ne optimus vel pessimus accipitur ne nimis oneretur heres. VEL PLVRES SPECIES DISIUNCTIM, vt velit testator vnum ex iis eligi. E.g. Stichus aut Pamphilus. Ac hic quoque electio est legatarij l. si is 19. l. Lucio 23. de leg. 2. n. VEL SPECIES ET QVANTITAS DISIUNCTIM. Vt Titio fundus aut 100. electio est heredis l. 109. §. 1. de leg. 1. quia ibi quantitas pro re legatur, vt res sit in obligatione, quantitas in solutione. Ideoque eam præstando etiam post mortem heres liberatur. Vel plures summa distinctim vt 10. aut 15. vbi itidem heredis & legatum sic accipitur quasi sola

sola minor summa e.g. 100. legata esset l. 43. §. vlt. de leg. 2. Idem est si vna soluenda intra annum vel biennium d. §. vltim. quia minor est summa quæ differretur in longius tempus. Et ratio differ. Apparethic aliquid voluisse testatorem, dum vel rem certâ quantitate æstimauit, vel (vti in duabus summis) non legatario sumendis, sed heredi soluendi dedit potestatem. [Ita tamen heredis vel legatarij est electio, vt semel declaratam voluntatem non amplius liceat mutare leg. 84. §. 9. de leg. 1. Secus in contractibus vid. infr. lib. 15. cap. 2.] VEL EX PLVRIBVS NOMINATIS VNA LEGATA. vt Ex duobus seruis meis ex duobus fundis meis, vnum lego. Et hic electio legatario l. qui duos 20. de leg. 1. Aliud est si duos Stichos aut fundos Cornelianos, & sic cognomines habens, leget non vnum ex duobus Stichis, sed Stichum simpliciter. l. 32. §. pen. de leg. 1. aut fundum Cornelianum simpliciter l. 39. §. 6. de leg. 1. vbi heres eligit. Sic enim necesse est statuere, si legatum valere debet ne omninò interdicat, ac neuter Stichus vel fundus debeatur, sicuti fit cum incertitudo in personâ legatarij contingit vid. supr. cap. 14. lit. B. Est & aliquando INCERTITVDO IN IVRE REI, quod transferri debet, EA AN PERFECTE PRÆSTARI DEBEAT, AN QVALIS EST. Distinguitur. Si res generaliter legatâ, vt homo oportet perfectè facere legatarij, ne auocari possit l. 45. §. 1. de leg. 1. l. 29. §. pen. de leg. 3. Sin specialiter, vbi testator legatum ad rem certam adstrinxit, vt Stichus, talis qualis est d. l. 4. §. vltim. l. 116. §. vltim. de leg. 1. Quare rectè præstatum statuliber l. 44. §. pen. de leg. 1. & fundus legatur cum seruitute l. 69. §. pen. d. l. 116. §. vltim. de leg. 1. Quæ differentia omninò est ex voluntate testantis. Homine ex g. legato. multi reperiri possunt, qui perfectè præstari nequeunt, sine metu euictionis. Stichus verò legato ille ipse præstandus. Talis igitur, qualis est. Sed hæc ita si rem suam legauit testator. Tum enim videtur legalise quantum in re habuit l. 6. de leg. 1. Aliud si res aliena à sciente legata sit. Eam enim heres redimere debet, aut si nequit æstimationem præstare §. 4. l. hoc tit. quia cum testator in eâ nihil iuris sit, non potest videri legatum reuocasse ad aliquod ius in eâ re suum, quod nullum est. o Item si vsufr. rei alienus, etiam eum redimere heres debet l. 66. §. pen. de leg. 2. et si vsufr. sit ipsius heredis l. 76. §. 2. de leg. 2. vbi ratio p quia portionis instar obtinet. Idem verò ius partis quod totius. Item si res pignori obligata sit. Nam tunc heres eam luere & obligatione libertate cogitur §. 1. l. hoc tit. l. 57. de leg. 1. Sed si scini testator esse obligatam, secus si ignorauit d. l. 57. l. 6. Cod. de fideicom. si vel apertè id professus, vel coniunctæ personæ reliquit arg. l. 10. Cod. hoc tit. Exc. 2. nisi aliquid superfluum futurum, exsoluto ære alieno d. l. 57. Id est. [Si quid soluendum restat, supra rei pignoratæ æstimationem. Pone. Legatus est fundus, cuius pretium 200. Idem pignori oppositus pro 300. Legatario luere parato pro 200. cogitur heres reliqua 100. exsoluere. Ratio quia legatarius potest onerari, vt tantum præster, quantum est in pretio fundi, non vt amplius leg. 22. §. vltim. de leg. 1. Tractatur autem deinceps in d. leg. 57. in vers. Quod si, quomodo res à pignore liberetur si testator onus liberandi ad heredes pertinere voluerit. (ita enim legendum est, q non vt vulgò noluert, vt aduersatiua sequens arguit.) Resp. Si legatarius conuenitus hypothecariâ soluerit creditoribus, per exceptionem doli cessionem actionum contra heredem imperat. Nam eas actiones adhuc habent creditores, obligatione principali non perempta, quia suo nomine non heredis, soluit legatarius. Et per leg. 28. Mandati. Quæ exec-

utione doli si sub tempore vsus non fuerit, per iurisdictionem id ei præstabitur, data videl. ad hoc ipsi actione præscriptis verbis. Nam legatarius solutendo tacite negotium gessit de actionibus sibi cedendis. Dedit pecuniam vt facerent, id est, actiones suas cederent.

NOTATA.

a Et hoc est legatum Partitionis, de quo vid. not. supra cap. 11. lit. s. b In effectu quidem res eodem redire videtur, siue deducatur alienum, vbi tantò minus ex legato percipit legatarius; siue non deducatur, vbi pro ea parte creditoribus respondere cogitur legatarius. Non tamen inde sequitur ad solum sonum verborum respicere hoc discrimen, vt vult A. Fab. 18. Coni. 18. Hoc enim interest, quod factâ deductione, molestia præstandi & exsoluendi debita solus heres subiicitur. Idem Faber. d. cap. 18. pag. 225. contendit non esse hac ita re differentiam inter hereditatem & bona, sed inter legatum partis hereditatis, & partis bonorum, quæ testatoris erunt mortis tempore, de quo loquitur d. l. 9. Sed d. l. 26. §. vlt. loquitur de parte bonorum simpliciter legatâ, nec facile tamen idem in parte hereditatis dicendum videtur. e In quibus tamen non pauca obscura. nec omnium intellectio ita obuia. Libet hic pauca ex iis seligere & leuiter attingere. f In l. 49. pr. de leg. 3. quæ Goth. de scellis & lecticis addnotat, desumptâ sunt ex Buill. x. antiq. 4. adde Duaren. ad l. 8. §. 23. de leg. 1. l. 1. l. 1. Elector. 19. f De comatu mulieribus, vid. Ran. 2. Coni. 18. ex quo patet nulla necessitate Cuiac. 1. obser. 16. pro quas sibi comatus, reponere quis sibi comas. Ad l. 52. §. 1. eod. vid. Notom. 4. obser. 1. sub finem. f Ligna cocta in l. 55. §. 7. sunt macerata, amurca, de quibus Plin. lib. 15. cap. 8. Ruar. 2. Coni. 13. In l. 58. Cuiac. 1. obser. 8. Holand. lect. parata esset præter Florentinæ, quia per sunt, indicaretur tempus testamenti conditi. verbum essent verò referret ad mortis tempus. Dicitur ibidem viuis comparasse. Secus enim si alius post mortem eius, licet missus antequam moreretur, ad emendum l. 2. l. 4. de auro & argenti leg. In l. 65. §. 1. non est quod verba extrema ad §. sequent. transferamus, ac §. 1. finiamus ibi, de contrario, ceu tentat Zoan. Resit. ad Pand. c. 7. Nam ei §. nihil minus quam vt conueniant. Lecticarium igitur interpretare non baiulum, qui lecticam portat, vti in l. 49. pr. hoc tit. de leg. 3. Et l. 8. §. vlt. de leg. 1. vbi Duar. & l. 1. §. 1. Sed qui lecticis conficit, qui inter artifices numeratur l. 1. Cod. de excus. artif. lib. 10. tit. 64. f In l. 70. pr. lana legata non venit quæ tinctoria est. Contra l. 32. §. 6. de auro & argenti leg. Ran. 5. Coni. 13. discessionem agnoscit. Sed Pac. 6. quæst. 15. Resp. illic lanam simpliciter legatam, hic omnem. In d. l. 70. §. 3. per telam intelligit. Gouern. 2. var. lect. 9. instrumentum textorium. Quod displicet Rau. 3. Coni. 15. accipienti ipsam detextionem. Dicitur enim telas texere & detexere, &c. In d. l. 70. §. 12. Hoto. 24. obs. 7. Et P. Fab. 3. Semestr. 4. pag. 392. inuertendo loquitur, lanam appellatione versicolorum non contineri. Sed sius constat sensus receptæ lectioni, neque contextus & series seqq. repugnat. hoc modo. Sicuti lanam legatus versicoloria & tinctoria legasse non creditur d. l. 70. pr. ita versicoloribus legatis, lana non tinctoria non continetur. Prius constabat inter omnes, posteriore dicit Vlp. se arbitrari. Quæ verba & ego arbitrari, omninò conuellantur correctionem Horti & Fabri. Quid enim diceret se ita opinari IC. de eo de quo paulo ante apud veteres constiisse dixisset, f In d. l. 70. §. vlt. habetur lanam purpuræ destinationem appellatione purpuræ non venire. Cui nihil obstat, l. 6. §. vlt. de acq. do. Nam rectè Gifan. ad d. l. 126. n. 10. aliud esse in acquisitione. Rationem differentie in eo, quod in legatis spectetur communis vsus verborum. In effectione autem speciei quiddam essenziale immutatum. f In l. 79. §. 1. nomine mobilium non veniunt nummi mutuo, vel pignori destinati, veniunt prædij causa repositi. Ratio differ. mihi videtur, quia in repositis prædij causa, spectamus corpora nummorum, cum non habeantur ad eum vsum qui verus est pecuniæ. In aliis autem spectamus quantitatem & valorem. Et hi igitur non sunt mobiles, quia nec res corporales, sed incorporales, per l. 44. §. 2. de solut. & simil. f De proutorio. Pecuniam sine peculio fragiliter esse vid. Erasim. chil. 4. cent. 6. adag. 2. Rau. 5. var. 17. Et Coni. 16. P. Perrenon. 2. animadu. & lect. 28. & quomodo peculium ibi vocetur pecunia patrisfamilias Gæd in l. 182. de V. S. num. 3. f In l. 84. nolim dicere cum Hotom. 9. obser. 7. Et 2. amirab. 18. verba extra urbem, esse subdicia, & pro horreis, reponendum horis, quia scilicet horrea fuerint in vrbe l. 1. l. 4. C.

apliorem faciat a l. 24. §. 2. de leg. 1. l. 10. de leg. 2. l. sepe 16. de leg. 3. Hinc & arca domus cedit, vid. supr. cap. 17. lit. H. INTERDUM IMMINUITUR ET VEL EX NUMERO LEGATARIORVM (vel vid. infr. cap. 22.) I. SI EADEM RES DVOBVS vel pluribus CONIUNCTIM RELICTA: vt Titio & Mænio fundus. Singulis enim partes datæ videntur, & qui totum vindicat, et si alter non partem, sed æstimationem consequitur, do- li exceptione repellitur lib. 85. de leg. 1. Item si vnus totum vindicat, alter in personam agat lib. 33. de leg. 1. [Solidum tamen ab initio singulis datum videtur l. 7. pr. de reb. dub. l. cōiunctim 80. de leg. 3. l. 1. §. 3. l. 3. pr. de Vsu. accr. Obi. Immo partes fieri dicuntur l. 34. §. cōiunctim 9. de leg. 1. b. Non expedit dubitationem distinctio inter Legatum vindicationis & damnationis. c. In hoc posteriore partes fieri, in priore non item. Vlp. tit. 24. §. 12. & seqq. Nam quia in Pand. scripta non ex mente auctorum, sed iustini. accipi debent, veluti ab ipso scripta, Const. Deo §. 6. Const. Tanta §. 10. d. qui differentiam legatorum sustulit §. 1. l. h. r. l. 1. C. com. de leg. etiam hac in re nominatim l. vn. §. vbi autem 11. vers. nos a. C. de Cad. toll. e. Dicamus igitur solidum ab initio deberi, si non concurrant. Partes vero ab initio hac conditione, si concurrant. f. Neque insolens est quedam ex eventu certa fieri l. 15. de reb. dub. Sed quid si vnus ex cōiunctis non concurrat, seu non veniat ad legatum, quacunque de causa, queritur an portio deficiens ad collegatarium pertineat, E. g. Si mihi & posthūmo eadem res legata cōiunctim, & posthūmus non nascatur, queritur an partem mihi faciat, id est, an efficiat vt partem tantum habeam in eo, qui si solus sup. solidum haberem. B. 2. Partem non facit, sed totum pertinet ad collegatarium accrescendi iure l. 7. pr. de reb. dub. §. 8. l. h. r. l. 16. §. vltim. de leg. 1. Immo facit l. 16. pr. l. 34. §. 9. l. 84. §. 8. de leg. 1. Quidam & hic distinguunt inter legata per vindicationem & damnationem. Male. 1. Quia differentia iste sublata. 2. Quia nec ex sententia auctorum hoc discrimen subsistit. Nam idem est fideicommissus l. 6. de reb. dub. h. que tamen nec per condemnationem nec per vindicationem relinquuntur. Bart. in d. l. 84. §. 8. distinguit, vt si ne spes quidem sit admitti posse collegatarium partem non faciat, sin spes sit, faciat. Sed refellit d. l. 16. pr. vbi qui nec in rerum natura est partem facit. Baro in §. 8. l. h. r. ita: Si constituerit in persona cōiuncti legatum partem faciet, d. §. 8. Sin non constituerit faciet d. l. 16. pr. quia tunc pars ei adscripta, pro non scripta l. 3. & 4. de his quæ pro non scriptis. Ergo absurdum est collegatarium partem accrescere, quia nulla est. Sed refellitur, ex d. l. 34. §. 9. ex quo etiam liquet minus dubij esse quando constitit legatum, quod partem faciat, & ex d. l. 16. pr. verbo quamuis. Nec obstat ratio Baronis. Totum enim ad legatarium pertinere potest, quasi ab initio ei relictum. Verius itaque hos locos verè pugnare i iustini. vero dubitationem sustulisse, l. vn. §. vbi a. l. 1. C. de cad. toll. Vt vno deficienti, quocunque modo, siue non constituerit legatum in eius persona, siue is repudiauerit, morte præuenerit, conditione defectus sit, &c. totum ad alterum veniat iure accrescendi, vel non decrescendi. Immo hoc addit aperte est in persona eius qui non concurrat, legatum non constitit d. l. vn. §. 3. Quare loci Pandect. in quibus contrarium traditur, pro iure non habendi, & propterea nec contrarij verè, quia emendatum pro non scripto est. Reliqui autem quid iustini. innotuit cognoscere. Hæc Don. uoster ad l. 5. §. vltim. l. 6. & l. 7. pr. cōiunctas de reb. dub. §. 11. SI PLVRIBVS SEPARATIM. Titio fundum Tuscul. do lego. Mænio eundem do lego. Vbi primò omnium voluntas testatoris inspicienda, an priori legatum ademptum voluerit l. 33. de leg. 1. vt si ita: Quod Titio legauit Seio lego l. 5. de adim. leg. k. An vtrumque solidum capere, vt vni res præstetur, alteri æstimatio d. l. 33. in fin. l. Si de neutro horum liquet, concursu legatarij partes faciunt l. 80. de leg. 3. l. 3. de Vsu. accresc. §. 8. l. hoc tit. & quidem æquas seu vi-

riles, si nullæ adsignatæ l. 19. §. vltim. d. l. 33. l. 67. §. 1. de leg. 1. Vbi tamen cōiuncti permixti distinctis vnus personæ vice l. 34. pr. de leg. 1. E. g. A. & B. fundum Tuscul. lego. Eundem C. lego. Hic partes duæ sunt, non tres. Quid si vnus ex pluribus non venit ad legatum. TOTVM EST COLLEGATARIUM siue separatim siue cōiunctim res legata, vt disertissimè cautum l. vn. §. 11. C. de cad. toll. licet quando cōiunctim loci in Pand. sint contrarij, (de quo ad l. 5. & seqq. de reb. dub. quo Don. hic remittit & iam retuli) IURE ACCRESCENDI.

NOTATA.

a Magis igitur, si communi re legata, vbi pars tantum quæ testator in ea est, alias deberetur vid. not. c. pr. acced. lit. O. partem socij testator redemerit. Tunc enim debetur tota res argum. l. 8. pr. de leg. 1. vbi Duar. (vid. & Daub. de testam. n. 270.) Nam eadem est ratio augmenti & deminutionis. Parte autem alienata minuitur legatum d. l. 8. pr. E. Extendit hoc Duar. Etiam si iudicio communi diuidendo altera pars testator adiuudicata iuxta distinct. l. 13. §. 17. de ad. empti. Sed obstat l. 31. de Vsu. leg. ex qua Duaren. se non rectè expedit. Quare hæc extensio mihi non probatur. Constitutio potius excepti. Nisi res iudicio adiuudicata d. l. 31. Ratio excepti. quia nec si iudicio pars testatoris adiuudicata esset socio, minueretur aut tolleretur legatum, cum illa sit alienatio necessaria. E. per dicta s. c. 17. lit. X. Proinde illa ipsa regula: Eadem ratio augmenti, &c. hanc exceptionem suadet. † An domo legata, si testator post testamentum alias illi in hereditatibus imposuerit, ac ex priori in has aditū habuerit, & vtraque domo quasi pro vnis ædibus vtatur, legatum auctū sit vid. Zoan. ver. quot. c. 11. b. Robert. 2. Sent. 25. ex audit d. §. 9. de verbis tantū cōiunctis qui concursu partes non faciunt, sed ab initio habeant. 1. quia sit oppositio duarum specierum in d. §. 9. & §. seqq. Acced. d. §. 10. habet simplicem realem cōiunctionem. Quare vt oppositio melius constat in d. §. 9. habetur simplex verbalis non mixta 2. verba cōiunctim legatur, arguunt verba eam cōiunctionem, & verba partes ab initio fieri, realem distinctionem, cum inter re & verbis cōiunctos partes concursu tantum fiant 3. Hæc differentia traditur in l. 89. de leg. 3. inter mixtum & verbis tantum cōiunctos, quod hi habeant partes semper, id est, ab initio. Denique in §. 8. l. de leg. dicitur sciendi legatum inter mixtum cōiunctos, si ambo perueniant ad legatum. Ergo non ante concursū. † Et de iisdem d. §. 9. accipit & exponit Ant. Fab. 6. Coni. 1. p. 249. Sed formula l. c. si Titio & seruo proprio sine libertate legatur cum intellectu non admittit Ioan. Suen. lib. 2. de l. accresc. c. 3. pag. 108. qui vult l. C. non vt perpetuè verū illic asserere, sed in casu illo quo legatum in alterius personā consistere nequit, si Titio ac seruo proprio sine libertate legatur. In quo à viro Clariss. dissentire (licet ægre) cogor. Indefinita enim est l. c. iusticia, cui species illa legati Titio ac seruo dari, non accommodatur, sed illi diuersæ & distinctæ (punctum enim ponitur post verbum fieri, (quæstioni, an partem faciunt cōiuncti. In qua distinctim illud inter eos in quorum persona constitit legatum & in quorum non item clavis verbis reicitur vt legenti patet. Quare rectius Resp. puro vt lit. F. e. Quæ est Cuius. ad 14. Vlp. §. 12. Borch. in §. 8. l. de leg. A. Fab. 6. Coni. 1. §. 50. err. prag. 1. Gæd. in l. 142. de V. S. num. 1. quia eam differentiam & imp. ipse in l. vn. pr. & §. 11. vers. cum vero ibi in vno tantummodo genere innuat, & verba ll. in speciem dissidentium suppeditent, & ratio cōiunctæ, quia damnationis legatum heredis datione indiguit, vindicationis verò ipso iure ad legatarium transit, dominiumque adiecit, itaque ad singulos in solidum transit. † Quæ ratio Gæd. conueniens non est, immò repugnans. Nam si vindicationis legatum statim post aditam hereditatem etiam ignorantia acquiritur, vt & hodie omne vid. not. s. c. 18. lit. A. si dominium plurium concursum, quem natura & ius respugnat, euitare volumus, necesse est dicamus, etiam ab initio ex legis interpretatione partes fieri, sed sub conditione nisi alter non concurrat. Nec firmior itaque ratio A. Fabri. d. err. 1. in damnationis legatum partes concursus factas videri non posse, cum per manus heredis res præstanda sit, nec fieri queat vt heres rem plurib. restituat Nam nec magis fieri potest vt Lex plurib. sine facto heredis dominium addicat. Et sic ex ea ratione in omni damnationis legato solidum singulis relictum esset contra Vlp. lit. 24. §. 15. d. rectè vid. d. Vult. disc. 8. A. Gont. 1. l. 16. & ep. 13. indignè æquas inde in

in Imperatorem debacchari Forcat. c. 82. num. 1. Os impudēs hominis, scribens, Pereant si est dignus pascere porcos Papi- niani. Et tamen non est veritus suauij filius diuinas senten- tias sibi vindicare, † Arqui non sibi vindicat, aut se auctorem proficitur Imp. fragmentorum in Digest coniectorum, nec laudem suis auctoribus inuidet, quorum nomina cuique capi- tui præscribi iussit, d. §. 10. e. A. Fab. 50. err. prag. 3. sensum d. §. 11. hunc esse: Omnibus legatus quoad ius accr. eadem natura data, quæ participet ex vtroque genere legatorum. Distinguit Imp. Aur. res cōiunctim, id est vna oratione lega- ta & omnes ad legatum vocat (sc. si cōiunctio mixta. In verbali enim solâ nec hodie esse ius accr. aut Imperatorem aliquid imminuisse contendit Faber) pro virili portione, nam nec alias habere possunt re & verbis cōiuncti, sed repudian- tis pars, alteri cum onere accrescit, nec heredis manet, nisi nemo agnoscat. Olim autem sine onere accrescebat vid. not. c. seq. lit. E. Aut distinctim & singulos in viriles partes vocat, nec vnquâ vnire, alteri æstimationem dat, nisi aperte sic di- spositum sit, in quo natura legati damnationis sublata. Repu- dantis verò portio reliquis accrescit sine onere, quod ex senten- tia Imperatoris non tam augeatur, per non concursum, legatum quàm non imminuat. Hoc autem sine ratione sta- turum vociferatur Faber, de quo c. seq. lit. E. Fita & Duar. vt in not. supr. lib. 7. c. 13. lit. K. cir. fin. † Forcat. dial. 67. num. 6. & 8. re cōiuncto non rem ipsam in solidum relinquit, sed quasi solidum l. 7. pr. reb. dub. non reuera: sed prima facie l. vn. §. 11. vers. fin. vero non omnes. C. de cad. toll. subilitate iuris, quia veritate ipsa constat partes ab initio fieri d. l. 34. §. 9. Nam si verè solidum vtrique relinqueretur vnus rem consequeretur, alter æstimationem. † Sed Valsq. lib. 3. de success. progressu §. 21. num. 30. partes concursu fieri ex legis interpretatione, non permittit idem bis præstari, quod in hereditatibus impossi- bile, in legatis durum. Itaque partium diuisionem quæ non fit per testatorem; sed legis interpretationem non dirimere realem cōiunctionem. Idem num. 28. & num. 43: à primordi- dio dispositionis quemque ad solidum inuitari, partes in ex- secutione fieri. Idemque esse in mixta cōiunctione, quod in merè reali dicit Valsq. §. 23. num. 18. & Io. Suen. lib. 2. de l. accr. c. 3. in illa quoque solidum initio haberi, 1. quia dicitur legatum sciendi §. 8. l. de leg. Ergo non ab ipso testatore scis- sum, deinde ex natura mixtionis, quam necesse est de vtraque specie aliquid participare. Nihil autem habet de natura realis, quàm quod in solidum res assignetur, partes concursu fiant. vid. & Gomez. 1. var. resol. 10. num. 24. Fachina. 4. contr. 94. † A. Fab. 6. Coni. 1. pag. 248. & seq. Re cōiunctos quoque scis- sibilis per vindicationem legatur, partes ab initio habere, sed non à testatore verum à iure ex necessitate confectas. Nam si duobus per vindicationem fundus legatur ex testam. ex ver- bis singulis solidum tribuitur, Vlp. lit. 24. §. 12. Sed quia quis- que solidum habere nequit, nec legatum iuxta metem testan- tis effectum sortiri potest, ita fit interpretatio ac si ab initio semides dati. Sicuti cum proleto asse testator transit ad du- pondium, duo asses iuris proleto in vnum reducuntur. Nec igitur partes ex concursu, sed Lex testatoris voluntatem ad- iuuans ab initio partes facit, vt legatum valeat, alioqui pro- pter legatariorum concursum, qui in ipsa datione fit, non va- liurum. Quod si re & verbis cōiuncti sint non habere par- tes ab initio quibus testator totum legauit, ac singulorum ra- tione voluntas exitum sortiri potest, quousque alter concu- rat, cum non separatim singulis præstari voluerit, sed duobus simul legarit. Et hic concursum facere partes l. 80. de leg. 3. Verum partes vtrobiusque concursu fieri contendit idem 49. err. prag. 4. Cuius & 49. err. pr. 9. hæc sententia est: Ab initio partes habent tum omnino distincti (quos putat Faber esse in specie l. 41. de leg. 2. quod refellit S. lib. 7. c. 13. lit. M.) tum verbis tantum cōiuncti. Per concursum re cōiuncti siue verbis distincti sint, siue re & verbis cōiuncti, quibus ab initio totum datum ac ex post facto partes concursu factas habent l. 14. §. 10. de l. 1. l. 80. de l. 3. l. 3. de Vsu. accr. Sed in eo errant, inquit, Dd. periq; quod putant quando partes concursu sunt, licere cuique legatario interim totum petere, quamdiu alter non concurrat. Nam immò non nisi partem interim habet quamdiu collegatarium in eo est vt possit concurrere. l. 24. §. 10. de leg. 1. & argum. leg. 99. de leg. 1. Ratio. Legatum non ex sola voluntate restantis, sed & i. tab. auct. deferret. Lex verò non defert nisi semel Quare si totum interim deferret prius agnoscenti, non posset deinde deferre collegatario concurre- rente volenti. Delatio itaque in pendenti vsque dum certum fiat non concurrere posse. Quid igitur interest, inquit, ab initio fiant partes, an concursu. Hoc nimirum, quod illo casu nec ex post facto, ac deficienter collegatario, pars illius defe- rarur. Sed hæc in legataris immutauit Imp. in l. vn. §. vbi a. 11. vers. fin. vero C. de cad. toll. vt cum per concursum inter

verbis distinctos sint partes, totum habeat interim qui prior venit, sed pars deinde ei per alterius concursum abstrahatur. Hæc Faber, quæ plus subtilitatis habent, quàm soliditas, sed expendere omnia institutum non sinit, g. Partem facere g. est obtinere quo minus alteri totum debeatur Rob. 2. Sent. 24. quando qui à parte sua exclusus esset vt cōiunctus parte contentus esse cogatur, nec ei accrescat Io. Suen. lib. 2. de tur. accresc. cap. 3. h. Dissent. A. Fab. 50. err. prag. 2. in fideicom- misso olim non fuisse ius accresc. sentiens, eò quod ab initio partes factæ, si non verbis restantis, potestate tamen iuris, cum nequeat vtiliter aquis rogari, eandem rem vt pluribus præstet. Idcirco non expectari concursum; sed sufficere in- terpretationem iuris partes adsignantis, quæ nisi accederet, dispositio irritaretur, atque ita non nisi aperte expelleret tes- tator, partem vacantem accrescere. Hodie autem in fidei- comm. idem esse quod in legatis post sublata differentiam idem 50. err. pr. 3. † Verum manifestè restitit Fabro d. l. 6. cuius obiectis quomodo occurrat possit ex superioribus apparere. i. Sunt tamen & aliæ conciliationes. Valsq. lib. 1. de fidei comm. §. 10. num. 102. qui non admittitur ad partem non facere par- tem, sed accrescere cōiuncto, quando res testatoris legata est, quæ facillè recipit hoc augmentum At in l. 84. §. 8. de leg. 1. rem alienam esse legatam, ac deficientem facere partem ne augeatur onus heredis. Ita & num. 113. (vbi & in intermediis ac seqq. aliorum intellectus expendi) & num. 161. & seq. † Rob. 2. Sent. 24. ita: Tres modi deficienti. 1. Quando relicta pro non scriptis. 2. Caduca. 3. In causa caduci l. vn. §. 2. C. de Cad. toll. Quando posterioribus duobus deficit, non facit par- tem, sed accrescit cōiuncto. d. l. vn. §. 10. & seq. l. 16. §. vlt. de leg. 1. l. 40. l. 41. pr. de leg. 2. nisi cōiunctus iure speciali capiat l. 76. de cond. & dem. Quando priori modo, distinguit: Aut verbis cōiuncti sunt & semper partem facit deficientis, cuius pars penes heredem manet, siue sciuerit, siue nesciuerit tes- tator causam ob quam deficit, quia nullo tempore legatum in persona eius constitit, vel cōiunctio tenuit. Et sic intelli- git Rob. d. l. 34. §. 9. de leg. 1. quem de verbis tantum cōiun- ctis loqui contendit vt s. lit. B. Aut re tantum vel re & ver- bis cōiuncti, & subdisting. Vel testator ignorauit rationem, ex qua pro non scripta est pars vacans, ac partem facit defi- cients, quod probat l. vn. §. 2. in verbis: forte hoc ignoransibus. Et sic accipit Rob. d. l. 16. pr. de leg. 1. l. 84. §. eod. l. si Titio 7. de leg. 2. Vel sciuit ac partem non facit deficientis, quia tunc tes- tator illam alteri capienti solidam tribuisse videtur. Sic exau- dit Robert. d. l. 34. §. 11. & 12. de leg. 1. d. l. vn. §. 3. C. de Cad. toll. † Io. Suen. lib. 2. de l. accresc. p. 110. & seq. sic distinguit ex d. l. vn. §. 3. Si cōiunctorum alter tempore testamenti in rerum na- tura, nec potentia nec actu fuit, nesciente id testatore, defi- cients facit partem. Quomodo accipi possunt d. l. 16. pr. de leg. 1. & l. 4. §. 2. de his quæ pro non scrip. quia qui non reddie, captus ab hostibus, tempore captiuitatis censetur obisse ac ita testamenti tempore nullus existisse. Et l. 34. §. 9. leg. 1. vbi seruis testatoris, quia illi nequit acquirere, pro eo habetur ac si in rerum natura non esset. In reliquis casibus facit partem, qui sensus aliarum ll. k. Gomez. 1. var. resol. 10. num. 24. accipit d. l. 5. quando expressè apparet voluntas adimendi. Alias enim creditur testator adimere nisi partem, quæ alteri applicatur per cōiunctionem realem. vid. & Duar. lib. 1. de l. accr. cap. 7. vbi quoque quid iuris quando summæ certæ duobus cō- iunctim vel separatim relicta expedit. 1. Quam legem ceu à 1. Triboniano corruptam impugnat A. Fab. 6. Coniect. 1. p. 250. & 50. err. prag. 3. p. 1195.

C A P V T XXI.

Ius accrescendi in Legatis.

DE QVO HIC QUÆSTIONES QUINQUE EX- pediemus. 1. QUIBVS accrescat? Non nisi Con- iunctis, quibus eadem res ab eodem relicta, vid. lib. 7. cap. 13. non si diuersæ, licet verbis coniungantur. vt Titio & Mænio singulos seruos lego, vel Titio vnium & Mænio alterum l. 84. §. pen. de leg. 1. a. Nec quibus eadem res à diuersis relicta l. 16. Quib. mod. vs. amit. 2. AN HIS OMNIBVS. Nulli nisi, qui partem suam ag- nouerit l. vn. §. 11. C. de cad. toll. Accrescit enim portio portioni l. 33. §. 1. de Vsu. b. nec collegataris habeat magis cōiunctos. Qui autem in cōiunctione qui- bus præferantur, quia legatis ius in eo commune est cum hereditatibus, parte ex lib. 7. cap. 13. 3. AN IN V-

TITUS? Distinctio est in legatis (licet non sit in hereditate.) Si eadem res coniunctim legata: ut Titio & Mænio fundus: volenti tantum, sin separatum, vt sint tantum coniuncti, etiam inuito l.yn. §. 11. pr. & vers. fin. verò non omnes C. de cad. toll. Ratio differentia: Illic portio defecta defertur alteri ex deficientis personâ. Ergo eius iure uti potest, ac pariter, vt is, repudiare. Hic verò singulis ab initio solida res legata. Defertur igitur portio accrescens collegatario ex persona sua. Quare eam repudiare nequit, per l. 4. de leg. 2. c. 4. **QUATENVUS.** Singulis pro virilibus & æquis partibus l. 19. §. ult. l. 67. de leg. 1. d. l. yn. §. 11. **d** Semper autem coniuncti permixti distinctis vnius loco l. 34. pr. de leg. 1. §. 1. **AN CVM ONERE?** Cum onere coniunctis; separatis sine eo d. l. yn. §. 11. pr. & vers. fin. autem ubi ratio. Nam cui ex separatis accrescit, ex personâ deficientis nihil accipit, sed ex sua. Ergo nec ex eiusdem persona onus accipere debet. e Item sine eo si in persona collegatarij, licet coniuncti, legatum omnino non constiterit, vt si is natus, &c. d. l. yn. §. in primo 3. quia nec tunc propriè deficit portio, sed pro non scripta est l. 3. de his que pro non script. f Reliqua cum communia sint hereditatibus vid. lib. 7. cap. 12. & sequent.

NOTATA.

a Portio accrescens debet fieri eiusdem naturæ cum portione primæ vid. Gomez. 1. var. res. 10. num. 16. † Sed si eadem res & idem testator nihil impedit diuersas esse scripturas. Vt si Caio fund. Tuscul. testam. idemque Mænio in codicillis legatur arg. l. 2. §. 2. de I. Codic. l. 9. in §. de adim. leg. post. Zaf. in l. 34. §. 1. de leg. 1. Vasq. lib. 3. de succ. progr. §. 21. nu. 12. Sed & primæ ac secundæ tabulæ hic pro vno testam. l. 34. §. 10. de leg. 1. Duar. lib. 1. de l. accresc. cap. 5. b Exceptio est in Vstr. aliquibus casibus l. 10. de Vstr. accresc. l. 14. §. 1. de ra. ind. quæ regulam confirmat vid. Io. Sues. lib. 1. de iur. accresc. cap. 4. Hinc Q. An ius accresc. ad emptorem legati transeat? Affirmat Gomez. 1. resol. 10. num. 44. per dictam regulam, & quia nulla iura directâ manent apud venditorem legati. Sed Vasq. lib. 3. de succ. progr. §. 21. num. 72. & seqq. licet communis haec opinioem esse fateatur, ab ea tamen recedit, grauibus dicens impugnari fundamentis, quem vide & A. Fab. 50. error. prag. 6. **c** Qui re tantum coniungit, quemlibet ex sua ipsius persona totum habere principaliter vult, in consequentiam verò si alteruter non concurrat, partem Io. Sues. l. 3. de l. accresc. cap. 2. vid. & Duar. lib. 2. de acc. cap. 1. in fin. Gomez. 1. resol. 10. num. 42. Vasq. lib. 3. de succ. progr. §. 21. num. 29. **d** Dissent. Duar. lib. 2. de l. acc. cap. 3. volens proportionem legati cuiusvis accrescere & exemplo hereditatis S. lib. 7. c. 13. lit. T. & per l. 41. pr. de leg. 2. † Sed virilem partem vocat distinctè non tantum d. §. 11. sed & §. 8. d. l. yn. C. de cad. toll. vbi discrimen legati ab hereditate ipsa verba clarè innuunt. Et ratio differentia non mala quæ ab ipso Duar. affertur: Heredes pro qua parte succedunt, defuncti personam representant. Legatarij verò non in ius vniuersum sed rem tantum succedunt. Nec igitur interpretatio Duar. probanda virilem partem exponens partem viri cuiusque est æqualis non sit ex l. virilis 145. de V. §. e ita & Gomez. 1. resol. 10. numer. 43. quia re tantum coniunctus, non ab alio consequitur per ius allerendi, sed iure proprio per ius non decrefc. retinet totam rem postquam alius per concursum consequinoluit. Sed Ant. Fab. 50. error. prag. 3. absurdè circa ac iuris rationem Iustin. hoc discrimen inuexisse ac potiorè conditionem re tantum quam mixtum coniunctorum fecisse contendit, Imp. ipsum pluribus infectans. In quo resellendo, breuitatis studio nunc non immoror. f Et tunc grauamen non habet radicem & fundamentum cui iustitiat. Quando autem pars quasi caduca, vel caduca, grauamen, quod semel valuit in pertona Primi ex post facto durat Gomez. d. num. 43. Vbi autem cum onere accrescit tantum cum eo quod in dando, ve si in faciendo, quod æquè per alium impleri potest, cuius declaratio petenda ex l. yn. §. ne autem 9. C. de Cad. toll.

VEL (vid. sup. cap. 20. lit. A.) Ex QUANTITATÈ LEGATORVM cum dodrantem excedunt. **LEGE FALCIDIÀ.** Quæ tribunitia est, seu Plebiscitum, a vii & L. Aquilia. Sic enim dici cæperunt plebiscita a postl. Hortensiam, lata à C. Falcidio Trib. pl. tempore Augusti b Dion. in Augusto c Euseb. in Chron. c. quadam 6. b dist. 2. Cui causam dedit latissimâ licentia hereditatem legatis exhauriendi, qua fiebat vt supra iudicia sæpe destituerentur, nolentibus scriptis nullo aut minimo lucro se oneribus implicare. d Vt igitur heredes lucro aliquo inuitarentur. legatis modo iniecto, tentatum primò lege Furia, ne cui plus quam 1000. assium legatum capere liceret, Vlp. tit. 1. §. 2. Sed sic non satis prospiciebatur heredi. Poruit enim ex. gr. 5000. in bonis habens §. legatarij omnia relinquere. Idèd lata l. Voconia cauens ne plus aliquis legatarius haberet, quàm heres. e Cum què ne sic quidem satis consuleretur, vt Theoph. in pr. l. b. t. ostendit f Poterat quippe ex. gr. 100. in bonis habens 99. legatarios facere, per quàm minimo herede relicto, randem plenius cauit Lex Falcidia; ne plus dodrante bonorum legare liceret. **EIVS QUATVOR CAPITA.** g Quorum g tria in l. 1. pr. h. t. restituta sic à Duar. 1. disp. 58. qui istâ hac ab Amaro Ranconeto se accepisse profutur. I. Qui Cines Rom. sunt qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volent, quam pecuniam quasque res a quibusque legare volent, h ius potestatisque esto. His potestas, lege Furia & Voconia imminuta, restituitur, iis abrogatis. i Additur, vt hac lege sequenti licebit, vbi notandum, quoduis caput legis rectè legem dici. Nec rectè Vall. lib. 4. Eleg. cap. 48. in sectarij interp. quod singula Iustin. legislationis capita ll. appellat. II. Caput temperat hanc potestatem. **Quicunque civis Rom. post hanc legem rogatam testamentum faciet is quantam cuique cui Rom. pecuniam iure publico, id est, vt obseruetur forma testandi iure publico constituta, dare legare volent, ius potestatisque esto: dum in a detur, lo- k getur. & ne minus quàm quartam partem hereditatis ex eo testamento heredes capiant. III. Caput: Eis quibus quid ita datum legatumve erit, eam pecuniam sine fraude sua, (id est, vt Duar. 1. vt sine periculo & pœna quadrupli lege Furia statuta liceat vitra mille asses capere. Nam & fraus pœnam significat delicti comitem. Et sine fraude etiam quod sine periculo l. in. lib. 1. Quod sine fraude mea, populi que Rom. fiat) capere licet: Isque heres qui eam pecuniam dare iussus, damnatusve erit, eam pecuniam debet dare quam damnatus est. Quæ verba respiciunt legem Voconiam eamq; abrogant, qua cautum ne amplius legatarius caperet, quam heres, & ita si plus relictum esset ne heres dare cogereetur. IV. Caput desideratur. Eius hæc ferè sententia fuit. m Si quis aduersus ea que supra scripta sunt, supra dodrantem eorum bonorum dederit, legauerit, que bona cum moreretur (Mortis enim tempus spectari visum est. l. 73. pr. h. t. A quo nisi à lege) are alieno, funeris impensa, pretijs seruorum manumissorum ante deductis (§. pl. l. h. t. Nam hoc probable est sententia eiusdem, dum vult capere quadrantem. Neque enim verè capitur si non manet, sed ære alieno absumitur) habuit, quod amplius erit de singulis rebus, que data legatæ erunt, retinere heredi licet (nam imminutio dicitur fieri per legem l. 73. §. vltim. h. t.) praterquam si dos mulieris, aut res illius causa paratæ ipsi legatæ fuerint. Id enim nominatim expressum lege Falcidia l. 81. §. vltim. h. t.**

NOTA.

NOTATA.

a ita & Gouean. in prefat. ad h. tit. num. 1. & 2. Vult. in pr. l. h. t. & in §. 4. l. de I. N. G. & Ciu. num. 2. Hæc enim generalior est legis significatio, vt in l. 1. §. 1. Præd. cogn. vid. Brisf. in Lexico verbo, Lex Matthæac. lib. 2. de vid. iur. c. 22. nu. 2. b Anno A. V. C. 714. Vult. b. 2. miscel. 16. Duaren. 2. disp. 10. P. Greg. 42. Synt. 34. num. 3. Ab auctore itaque nomen habet. † Accur. in l. 1. h. t. putat sic dici à falce, quod defalceat & amputet legata, sicuti falx vitas ac segetes, Arq. in summa C. h. t. nu. 1. Parmenop. lib. 5. Promptuarij tit. 9. §. 1. Falsò quidem, sed si ad allusionem vocis respiciamus non incepte, Martet. tr. Quætarum c. 1. num. 17. c. lib. 48. pag. mibi 378. qui tamen in referenda legis sententia fallitur, dum putat quadrante accepto potuisse heredem reliquum dimittere. Vnde arguitur ab Alciar. §. Parerg. 24. Baldum ad rub. l. h. t. num. 4. & Chiflet. de Port. legit. c. vltim. Sane familiæ est alius auctoribus, aut sæpe labantur in referendis iis quæ ad ius pertinent. Sicut & Euseb. in l. Falc. sententia errauit. vid. Aymar. Ritual. libr. 2. hist. iur. civil. sub finem. d Nullus igitur magis interfuit, quàm testatoris & ipsorum legatariorum, libertatem legandi coarctari. Et consultitur l. Falcid. tam heredibus quam legatariis & ipsi testamento Baldum. de l. Falcidia vid. P. Greg. 42. Synt. 34. nu. 2. & 2. seqq. e Quæ eadem & liberalitatem testatorum in mulieres cohibuit. de quo vid. not. S. lib. 6. c. 17. lit. P. f Gouean. in prefat. ad h. tit. num. 13. & seq. Vult. in princ. l. h. t. m. 3. Matthæac. lib. 2. de vid. iur. c. 22. nu. 2. & 3. g Duaren. ad h. t. d. c. 8. putat plura fuisse capita per l. 81. §. vlt. h. t. Sed quæ ibi, refert noster infra ad 4. Caput. h ita & Baldum. de l. Falc. pag. 34. vulgò legitur vt eam pecuniam easque res † Duar. d. c. 58. errorem inde ortum, quod olim confundi solita g. & c. Sic enim reperimus relicum, loci, cond. pro reliquum, &c. (Cuius etiam commutationis plura exempla adfert Bau. Forner. 1. rer. quotid. 30.) Cum autem nullus sensus esset verborum cum & eas, factum vt reponeretur eam & eas. † Cuiac. in Par. C. h. t. legit Jam pecuniam, quasque res, pro suam, & ius, & pœnam. Male, cum & alienæ res ac quidem a sciente legari possint. Sane leuiusculæ hæc emendationes, quæ sententiam loci non peruertunt, nec ex ea quid immutant, alias æquanimius ferri possunt. Vulg. tamen lectio sensus constare poterit, si per elipsis subandiamus verba, qua de agitur, vel qua defertari vult, &c. Sicuti & in formula interdici. quæ prodigo fit §. Som. Pauli 4. §. 8. tibi ea re interdico. i Duar. 2. disp. 10. Et sic accipiendum quod in d. l. 1. pr. dicitur. Lex Falcidia libertatem legandi facultatem dedit. Non significatur quod datum leg. 2. tab. constituerit, sed quod eam, cui plurimum per ll. Furiam & Voconiam derogatum, integram restituit, Duaren. h. t. c. 1. k ita & Cuiac. in Par. C. h. t. vulgò legitur, detur legatum, eadem sententia l. 2. disp. 10. & h. t. c. 7. Gouean. in l. 1. pr. h. t. n. 18. & Forner. ad l. 131. pr. de V. Si quia fraus scriptis pro pœna l. 25. ad l. l. de adul. l. 12. §. 2. de adul. ed. Paulus lib. sing. de adul. in tit. 4. collum. ll. Mofati. vbi Pishæ. in not. refert ex Senio in 11. Ant. Fraudem veteres pœnam vocasse, ab eo quod præcedit, id quod sequitur, & Gou. in d. l. 131. nu. 4. propter archill. causæ effectusque copulationem per meronymiam fraudem hic significare pœnam. m Duaren. 1. disp. 58. hoc 4. Caput ita cum Ranconeto concepit: Si quis aliter quàm hac lege licet, pecuniam dederit, legauerit, heredi quartam partem eius pecunia, qua data, legata erit, ex eo testam. retinere licet. Idem hoc tit. cap. 8. hoc quartum Caput fuisse de retentione probat ex Cai. 2. Inst. tit. 6. §. 1. in fin. & l. yn. C. Quor. leg. Retentionem enim habet heres, quæ vitior ipsi est actioe, tametsi si per errorem tradiderit, etiam actioe repetat l. 1. §. 11. l. 26. h. t.

CAPUT XXIII.

Ratio ponende Falcidia in pluribus institutis vel substitutis, &c.

AD sententiâ legis Falcidiæ percipiendam, TRIA ANOBIS HIC EXPEDIENDA. PRIMò. QV D LEX VETET, & quorum heredum gratia? SVpra DODRANTEM LEGARE. Vno herede scripto res expedita est, siue semel ex æsse, siue ex pluribus partibus institutus, ex vna purè, alia sub conditione; vna onerata legatis altera non l. 1. §. id quod 13. l. in ratione 11. §. questum 7. ibi & aliam causam h. t. Ratio est in l. 52. §. 1. de acq. her. PLVRIBVS VERò INSTITVTIS IN SINGVLIS RATIO LEGIS FALCIDIÆ PONENDA, l.

in singulis 77. D. §. 1. l. h. Lex enim in quarta retinenda non vni heredi, consilium, sed omnibus. Quod sit si singuli hereditariæ portiones sibi delatæ quartam habeat. Quid autem si alter deficiat, ac portio eius cui fortè quarta totius hereditatis aut amplius relicta, ei, cui nec sua portio quarta integra relicta est, accrescat vel contrâ? Distinguitur. a Si exhausta pars eius qui adiit, debet alterius accessione, qua sit, quartam consequatur, contentus vt legata à se relicta integra præstare. Erta prodest legatariis accessio ad integra legata consequenda, quæ, si absque ea esset, non haberent. Si verò pars quæ accessit (siue iure accrescendi l. 78. h. t. siue substituit. vulgaris l. 1. §. 13. siue potestatis l. 21. §. 1. h. t.) exhausta; eius autem cui accreuit, pars integra quoad quartam, perinde poni debet ratio Falcidiæ, ac si ad eum pertineret qui defecit. Hæc distinctio dilucidè in l. 78. h. t. obscurius in l. 87. §. 4. posterius eius membrum in l. 1. §. 14. h. t. Ratio differentia: Si qui adiit suam partem oneratam habeat, sicuti ex persona sua à se legata præstat, ita sit habet si ex sua persona quartam consequatur. Consequitur autem parte altera accedente, quæ tacita quadam substitutione ei defertur l. si Titio 61. §. 1. de leg. 2. b Contrâ si portio b onerata accrescit ei qui suam partem integram habet, tùm legata partem accedentis præstat ex persona coheredis. Onera itaque illius agnoscens beneficio quoque eiusdem vitur, ne deteriore sic conditione quàm ille l. 10. l. qui in ius 177. de R. l. Hæc ipsa ratio reddita à Juliano in d. l. 87. §. 4. ibi, quia non suo nomine, &c. & à Paulo d. l. 1. §. 13. ibi, si ab eo nominatum, vbi & traditur aliud esse si relicta ita sint. Quisquis mihi heres erit, &c. Ratio euident. Cæterum prior pars distinctionis ita obtinet, si heres non extiterit, si cui portio non onerata delata, quæ deinde onerata accessit. Nam si semel extiterit heres, quamuis postea aliquo iure eius portio ad coheredem peruenierit. Ex. gr. per arrogationem illius post aditam hereditatem à coherede factam, manet integrum ius quartæ l. 1. §. 15. h. t. Quia hereditas ab vtroque adita incipit duorum patrimonium esse, c & proinde in vtriusque portione quartæ Falcidiæ locus. Posterior pars distinctionis habet exceptionem: Nisi coheres, cuius pars exhausta, viuo testatore decesserit l. 87. §. 4. h. t. vbi filius decessit, antequam extitit heres. Ergo viuo patre, quia mortuo patre suus heres statim extitit. Tunc enim solida legata præstata. Non ideo quia in d. §. 4. obuenerit pars defecta ex substitutione. Nam & in substitutione distinctioni dictæ locus d. l. 1. §. 13. h. t. a Sed quia viuo testatore decessit. Ad licet nihil interfit ad id, vt substituto locus fiat, viuo an mortuo parte filius deccadat, interest tamen multum quoad rationem legis Falc. ponendam. Ratio verò exceptionis, quia qui mortuus non potest verè dici institutus. Institutus enim quem testator semper heredem esse voluit: Nemo autem velle potest sibi heredem, qui non est in rerum natura. Solutus igitur coheres verè institutus ex vna parte purè, ex altera sub conditione quæ extitit. Ergò quarta semel tantum spectatur, vbi vnus heres l. 1. §. 7. h. t. e Et hæc itaque non tantum obtinent si ex substitutione accessit, vt in d. §. 4. sed et si alio quouis iure, ex eadem ratione. Vniuersæ verò distinctioni locus est in legatis eodem testamento relictis, non in iis quæ primis tabulis ab impubere, & secundis ab eius substituto relicta. Nam partes impuberis & substituti nunquam separantur, sed omnium quæ ab impubere & quæ à substituto legata, sit contributio, quasi ab vno herede relicta essent. Ita vt vna Falc. seruetur, habita ratione patrimonij paterni, quod fuit cum moreretur. Hæc enim regula veterum: In tabulis patris & filij vniam Falcid. seruari l. 11. §. 5. h. t.

h. t. Quoad explicatur in *d. l. 11. §. pen. ibi, nullam fieri posse separationem, &c. in l. duplicibus, 79. h. t.* Vis hæc est ut si substitutus, omnibus contributis, quartam habeat hereditatis paternæ ex persona sua, solida legata præstet ex persona impuberis, cuius portio exhausta & contra si quartam non habeat, possit eam detrahere de tota hereditate. Ratio est in *d. l. 79. in fin. & d. l. 11. §. 5. in fin.* Ex. gr. Qui habet 400. in bonis legat à filio hærede 200. & ab eius substituto secundis tabulis itidem 300. Moritur filius ante pubertatem. Quid iuris in præstandis legatis? Ratio dubitationis est, quia filius ex sua personâ Falcis, inducere non potuit, Superfuit enim illi non tantum quadrans, sed immodè semis. Ergo substitutus solida legata præstabit ex persona pupilli, seu æs illius alienum cui succedit, & quartam detrahet tantum de relictis à se, ut habeat 50. Ratio decid. quia non uti duæ hereditates hoc casu, ita duplex quarta. Sed contributioni locus est, ut toto patrimonio in unum permixto, & legatis inter se confusis, circa legem Falcid. totius æs ratio habeatur; & ubi omnibus contributis reperitur supra dodrantem legatum, immunitati locus. Obi. Ar quomodo quæ à substituto relictâ possunt videri relictâ ab herede, cum substitutus non sit heres patri, sed pupillo. R. Id ideo, quia subductis bonis aliis pupilli, quæ aliunde habet, spectantur ea sola, quæ à patre illi obenerunt. *d. leg. 79.* Pater igitur legans à substituto, non tanquam à substituto, sed veluti ab herede à se instituto legare videtur. Et hæc sunt rationes Papin. *d. l. 11. §. 5. & seq. Spectatur itaque & hic, æquè ut in institutis leg. 73. pr. h. t.* mortis tempus *d. leg. 79.* Ut si cum moreretur testator legata excesserunt dodrantem, detractio locus sit, quamvis non excedant, moriente pupilo, puta aucta hereditate. Si verò mortis tempore non excesserunt, sed postea deminuta est hereditas, etiam de suo suppleri cogitur substitutus *d. l. 11. §. 5. h. t. & substituit hic Don. scilicet quibus d. l. 11. §. 5. & 6. exponit. Quadam ex his superius, loco qui videbatur suo, inseruim. Liber eorum loco d. l. §. 5. breuem & paraphrasticam explanationem subicere, omnino ad mentem Donelli in scholis proditam. Regula est vulgata. In tabulis patris & filij vnam Falcid. seruari. † Eius hæc vis est, ut licet videri possit legata à pupillo relictâ substitutum semper solida præstare debere eaque cum æs alienum eius, cui succedit, prius deducere, ac tum demum à se legata habita Falcid. ratione, præstare, tamen aliud seruetur, vigore dictæ regulæ. Nimirum ut legatorum fiat contributio, specteturq; an in unum permixta æssum & patrimonio, quod fuit mortis tempore, excedant, ut res ita æstimetur, ac si omnia legata eodem testamento ab eodem legata essent. † Vnde fieri poterit ut aliquando substitutus nihil retineat, ubi scilicet legata ab utroque tempore mortis non excesserunt dodrantem, sed postea bona deminuta, ac quarta pars eis dececit. Hic legata integra præstanda, nihilque retinet substitutus. Contra aliquando substitutus plus quarta habebit. Ut si legata ab utroque excesserunt dodrantem patrimonij paterni. Hic deductione uti potest substitutus, etsi hereditas in immensum postea aucta fuerit. † Quid autem si patrimonium testatoris, quod, cum moreretur is, legatis supra dodrantem exhaustum non fuit, deinde adeo imminutum, ut moriente pupillo hereditas eius, ne soluendis quidem legatis sufficiat, nedum ut substituto quidquam relinquat? R. Primò quadrantem non deducit, licet eum saluum haberet, si statim successisset testatori. Et hoc est quod dicitur de suo quadrante dare substitutum. Proponit enim Papin. hereditatem non planè absumptam, sed legatis non sufficere, retentis scilicet. illo quadrante qui à principio saluus erat. & Ac si nec quadrans is suffi-*

† vers. quamvis enim.

† vers. secundum quæ.

† vers. Quid ergo.

ciat, etiam de suis bonis explebit legatarios. Nec conqueri potest heres, quia liberum ei fuit non adire *l. 73. pr. ibi, nec ea res, &c. h. t.* Neque testator de alieno liberalis fuit, sed de suo legauit à substituto, quem æquè ad sua bona vocauit. † Nec obstat, quod legata ultra vires patrimonij nunquam debentur. Nam neque hic debentur ultra vires patrimonij paterni, quod fuit cum moreretur. Et tabulis secundis relictâ habentur ac si essent relictâ primis, & ita non tanquam ab herede pupilli, sed testatoris; sub conditione ea scilicet qua institutus est, puta propria eius substitutionis *l. 109. de cond. & dem.* Atque ita, in hac parte iuris, ut in aliis quibusdam, non omnibus, testam. patris & filij pro vno habeatur. Hæc *d. §. 5.* Sequitur in *§. 6.* † Quid si ex. gr. 400. in bonis habens, filio ultra dodrantem non onerato, pone ab eo legata 200. duos substituat, vnius portionem non exhauriens, puta 100. ab eo legans, alterius exhauriens 200. ab ipso relictis. Quid cum nec pupillus nec alter substitutus non oneratus si vnus esset, quia tum contributa legata à pupillo & à se efficerent 300. quartâ detractâ legata imminuerent, an substitutus oneratus eam possit inducere? † Ratio dubij, quia aliquando potest substitutus supra vires facultatum pupilli conueniri. Quare cum hic legata ab vno substitutorum non excedant dodrantem, videtur nec alterum posse deducere, quia ab initio legi Falc. locus non fuerit. † Contra R. I. C. † Ratio decid. Si ipsi patri heres ex institutione existisset, utique quartam suæ portionis detraheret à se relictis, etsi à coherede nihil legatum foret per regulam *l. 77. h. t.* Idem igitur hic, cum ut supr. dictum perinde habeatur ac si patri heres fieret & eodem testamento legatum à se esset. † Ut enim secundæ tabulæ, ac quæ in eis fiunt. (Hæc enim per opus patris, intelligit I. C. malè Florentiæ legitur opes, i opes. Opes enim capiunt formam & originem non à patre possessore, sed à natura, cum res prius sint & originem habeant, quàm in opibus aut bonis esse incipiant) itemque contributio legatorum à patre eiusque testamento ut sint & consistant accipiunt; seu vis contributionis inde est, ut ita habeatur legata à substitutis ac si ipso patris testamento reliquerentur, & ipsa substitutio ab institutione vim capiens, pro institutione patris haberetur. Hinc fit ut subducta persona pupilli, id est, morte eius loco substitutionis factæ, substituti reuocandi sint ad intellectum institutionis, id est, intellectu perinde habendi ac si essent instituti. Propterea uti in singulis heredibus *l. 77. h. t.* ita & in singulis substitutis ratio Falcidiz ponenda. † Quid autem iuris in altero substituto, à quo posuimus 100. legata, cum ad 200. vocaretur, si ex persona impuberis, à quo 200. relictâ posuimus, ei 100. accedent pro dimidia parte sua, ut ita tota eius portio exhauriatur, an Falcid. deducit? † Pro negatiua facit, quia quartam habet scilicet si eius personam solam, remota filij persona, spectes. Licet igitur cum pro instituto habeamus, non tamen hic idem erit quod in substituto, quia non æquè huius ut illius portio onerata. † Pro affirmatiua deductio ad inconueniens. Si negamus deduci Falcid. eaque legata quæ ab ipso relictâ sola spectamus, sequitur regulam de contributione legatorum, tam quæ à pupillo, quam quæ à substituto relictâ, firmam non esse. † Vt utique igitur substitutus retinebit quartam, sed diuersimodè. Ille qui suo nomine legata præstat ut institutus. Hic qui accidentibus demum legatis à pupillo relictis oneratus esse incipit, ut substitutus. In re ipsa tamen nihil interest. † Denique cum à pupillo relictâ dodrantem non excedunt, verendum tamen ne eo mortuo inueniantur à substitutis legata, quæ contributione factâ dodrantem excedant, officium tutoris est, ut legata soluens

Nec ad rem.

† vers. Si filio, &c.

† vers. Et facili quæ.

† vers. Sed vti oris est.

† vers. Vt enim opes.

† vers. Quid tamen.

† vers. Quia.

† vers. Rursus si negamus.

† vers. Itaque varietas.

† vers. Huic obsequens.

soluens cauere curet à legatariis, ut quantò ampliùs quàm per l. Falc. licet, ceperint, id restituant *l. 1. §. 12. h. t.* Hæc stipulatio mortuo impubere, committitur substitutis pro portione, quam quisque de legatis in quartam retinere potuisset.

NOTATA.

a Distinctio vulgata est non onerata parte accedente onerata, augeri legata. Onerata autem accedente non onerata non augeri vid. *Duar. h. t. c. 8. Cuiac. 4. obs. 35.* Quoad posteriori tamen partem contentio fuit inter Cassium & Proculum *d. l. 1. §. 14. h. t.* Ex Cassij sententia confundendæ portiones ut augeatur legata, ac integra præstetur, modo ex vniuersa hereditate quadrans haberi possit. Ex Proculi opinione separandæ, ut nihil plus præstet qui accessit, quàm præstiturus is à quo relictâ, si suam partem, legatis grauata, agnouisset. Et Proculo adfensit Iulianus, Cassianorum ceteroquin penitissimus *d. §. 14.* Obi. At ibid. Antonin. iudicasse dicitur portiones commiscendas esse. *Cuiac. d. c. 35.* firmissime adfuerat negationem deesse, legendumque non commiscendas. Idem tamen *15. obs. 14.* aut deesse negationem, aut Paulum decretum Antonini non probare. *Quod posteriori videtur & Duar. h. t. cap. 8. & A. Fabio 4. Coni. 13. p. 178.* Denique *Cuiac. 25. obs. 23.* putat Paulum Cassij sententiam, quæ ipsa ab Antonino confirmata fuerit, probare ac pro Proculo, reponit Cassio quod nimirum Iulianus. Cassio adfensit. Atque ita Cuiac. ter in hac quæst. variat, † *Gouean. in d. l. 1. §. 14.* difficultatem non attingit, quam & Don. noster hic præterit. Potius quàm ut Antonini sententiam nudè referri dicam, credamve I. C. Paulum autem de duabus opinionibus, quæ hinc inde probabiliter arbitrari possunt, alteram rescripto Principis expresso approbatam, alteri postponere. Potius quàm lectionem affirmantem in negantem commnem, dicam Antonini rescriptum intelligi debere sed specie non eadem, sed diuersa, quando scilicet portio non onerata accessit onerata. Nam vtiut I. C. non vocula sola aduersatiua, sed quæ argueret contrariam decisionem Imperatoris, verum sed & quæ & voculæ coniungunt species diuersas. Vel poterit accipi quando vtraque pars onerata & supra dodrantem exhausta. † Ceterum alias huius distinct. difficultates accuratè videtur expeditis noster, ut vix possit melius, meâ sententiâ. Quare in referendis aliorum diuersis opinionibus hic mihi repero, quas qui hæc explanationem nostri menti probe infixit, falsas esse ætenuis facillè deprehendit, quatenus ab hac aliena. Inuat tamen exemplo eam declarare Pone: Caius & Seius heredes instituti ex semissibus cum in bonis testatoris essent, 800. A. Caius legata sunt 400. vel 350. & ita portio eius vel onerata supra dodrantem, vel planè exhausta A. Seio nulla legata vel infra dodrantem relictâ. Seio deficientis Caius, propter obuentiorem partis sui coheredis, præstat solida legata, quæ si coheres concurrisset, imminuta præstaturus. Atque ita commodo legatariorum cedit illa accessio. Contra si Seius portionem suam agnoscat, ac Caij repudians aliâ ve ex causa non existens (præterquam si viuo testatore defecerit) pars ei accedat, nihil id proficit legatariis, sed æquè ea immittit Seius, tantumque is detrahit, quarum ipse Caius, si existeret heres tamen ita eueniat, ut qui vnus heres est sine socio, longè tamen plus quadrante hereditatis consequatur. & c. b. *Goueano in d. l. 1. §. 14.* hæc ratio videtur quia repudiante coherede, videtur alter agnoscentis, ab initio ex parte vtraque institutus, idque potestatis iuris, non patientis ex parte aliquis ut sit testator. † *Ant. A. Fabio 4. Coni. 13.* videri hoc casu existere ex parte coheredis institutum sub conditione si is repudiauerit arg. *l. 35. de acq. her.* Quod in effectu cum ratione nostri conuenit. Dices. Huic rationi æquè locus si pars onerata accedit integræ. R. ego. Est quidem, ut æquè is heres, cui repudiatis pars grauata accreuit, quia solus existat, videri possit ex æssu vnus institutus. Sed non ideo videri possit legata nominatim à coherede deficientis relictâ, ab ipso relictâ, quæ illo altero casu verè sunt, ac is nominatim dare iussus. Ac si hic spectaremus solam heredis existentis personam, nihil omnino legatorum nomine, quippe quibus ipse præstandis grauatus non esset, exsolueret. tantum abest, ut illa vel integra vel ampliora, quàm coheres iste suis nominatim grauatus præstaret, si existeret, exsoluere cogere. Spectatur igitur in eo persona coheredis, à quo relictâ sunt, & ne voluntatis defunctorum intercedant, & ne quis ex cuius personâ lucrum affectat, onus recuset. Sanè si idem statueretur in parte exhausta obueniente integræ, quod in par-

te integræ obueniente exhaustæ, ut videl. vtroque quicquid legatorum dodrantem hereditatis non excedit, integram præstandum esset, eueniret sepe, ut portio accrescens damnosa sit ei cui obuenit, ipsiusque portionem, quàm suo iure & ex personâ suâ expressæque testantis voluntate haberet, imminueret. Quod fiet si portio alterius ultra vires onerata. Pone. In hereditate 800. Caius & Seius heredes. A. Caius legata 600. à Seio nihil, vel à Caius 100. à Seio 100. Si Seij portio obueniat Caius, quia per eam fiet ut quadrans totius æssis videl. 200. ipsi sit integer, ideo legatis nihil omnino detrahet, qui coherede concurrente ultra 300. præstaturus non erat, quippe cum quarta sui semissis (utpote 100. ei salua esse deberet. Nec quisquam dubitet hoc casu etiam 200. illa quæ vires portionis grauati excedunt, præstanda. Præterquam enim quod nihil sic iniqui statuatur in Caium, quæ vtiq; 100. plus habebit, quàm si portio altera non accessisset, etsi tum 300. sola legatariis præstaret, nihil quoque voluntati testatoris aduersum, sed immò conueniens, cum sic fiat ut exitum illa sortiatur. Necesse est etiam sic statui, ut quia is vnus heres est, nec deficientis coheredis persona spectari potest, utpote à quo vel nihil, vel multò minus dodrantem relictum, ex sua persona inducat Falcidiam. In quam imputat quicquid iure hereditario percipit *l. 91. h. t.* & sic etiam portionem accrescentem quàm certè habet iure heredis. Et diuerso si Caij repudiatis portio obueniat Seio, si idem iuris esse velimus, contingeret ut qui, si nihil ei accreuisset, suum semissem scilicet 400. integrum, vel pauillum delibatauisset, si ponas 100. ab ipso legata, habiturus, nunc propter obuentiorem partis onerata ei 200. vel 100. decedant, ut æquè sola 200. quæ quadrantem æssis totius efficiunt, retineat, nihilque plus habeat, quàm coheres, si se deficientem sua pars illi obuenisset. Atqui hoc ne fiat obstitunt. 1. Acquis, quæ factum alterius (vbi hic est repudiatio coheredis Caij) alteri fraudi esse & iniquam conditionem adferre non sinit. 2. Voluntas defuncti, qui nihil à Seio legando portionem ipsam adscriptam integram nec delibatam habere voluit. 3. Ratio iuris, quæ non patitur ex personâ alterius Falcidiz rationem haberi; quam à quo ultra dodrantem relictum. Hic autem ultra dodrantem non Seius, sed Caius grauatus est. Itaque si velimus legata seruare, necesse est ut spectemus personam Caij, & quæ eam in exsoluendis relictis sustinere Seius fingatur, ideoque omni illius iure vtatur, & sic non plus præstet, quàm 300. quantum ipse videl. Caius præstaturus, si Seio concurreret. Ut ita non damnosa sit ei accretio, sed in 100. lucrosa, cum & oneri præstationis à qua aliàs immunis foret, cum subiciat. Erit videtur. c. ita & *Gouean. ad d. l. 1. §. 15.* quia nec ex re testatoris mea portio augetur, cum adita hereditas, res testatoris esse desinat. Non malè, sed malo sic. Quia tunc non percipitur iure hereditario, sed alio titulo, & ex solo arrogari facto, ideo non imputatur in Falcidiam *l. 91. h. t. d. Dissent. A. Fabio 4. Coni. 13.* putans parte onerata ex substitutione vulgari obueniente non onerata legata augeri & pleniora præstari. *Discrimen inde esse quod ius substitutionis ex voluntate testantis, ius accrescendi ex lege. Sed rectè noster. Et refellitur Faber ex d. §. 13. ibi sed ea quæ ab eo legata sunt, si omiserit hereditatem non augetur, quæ minimè accipi possunt de iure accresc. cum §. totus aperte sit de substitutione, & vocula eo referenda ad voculam coheredem, prioris vers. nec patitur planè diuersum casum constitui. Sed vti prior §. vers. de parte non onerata ex substitutione accedente onerata, ubi id proficit legatariis existentis, ita posterior vers. de onerata ex eadem substitutione accedente non onerata, ubi legata ab eo (nimirum de quo dixerat, illum si existisset, accreta coheredis portione, non exhausta, legatariis suis plena legata exsoluaturum sit repudiauerit non augetur. Denique in §. seq. 14. demum ponitur de onerata iure accrescendi integræ accedente. Quomodo vero in d. §. 13. simpliciter assereret I. C. legata non augeri, si id interpretaris de iure accresc. cum Fabio, cum in §. seq. de illo contentione inter Cassium & Proculum fuisse tradat. Dicit Faber. *d. vers. sed ea §. 13.* loqui de parte repudiata accrescente *d. §. 14. de parte defecta per verbum vindicauero. iunct. l. 5. in fin. de vulg. Malè. 1.* Quia nulla consequentia. Pars defecta accrescens vindicari potest *d. l. 5. in fin.* Ergo repudiata accrescens acquirit. 2. Quia dicitur portio coheredis obueniens vindicari. Ergò saltem ei delata fuit hereditas. Nam qui planè deficit & nec existere potuit, vel quia ante testatorem mortuus, vel quia incapax, heres dici nequit, ideoque nec coheres nisi valde abusue arg. *leg. 221. de v. s.* Postremò vtgetur illa opinio itidem incommotis, de quibus *S. l. i. B. quod si ita statueretur euenire possit minus ex hereditate iustitaturum, cui coheredis portio ex substitutione obueniret, quam**

D. g. p. a. Cai. legata leg. a Seio 500.

quam si suam solam habiturus, si videl. ponas ultra vires portionem eius, cui substitutio facta, legatis onerata. Nec ratio differentia à Fabro allata obstat. Nam & ius accrescendi est ex voluntate testantis tacita, eodem modo quo vulgaris substitutio tacita pupillari expressa contenta, in qua tamen idem iuris statuendum, quod in vulgari aperta. † Aliter Cuiac. 4. obs. 35. putans in d. leg. 87. §. 4. necesse esse ut intelligamus adscriptam fuisse generalem repetitionem legatorum vulgò vtitam. Alioqui ibi heres de legatis ab eo cui substitutus, nihil omnino debuisset, cum tempore Iuliani, qui auctor d. leg. 87. rescriptum Severi, quod legata ab instituto ceteri debeant repetita à substituto, leg. 74. de leg. 1. nondum editum esset. Sed rectissime hæc refellit Faber. d. lo. Quod mera hæc diuinitio nec ex verbis d. §. 4. elici possit. Quod sola repetitionis ratio durius substitutum non adstringat, quam institutum (quod probè notandum contra ipsius: Fabri sententiam.) Quod rescriptum Severi innotuit voluntati defuncti d. leg. 74. l. 4. C. ad Trebell. vid. inf. cap. 29. ideoque non tam nouum ius induxerit, quam certum constituerit. e Cum obsecrauit d. §. 7. sententia exemplo eam exponam. Qui in bonis habet 800. filium impuberem ex vno. Seium extierum, id est extraneum, non suum, ex altero femisse scribit heredes. Filio Seium eundem in secundum casum substituit. Primis tabulis à filio legat 200. à Seio 200. Secundis tab. à Seio relinquuntur eidem 200. Vterque heredem cernit. Impubes moritur. Quæritur cum hic stipulata legata reperiantur, an omnia in vnum commiscenda, & cum contributa efficiant 600. nec dodrantem excedant, an legata integra præstanda, vt sufficiat Seio, quod quadrans totius assis nimirum 200. ipsi superfit. An verò separanda ea quæ à Seio, vt in instituto, legata sunt, confundenda autem tantum quæ ab ipso seu substituto relicta, cum iis quæ pupillus præstare iussus. Vt ita Seius 200. habeat integra iure suæ institutionis, & in altero femisse ex substitutione accrescente, qui totus exhaustus reperitur, iuducta Falcidia detrahatur illius quadrantem, nimirum 100. Vt in vniuersum Seius retineat 300. Posterior hoc deciditur, statuiturque diuersa ratio eius, qui duas pluresve partes hereditatis ex institutione habet, vnam purè, aliam sub conditione ac eius qui vnam ex institutione, alteram ex pupillari substitutione nanciscitur. f ita & Gouean. in d. l. 11. §. 5. † Cuiac. 4. obs. 34. sic ponit speciem: Patremfam. relinquens 400. legat à pupillo 100. à substituto 200. Perierunt ex hereditate 100. Patris hereditas sufficiebat legatis, salua Falcidia: Pupilli non sufficit. Solida tamen ea præstat substitutus. Contra: Patremfam. 400. habens in bonis, à pupillo 100. à substituto 200. legat. Creuit hereditas in 200. Opes patris spectantur, & substitutus detrahit 100. Ac sic consequitur 300. multò plus quarta. g Et ita retineri potest vocula, quadrante, quam ceu interpretis & irrepitiam expungit Gouean. in d. l. 11. §. 5. non improbabilius tamen. Probabilius certe quam Cuiac qui 4. obs. 34. negat de proprijs bonis heredem vnquam soluere, quid cogi, nisi hodie non confecto inuentario. Et ultra vires hereditatis præstare exponit præstare non totam hereditatem exhaustam. In specie verò, quam noster ponit, legata non tantum exhaustam, sed immò assem excedunt. † Puto autem non in eadem specie in veris. Quod tamen, exprimitur ICum quid iuris in altero non onerato substituto ratione quartæ. Nam cum in priori specie ne quidem accedentibus legatis ex persona pupilli pro sua dimidia præstandis, ultra dodrantem oneratus reperitur, nec illi questioni locus est. Sed transire eum ad aliam speciem, quod & conuincunt verba, de alterutro. Non dicit de altero, in casu relato, sed de alterutro, id est, vno ex duobus, siue hic sit, siue ille. Species sic poni poterit: Habens 400. in bonis datis filio instituto; à quo legauit 60. duobus substitutis Caio & Seio; à Caio legat secundis tabulis 170. & sic oneratur ultra dodrantem suæ portionis. A. Seio relinquunt 150. & sic is nomine proprio non est oneratus. Propter tamen accedentia 30. ex persona pupilli reperitur oneratus, cum legata si integra præstanda sint 180. & sic 20. tantum retineret nec quartam suæ portionis. Queritur igitur an Falcid. inducat. Ratio dub. quia hic non est locus comparationi instituti, vt in prioris specie. Ibi enim oneratus tantum ex sua persona habetur pro instituto, ac si primis tabulis scriptus esset. Hic si idem dicamus euenire vt à se tantum legata præstaret 150. à pupillo autem relicta, omnino intercederent, quia si fingitur institutus non potest aliquid præstare vt substitutus. Nec possunt duo diuersi respectus in vnum, ratione eiusdem concurrere. Non potest quis in eodem femisse ceteri institutus primo & secundo gradu, tametsi

tempus succedat, mutatione inserim & imminutione bonorum cõtingerit. Atqui in præserti substitutus à quo 200. relicta, si statim cum moreretur patremfam. succederet, vtique deduceret Falcid. Non itaque vera est ea, quam Donell. ponit, dubit. ratio. Rationes verò dubit. veras esse oportet non falsas, licet distent in eo à ratione decid. quod hæc & vera: & bene applicata, illæ veræ, sed malè applicatae Ant. Fab. ad leg. 51. pr. de part. Quid igitur habendum? Coniecturam meam proferam, paratus relinquere, certiora edoctus. Videretur species ponenda, vbi à pupillo infra dodrantem relicta: forte 100. ab altero substituto nihil, ab altera 200. Hic quia legata in vniuersum dodrantem totius assis non excedunt, videri poterat, quicunque casus existeret integra legata præstanda. Nam cum vna esset institutio, videbantur semel tantum & vnica Falcidia, ratione totius assis, inducenda. Cui consequens videbatur, vt casu substitutionis eueniente, alter oneratus, licet in femisse hereditatis tantum 200. accipere, tamen 250. & ita ultra vires portionis suæ, videl. 200. à se relicta & 50. ex relicta à pupillo. (Reliqua enim 50. excludenda à substituto) præstare cogetur. Neque hoc omnino absurdum videbatur, sed consequens eis, quæ de patrimonij ratione dicta erant; id videl. spectari quod fuit tempore mortis, vt si cum ex asse quadrantem relinquant legata plena præstanda sint. Sed ratio decid in regula illa: In singulis heredibus rationem Falcid. componendam esse. Quæ licet sit de institutis, ac hereditibus testatoris, ex ratione tamen eadem trahitur quoque ad substitutos, vt hoc quidem noster rectè exponit. i Sed recta Florent. & recepta lectio neque hac immutatione, neque etiam traiectione verborum, quam Gouean. in d. §. 6. facit, opus. Vbi IC. sic loqui reperitur: Opus patris, id est, actus à patre celebratus; Opus facere, inchoare, incipere, perficere, locare, extruere, demoliri, nanciare legimus frequenter, sensu longè diuerso. Opus pro actu aliquo & dispositione vel inter viuos vel vltima voluntate nulli inueniri arbitror. Et vtur sic dici possit, ecur tamen IC. hic cum speciale nomen supererit, vteretur generalissimo. Nec absurdè dicuntur opes patris capere formam & originem ab eo. Licet enim res ipsæ quæ sunt in opibus à natura vt sint acceptæ, tamen vt sint in bonis & opes habent à patre qui eas acquisiuit: Opes enim non pro rebus, sed pro bonis ac patrimonio vlturpantur, vt l. 3. ibi. & hereditatis opibus adiunare, & ibi amplius opibus. C. de natural. lib. & apertius in lib. 7. C. de inoff. donat. k Nec hæc expositio placere potest Nam nihil immò habet ante existentem conditionem substitutionis. Nec potest vel oneratus vel non oneratus substitutus prius haberi pro instituto, quam substituta persona pupilli, id est, eo mortuo. Mortuo autem eo certissimum est in specie Donelli, æquè eum oneratum ac eius portionem exhaustam. Sed & hypotheca Donelli non conuenire patet inde, quod hic dicitur, aliquid ultra dodrantem esse in omnibus. Quibus significatur aliquantulum excedere legata dodrantem, non totam hereditatem exhaustam. In specie verò, quam noster ponit, legata non tantum exhaustam, sed immò assem excedunt. † Puto autem non in eadem specie in veris. Quod tamen, exprimitur ICum quid iuris in altero non onerato substituto ratione quartæ. Nam cum in priori specie ne quidem accedentibus legatis ex persona pupilli pro sua dimidia præstandis, ultra dodrantem oneratus reperitur, nec illi questioni locus est. Sed transire eum ad aliam speciem, quod & conuincunt verba, de alterutro. Non dicit de altero, in casu relato, sed de alterutro, id est, vno ex duobus, siue hic sit, siue ille. Species sic poni poterit: Habens 400. in bonis datis filio instituto; à quo legauit 60. duobus substitutis Caio & Seio; à Caio legat secundis tabulis 170. & sic oneratur ultra dodrantem suæ portionis. A. Seio relinquunt 150. & sic is nomine proprio non est oneratus. Propter tamen accedentia 30. ex persona pupilli reperitur oneratus, cum legata si integra præstanda sint 180. & sic 20. tantum retineret nec quartam suæ portionis. Queritur igitur an Falcid. inducat. Ratio dub. quia hic non est locus comparationi instituti, vt in prioris specie. Ibi enim oneratus tantum ex sua persona habetur pro instituto, ac si primis tabulis scriptus esset. Hic si idem dicamus euenire vt à se tantum legata præstaret 150. à pupillo autem relicta, omnino intercederent, quia si fingitur institutus non potest aliquid præstare vt substitutus. Nec possunt duo diuersi respectus in vnum, ratione eiusdem concurrere. Non potest quis in eodem femisse ceteri institutus primo & secundo gradu, tametsi

metri possit in diuersis assis partibus: vt cum coheres coheredi substituitur. Quod si itaque pro instituto eum habebimus, non poterit videri oneratus, cum legata à se tantum relicta præstet, & ita quadrans ipsi citra deductionem integer sit: Atque hunc sensum esse suspicor verborum atquin quartam habet. &c. Contra tamen deciditur ex ratione ea quam Don. noster exponit. Atque ita Caius nomine proprio deducit quartam, quasi institutus, quia nihil est quod in persona eius fictionem impediatur. Seius verò vt substitutus beneficio contributionis. Cui. 4. obs. 35.

C A P V T XXIV.

Contributio relictorum.

SECUNDO (de 3. vid. c. 26.) QUANDO SVpra DODRANTEM LEGATVM. Hoc vt sciatur EXQUIREnda QUANTITAS ET LEGATORVM (& vid. c. seq.) FIT Igitur CONTRIBVTIO, IN QUAM VENIUNT omnia non tantum LEGATA ET FIDEICOMMISSA. Sed etiam DONATIONES MORTIS CAUSSA l. circa 66. §. vltim. l. si mortis §. l. pen. C. h. r. b. item INTER VIRVM ET VXOREM MORTE CONFIRMATA l. 12. G. h. l. 32. §. 1. D. de don. int. vir. c ET MORTIS CAUSSA CAPIONES, id est, quorum capiendotum occasio ex morte obuenit l. 3. r. de mort. ca. d don. d cum in superiorum aliquam speciem non cadant, vt data conditionis implendæ causa ab herede alteri; Si institutus sit ita e. g. Si 10. Titio dederit, quæ legari nomine non veniunt, nec necessitate præstandi adstringunt l. 8. si quis omis. ca. testam. Et hæc imputantur ex constitut. Justin. c leg. pen. Cod. hoc tit. (Olim forte fecus.) Alias enim aperte Lex circumueniri, eique fraus fieri possit. Exc. Nisi tamen heres ea præstiterit, quæ etiam non præstaret, nihilominus heres esse possit. Vt in hac specie: Heres si penum non dederit, 10. dato. Hic si 10. dederit imputatur ea in Falcid. quia verè legata. Sin penum, non; licet mortis causa capiatur l. 1. §. 8. hoc tit. Neque sic fit fraus legi. Nam sibi imputet, quod penum præstare maluerit. Nisi tamen antequam moram fecisset, heres penum præstiterit. Tum enim ipsa legata videntur, ideoque imputatur d. §. 8. † Vbi autem interpellatus non dedit, transmissa est obligatio 10. & penus desit deberi, vt existente conditione, sub qua pœna dandorum 10. adiecta. Vnde nec in petitione penus esse dicitur l. 1. de penus. leg. g Quomodo autem solui potest post moram, si non debetur? h. Quia heredi rem offerendo moram purgare licet vsque ad litem contestatam l. 9. r. §. 3. de P. O. Sed ita hæc omnia imputantur si VTLIA. Non enim legatum rei quæ legari nequit l. 30. §. vlt. h. Non quod heredi à semetipso vel seruo eius legatum d. l. 30. §. pen. nec quod à seruo instituto domino cui quaritur hereditas l. 20. hoc tit. h Nec nomen debitoris, qui non soluendo, legatum alij: Si verò ipsi debitori legetur imputatur l. 22. §. pen. & vlt. hoc tit. Et hinc decisio l. 82. hoc tit. ET IN QUANTVM VTLIA, seu quatenus commodum ex eo percipere potest legatarius. Vt si creditor debitorum legatum, ita tamen vt plus sit in legato quam debito, non totum, sed in tantum, quod commodum adfert, in computationem venit l. 1. §. 10. i l. 5. hoc tit. † Si fundus certo pretio vendi aut emi iussus, non totum pretium, nec totum fundum, sed quod ultra iustam æstimationem fundi fuit, quantum pluris emit, minoris vendidit, heres computabit, l. si dignum 19. l. 30. §. 1. hoc tit. Aliud est si fundus 20. dignus, legatus Titio sub conditione si 10. heredi daret. Nam totus fundus computabitur l. 40. §. 1. hoc tit. Immo et si fundus cuius iusta æstimatio 50. sub conditione si 50. daret heredi, relicta, fundus tamen totus veniet l. 65. hoc tit. Ratio differentia, Pretium capit heres

caussa sua. Quæ verò conditionis implendæ causa à legatario præstantur pro pretio non accipiuntur l. 30. §. 7. hoc tit. k Quod si in diem aut conditionem legatum sit, quantum interim heres lucraturus ex fructibus vel vsuris, tanto minus erogare censetur l. circa 66. l. 73. §. in diem 4. hoc tit. Si vtile legatum exquirendum quanti sit & quomodo æstimatio faciendæ. P. Pretia rerum non ex affectu ne vtilitate singulorum, sed communiter funguntur l. leg. 63. pr. hoc tit. id est, tanti res æstima mandata quanti verè est & omnibus valer, non quanti alicui ex affectione l. 33. ad l. Aq. seu Secundum rei veritatem & presens pretium l. 42. l. 62. §. vlt. non formali pretio, id est speciali. m Sic enim forma pro specie generi subiecta apud Cic. in Top. Specialis pretij exempla in leg. 60. §. 1. l. 61. l. 63. hoc tit. Quid si commune pretium res non recipiant? Vt annua legata, alimenta, vsusfructus. In his incertum est quantum sit in legato. Nam aut infinitæ sunt præstationes, aut, si morte finiuntur, incertæ. De his sic ius est. Si quid annuum Reipublicæ relicta, quia ciuitas non moritur & legatum perpetuum l. 6. de ann. leg. tantum censetur legatum, quantum sufficit sorti ad vsuras trientes eius summa colligendas l. 3. §. vlt. hoc tit. E. g. Si quatuor annua 100. legata videntur. Quantum igitur de 100. detrahetur; si semel præstanda essent, tantum, pro portione, de quatuor singulis annis. Vt si de 100. deducantur ob Falcid. 25. de 4. detrahetur 1. & quotannis præstabuntur 3. n Ad trientes autem potius vsuras quam ad semisses vel besse sit æstimatio, quia illæ leuissimæ ac facillè sine detrimento cuiusquam colliguntur Capitolin. in Anton. Pio. Fœnus trientarium, id est, minimis vsuris, exercuit, vt plurimos adiuuaret. Sin priuato quia morte extinguitur legatum l. 4. de ann. leg. o sic æstimatio fiet aduersus legatarium vt si in præfenti non exeat dodrantem, solidum soluatur. Cum autem ille annus venerit, vt collatis pensionibus præcedentium annorum dodrans excedatur, retrò omnia legata singulorum annorum minuentur l. Lex Falcid. 47. hoc tit. Antea autem hæc cautio est heredi, nisi interposita stipulatione de restituendo si quid amplius quam licet, cepit, præstet l. 1. §. 16. hoc tit. Et sic fit æstimatio aduersus legatariam, ipsum cui annua relicta, quia incertum est an tamdiu victurus, vt Falcid. locus fiat. p Quod si apud iudicem Falcid. ratio habeatur inter heredem & alios legatarios, tanti legatum æstimatur, quanti venire potest, l. 55. hoc tit. Obi. In legato annuo sunt multa legata eaque conditionalia l. 1. §. 16. hoc tit. In conditionalibus autem non spectatur quanti venire possint l. 45. hoc tit. q. In conditionalibus, scilicet exceptis annuis, d. l. 55. Nam alia ratio est ceterorum conditionalium. In quibus vnum legatum, cuius æstimatio eueniente conditione certa, ante eam nulla. Quare cautio interposita heredi satis prospicitur. Contra in annuo multa sunt legata d. §. 16. Nec qui vno anno præstitit heres, sit an altero quoque præstiturus sit. Ne igitur singulis annis noua fiat inductio Falcidia l. 47. hoc tit. expeditius est in vnam æstimationem conficere. Est & alia computatio in hoc genere, de qua in l. 68. hoc tit. vt tot annorum fiat computatio quot probabile est legatarium superuicturum. Licet autem d. l. 68. de alimentis & vsufructu loquatur, ad alia tamen legata annua æquè pertinet, q cum legato q vsufr. similia sint l. 8. de ann. leg. Diss. plerique. 1. quia alimenta vendi nequeunt. Annua legata possunt, ideoque alia in iis potest fieri computatio, quanti vendibilia d. l. 56. h. r. r. At vsufr. etiam vendi potest l. 67. de vsufr. Et tamen in eo hæc computatio. Deinde nihil impedit duplicem in legatis annuis fieri posse æstimationem eam quæ in l. 55. & eam quæ in l. 68. h. r. prout

hæc vel illa heredi commodior. Id difficultatem habet in d. l. 68. in fin. pr. quod eadem 30. annorum computatio fieri dicitur in Vusu. Reip. legato, cum tamen is 100. annos duret l. 56. de Vusu. &c. ideo quia citius bello euerit ac hominis exitum pati potest l. 21. Quib. mo. vs. amitt.

NOTATA.

a Licet enim Duar. h. t. c. 7. Fachina. 5. Contr. 12. contendat ad fideicommissa singularia non pertinere legem Falc sed SC. Pegasianum per §. 5. v. ex singulis l. de fidei. hered. & quia tempore lata legis Falcidie fideicommissorum nullæ vires, contra tamen aliis videtur ex fideicom. singularibus Falcidiam, non Trebellianicam, deduci, iisque legis Falcidie interpretationem accommodatam esse per SC. Pegasianum Chiflet. lib. 2. de iur. fideic. c. 3. & lib. 4. c. 8. P. Greg. 42. Syn. 31. n. 6. c. 34. num. 7. Simon de Prat. li. 3. de interpr. v. l. vol. in ter. p. 3. dub. 1. sol. 2. num. 7. Peregrin. de fideic. art. 1. num. 1. Vult. in pr. l. h. t. num. 6. maxime iure nouo, quo fideic. singularia per omnia legatis exæquata, vid. Vsq. li. 2. de succ. resol. §. 11. num. 11. vbi ad d. §. 32. eandem retentionem esse in particularibus fideic. sed non dici quo iure fiat. Et immo dum dicitur eandem permissam esse inuoi Falcidiam iam olim inductam in legatis nunc translata esse ad fideicommissa Quod si de Treb. sentiret Imp. diceret inductam esse. † Sanè huius opinionis veritatem vel inde liquere puto, quod Trebell. quarta introducta magis vltimæ voluntatis sustinendæ causa, ne additione defecta irritaretur, quam fauore heredis. Et simul inductum vt heres cogatur adire, vid. s. li. 7. c. 21. & seq. At non cogitur adire heres à quo fideicommissa particularia relicta l. 14. §. 6. ad Treb. Vbi igitur non est necessitas & compulsius ad eundem, ibi nec quadras Trebell. Deinde nulla dubitandi ratio esset in l. 47. §. 1. h. t. an legatarius in relictis à se inducat Falc si quidem iure Dig. tantum fidei legatarij committi potuit, non ab eo legari. Et ipso itaque quod negatur legatario ex fideico. Falcidie deductio, conceditur heredi. Effectus autem quæstionis & vsus magnus. Nam plura imputantur in Trebell. & melius agitur cum herede, si retineat b Falcidiam. vid. j. c. 26. b Idem erit si acceptatione mortis, vt fieri potest l. 31. §. 1. de mor. ca. do. debitum remissum sit, Gov. ad l. 15. pr. h. t. num. 2. † Et in vusu, omnium bonorum mortis causa coniungi donato habere locum legem Falcid. Modest. Pist. p. 4. q. 160. In Electoratu Sax. ex Nov. Augusti 1. p. 3. Falcidie in donationibus mortis causa locus non est, ab intestato scilicet. Quo casu nec iure ciuili Falcid. detrahi cum Græcis statuit P. l. ad. ad l. 18. de R. iur. cit. si per l. 20. §. 1. de leg. præstand. c. l. 15. §. 5. D. h. iii. Quid igitur si iure Saxoni vbi consanguinei heredes vxoris tantum in immobilibus, vxor donet marito omnia bona, an heredibus vxoris debetur Falcidia ex omnibus bonis, an verò in immobilibus solis? Quærit Modest. Pist. p. 1. q. 48. & in decisum, hæsitans ferè, relinquit, vid. Tac. Sculci. ibid. in addition. d Mortis causa capionem esse cum nomen specialis dispositionis sufficit Simon de Pratis lib. 2. de in t. vlt. volunt. interpr. 1. dubit. 1. solut. 6. † Mart. sr. Quartar. c. 7. num. 11. definit: Relictum innominatum cuius capiendi mors occasionem præbet. Ibidem notat hoc specialiter esse mortis causa capionem, generaliter vero omne relictum præter institutionem, per voculam &c. implicatum in l. 38. de mor. ca. don. † Sed deficit hæc descriptio. Nam & non relictum, quodque nec ex iudicio testatoris percipitur, mortis causa capi dicitur, vt hereditatis omittendæ causa datum vel promissum, l. fuit 24. de acq. her. c. † vid. & Nic. Valla de reb. dub. tract. 14. num. 1. c. Gon. ad l. 1. §. 8. h. t. n. 1. regulam negatiuam constituit, quia hæc præstat heres ex voluntate vt defungat onus legari. Decisionem autè f d l. pen. c. h. t. casum propositum non egredi f Oblt. l. 19. pr. Quam di. leg. † Gouean. ad d. l. 1. §. 8. h. t. 32. non dici in d. l. 19. vnum legatum esse, sed intelligi scilicet quoad cessionem dici & pentionem, quia sola 10. peti possunt, & solius istius legati dies credit g Marcq. Freber. 2. Parerg. 28. vtilitatis causa receptum esse vt si non penus confestim detur, pecunia statim peti possit. Nec expectandum dum certum fiat penum dari non posse. Idque quia vtile est hoc legatum quantum ocyus solui. Atque hæc res maturationem desiderat, cum vitæ necessitates alimenta contineant. Et penus si dari differatur, mora fit deterior, cum res seruando seruati non possint. † Non autem est quod A. Fab. 12. Cont. 17. versic. vlt. puto tamen, &c. d. l. 1. de penu. leg. Triboniano adscribat. Nec moueri debuit vocabula in d. v. oratione, quasi ea illatua ac Vlp. indigna, Quidni enim sic dixerit Vlp. quomodo Paulus indiligentiam h in l. 9. §. 6. de Publican. h Non obstat l. 25. de leg. 1. Nam om-

nino diuersa sunt imputari in Falcid. d. l. 25. & computari in ratione Falc. incunda d. h. 20. h. t. Pac. 6. q. 37. vid. Menoc. de arb. c. 256. num. 46. & seq. Nam immo idem imputatur, quia non computatur, sed iure hereditario percipitur vid. not. s. h. li. c. 7. lit. D. Vt mirandum sit quod velit Cuiac. ad l. 85. de R. l. ICros dissentisse. † Diss. A. Fab. 4. Cont. 12. volens non conuenisse inter ICros, Paulum in d. l. 1. §. 10. incommodo tantum voluisse induci Falcidiam: Papinianum verò in d. l. 5. in toto legato. Atque huius opinionis fortiori ratione nititur. 1. Quia liberum creditori petere ex contractu vel ex testam. 2. Quod si totum legatum vtile, necesse sit in toto seruari Falcidiam l. 65. h. t. † Sed nulla est quoad hoc ICtorum dissentio. Aperit immo Papin. d. l. 5. superfluum dumtaxat Falcidiam inuoi. Rationes autem istæ nec sunt Papiniani, nec fortes, sed Fabri & debiles Nullum immo discrimen ratione Falcidie inter legatum debiti modum excedens & inter legatum debiti diei aut conditionis representationem habens: Sed vtrumque totum vtile, & ex vtroque tantum Falc. ratione commodi deducitur, quatenus sc. vel plus est in re legata, quam debita, vel tempore plus est si ex test. agat, vbi citius consequatur Quæ verò consequentia? Liberum est ex contractu vel testamento petere. Ergo si ex testamento, patitur Falc. in toto legato, non in eo, quod tempore legatum debiti excedit. Liberum est, rectè. At vnde nisi ex voluntate testantis, quæ nec damnosa creditori, eidemque legatario esse debet, nec potest l. 32. Mand. Quæ verò hæc iniquitas creditorem pœnam luere facti, quod commodum aliquod rest. debitoris relictum non spernatus sit. Atqui sic facile ineret pœna. Pone enim deberi Titio 100. ad drem, non ita longum soluenda fortè proximis nudinis. Eadem 100. Caius debitor legat Titio. Hereditas legatis absumta, Falc. inducenda. Hic si 25. sint detrahenda legato eueniet, vt deminutione legati, multò plus damni eueniat, quam sit in commodo diei citioris, quæ legata summa, eademque debita, præstanta foret. Altera ratio Fabri laborat vti homonymia. Nam si vtile accipis pro efficaci, ratio falsitatis aperit conuincitur ex l. 28 §. 1. de leg. 1. vbi legatum totum efficac. & probat l. immunitur per Falc. vid. s. h. l. 11. lit. P. & Q. Sin vtile accipis pro eo quod nouum commodum adfert, ratio vera. Nam & sic noster regulam constituit, sed non aduersatur, immò suffragatur. Quatenus enim ex eo noua vtilitas, quæ non haberetur, si non legasset testator, catenus Falc. in eo induci verum est. k Illic pretium cum accipitur credit loco rei, hic non æquè, Gov. ad l. 19. h. t. n. 2. Non verò venit in contributionem si æquo pretio vendere iussus heres, licet etiam tum legatum vtile esse possit, l. 66. de leg. 1. quod interesse possit legatarij habere fundum, ob affectionem. † Atque vel hinc etiam Fabri sententia lit. præc. relata, refellitur. Quis enim dicit legatum huiusmodi totum inuoi per Falc. ex quo hereditarij verò nihil decedit. l. Haloand. editio habet singuntur, & probat Duar. h. t. c. 8. f. 538. Sed notatur à Rob. 3. Sent. 14. 1. quia exemplaria alia consentiunt. 2. Per quam conueniens sensus lectionis vulgaræ, hic videlicet: In locum rerum quas restituit oporteret, si restitutio fieri nequeat, succedunt pretia rerum, & earum vicem subeunt, (hoc enim est fungi l. 2. §. 1. de reb. cred.) ita tamen vt in constituendo pretio communis hominum consuetudo spectetur, non priuata cuiusque affectio: Optima paraphrasis, in P. Greg. 42. Syn. 34. n. 24. exponit formale, id est, conuentu à contractibus. † Scitè Duar. h. t. c. 8. formâ censuali præscriptum per l. forma 4. de censibus. Sensus. Non inspicitur ea æstimatio, quæ tunc fuit cum res in censu describeretur, quia fortè ex eo tempore aucta vel minuta, sed quæ nunc est. † Adhibendum autem est arbitrium boni viri & experti in censurâ rerum P. Greg. d. n. 24. Nec spectatur etiam æstimatio testatoris, si dixit: Fundum Tuscanum 100. Titio lego, & is valeat 200. l. 15 §. 2. h. t. Ac in frumento in speciebus inspicitur, quantum in foro vendi possint per l. 18 §. vlt. de mor. ca. don. l. 14. de cond. furt. l. 8. C. de Cohor. In fundo vel re fructus producente quantitate redditum spectamus, l. si quos 18. C. de resc. vend. Ac ratio habenda est locorum, temporum, &c. Duar. h. t. c. 8. f. 558. n. ita & Gon. ad d. l. 3. §. vlt. Ant. Aug. 2. Emend. 10. Fach. 5. contr. 14. Ang. Math. li. 2. de viâ iur. c. 12. num. 9. & seqq. vbi dicit Paulum Castrensem virum alioqui acutum & perspicacem, fateri quod non intelligat d. §. vlt. Ignorantia inde quod falso putarent in terpp. antiqui Centesimas esse vsuras, quæ anno, trices, quæ triennio sortem æquant. Diss. Castellian. Colla in Memorabil. v. vsura trices. o Nisi adiecerit testator verba: & hereditibus vbi non tantum proximis hereditibus, sed omnibus in infinitum debetur l. 22. Cod. de legat. ideoque legatum perpetuum. Licet secus sit in vusu: vbi accipitur tantum proximum heres, ne inutilis reddatur proprietas l. 13. Cod. de Vusu. Gouean. ad l. 1. §. 16. h. t. n. 4. & 5. Vnde putarem adiectis illis verbis,

verbis; eandem computationem instituentiam in annis priuato, relictis, quæ in relictis Reipublicæ. P Propter incertum mortalitatis, ait Gov. ad l. 3. §. vlt. h. t. n. 4. non potest legatum vlla certa æstimatione censeri, cum ea sola computentur, quæ certa spes est debitorum i. l. 3. §. cui plus quam per l. Falc. q. Diss. Gouean. ad d. l. 68. nec in vusu. eam computationem locum habere posse sentiens, & pro computationem vsusfr. legens vsus, quia, inquit, vsus vendi nequit, nec alia potest iniri æstimatio, nisi ex annorum computatione. In vusu. verò potest. Errorem ortum esse ex compendio illo, quo veteres scribebant vsusfr. Vnde littera l. ab initio dictionis sequens sumi potuit. Sed rectè noster. r Gouean. d. loc. concedit in vsufructu Reip. legato esse annorum computationem, nec tanti æstimationi legatum, quanti vendi potest, quia cum 100. annos duret vsusfr. ille, nimio æstimeretur. Idcirco fieri computationem quæ laxissima in alimentis ac vsu homini legato fieri solet, videl. 30. annorum.

C A P V T XXV.

Æstimatio Patrimonij in Falcid.

ET (vid. c. præced. PATRIMONII, VBI TRIA SPECTANDA. I. Quid in PATRIMONIO. OMNIA TESTATORIS BONA L. 14. §. vlt. l. 16. pr. ad Trebell. QUA DEDUCTIS ONERIBVS SVPERSVNT. §. vlt. l. h. t. vt ARE ALIENO siue à defuncto l. patet 54. h. t. siue ab hereditate cōtracto l. aris 39. h. t. Item quod a ipsi heredi debetur l. 15. §. 3. l. 87. §. 2. d. l. 6. §. h. t. a Nisi rogatus sit heres, ne creditum suum in ratione legis Falcid. ponat l. 12. h. t. unicum fini quadrantum debitum compensabitur, & si plus debetur, superfluum æris alieni dodrant tatum detrahetur l. 15 §. 4. hoc tit. b b E. g. si 400. in bonis. Heredi debita 200. Legata ab eo 300. Heres ex debito 100. compensat cum quadrante, deinde reliqua 100. detrahit, vt maneat legatariis 200. Hinc nata quæstio d. l. 9. §. 3. Nepos institutus ab suo debitore rogatus vt si sine liberis decederet bona hereditaria & propria restitueret. Q. an exinde constet voluisse testatorem, ne heres, antequam ratio habeatur legis Falcidie prius sibi debitum detrahat? Quod negatur, per rationem adductam. Obiic. At nõ ne hæc compensatio sit fraus legi Falcidie? Non sic amittit quartam, sed creditum suum, quod ipsum confusione magis exstinguitur, quam per testatorem admittitur. c Quia tamè hic aliqua iniuria licet heredi scripto, si alius sit legitimus, ommissa causa testamenti accipere bon. possit intestari l. 77. §. 31. de leg. 2. Obi. l. 14. hoc tit. 32. Alia ratio est dotis quam debiti. Dose enim filiarum non est in bonis testatoris, creditur est. Quid si vnus heres ex pluribus æs alienum soluere iussus. Quia solus eo tenetur, solus deducit l. 8. h. t. & quæ ad causam hereditatis suscipiendæ necessariò sunt. Vt explicandum iudicio sit causa impensa l. 72. h. t. ad confectio-nem inuentarij l. vlt. §. 9. C. de I. delib. FVNEBRI SVMD PRV. d Quis is sit, vid. l. 37. de relig. vbi & monumentum extructum venit, si id extrui familiæ dignitas postulat. Si verò id nõ necesse, sed ornatus causa quid impendunt licet testatoris iussu, non detrahet l. 1. §. vlt. l. 2. h. t. Obiic. Immo heres compellitur exequi in eo e voluntatem defuncti l. 50. §. 1. de per. hered. e & plus impendere potest quàm iussus est, minus nequit l. 202. de R. S. 32. Ita si scilicet ex deducto, quod impendendum, facultates defuncti sufficere ad solida legata præstanda. Aliàs legatorum causa potior, ex ipsius defuncti voluntate d. l. 37. §. vltim. Et pretijs manumissorum. pu-ri vel sub cōditione l. 73. §. 2. h. t. etiam eorū quos, cum alieni essent, heres redimere iussus, l. 37. h. t. Cætera igitur in bonis: Vt dominium l. 38. §. 1. & 2. h. t. quasi dominium l. 73. §. vlt. & 2. seqq. de R. v. actiones l. 52. de f. acq. dom. etiam pœnales l. 32. h. t. f Excip. tamen tria rerum genera: 1. Quæ non transeunt ad heredes, actio iniuriarum, vsufructus, &c. d. l. 32. 2. Quæ non manu-

ra: vt statuliber l. 38. h. t. quia conditione existente perinde haberetur, ac si liber fuisset ab eo tempore, ex quo legatus est arg. l. 9. pr. Qui pot. in pig. Vnde si is mortuus ac defecerit omnino conditio, semper videtur in bonis heredis fuisse l. 11. §. 1. h. t. Sic si pars bonorum ablata sit l. 11. §. 2. h. t. si forte testator prouocauit, & iudicio appellacionis pendente mortuus. Potuit enim & testatori viuo auferri. Nisi non ipso iure, sed factio heredis ablata sit, vt actio testatoris contra heredem. Ea quippe, licet additione extincta, tamè adhuc in bonis computatur l. 1. §. 18. l. 83. hoc tit. 3. Ex quibus nihil commodi heredi: vt tres species debitorum. 1. Quod non soluendo, nomen inane. Quod tamen ex euentu, si debitor postea locuples factus, auget hereditatem l. 22. §. pen. l. 56. §. 1. h. t. 2. Naturale nondum solum l. 1. §. 17. l. 21. h. t. 3. debitum duobus reis stipulandi, si socij non sint, vbi itidem res ex euentu indicatur l. 62. h. t. §. II. QVANTI SINT EA QVÆ IN BONIS, Vbi iterum pretia non ex affectu, nec vtilitate singularum, sed cõmuniter æstimantur l. 42. h. t. vid. c. præced. lit. L. Quare si hereditas quæ non soluendo, inuenit emptorem, aut heres cum creditoribus pactus, ne solidū exigatur, nihil tamè legatariis debetur. Quia quod heredi accessit non ex pretio rerū est, sed ex casu, emptoris vel creditorum facilitate. III. QVO TEMPORE HOC OMNE SPECTETVR? Quantitas enim tempore mutatur, vt & rerum pretia. Semper mortis l. 73. pr. l. 15. §. 3. in fin. & §. 6. h. t. Incrementa igitur & decremента quæcumque heredis sunt l. 30. d. l. 73. pr. h. t. Nec prodest legatarius aucta esse hereditatem. Excip. fructus mortis tempore maturi, qui augent hereditatis æstimatione l. 9. h. t. h Nam & h viuo testatore fuerunt. Circa ventrem autem ancillæ nulla est distinctio d. l. 9. §. 1. Licet enim partus sit pars viscerum matris, tamè hoc non queritur, sed an homo sit moriente testatore, cum in fructu non sit; i Fructus tamen vt & partus aucta post mortem editi in bonis numerantur, qui & ante diem vel conditionem fideicommissi percepti l. 15. §. 6. l. 24. §. 1. h. t. non quod hereditatem per se augeant, sed quia faciunt, vt quantum perceptum est, tantò minus in legato esse intelligatur l. 45. princ. l. circa 66. h. t. E. g. Fundo. 200. digno legato sub conditione, ea pendente fructus ad 50. percepti. Tantum 150. legata videbuntur d. l. 66. pr. Nam 50. hæc non tam ex fructibus accessisse, quam ab initio, nec legata fuisse videntur. Propretea in quartam imputantur, tanquam quæ semper in bonis manserint. Nec nocet imminutam, l. 30. pr. h. t. k Si videlicet damna circa res alias, quam quæ legata contigerint. Secus si circa res ipsas legatas d. l. 30. §. 2. Quæ exceptio communis est, quia quouis debitor speciei interitum damnūve in eâ contingens non præstat. Tunc igitur periculum heredis cum res incerta, vt genus vel quantitas legata, quæ perire nequit d. l. 30. §. 3. & §. 5. l. 11. Cod. si cert. per.

NOTATA.

a Licet enim consula sit additio obligatio, vid. j. lib. 16. a c. 4. tamen non actione hic opus est, sed retentione, quæ fieri potest etiam in iudicio non agatur, Duar. h. t. c. 8. f. 564. Obi Atqui & obligatio naturalis confusione perempta, vid. not. li. 12. c. 2. cuius effectus est deductio ac retentio. Cui 9. ad Afric. in l. frater à fratre. B Quia inuit ratio omnium bonorum, quæ mortis tempore fuerunt, vid. j. lit. h. perinde atque si nunc essent quæ tunc fuerunt, nec vlla confusio superuenisset. Mortis autem tempore fuit in bonis creditum heredis b Gov. ad d. l. 12. videtur sentire diuersas esse harum l. sententias. Et si heres rogatus sit ne repnet debitum d. l. 12. quantumcumque Falc. compensationi sufficere, id est, estica exiguior sit debito. Si verò rogetur compensare debitum cum Falc. d. l. 15. §. 4. compensationem non excedere pares seu concurrentes quantitates, id est tantum ex debito compensari, quantum est in Falcid non amplius, vt in exemplo quod ponit noster. Atque ita, ex sententia Goueani, priore casu additio esset damnosa.

vt in hoc exemplo 400. in bonis Heredi debita 200. Legata ab eo 300. Hic si non deducas debitum heredis Falcidius quadrans integre, coque si Goueani opinio vera, pro suo debito contentus heres solida legata exsoluere cogetur, damnum patiens in 100. Quod nec d.l. 1.2. sententia conuenire potest, quae interpretationem capit ex d.l. 1.5. §. 4. & hoc minime dicit ex ista dispositione testantis heredem & lucro priuari, & damno insuper augeri debere. Sed generaliter voluntatem defuncti seruari vult, quatenus scilicet ius & equum patitur. Nec acquiritur, vt manifestum est. Nec etiam rationi iuris atri qui, (iure nouo res expeditior) quod licet heredem, ultra quam vires hereditatis ferant, creditoribus defuncti adstringat, non tamen legatariis. Nec vnquam haec potestas vlli testatori, etiam militi, fuit heredem suum ultra quam ei relinquit legatis onerandi, quod hac ratione contingeret. c. P. Greg. 42. Syn. 34. n. 16. haec quod heres sibi debitum imputare in Falcid. rogari potest ita intelligenda iure veteri, si quartam ex fructibus fideicommissi percipere possit. Sed hoc ex d. l. non apparet. Sanè iure nouiori, quo expressè etiam vetari detractio Falcidiae potest hac dubitatio cessat. d. Nisi maritus vxori heres, qui pro rata dotis nomine, quam lucrificat conferte debet l. 6. c. h. r. vid. l. 22. c. seq. de relig. c. Pontificali auctoritate d. l. 50. §. 1. cum de causis monumenti Pontificum fuerit cognitio. Male tamen qui inde inferunt alias causas hereditarias fuisse Pontificum notionis, vid. Radulf. Form. 6. rer. quorid. 2. Vbi autem ei qui extruere iustus datus coheres, praeter actionem Fam. erit. etiam praescriptis verbis is experiri potest l. 18. §. 2. Fam. c. Gouean. ad l. vlt. c. l. 2. h. r. n. 4. Et honorariae d. l. 32. §. 1. vbi lectionem immutare necesse non est, cum Goueano ibid. P. Fab. apud Cuiac. 2. obs. 35. c. ad l. 86. c. seq. de R. l. p. m. 397. c. seq. Form. 2. Select. 24. Nam receptae lectionis hic sensus: Actiones honorarias litis contestatione, aliove modo ad heredem transeuntes hereditariae praestare vel augmentum si lis secundum heredem data, vel decessionem seu decrementum si contra eum, Res. ad l. 87. de R. iur. g. De cuius l. 62. sententia vid. Molina. l. 62. Dolan. 2. & qui eum refellit A. Fab. 1.1. Cont. 16. h. Male autem vulgò interpp. accipiunt d. l. 9. de quibusvis satis tempore mortis. Non enim iam primum lata, possunt esse pro perceptis Duaren. h. r. c. 8. f. 160. i. Stoici enim, quorum sectae ferè nostri fuerit addicti, factus in vtero animalia esse negant; Plutar. 5. de plac. Philos. 15. vid. Thrac. ad l. 8. C. de reuoc. don. v. fufcepit liberos n. 147. c. 8. f. 99. q. Quia in arbitrio heredis fuit maturius adire & rationem Falcidiae inire P. Greg. 42. Syn. 34. n. 21. † At cur aliud in herede fiduciario, vbi commoda vel damna post aditionem contingencia proficiunt vel officunt fideicommissario, s. lib. 7. c. 27. † Peregrin. de fideicom. art. 10. n. 36. c. seq. rationem reddit: Quia per aditionem, quae retrorahitur ad tempus mortis, contrahitur obligatio ex eo tempore ad praestanda legata. Quae deinde eadem manet, nec augetur aut minuitur mutatione in rebus contingente, vt nec in aliis debitoribus quantitatis accidit. Nam ipsius speciei legatae perceptio aut deterioratio aequo legatario nocet d. l. 30. §. 4. h. r. In fideicommissio vniuersali verò licet aequè à tempore mortis contrahatur obligatio de restituenda hereditate, tamen diuersa est obligatio inter heredem & fideicommissarium ab eà, quae inter heredem & legatarios. Illa est de vniuersitate hereditatis, quae per sui naturam incrementum & decrementum recipit. Accedit quod fideicommissarius loco heredis, Legatarij verò non sunt creditores vniuersitatis, nec in ius locumve heredis succedunt.

C A P V T XXVI.

Qua impuentur in Falcidiam.

TERTIO (de 2. vide sup. c. 24.) QVAE SIT LEGIS POENA? VT HERES EX IMMINVTIS LEGATIS A QUARTAM CAPIAT, A IN QVAM IMPVTAT QVAE PERCIPIT IVRE HEREDITARIO, l. in quartam §. 1. h. r. OMNIA. Vnde quae legatarij non capiunt, siue initio non constiterit, siue non transferit legatum, quadrantem inferuntur l. 76. l. 11. pr. l. 50. l. 51. lex abe §. 2. h. r. b Sed si mortis tempore in bonis. Nam quae postea cadunt, extra rationem patrimonij habentur. Hinc si creditor partem, qui de peculio tenebatur, instituit, peculium tempore mortis consideratur l. 50. §. 1. de pecul. Sed hoc ita si peculium post mortem creditoris imminutum. Quod si post mortem debitoris heredis facultates auctae, spectatur tempus aditionis l. 56. pr. c.

§. 1. h. r. Tum enim ab initio videtur hereditas vberior fuisse. Et sic accip. l. 83. h. r. c. ET SOLA. NON QVAE I V R E S V O capit, vt exempla in l. 14. l. 24. §. vlt. h. r. NEC QVAE IVRE LEGATI AVT FIDEICOMMISSI d. l. 9. l. 76. h. r. Et hinc in quibusdam dubitatio, iure hereditario, an alio capiantur, vt in specie l. 4. h. vbi ratio decid. quia postquam existit conditio res habetur ac si perpetuo mea fuisset, numquam heredis l. 105. de cond. c. dem. d. & in species l. 29. h. r. Exc. Nisi ideo d legatum heredi datum, vt integra praestetur legata vel fideicommissa l. sed si §. 7. h. r. vel viuo testatore aliquid is accepit, ne emolumentum legis consequeretur l. 56. §. vlt. h. r. c. Imputat & si à legatario mutuè vice tantum accipiat, quantum de legato eius deducere vult. Vt si §. 0. legata Titio vt 10. heredi daret. Jisq; acceptis velit heres 10. deducere legato. Hoc autem aequitate fit compensationis, non quasi id quod non capitur iure hereditario imputetur, sed quia tantò minus heres legatario dedisse videtur, quantum ab illo accipit l. 19. l. 22. l. 30. §. 1. n. 1. 7. h. r. AVT CONDITIONIS IMPLENDAE CAVSSA l. 30. §. 7. h. r. si sine à coherede, si sine à legatario, siue à statulibero detur l. 76. h. r. l. 44. nisi peculiare nummi à statulibero dati sunt d. l. 76. quia hi ex aequo inter heredes diuidendi, cum constet eos fuisse testatarios. Capiuntur itaque iure hereditario. SED CVR PLVRA IMPVTANTVR IN TREBELLIANICAM? vid. s. lib. 7. c. vlt. h. Ratio differentiae g evidens ex verbis vtriusque legis. h Lex Falcidia vult heredem capere quartam partem hereditatis, quae non est nisi capiatur eo iure, quo hereditas haberi solet. SCri autem verba in §. 5. l. de fid. her. vt perinde liceat quartam retinere, simpliciter sine adiuncto: Res igitur relicta interpretationi prudentum, ac natura & potestas vtriusque praestationis & restitutionis hoc suauit quartam Trebel. constare ex omnibus rebus, quae iudicio defuncti perceptae. Non enim congruit, vt sibi postulet quartam hereditatis qui heres non est. Atqui fiduciarius restituta hereditate non habetur amplius pro herede l. 1. ad Treb. Et quamuis quoad reliquum quadrantem oneribus subiaceat, tamen quatenus iure hereditario percipit. Quatenus ei legatum est, in eam quantitatem pro legatario est §. 9. de l. fid. her. Nec debet praerxi oneris minima partis, totius hereditatis quartam desiderare. Contra Lex Falcid. non vult actiones in legatarios transfundi; Sed heres omnibus legatis exolutis non minus in totum oneribus hereditariis subiacet l. vlt. C. de hered. act. Licet verò prius deducatur aes alienum, quàm legata praestet, tamen alia quoque sunt onera: Negocia hereditaria gerenda legatariorum gratia, res in tuto collocandae: vexatio artis alieni foluendi suscipienda; offensa & inuidia saepe subeunda.

N O T A T A.

a Gouean. ad l. 1. pr. h. r. num. 15. c. ad l. 1. de vulg. nu. 37. vult à Falcidiam esse hodie auctam, ad modum legitima; vt etiam sit tricus quatuor paucioribus heredibus scriptis; quinque autem vel pluribus semis, c. 2. var. l. 1. num. 3. quia Imp. in Nou. 1. c. 2. pr. scribat Falcidiam esse, ad quos d. m. h. r. Sed non negare tamen potest veteres Graec. Codices habere ad vtriusque. Et versio vulg. habet sic: quantum eis impleat quarta substantia. † Cont. 1. subsec. l. 3. num. 6. legit in d. c. 2. pr. quantum ad trientem vel semissem efficiendum sufficit. Scribens tamen non in cuiusvis heredis persona, sed tantum liberorum Falcid. aucta. Quod & vult Cuiac in Nou. 18. Nec putet quis in horum persona nihil referre, cum legitima eorum tanta sit. Nam multa in Falcid. non imputantur, quae in legitimam veniant. b Quam l. 52. variè corrigunt, Gouean. ad eam l. c. h. Cuiac. 25. obs. 24. Sed recta est Florent. lectio, de cuius sententia vid. Hot. 2. obs. 24. c. Ant. Fab. 1. Cont. 15. c. ita c. Pac. 4. q. 64. quia, inquit, si auctum peculium fitione quadam iuris hoc augmentum retrorahitur ad tempus mortis d. l. 56.

d. l. 56. §. 1. d. Eueniente conditione mutata est causa dominiij, vt qui ante existentiam illius dominus ex causa hereditaria, postea sit ex causa legati. Neque sic duae causae concurrunt, contra l. 3. §. 4. de acq. poss. sed se subsequuntur. Quae ad d. l. 3. §. 4. in fin. c. Vt tamen non ipso iure à detractioe prohibeatur, sed per doli except. Et si minus quadrante sic donatum accepit, quarta illi replenda arg. l. 25. de inoff. Gou. ad d. l. 56. §. vlt. † An auctam testator quod viuis dedit heredi futuro, videatur in dubio, dedisse vt in quartam impueter, vid. Petr. Granian. Paradox. c. 50. qui negat dicens, in specie d. §. vlt. data fuisse 25 sub occasione legis Falcidiae, cuius f vel expressum vel tacite mentio facta. f Quae §. non de Treb. sed Falcidia loquitur. vid. not. l. 7. c. vlt. l. i. c. ad de imputatione conditionis implendae causa acceptorum Marten. §. 1. Quartar. c. 7. g Dissent. Cui. 8. obs. 4. volens partem esse causam quadrantis quem fideicom. grauat, & quem legatis oneratus heres deducit. Eandem esse quartam Falcidiam, quae in omnibus fideicom. locum habet, per l. 1. de leg. 1. quae tamen l. fideicom. singularia exaquaata legatis dicit non vniuersalia, quae toto caelo discrepant. h In ratione discriminis huius reddendà mirè interpp. variat. † Gouean. ad l. 30. §. 7. h. r. num. 3. quia fauorabilior est heres quam legatarius; fideicommissarius autem quam heres, idcirco plura in Trebel. imputari. Ratio nimis generalis §. Marten. tr. Quartar. c. 5. num. 10. c. c. 6. num. 7. rationem Accusij sibi optimam videri. Quia heres Falcidius grauat in vno, quod teneat creditoribus, (non ita Trebellianicus) aequum vltim esse ei magis faueri, c. Loriot. de iur. arte tract. 16. de Legatis axiom. 22. Quae pars est rationis nostri Donelli. † Duaren. 2. disp. 10. SC. Pegasian. imitari legem Falcid. sed cum aliquo temperamento aequitatis. Senatus enim & Praetor legem interpretantes, à verborum proprietate non recedunt, cum potestas eorum illi inferior sit. In iis autem quae ad exemplum introducunt, ita imitantur legem, vt maiorem tamen habeant aequitatis rationem. Videre hoc est in bonorum possess. vbi non opus est iustitiam patris praecedere, sed quius consensus sufficit. Vt & in restitutione fideicommissariae ratiabilior satis est. Hinc in fideicommissis legatorum exemplo introductis pleraque subtilitates neglectae. Sic & hic, inquit, legis Falcid. verba clara de quarta detrahenda. Senatus. cons. Pegasiani verba non extant, sed colligi potest ea fuisse vt liceret quartam retinere. Et huius Trebellian. detractio ad conseruationem testamentorum pertinet. Ita Duaren. d. c. 10. & ferè hoc tit. c. 8. fol. 560. & sequent. vbi & conuici posse non fuisse in Senatusconsulto factam mentionem hereditatis, ideoque intelligi quartam bonorum † Char. 2. Verisim. 4. ita: Falcidia detrahatur ex legatis, à quibus tota exhaurebatur hereditas. Rectè ergo hereditarium esse debet, quicquid in eam imputatur. SC. id tantum insperit, ne heres grauatius onus sine commodo sentiret. † Cont. 2. subsec. l. 5. quia verbum, hereditatis quo Lex Falc. vritur, ad legata extendi potuit. In omni autem fideicommissaria hereditate etiam ab inestato locus est detractio Trebellianicae. Igitur necesse est omne genus relicti imputare. † Sed posteriorem partem huius rationis, & quae sit illius illationis vis & necessitas, non satis percipio. † Marten. l. 2. de vlt. iur. c. 22. num. 12. quia ita receptum, ac huiusmodi forma Falcidiae ac Trebellianicae à illi praescripta. † Sed non expedire cur ita receptum; Et ita ferè confugit ad ignorantiae subsidium, quo ipse eod. cap. num. 9. dicit miseris se recipe-re videlicet ad l. 20. de ll. † Acute quidem A. Fab. 6. Coniect. 3. c. 4. sic: Lege Falcidia ita restituta libera legandi facultas, vt tamen de solo fiat dodrante, quadrante integro, quem Lex omnino vetat onerari. Hic igitur quadrans iam heredi solida potestate legis consecutus est, antequam quidquam ei restator legaret, vel alio modo relinqueret. Contra SC. Pegasianum tantum retinendi quadrantis potestatem fecit: Non verò equipuit testatori facultatem totius hereditatis fideicommittendae. Diuersa haec: Heres rogatus de tota hereditate restituenda quartam deducit: quod verum est, & Heres non potest ita rogari, quod fallum. In Falcidia autem verum est. Heres non potest onerari ultra dodrantem: Lex Falcidia prohibet plus legare. SC. non item. Ergo ei satisficit si quartam habeat heres, vnde cumque consequatur. Quarta Treb. non ipso iure, sed per doli exceptionem retinetur, l. 21. ad Trebell. Falcidia autem capitur iure hereditario, legata ipso iure minuuntur, & legatariis non amplius dodrante capere licet l. 67. h. r. † Acuta haec quidem; Sed quaerendum tamen superest, cur diuersè disponeretur L. Falc. & SC. Pegasianum, ac ratio rationis inuestiganda. Ea non incommode poni videtur à Cl. Arumæo exerc. Instin. g. 1. 17. in praesumpto testatoris erga heredem affectu, quem plus creditor testator dilexisset quam legatarios, Contra autem maiore

prosequi fideicommissarium quam fiduciarium. Confer. Each. 5. Contr. 15.

C A P V T XXVII.

Ex quibus deducatur Falcidia

DEDVCITVR AVTEM EX OMNIBVS LEGATIS PRORATA PORTIONE IPSO IVRE A l. 73. §. vlt. h. b Vt quantum deest quartae, tantum de b singulis decedat, vt singulas res cum legatariis partiarur. Et in singulis quartam ipso iure retinet, si possideat, non possidens verò vindicandam quouis possessore l. 1. §. 11. l. 26. h. & si legatarius occupari, interdicto. Quod legatorum d. l. 26. l. 1. Quod legat. Sed haec si res diuidi possint, qualis est vlt. l. 1. §. 9. l. 81. h. r. Quod si res diuisionem non recipiant, vt iter, via, factum indiuiduum, res transigi debet, vt solida praestetur. Nam aestimatio facta legati denunciet heres legatario, vt partem aestimationis inferat: Si is renuat, vitur doli exceptione l. 7. l. 80. §. vlt. hoc tit. Interdum fit vt de vna re sumatur, quod praestetur pro alia, ac eà solidà datà, alterius legatum perimatur vt in l. 23. l. 44. §. vlt. hoc tit. Fundo & ad eum via per alium fundum legata. Si tantum in via quantum ratione Falcid. ex vtroque legato detrahendum, fundus solus capietur, via perit. Nam sic vtrique consulitur. Quod si plus sit in via, quam quarta heredi debita, vtrumque legatario praestandum, & fundus integer, ne eo diuiso via pereat, & via quoque, quae pro parte praestari nequit, vt tamen doli except. habeat heres, quod consequatur quod ipsi deest, ne legatarius plus quam illi deberur consequatur. d. l. 23. c. EXCIPIVNTVR, quae solida praestanda, Dos vxori legata & mulieris causa empta paratae l. 81. h. r. ET SERVVS LEGATVS AC à legatario MANVMITTI IVSSVS l. 33. h. r. d Si verò quid praeterea, etiam ipsi seruo, legatum, venit in rationem Falcidiae, l. 35. c. seq. h. r. Interdum & solida legata praestantur in praesentia, sed euentu minuuntur. Vt si quaedam pure legata, quae dodrantem non excedunt, & simul quaedam sub conditione, quae si aduenerit Lex Falcid. locum habeat l. 73. §. 2. h. r. Vbi cautio heredi, de qua tit. Si cui plus quam per l. Falcid. quae non est nuda, sed satisfidario l. 1. pr. l. 4. pr. d. t. fideiuss. d. 13. §. 1. d. t. Ratio est in l. 1. §. 9. d. t. & in l. 31. h. r. Eadem cautio necessaria impuberi, licet ab eo legata dodrantem non excedat l. 1. §. 12. l. 80. h. r. quando scil. verendum ne eo mortuo legata secundis tabulis facta contributione dodrantem exsuperent. Et in annuis legatis l. 1. §. 16. hoc tit. Quare quod in l. 53. h. r. dicitur pura legata, ob ista conditionalia, non tota vindicari, intellige simpliciter, non oblata cautione. Ea enim oblata rectè vindicantur d. l. 73. §. 2. Atque his exposita est sententia legis Falcidiae. SVBIVNGAMVS DVAS QVAESTIONES. I. AN PRODVCTVR AD LEGATARIOS ET FIDEICOMMISSARIOS. NEGATVR, etiam in eo cui ex Trebel. SCto restituta est hereditas l. 47. §. 1. h. r. Causa enim inducitur l. Falc. ne testameta irrita fiant, destituta aditione pr. l. h. r. in his cessat, nec ex eorum repudiatione hoc timendum est. e Hinc Pater rogatus e à filiosam, peculium. Castrense restituere, quartam non deducit, cum non sit in proposito hereditas, sed peculium. Solius verò heredis est quartam deducere l. 28. q. 1. f Interdum tamen per consequentiam relicta à f legatario minuuntur. Vt si Titio legata 20. & ab eo §. Seio, quantum heres de 20. detraxit, tantum Titius, proportionem, de quinque leg. 32. §. pen. hoc tit. l. 73. §. 11. ad Trebell. vbi ratio, nisi tamen reditus fundi legato largitur eam quantitatem quae ab illo relicta

gl. 25. §. 1. h. t. § II. AN QUOAD HEREDES PERPETVA? NEG. QUIDAM ENIM IN TOTVM CARENT hoc beneficio. 1. Ex privilegio testantis, militis l. 17. l. 40. hoc tit. h. 2. ex favore legati. in Dote, supr. h. cap. h. c. & ad pias causas relictiis Nouell. 131. cap. 12. auth. similiter Cod. hoc tit. (quæ illa sint vid. d. Nouell. c. 9. 10. 11.) Olim secus l. 1. §. 5. i. l. Diui 89. h. t. § 3. Ex voluntate testatoris, si detrahere prohibeat Non. i. c. 2. § 3. auth. sed cum testator Cod. hoc tit. Olim secus l. 15. §. ult. hoc tit. vt nec stipulatio de non retinenda quartâ nondum delatâ, & nec pœna adiectâ valeret d. l. 15. §. 1. Prohibuisse autem censetur & si veteret ne res alienetur Nouell. 119. cap. 1. auth. sed in eâ Cod. hoc tit. Præter hæc nulla, nec personæ eam & municipes l. 1. §. 5. princeps l. 4. C. h. pater l. 28. D. h. t. Falcid. patiuntur, nec rei relicte, l. 1. §. 7. & seq. l. 26. §. 1. hoc tit. nec tituli quo relinquuntur l. 5. l. 12. Cod. hoc tit. distinctio. QV I D A M FACTO SVO AMITTUNT in vniuersum; non contente inuentario vid. s. lib. 7. cap. 3. lit. Q. in vna re tribus ex causis. 1. Si testamentum ceter, vel rem legatam casu periisse dicat l. 59. h. t. 2. Si incapaci rogatus restituere; vbi fisco quarta vindicatur d. l. 59. §. 1. 3. Si sciens, vel in iure errans totum restituit secus si in facto errans l. 9. §. h. t. m. Si tamen quãdam alias res adhuc habeat per doli exceptionem quartam etiam pro datis retinet l. 16. hoc tit.

N O T A T A.

a. Vnde res omnes communicantur inter heredes & legatarios. Et in omnibus vtrique habent partes indiuisas Duar. h. t. c. 3. Non tamen semper quarta pars de legatis, sed quandoque minor detrahitur, si legata dodrantem excedunt, sed aliam non exhauriunt vel absumunt. Vt si 400. in bonis habeat legat 300. detrahitur non quarta pars, id est 100. sed octava, id est 50. Duar. h. t. c. 2. vid. & Parador. 1. rer. quotid. 18. b. Duar. h. t. c. 2. Gouean ad l. 16. h. t. num. 2. A. Fab. Coni. 6. & 6. Coni. 2. & 3. quia legandi facultas libera, ll. Furiâ & Voconia immunita, hæc tamen tantum restituta, vt quadrans illibatus maneret heredi. Non itaque opus prætorie iurisdictionis auxilio, vt detur exceptio doli, licet ea aliquando fiat necessaria, & eueniat, vt non possint minui ipso iure: Vt si ex pluribus legatis heres quãdam soluit sine detractioe Falcidiæ, & non interposita stipulatione. Quanto amplius legatorum nomine acceptum l. 16. hoc tit. Item si res legata natura diuisionem non recipiant, vt hic nosser. Falsò itaque Cuiac. 8. obf. 2. & 10. obf. 28. iure veteri solam esse retentionem quartæ, per oppositam exc. doli vel in factum Primum Iustin. dare vindicationem l. pen. C. h. t. Nam immò doli exceptio non est in iis casibus quibus per legem minui non possunt legata A. Fab. d. c. 6. Et dari vindicationem probat l. 26. h. t. R. quidem Cuiac. d. c. 2. id ibi esse speciale in rebus legatis, quæ apud legatarium fuerunt mortis tempore, quas forè à viuo testatore consecutus, vbi non est locus retentioni. Sed malè. 1. quia ratio specialitatis firma non est cur hoc potius casu habere debeat vindicationem heres, contra legatarium, quàm alio. forè contra alium possessorem. 2. Si viuis præstitit rem non vt legatam accepit is cui res adscripita, sed ceu donatam inter viuos. 3. Vindicatio non est subsidiaria retentionis per exceptionem, sed hæc illius. Et Cuiac. restituit non tantum ex d. l. 73. §. ult. h. t. vbi verba ipso iure minime sic exponi possunt, suo iure, iure hæreditario; eo quod habet à lege Falcidia, quæ dat retentionem. Passim enim & infinitis locis opponuntur, ipso iure & per exceptionem, sed & ex l. 12. h. t. vbi legatario contra heredem datur doli exceptio ne Falcid. deducatur. Si heres quando deducit Falcid. vt regulariter, vteretur doli exceptione, vtrique legatario casibus quibus à deductione prohibetur, danda esset doli replicatio, non exceptio Item ex l. 1. §. 5. Quod legat. vid. Fab. d. c. 6. & d. c. 12. c. vbi male Gouean. pro & via perit reponit, nec via perit. Nam cum eo casu quo tantumdem vel amplius est in Falcidiâ quantum in viâ, nullatenus via præstetur, sed solus fundus necessè esse eam perire, cum nullibi consistat, nec heredi res sua feruere possit. Non etiam rectè, idem & A. Fab. 4. Coni. 6. voculam amplius expungunt (cei glossographi ea sūt) pu-

tautes eo casu quo viâ pretium non sufficit compensationi quartæ, ex vtroque legato fundi & viâ deducendæ, viâ legatum planè inutile fieri, eo quod ex causa Falcidiæ parte fundi legati detracta, via alteri fundi parti, quæ legatario præstanda, acquirit per illius conditionem, qua pro parte acquiri non potest, nequeat. Atque sic exponit Faber voculam intercedat. in d. l. 23. vt significet inutilem legatum esse, faciens discrimen inter perire & intercedere. Vt priore casu, quo nihil plus in Falcidiâ, quàm in viâ, pereat quidem via, seu non præstetur, sed non ided legatum esse inutile, facere namque quo minus per Falcid. legatum alterum fundi minuatur. Posteriore autem casu quò plus in Falcidiâ, quàm in viâ pretio, intercedat via, ac non tantum non præstetur, sed nec quidquam commodi ex isto viâ legato ad legatarium perueniat, nec quidquam minus fundi legato ex Falcid. ratione deducatur, quàm si via legata non esset. Idem Faber in illa specie, qua viâ affirmatio Falc. ex vtroque legato deducendam superat. solum fundum dicit præstandum, sed ita vt per doli except. legatarius consequatur, quanto plus est in viâ pretio, quàm in Falcidiâ. Ac posterior hoc rectius quam noster, Acc. secutus, tum quia nullum verbum in l. 23. de viâ legatario præstanda, tum quia ibi doli except. non dari heredi, sed legatario conuincit vocula desiderat. Nam si via præstetur, & heredi in pecuniâ dandum esset, quod ob Falcid. eum habere oportet, atque sic verba ne plus habeat respicerent ad legatarium, non vtrique sic loqui debuit I. C. sed sic, ne plus habeat (legatarius) quam Falcidia permittit. Apparet itaque verba, ne plus habeat referenda esse ad heredem, proindeque doli except. dari legatario, cuius vi sit, ne heres plus habeat, & c. Falcidia certè desiderat ne plus legatarij consequendo quadrans non maneat integer. Non desiderat Falcidia, ne heres plus habeat quadrante. Permittere enim vel ei solidum relinqui. Cæterum priorum Fabri opinionem nec æquam nec veram puto. Numquid enim minus æquum ex legato viâ commodi quod percipere legatarium, cui & fundus & via relicta, si viâ pretium aliquanto minus eo quod ex vtroque Falcid. ratione deducendum, quàm si forè æquet aut parùm per excedat? Numquid maior hic quam illic ratio sustentandæ voluntatis defuncti? Numquid magis ac minus in pretio rei variabunt decisionem? Numquid plus dabimus favori legatarij, si via maioris pretij quàm si minoris? Quis verò probet illam inter perire & intercedere differentiam? Denique verè contraria est Fabri regulâ illa: legata quæcumque inutilia sine abinitio, sine postea reddantur, heredi in Falcid. imputari. s. cap. præced. lit. B. Nec verò vera est Fabri restrictio, quasi obtineat tantum ratione aliorum legatiorum. Immo obtinet etiam ratione eius legatarij, cuius legatum inutile, vt aliquantò plenius præstetur aliud legatum vtile eidem datum. Et quid si huic vni legatum sit? Pone enim. In hereditate sunt 400. Legatus Caio fundus dignus 320. deducatur. At si nunc plures esse legatarios. Vt in bonis 400. Scio legata 100. Titio 100. Caio fundus 150. dignus, & via ad eum valens 30. Quadranti defunt 80. Si legatum viâ ideo, quod compensationi eius, quod per Falcid. deducendum, vt 80. non sufficit, inutile, & tamen in eam imputatur, per d. regulam, fiet vt Scio detrahatur. 14. & duæ septimæ, Titio totidem & Caio 27. & tres septimæ. Cui, si via non imputaretur, ex fundo deducatur. 34. & 2. septimæ: vt habeat 115. & quinque septimas. At si nobiscum dicas, legatum viâ consistere, quod ratio suadet, detrahet heres ex vtroque fundi & viâ legato 37. & 17. nouendas. Nempè quia 80. eum habere oportet, Seij legatum minuatur 21. & vnâ nouendâ, Titij totidem; Caij fundus 31. & vnâ nouendâ, via sex, & sex nouendas. Atque sic in vniuersum habebit Caius 142. & duas nouendas. Idque æquum ac conueniens est. Nec quidquam obstitit vel illa iuris ratio, quia via pro parte præstari nequit. Nam si cum seruitus sola legata & in ea Falcid. deducenda solida præstanda, vt partem estimationis inferat legatarius l. 7. l. 80. §. ult. quidni & hic cum Falcidiâ non æquat pretium viâ, eius ratione ita ab herede retineatur, vt quod deest, legatarius suppleat. Nec obstat l. 49. §. 1. h. t. quæ fecerit videtur virum doctissimum. Nam extinguunt legatum viâ verè dico, sed ita vt ob illius extinctionem integritas maneat aliud legatum, quod si absque eo esset plus diminueretur, vt & nosser rectè intelligit. Ex quibus iam apparet nihil ex vulg. lectione d. l. 23. immutandum. Sed in eâ sic distingui. Aut plus est in Falcidiâ quam in viâ, & integer fundus

capitur, quod deest Falcidiæ à legatario supplendo. Aut minus, & solus eius etiam fundus capitur, sed id quod æstimatum viâ excedit Falcidiâ, legatario ab herede insuper exsoluendum. At sic, dices, omisit casus, quo tantumdem in vno quantum in altero. Vt. Verbis omisit, ideo quia rarissimè & vix eueniet vt viâ pretium Falcidiæ deductioni planè & exactè conueniat. Quod ex communi viâ vliu facili liquet, cum legata testamenti sint cetera, facultates ferè incertæ, & c. Sententiâ non omisit, quia illo casu quo plus est in Falcidiâ sic deciso, nulla de hoc, quo tantumdem, probabilis superest dubitatio. Quia enim immensa libertatis æstimatio, nulla ratione calculus dodrantis, vel quadrantis subducitur potest, Fortæ. 2. Select. 25. Neque etiam libertates verè excipiuntur, cum nec legari proprie dicantur, Gouean. ad l. 1. c. §. 7. h. t. vid. not. s. c. 2. lit. N. c. vid. Duar. h. t. c. 6. Chifflet. de port. legit. c. ult. Mattheac. lib. 4. Epit. legat. c. 6. num. 6. f. f. Diffen. Duar. h. t. c. 5. putans in d. l. 18. vlt. que ad verf. sed me non dubitare, referri rationes dabit. contrarium autem in eo verf. decidi. Sed rectè A. Fab. 1. Iurisp. 11. pr. 9. ill. §. in eo verf. confirmari priorem sententiam: Falcidiæ legatum non esse exinde quod personæ conditio faciat, ne vlla filiam hereditas esse possit, proindeque pater, non quasi patrisfam. qui solus habet heredes, sed vt filiam, bona restituat. g. Duar. h. t. c. 2. sic distinguit: Si pars ipsius legati à legatario relicta alteri, legato minuto per Falcid. minuatur & fideicommissum d. l. 32. c. pen. vbi minutus 20. Titio legatis, simul etiam 5. ceu pars istorum 20. Sin aliud fideicommissum à legatario, id non minuatur d. l. 25. §. 1. Probat distinctio per l. 97. de leg. 1. Vid. & Gouean. ad d. l. 32. §. pen. & Cuiac. 6. ad Afric. ad l. 28. ad §. C. Trebell. h. Duaren. h. t. c. 8. §. 573. Cessat, inquit, Falcidia vel ob personam testatoris, vel ob rem legatam, vel ob personam legatarij, vel ob voluntatem testatoris, vel ob culpam heredis. Ita & Ang. Mattheac. 4. Epit. legat. 6. num. 16. Causas has verbis comprehensas habet P. Greg. 42. Syn. i. 34. num. 13. i. ita Gouean. ad d. l. 1. §. 5. Cuiac. in Nou. 1. pag. m. 20. & seqq. vbi tamen 3. casus iure antiquo excipit. Vulg. in pr. l. h. t. num. 11. Duar. autem h. t. c. 8. f. 574. id primò emendatum esse sentit per l. si quis ad declinandum 49. §. 2. C. de ep. & cler. quæ vna ex correctioe. f. Vass. lib. 3. de succ. progressu §. 26. num. 24. nec immediatè nec mediatè ex his relictiis Falcid. detrahi. Ex gr. Si Titio legata 100. & is rogatus ecclesiæ restituere. Non minuatur legatum Titij, vid. Tirag. prius. pia causa 26. Diffen. Guil. Forner. 2. Select. 25. volens nec hodie excipi hæc legata. Et d. Nou. 131. c. 12. ita demum ea à lege Falcidia excludere, si ita dolum in ius præstandis adhibeat heres, affirmans patrimonij vires non sufficere, vbi omni Falc. beneficio priuatur, etiam in cæteris legatis. At Cuiac. in d. Nouell. 131. à se ipso dissentiens, & Goth. ibid. in not. d. c. 12. accipit de moroso herede & Fopp. ab Azema 1. differ. 8. f. Alter diff. Balduin. de lege Falc. pag. 37. Cuiac. in not. l. h. t. c. 4. Sent. Pauli 3. §. 3. qui & voluit & iure veteri fuisse excepta & in d. §. 5. pro vol. reponunt non. Quod refellunt Forner. d. loc. & Rob. 1. rec. l. 15. Nec obf. l. 5. §. 12. de don. int. vir. Nam quod ibi donatio coniugalis sustinetur non fit favore religionis, sed quia, cum vxoris res inde non augetur, muruo amore coniuges non spoliat, vid. not. Goth. ad auth. Similiter C. h. t. f. Inconueniens verò videtur ratio Goueani in d. §. 5. ideo iure veteri de Deo relictiis Falc. non deduci, quia alij rebus. quas ipsi moralibus ad vsum vitam tribuunt, non indigeant. f. Sic enim relictum in totum non consisteret. Et Deo relictum censetur ad vsum diuinos. Sic Manuel. Communis in Nouell. quadam sua (quam cum alijs 9. Imp. Orientalem nuper edidit Carol. Labbæus) c. 7. testatur solens fuisse suo tempore Christum heredem scribi, cum facultates suas in pauperes distribuere vellent testatoribus. De relictiis diis gentiliū, vid. Rad. Forner. 2. rer. quotid. 8. Exemplum in perantiquo testam. militari locundi, cuius formulam refert Balduin. in pr. l. de test. mil. num. 4. in quo filijs relicta, ni conditioni adiectæ paruerint, pro reparando templo Dei Syluani attribuuntur. k. Nam & ratio quo olim inhiibit prohibitionem hodie cessat, vid. Mattheac. lib. 4. Epit. legat. c. 6. num. 11. & seq. Duaren. h. t. c. 8. cir. fin. Expressa autem prohibitio requiritur nec simpliciter legando ultra dodrantem creditur hac mente fuisse, sed potius de facultatibus suis amplius sperans, parasse legatis exsoluit quadrantem superferuntur heredi Sarmient. 2. Select. 7. nu. 12. l. Quia autem hodie testam. prohiberi potest, idcirco, & pacto ac stipulatione remitti per regulam l. 46. de pact. Cuiac. in d. l. 6. quod & nosser velle videtur. Contra Hot. in d. l. 46. quia testator prohibendo statuit de re sua. Heres autem furus, & incertus ante mortem testatoris, statueret de re pacti tempore aliena. m. Q. An supra dodrantem legata naturaliter debeantur. Duar. h. t. c. 4. deberi simpliciter, & generaliter,

quia æquum est defuncto obsequi. Non deberi quoad hypotheseu, ita vt Falcidia non detrahatur. Hic enim ratio honestatis. Vnde datur solutorum conditio d. l. 9. Diff. Mattheac. 4. Epit. legat. 6. num. 2. & seqq. Non deberi pulchre Ludou. Vital. 2. var. lect. 22. num. 9. qui videndus.

C A P V T XXVIII.

Persona eius cui præstandum legatum.

SECUNDO (de primo vid. supr. c. 19.) DE CIRCUMSTANTIIS PRÆSTATIONIS. VBI DICENDVM. PRIMO. QVIBVS? Non tantum quos testator vocauit aperte & verbis, sed etiam QVORVM INTEREST ID RELICTVM ESSE, quibus testator prospicere voluit. Ex. gr. Si iussit quosdam ex heredibus æs alienum exsoluere, nihil creditoribus, sed coheredibus datur. Si iussit genero dotem dari, filia habet actionem l. 69. §. 2. l. 49. §. 4. & seq. de leg. 1. l. 11. §. 22. de leg. 2. Si veniat rem alienari vt in familia maneret, fideicommissi persecutio datur familiæ: De quo sic habendum: * Si simpliciter a voluit ne alienaretur, nudum præceptum & nullum l. 114. §. 14. de leg. 1. l. 38. §. 4. l. 93. de leg. 3. Si addidit, quorum causa caussit, vtile illis fideicommissum datum d. §. 14. Veluti vt in familia maneret: Vbi omnes qui in familia (qui hoc nomine continentur pete ex l. vlt. C. de v. s.) & eodem gradu sunt b alijs propiores b præferuntur, habent persecutionem l. peto 69. §. 3. de leg. 2. exceptis iis qui ipsi partes suas in eadem re alienarunt l. 77. §. 27. de leg. 2. seu ipsi non paruerunt defuncto. Paruit autem qui vel non alienauit, vel vni ex familia, licet is dispari gradu, viuus aut testamento l. 67. §. 3. de leg. 2. Non paruit qui aut viuus aut mortuus extero reliquit d. l. 69. §. 3. c. licet vnus ex familia heredem instituit d. l. 67. §. 3. d. & si partem legauerit, ad partem petitionem, qui ex familia sunt admittuntur d. l. 67. §. 4. Quod si vni ex familia fundo legato eius fideicommissum vt alteri extero restitueret, non valet, nisi ei aliunde reliquerit, quod fundi pretium efficeret. Nam tunc valet d. l. 67. §. 5. Ratio in ead. l. §. 1. ibi quid est enim. Hic tamen vbi valet fideicommissum, cæteri ex familia habent petitionem ex primo testamento, vel statim si heres rogatus cui vellet ex familia relinquere; vel post mortem legatarij, qui fideicommissum restituit, si ita ne de familia exeat. Quamdiu enim legatarius viuus videtur rem habere qui pretio fruitur l. 39. de vlt. Et hæc sententia d. obf. §. 5. e. Non paruit & qui necessario alienauit, vt distractis bonis à creditoribus. Vbi tamen non quidem statim, sed cum heres decefferit, petitio est, l. 69. §. 1. de leg. 2. Interdum verò dubium cuius contemplatione relicta sit. Vt Titio aut Scio, item si adiciat, vtri heres volet, si heres non eligat. Vtrique autem admittitur ad petitionem, quasi duo credendi rei facti sint. l. 16. & seq. de leg. 2. Vtrique enim dari voluit testator sub conditione, alteri non daretur. Quæ existit, si heres neutri dederit. Quare nisi heres cui volet statim offerat, statim ambo petunt l. 24. d. t. Nisi heres vni ex pluribus libertis, cui volet, dare iussit. Tum enim non ante omnes petunt quam defuncto herede prius quam eligat l. 67. §. 7. de leg. 2. ET ILLIS MORTVIS POST DIEM LEGATI CEDENTEM EORVM HEREDIBVS l. 5. præf. Quan. di. leg. In purè autem relictiis vel in diem certam, dies statim à morte cedit d. l. 5. §. 1. l. vn. §. 1. C. de cad. toll. §. nisi res legatarij personæ coherereant. Vt vsufr. vsus, & habitatio. Quorum dies ante aditam hereditatem non cedit l. 2. l. 9. Quan. di. leg. Et hæc quia cum personæ extinguuntur, numquam transmittuntur. Quæ verò sub condi-

conditione aut in diem incertum eorum dies cedit vbi as venerit, conditio extiterit d.l. 5. §. 2. Quando autem extitisse videatur exponitur *eo tit.* & dicemus c. 33. Sed Principi legatum, eo ante diem cedentem defuncto successori debetur l. 56. de leg. 2. Quod enim Principi id imperio cui præest, & magis dignitati quã personæ relictum censetur. h. Nihil autem hic singulare, quod non obtineat etiam in priuatis, quibus quid sub titulo dignitatis aut officij legatum: vt sacerdoti aut nomophylaci l. 20. §. 1. de ann. leg. Aliud in Augusta l. 57. de leg. 2. Nec enim illa imperio præest, nec in eius locum alia eligitur. Potest quippe fieri vt Imp. aliam non ducat. Et si ducit, tamen illa non successione iure adsciscitur. Non igitur obstat l. 3. t. de h. Nam & non est priuilegium hic quod tribuatur Augustæ, & si esset, viuenti tribueretur, non mortuæ.

NOTATA.

a De fideicommissio ex prohibita alienatione mirè variant interpp. Res perplexa est, multis contentioneibus agitata. Plenè singula excutere res maioris operæ, nec presentis propofiti. vid. Cuiac. 15. obf. 1. 2. §. 6. & ad Nouell. 159. Gouern. 2. variat. l. 19. Ant. Fab. l. 14. Cont. 6. & 19. seqq. & de error. pragmat. dec. 53. & 54. Octau. Cacheran. decif. 50. Simon de Prat. lib. 3. interpp. vltim. vol. interpp. 3. dubit. 1. fol. 9. 10. & 11. Martineac. lib. 1. Epit. legat. c. 22. & seqq. M. Anton. Peregrin. de fideicom. artic. 14. fuffiffimè Petr. Anton. de Petra 11. de fideicom. ex prohibita alienatione refultantibus, qui in præfat. num. 3. & seqq. scribit rem versari in magno pelago, propter casum diuerfitatem & inconstantem interpp. variacionem. b An fideicom. familie relictum excedat quartum gradum, vid. Mattheac. 2. Epit. legat. 8. P. Anton. de Petra d. 11. q. 8. num. 40. & seqq. Nicol. Valla de reb. dub. 11. §. Cuiac. 4. obf. 38. & ad Nou. 159. c Cuiac. 15. obf. 5. Fideicom. petitio est, ait, non tantum si moriatur fundo legatum fiebat caducum, sed etiam statim atque viuus alienauerit d. l. 69. §. 3. Nec prodest si rem redemerit alienans, quia semel extitit conditio fideicommissi, d. l. 21. de fideicom. lib. 4. vbi & ipse heres ad partem admittitur ratione doli exceptionis. d. §. 3. ¶ Cuiac. 15. obf. 1. illam doli exceptionem non exprimi & opponi necesse esse, sed intelligi eam, quæ inest ex causa compensationis etiam strictis iudiciis, cum ex alia causa tantum inest bonæ fidei iudicio. Malè enim in hac specie vera est compensatio, quæ obicitur à debitore creditori, tantumdem ex alia causa debent. Hic autem debet fideicommissum ipse heres sibi, & ex eadem causa, proinde aditione confusa est obligatio quod & Cuiac. fatetur, non animaduertens se quasi pugnantia sic dicere. Quia autem æquum est cum partem suam non amittere, nec lucrum aliquod accrescere aliis eiusdem familie, inde quod suæ familie aliquis heres, quod non obtinuerit, si esset extraneus, ea res inducit tacitam pensionem & ad similitudinem illius, quia partem ipso iure saluam habere nequit, habet doli exceptionem. e Quid inter hæc fideicom. vni ex familia cui volens relinquit, & Peio ne fundus de familia exeat, interfit Cuiac. 15. obf. 2. qui sic: Communia hæc, 1. Heredis electio, eaque ad mortem vsque variabilis. 2. Ei quem elegit frustra cum fundum legat, eiusve fidei committi nisi ampliora legata pretio fundi ei reliquerit. 3. Possunt & plures eligi. 4. Nemine electo omnibus eius familie est petitio. Differentia hæc: Priori casu quicumque electus sit, (sive voluntate in qua heres eligens perseueravit, sive legato, quod hic non censetur proprio legati iure d. l. 67. §. 1. in fi. sive institutione & fundo, alij non relictio) alienare, dare, relinquere extraneo potest. Immo grauatus potest ab electo fundum per fideicom. extero relinquere, si ei aliud reliquit, quod fundi pretium efficiat d. l. 67. §. 5. Neque ob huiusmodi fideicom. heredis onerabitur. Posteriore casu electus non debet extraneum transferre. Immo de ea re cauere debet heredis. Alias heredis heres, si præstitit fundum electo, qui non cauit ei de indemnitate, si is in extraneum contulerit onerabitur: Et post mortem electi, cui fundum præstitit, ceteris eius familie tenebitur ex causa fideicommissi, primo testamento relictio, ac ita duplici præstatione onerabitur. Sed si prior heres fundum ab electo per fideicommissum extraneo reliquerit (quando scilicet potest, amplioribus datis legatis) heredis heres onerabitur omnino, si electus, cui, vt debuit, præstitit, extraneo ex fideicommissi causa restituerit. Cautionem

enim exigere non potuit contra voluntatem sui testatoris, qui idem & prior heres. Et hæc sententia d. l. 67. §. 5. & seq. Ad hunc modum Cuiac. Conuenit ferè Gouern. 2. variat. l. 19. vid. & A. Fab. 14. Cont. 10. & Cuiac. 15. obf. 5. sic distinguit. Aut alienatio necessaria facta propter creditores testatoris, & fideicommissum extinguitur, quia de huiusmodi alienationis causa non videtur sensisse testator l. 114. §. 14. de leg. 1. l. 78. §. vlt. de leg. 2. l. 9. de fideicom. libert. Aut propter creditores heredis & fideicom. petitio est post mortem, ac tamdiu manet fundus apud emptorem, quamdiu maneret non alienatus apud heredem d. l. 69. §. 1. ¶ An bona fideicom. subiecta ex causa dotis alienari possint vid. A. Fab. 20. de vrr. pragmat. 2. Ant. de Padilla ad auh. res qua C. com. de leg. num. 42. & seqq. Denique quando prohibitus contra prohibitionem venisse videatur latè P. Anton. de Petra de fideicom. q. 8. g. Hoto. 4. obf. 9. & ad §. speculum 20. ipf. 17. l. 1. de legat. enuno 3. Diem dupliciter cedere. 1. Ad transmissiohem, quod pertinet iur. D. Quon. di. leg. & de ea noster hic agit. Hic olim debebat à morte, ex l. Iul. caducaria ab apertis tabulis: iure nouissimo rursus à morte d. l. vn. §. 1. in puris scil. & in diem certum. In conditionibus non ante conditionis euentum d. l. 5. §. 1. l. vn. §. 1. in a. 7. C. de Cad. toll. 2. Ad obligationem adita demum hereditate. Prius enim non est à quo peti possit vid. l. 7. & l. 13. Quon. di. leg. nec qui debeat. Hereditas iacens æs alienum debet, non legata. Aditione verò quasi contrahitur. Quod autem Bart. & sequaces ad l. vn. C. de Cad. toll. alias cessiones addunt ad transactionem dominij & ad petitionem, non placet Hot. quia, inquit, dominium certum est non cedere ante aditionem, licet, propter retroactionis fictionem, cessione intelligatur à die mortis l. 80. de leg. 2. & si sub conditione vel diem expectanda est. De die verò petitionis inspectio sub secundo genere continetur. Quod postremum vereor vt rectè. Nam si in diem certum legatum, adita hereditate dies statim cedit quoad obligationem, non quoad petitionem l. 213. de V. S. De cessione & transmissiohe legati vid. Peregrin. de fideicom. art. 30. & de cessione Zoon. de dupl. venat. num. 2. Et ita & Goth. in not. d. l. 56. Decian. lib. 7. rr. crimin. c. 5. num. 1. ¶ Fopp. ab Aezoma. 2. dissert. 21. id in principio speciale, quia Antonini temporibus legatum fiebat caducum, ante diei cessionem mortem legatario. Quare non magni interfit, dicit, successori applicetur, an fisco. Quæ ratio in Augusta cessabat. Malè LL. enim ex persona Iustin. accipiendæ, qui omnia sua fecit. Dicit vir doctus, hodie rationem iuris huius quidem cessare, dispositionem non æquè. Quod verum non puto.

CAPVT XXIX.

Persona præstantis Legatum.

SECUNDO. A. QVIBVS. a Regula est. QVICQVOD, testamento aut codicillis, RELICTVM, SI NOMINATIM AB ALIO NON SIT, ONVS HEREDIS l. vlt. C. de her. act. & per vtrunque legati definitionem. Et si ab alio relictum inutiliter, heres obligatur l. 108. §. 13. de leg. 1. Idem est in specie l. 27. §. vlt. de leg. 3. Si scilicet simpliciter quid legatum, ac demonstratum vnde pecunia sumeretur. QVOD SI PLYRES HEREDES, OMNIVM ONVS l. 33. de leg. 2. Nisi nominatim vnum oneravit testator l. 98. de leg. 3. b sciens b videlicet sibi esse plures heredes l. 40. pr. h. t. Secus si putans hunc vnum heredem fore, deinde & alius extitit. Hic enim pro parte dimidia releuandus l. 77. §. 29. de leg. 2. PRO PORTIONIBVS HEREDITARIIS d. l. 33. l. 2. C. de hered. act. Nisi nominatim (vel quod idem, alia demonstratione quæ vicè nominis l. 90. de leg. 3. enumerati, qui proportionibus viribus l. 124. de leg. 1. l. 54. §. vlt. eod. c Numquam autem tenentur pro coheredibus, qui non soluendo d. l. 33. MODO EXSTITERINT. Secus si repudiarint aut abstinerint l. 57. de atq. hered. l. 62. de leg. 2. Vbi tamen si defecta portio, ex iudicio testatoris, ad alium peruenit, i. Substitutio. Relicta enim ab instituto repetita videntur à substituto d. l. 74. de leg. 1. l. 4. C. ad Trebell. Nec enim est cur d credatur minus voluisse præstari à substituto quem mi-

nus dilexit. Non obstat l. 73. de her. inst. Nam alia ratio est conditionis adiectæ solius instituti causa, immò vt consulari substituto. Prodesse igitur ei non nocere debet. Alia legati, solius legatarij gratia relictio, nec affectus testatoris minuitur in persona substituti. Sed hæc ita si legata in persona instituti constituerint l. 14. C. de l. codicil. Et nisi euident sit aliud sensisse defunctum. Si vel eidem legatario aliam rem à substituto reliquit. Videtur enim onera partitus; Vel is ipse ex parte substitutus: vel si certa causa, cur relinqueret ab instituto, cesserit in substituto. d. l. 74. de leg. 1. Ex. g. Si institutus iustus dare 300. Titio, quæ ipse (heres) testatori debebat: Substitutus autem nihil debuit. Malè autem quidam nominatim relictum ab instituto, non deberi à substituto, moti l. 98. de leg. 3. cum tamen ea de pluribus institutis eodem gradu loquatur, ex quibus si vnus nominatus, non alio consilio, quam vt ceteri legato eximantur. c. 2. Coheres, cui deficiens portio accrescit, etiam ab intestato l. 61. l. 1. de leg. 2. l. 122. §. 1. de leg. 1. vn. §. 10. C. de Cad. toll. licet differerit. Celsus l. 29. §. vltim. de leg. 2. Nam diffidium hoc Justin. f composuit d. l. vn. f Filiusfam. ac seruus si à patre dominòve legata reliquit testator, & submotis his potestate liberati ipsi acquirant hereditatem l. 4. de leg. 3. vtili actione data l. 62. de leg. 2. Interdicit autem si non iudicio defuncti peruenit. Vt si testamento irrito, ad legitimos redeat hereditas, licet idem scripti essent l. 81. de leg. 2. Vel si hereditas relictæ fideicommissum à proximo legitimo & eo repudiante, remotior fiat heres l. 1. §. pen. de leg. 3. 8 Nisi & hi rogati sint d. l. 81. nominatim aut generaliter. Quisq. mihi heres, & c. l. 14. C. de fideicom. Excip. tamen, qui est non ex iudicio defuncti accepta hereditate, relictæ præstari. 1. Fiscus, si hereditas ceu indigno ablata l. 50. §. 2. de leg. h quia non ex sua persona, sed indigni heredis, qui heres esse non desinit l. 43. §. vltim. de Vulg. & pup. fruatur hereditate. Ergo & oneribus. 2. Legitimi testamento ex causa exheredationis præteritionisve relictio, aut. ex causa C. de lib. prat.

NOTATA.

a De personis præstantibus legata vel fideicommissa vid. & M. Anton. Peregrin. de fideicommiss. art. 12. Chiflet. lib. 4. de iure fideicommiss. c. 1. Gomez. 1. var. resolut. 12. num. 17. An usufructuarius omnium bonorum? Ioan. del Castillo de Vstr. c. 59. b Potest etiam qui à pluribus heredibus legauit iubere, vt heredem vnus legata præcipiat & legatariis præstet l. 107. de leg. 1. Et ita dispensatorem legatorum seu executorum testamenti, heredem vnum constituere Cuiac. 2. ad Afric. ad d. l. 107. Præcipit vero ea legata heres dispensator, officio iudicis, Fam. eccles. iudicio. Quid si dispensator legatorum extraneus an habet petitionem legatorum? Cuiac. distinguit inter dispensatorem alimentorum & aliorum legatorum l. 8. & seq. de alm. leg. ¶ De executoribus testamentorum pluribus P. Greg. 42. Syn. vlt. Alu. Valasc. consule. 68. Tiraq. rr. Le mort saisi le vie, p. 7. d. 1. 5. Ant. de Padilla ad l. 1. de leg. 2. nu. 23. & seqq. laud Simon de Prat. lib. 5. de interp. vlt. volunt. interpp. 1. c. d. 2. & 3. A. Fab. 66. de error. pragmat. 6. & 4. seqq. c Hæc communis & ferè omnium distinctio quam examinat, ac ab ea recedit, Alberic. Gentil 4. & Lett. 9 & 2. seqq. Mouetur præter alia l. 19. de duob. reis. Sed Gregor. Lopez. animadu. c. 29. verba d. l. 17. excepto aliquo refert ad omnia præcedentia, & ita difficultatem euitari purat, quia excipiendo aliquem ostendat testator, se non personas heredum respexisse. Alias verò non possent conuenire casus d. l. 17. neque aliquid similitudinis haberent. ¶ Neque resistunt verba extrema. Ea enim in ea sententia duplicem sensum recipiunt. Poteris sic interpretari, cum omnes heredes nominantur, id est, cum omnes instituti appellantur nominibus. Poteris & sic, cum omnes, quos scilicet testator instituit, nominantur heredes, id est, non propriis nominibus, sed communi seu appellatiuo & sic tanquam heredes onerantur. Posterior hæc interpretatio, quæ facit vt contrarietas euitetur arripienda l. 19. de h. Nec me terret iudicij Aegid. Harrensi ad d. l. 17. de duob. reis, scribentis imperitos d esse qui ICt. aduersa fronte pugnantem conciliare tentant. d

Non tantum legata sed & libertates l. 77. de leg. 1. l. 80. de V. S. Olim tamen secus erat, teste Cic. in Top. Si paterfam. inquit, vxori ancillarum vsumfr. legauit à filio, neque à secundo herede legauit, mortuo filio mulier vsumfr. amittet Form. ad d. l. 80. Goad. ibid. num. 3. & 4. ¶ De regula hac vid. Vassij. lib. 2. de succ. resol. §. 11. num. 28. & seqq. & Gomez. 1. var. resol. 12. num. 36. ac Fachin 5. contr. 39. c Sed immò d. l. 98. aperte de pluribus gradibus heredum, atque ita institutis & substitutis loquitur. Potest autem ita accipi, si sic nominatum damnet heredem primi gradus, vt inde appareat eum nolle sequentem gradum onerare & ita & Duar lib. 2. de iur. accor. c. 2. ¶ Dissensio vt euitetur malo cum Pac. 6. q. 14. dicere in d. §. vltim. haberi exceptionem nisi nominatum testator ab vno legans ostendat se ab eo tantum præstari velle legatum. g distent. g Ant. Fab. 4. Cont. 15. quem refellit, Supr. in not. c. 8. lit. B. Tenetur verò & heres legatariis, etsi iniuria secundum eum pronunciatum, l. 50. §. 1. de leg. 1. vid. Horom. 6. obseruat. 23. tametsi iniusta sententia contra heredem et hereditatem abudicans, legatariis non nocet d. §. 1. Rob. 2. rec. l. 13. contra Cuiac. 2. obf. 7. & 16. obser. 32. h l. 16. §. vlt. de his que vt indig. h Idem est si bona vacantia ad fideum deferuntur l. 96. §. 1. de leg. 1. vid. Chiflet. lib. 4. de iure fideic. c. 1.

CAPVT XXX.

Tempus præstationis Legati.

TERTIO. QUANDO. Eadem, quæ in obligationibus, distinctio. AVT PVRYM EST LEGATVM, ab adiectione scilicet, quæ præstationem differat, ET PRÆSENS l. 1. pr. de cond. & dem. id est, statim ac presentis die debetur & peti potest, dum tamen hereditas adita l. 32. de pr. leg. 2. AVT IN DIEM ET AB ADITA HEREDITATE DEBENTVR ABSOLVI POSVNT, ante diem verò peti non possunt, nec agnosci, l. 45. de mand. vmd. Dicuntur autem in diem quibus dies certus l. dies 75. de cond. & dem. adiectus, id est, quouis modo inest, a aperte si adscriptus; tacite, siue natura relictio, si vel opus adificari iustum vel loca legato præstando præfinita l. 73. de V. O. siue voluntatis, coniecturâ. Vt si legato quod primo datum dies adiectus, & alius illi substitutus l. Publius 36. §. vlt. de cond. & dem. AVT SVB CONDITIONE ET ANTE NEC DEBETVR NEC PETI NEC SOLVI POTEST, quam ea impleta, vel iure pro impleta habita. ET DE HOC QVADRVPLEX QVÆSTIO. I. AN INSIT CONDITIO? (de 2. infr. c. 32.) CONDITIO, dicta non à condere, id est temperare & moderari, licet in Pand. Florent. scribatur conditio. Nam quantitas penultima repugnat. Nec à condicere: quia 1. ex analogia dicenda esset conditio. 2. obstat quantitas penultima. 3. verbi significatio. Condicere est affirmanter dicere, vt condicere diem, cœnâ; in conditione autem nihil certi. Sed à verbo condere, quod est constituere, componere, exedificare. Hinc duplex eius significatus. 1. denotat habitum fortunæ personarum l. 9. de stat. hom. l. 19. de R. L. tum rerum: sic res dicuntur meliore conditione. 2. In negotiis & vltimis voluntatibus, id cuius euentus rem constituit, EST b ORATIO QVA EIVS QVOD IN ALIVM CONFERRI VOLVMS, PRÆSTATIO IN ALIQVOCASVM AC FVTVRVM EVNTVM SVSPENDITVR per §. 4. l. de V. Oblig. Cuius formula est si quid factu erit vel non erit. Vt finitius ex Asia venerit, si Titius Capitol. adscenderit, si 10. dederit, vel si non venerit, non adscenderit, non dederit. c Dicuntur quidem conditiones & quæ in præsens tempus. Si Titius viuat, & præteritum. Si T. Consul factus l. 100. de V. O. §. 6. eod. l. 37. & 2. seqq. de reb. cred. sed reuera non sunt l. 39. de reb. cred. l. 10. §. 1. de cond. inst. l. 3. §. 13. de bon. lib. Nam si falsæ, nihil, si veræ purè debentur. Atque ita ex illis statim, vel aliqua, vel nulla obligatio. Verbis igitur ac figurâ orationis hæc sunt conditiones, non vi ac potestate, hic & ad l. 37. de reb. cred. & ad l. 41. §. vlt. de V. O. n. 20. [Malè autem Bart. in l. 1. de cond.

cond. & dem. definit Conditionem casum aut euentum, quia conditio est res qua differt, casus in quem differtur obligatio Don. noster ad d. §. ult. m. 18.]

NOTATA

a Mattheo. lib. 1. Epi. legat. c. 4. num. 11. & seqq. tempus scribit poni aut ad substantiam legati, ubi facit legatum conditionale l. 2. pr. Quam. di. leg. aut ad praestationem & manere purum vel in diem certum, nec fieri conditionale, aut ad finem vel interitum illius, & facere diem non autem conditionem. † De vulgari clausula de praestandis legatis quantitatibus, annua bimā trimā die, vid. l. 19. l. 30. d. de leg. 1. Cuiac. 7. obser. 20. & 15. obser. 29. b Duaren. de cond. inst. c. 2. Conditio est adiectio l. 6. §. 1. de tutel. quā legatum vel institutio heredis suspenditur in futurum euentum, vid. & Goth. ad l. 1. de v. s. num. 16. & seq. c Cur Icti nostri nōdem plerumque exemplis vtrantur in conditionibus referendis. Vt in casuali. Si quis ex Asia venerit, Si Titius Consul factus erit, in potestatiā quā factum habet. Si Capitolium adscenderis, quā dationem. Si 10 dederis. In conditione facti impossibilis. Si caelum digito terigeris, dationis. Si Hippocentaurum dederis, & c. argutē exponit. Rob. 3. Sent. 15.

CAPUT XXXI.

Legatum Conditionale esse vnde constat

INTESTAVTEM LEGATO CONDITIO VEL EXTRINSECVS, de qua c. seq. initio. VEL INICIIVR A TESTATORE: AVT VERBIS ET VEL IPSA FORMVLA CONDITIONIS, si illud factum erit, aut non erit.

a VEL QVÆ PRO IPSA HABENTVR. VT DIES INCERTVS. l. 1. §. 1. l. dies 75. h. t. de cond. & dem. l. 30. §. 4. b de leg. 1. Qui duplex. 1. De quo incertum an venturus, certum tamen quanto intervallo ab hoc distet. Ex. gr. Cum pubes erit, cum 20. annos impleverit. Atque hunc pro conditione esse expeditur e. l. 21. & seq. Quam. di. leg. Interest tamen in conceptione & expressione adiectionū inter hęc: Si pubes factus & Cum pubes erit. Illic exprimitur conditio & per eam tempus, hic tempus, & per id conditio. Sed hæc ita nisi aliud senserit testator l. 69. de leg. 3. Interdum enim dilatio tantum est in die incerto vt si ita: Do Ælia 10. (pure) que accipere debebit cum ad statem legitimam pervenerit, non conditio inserta, sed petitio dilata. l. ex his 5. c. Quam. di. leg. Interdum ne dilationem quidem habet adiectio: vt Titio 10. cum petitor lego. l. Titia 85. h. t. 2. Quem venturum certum est, incertum verò quādo vt Heres meus, quando morietur Titio 10. dato. Equè hic inest conditio, quia potest legatarius ante heredem mori & sic dies non venire, viuo legatario, l. 1. §. 2. h. t. Quod si ita: Quando legatarius morietur, purum est l. 79. pr. h. t. quia non potest hic dies non venire viuo legatario, viuis enim animam agit, seu moritur e ideoque conditio non est, quam existitiam omnino certum est. In contractibus igitur omnis dies incertus, quem tamen venturum constat, non facit conditionem l. 9. §. 1. de nouat. Ratio quia ibi nihil interest viuo an mortuo creditore existat conditio, cum spes illius in contractibus transmittatur ad heredes, non æquè in legatis. Quibus verò verbis res differatur in tempus incertum parum refert. Vt ubi, cum, postquam, quādo cumque nuperit l. 45. §. ult. de leg. 2. l. 25. h. t. quādiu res gesserit l. 101. §. vltim. h. t. dum, quoad cum filio moratur erit l. 8. h. t. l. 13. §. 1. de alim. leg. Item redditus rationibus liber esto l. 69. §. 4. de e. iust. l. 34. §. 1. de statu lib. item acceptis 100. restituito, id est si fideicommissarius dederit 100. l. 109. h. t. vbi Scævola negando heredem conditioni parere posse seu legatum conditionale nondum impleta conditione, transmitti, tacitè significat in proposito inesse conditionem, quæ si nulla esset, indigna foret Scævola decisio. Quæ verò ibidem Saturninus subiicit videntur esse non laudantis. Neque enim ingenij laus est de facto

quæsitum respondere de iure, sed irridētis. Non rectè tamen. Nam mos is Scævola: vt ex responso iuris velit intelligi id in facto esse. Exempla in l. 9. §. 4. de leg. 3. l. 12. §. 4. de Verb. Obligat. 4 ET DEMONSTRATIO EX FUTURO, quæ tamen ita abusiue vocatur, cum nemo ex futuro tempore rem designet. (Ex. gr. si ita Stichum, qui meus erit cum moriar, heres dato, nisi in ea causa sit Stichus tempore mortis, non debetur l. 6. de leg. 1. l. nuper 85. de leg. 3. vbi rectè Labeo reprehenditur volens & hanc esse demonstrationem. Nam res designanda rebus & notis presentibus, vt certa fiat, non ex futuro tempore quo qualis futura sit nunc ignoratur. c Non siquidem certus seruus, sed quisquis futurus erit Stichus tempore mortis, legatus est. Hinc si Stichus a viuo testatore alienatus, & alij empto idem nomen impostum, atque is in bonis morientis, legatus videtur l. filia 28. §. vlt. h. t. Quod si certus Stichus demonstratus esset, vtique deficeret legati conditio. Non enim emptus in locum prioris idem est cum illo. Hinc in d. l. 85. de vobula manum an conditionem faciat, distinctio traditur inter corpora certa & incerta. Similisque est hæc formula. Stichus qui meus erit, illis. Quisquis ex supra scriptis mihi heres: l. 8. pr. de vulg. Vt ex fratribus illam vxorem duxerit. l. 23. de cons. inst. Certum autem est his inest conditionem d. l. 11. Obiit. l. 2. pr. de her. inst. vbi verba demonstrationis ex futura non faciunt conditionem. 2. Immo faciunt. Nam idem ibi statuitur conditione aperte concepta si partes adscripsero. Licet autem ea verba, ex partibus quas adscripsero, faciant conditionem d. l. 2. princ. tamen ibi videtur duplex institutio: 1. pura. 2. sub conditione si partes adscripsero essent. Cuius conditione deficiente fiet vt scripti non sint heredes ex partibus disparibus, sunt tamen sine iis heredes ex aquis. f AVT SINE VERBIS TRIBVS MODIS: 1. Quando posterioris legati conditio prioris iniecta intelligitur l. 107. h. t. l. 10. de adim. leg. 2. Quando conditio prioris legatum posteriore repetita. Quod fit, quando vel translatum est legatum conditionale l. 95. h. t. l. 24. de adim. leg. verbi gratia. Quod Titio legavi Sticho lego l. 5. de adim. leg. Nisi conditio prioris persone cohæreat. Vt si legatum pictori, si pinxerit ad alium transferatur d. l. 24. Conditio tamen instituto adiecta repetita non videtur in substituto l. 73. de her. inst. vti nec quæ legatario, cui substitutus datus adiecta, vti potest l. 50. de leg. 2. adiecta arg. l. 24. & 1. seqq. de her. inst. Neque enim hic verè transferitur hereditas vel legatum, vt male quidam, cum immò nihil alteri adiunatur. Ac vti institutio, ita & legatum aliud in persona substituti. In translatione verò idem legatum, ideoque cum suâ conditione transit. Vel quando heredi ex parte simpliciter aliquid legatum, conditio institutionis repetita in legato l. duos 70. l. auita 77. h. t. l. 18. pr. de cond. inst. Immo generaliter omni cui quid prius relictum sub conditione, si postea legeretur pure, conditio repetita l. 38. §. 4. de her. inst. quia videtur in vtroque legato eodem modo affectus testator. Et quia siue exprimat verba, hoc amplius, item, praterea, quæ ad conditionem spectant, repetita l. 54. l. 63. de leg. 3. l. 108. h. t. siue nō exprimat, tacitè tamen ea intelliguntur l. 70. h. t. l. 108. de cond. inst. h. Sed hæc omnia ita si conditio prioris vtiliter adiecta, secus si inutiliter l. seruo 47. h. t. Secus etiam si prius relictum (institutio vel legatum) non constituit. Exemplum in l. 104. §. pen. de leg. 1. vbi conditio institutionis non repetita censetur in legato, cum legatum ad heredem dicatur transferri; Nimirum quia primus institutionis gradus nullus, & testamentum incipit à secundò per l. 3. §. vltim. de lib. & posth. Nulla igitur & conditio, pars institutionis, ideoque nec repetita, quæ non est. Aliud exemplum in l. 38. §. penult. de her. inst.

3. Quan-

3. Quando ex affectu testatoris i suppletur. Vt si fideicommissum à filio cum moreretur relictum, coniecturā pietatis inest conditio. Si sine liberis, vt Papi-nianus, in l. cum auus 102. h. t. & laudatus à Iustiniano in l. 6. §. vltim. c. de iust. & subst. l. 30. c. de fideicom. Nam cum filium, dum viueret, frui relicto voluerit patet, ad quos potius censendus est voluisse redire bona ea mortuo nisi ad nepotes? Nam si filium amauit etiam hos arg. l. 8. in fin. Quod. met. ca.

NOTATA

a Non tantum verò voculā, si, concipitur conditio, sed & b aliis, vid. Duaren. de Cond. inst. c. 3. b Cuiac. 18. obser. 1. Dies incertus cum effectu ipso conditio fit, conditio vocatur l. 1. §. vlt. pr. leg. num. cam. l. 21. pr. Quam. di. leg. Econtrario conditio appellatur dies incertus l. talis 30. §. 4. de leg. 1. Sed hoc interest: Omnis conditio est dies incertus Non omnis dies incertus est conditio, sed ita si possit non cedere. Si non possit non cedere, conditio non est. vt Cum morietur Titius eidem c lego, quia fieri non potest vt non moriatur Titius, e Instans mortis adscribitur viua l. quos duos 18. §. 1. de manum. instam. Vltim. ibi extremo vixit momento de cond. inst. Quod & probant l. 9. Cod. de hered. inst. §. 1. iun. §. 1. l. de iust. d stip. Cuiac. 3. obser. 34. d Sed non puro Scævola ad Claudio ironice irridet. Nam id & indignum ac alienum à Icto, & debuisse à Tribon. hæc si esset, reprehensio omitti. Laudatigitur in eo Scævola Claudius, quod cum videri posset species propofita iuris ambigua, magno, id est, fidenti ingenio e eam ex iure certo deciderit. e Sed immo puro huiusmodi orationi vtrumque inesse & conditionem & demonstrationem per l. 34. §. vltim. de auro & argen. leg. vt not. c. 19. lit. C. cir. fin. Labeonem verò in d. l. 8. reprehendi, vel quod negaverit etiam conditionem inesse vt subaudiatur vobula tantum vel, quod verius videtur, quod ius regulare demonstrationis hoc accommodauerit, quod demonstratio falsa vitatur & pro non adiecta est. Sanè exactè rem pensulanti apparet nonnullum discrimen inter hæc, Stichum si meus erit, & Qui meus erit. Illic sola inest conditio & designatur res praesens, quæ ita legatur, si penam ferit. l. 34. §. 3. h. t. Non enim quisquis seruus postea Stichi nomine insignitur, intelligitur, sed is quem, cum legatur, testator nomine Stichi habuit. Vnde alienatione illius voluntaria extinguitur legatum, & nec redemptione eiusdem Stichi c. nualicit l. 15. de adim. leg. multò magis alterius serui comparatione; cum idem Stichi nomen indatur, tamen in locum prioris subrogatur, argum. l. 26. §. vltim. de pignor. At in hac adiectione, Qui meus erit, nostro hic docente, aliud. Nimirum quia non sola inest conditio, sed & demonstratio, non quidem, qua res praesens designatur. Est enim tempore testamenti Stichus, seu res legata quodammodo indefinita, sed tempore mortis, cum euicit conditio, facit demonstrationem, cum ante eam & conditionis euentum, nihil sit, quod demonstrari possit, e vid. sup. lib. 6. c. 21. lit. K. & not. Mart. b. Gribald. ad l. 6. de leg. 1. re-lata vulgari solutione, quod si antecedens, & pro relatiuum, quis, qui, & c. reddatur conditionale, veniunt circa substantiam dispositionis, defectus conditionis dispositionem deficere faciat: Sin circa accidentia, quod tum defectus conditionis accidentia quidem videri, sed non substantiam dispositionis, vt in d. l. 2. vbi non institutio ipsa, sed partium distributio fit conditionalis. Et reiecta exinde, quod immò relatiuum, qui & c. faciat conditionale non antecedens tantum, sed totam orationem, sic ad d. l. 2. responderet: Duas esse propositiones: Hominis & Legis. Quoties quis à provisione legis recedit, sibi aliquid proponens, siquidem id perfecerit, valet: Sin minus, ad provisionem legis poenitentia prioris consilij, quæ ad mortem vsque licita, reuersus creditur, vt hic in d. l. 2. accidit in partium distributione, quæ si omittatur à testatore, fit à lege, partes æquales tribuente. Et sic accipi verba: quis duplici facta institutione scil. vna humana, altera legali. Contra si quis sibi aliquem actum proponat, nec expedierit, nec quidquam Lex in contrarium casum cauerit, dispositio in actu contrario non subsistit. Ex. gr. Filia quam ex herede dabo 100. lego. Non enim vti L. disponit partibus non adscriptis æquales fieri, ita filia non exheredate legatum deberi. Sic in d. l. 6. de leg. 1. in casu contrario, quod Stichus suus non est tempore mortis nihil cautum reperitur, neque ab homine, neque g à lege, quocirca dispositio vitatur. Ita Gribald. g l. vn. §. in autem 7. in fin. C. de Caduc. toll. vid. Duaren. ad tit. D. de Vulg. c. 1. fol. 371. Ratio autem cur conditio in substituto non repetita traditur c. præced. lit. D. Quæ petita ex voluntate defuncti melior, quam illa Nicol. Vallæ de reb. dub. 11. c. 1. n. 7. quia eum substitutus habeat suam & propriam conditionem, cum

alia adiecta onerari non conueniat. Idem tamen Valla à substituto legatarij conditionem repetitam censet per l. vn. §. 4. C. de Cad. toll. Ex quo hoc inferri nequit. Nam illic grauaena conditionis implendæ iniungitur eis, quibus lucrum per eam ordinem deferretur, legato scil. caduco. In quibus non est substitutus legatarij, sed immò in ver. nisi & in hunc casum ab iis excipitur. Nec enim tantum substituto locus, si legatum primus legatarius capere non possit, sed etiam, si nolit. h Dist. sent. Valla d. tit. 14. num. 9. & 10. in separatis & distinctis orationis clausulis, nec diem nec conditionem aut qualiterem, vni vel personæ vel rei adiectam, videri in altera repetitam statuens & firmans. Qui videti potest. i Gomez. 1. var. resol. i 5. num. 32. & seq. huius tacitæ conditionis tres esse rationes: quæ tamen in vnam veram conueniunt. Credibile est, quod si de liberis filio nasciturus cogitasset, non grauatibus fuisset, d. l. 102. in fin. 2. Ne videantur alienæ successiones propriis prelatæ d. l. 30. (quæ ratio est rationis præced.) 3. Quando testator, vel Lex verosimiliter aliquid disposuisset, si de eo cogitaret id haberetur pro expresso l. 7. §. vlt. de pat. l. 3. C. de inoff. l. 8. C. de reuoc. donat. (Hæc ratio pars est primæ.) Ibi-dem extendit hoc ius Gomez. siue extraneo debeat fieri restitutio, siue vni ex liberis testatoris, vt in specie d. l. 102. & licet qui remotioris gradus proporti substitui; item licet filij concepti sint post mortem testantis, rem est pia causa substituta. k Quid si heres extraneus sit grauaus, vt post mortem restituat, an tacita hæc conditio inest? Negat Gomez. d. loc. num. 35. quia & l. deficiunt, & rationes superiores cessant. Quid si grauatum liberos habere sciuit testator? Sunt qui & hic tacitam illam conditionem admittant. Sed aduetta iis opinio in puncto iuris verior & fortior videtur, Gomez d. loc. num. 36. 1. quia ratio illa deficit, coniecturæ voluntatis, quod non censetur grauaus si scilicet. 2. quia & miles scienter filium præteriens exheredasse creditur. 1. alia vocatur substitutus à testatore sub conditione: Si filij grauari omnes decesserint. 4. Actus diiudicandi secundum tempus praesens. Ergo simpliciter grauaus habentem liberos vt post mortem restituat, voluit, vt si statim contingeret mors, substitutus bona capiat. Et ita etiam Ang. Mattheo. 3. Epi. legat. c. 13. num. 15. † De conditione si sine liberis expressa vel tacita, eiusque interpretatione, ac innumeris qq. laudat Peregrin. de fideicom. art. 28. Simon de Pratis de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interp. 3. dubit. 2. solut. 2. & 3. & de pat. n. 9. & seq. Duaren. de cond. inst. c. 5. §. 418. P. Greg. d. c. 28. nu. 29. & seqq. Simon. de Pratis dubit. 2. solut. 2. Trentacinq. d. c. 11. num. 20. & seqq. Hoto. ill. q. 13. Forcat. dial. 50. & seq. Cuiac. consulti. 30. & 35. Fachin. d. c. 51. Forst. 4. de success. 1. num. 19. & seq. Mattheo. d. lib. 3. c. 18. n. 11. & seq. & c. 19. Chiffet. d. lib. 2. c. 14. Test. saur. decis. 96. A. Fab. 26. de err. pragm. 1. & seqq. 28. de error. 8. 9. & 10. & 29. err. 1. & passim.

CAPUT XXXII.

Conditiones qua improbentur in Legatis, & c.

2. AN QVÆ INEST, IVRE, PRO CONDITIO NE HABEATVR. NON ENIM HABENTVR. I. QVÆ EXTRINSECVS, siue tacitè IN SVNT l. conditiones 99. h. t. seu non ex voluntate testatoris, qui nec potest efficere, quò minus insunt. Insunt autem sic aut potestate iuris: si hereditas adita l. 7. Quam. di. leg. l. 32. de leg. 2. a aut natura rei, quæ nondum est, a existere tamen potest. Si quod ex Arescusa natum erit aut fructus qui ex fundo percipiuntur, legati, l. 1. §. vltim. h. Hic est ante aditionem vel natos fructus peti nequeat, omnis tamen quæ in his est dilatio, similis est dilationi diei, vt res ante debeatur, licet peti nequeat. Vnde quamuis legatarius ante aditam hereditatem, percipere potest fructus decesserit transmittit tamen ad heredem l. 7. Quam. di. leg. adeo vt quamuis nominatim expressæ hæc conditiones, legato nihil noceant d. l. 7. §. 5. l. 25. in fi. Quam. di. leg. Exemplum in l. 47. h. t. l. 6. §. 1. de tutel. Quia

Quia enim superuacua, pro non adiectis sunt l. 69. de her. inst. & alia ratio in l. 19. §. 1. h. t. ubi exceptio; nisi aperte voluerit testator facere conditionem. Sæpe tamen mutari rei effectum ait Marcell. in l. 47. in fin. h. t. ut eiusmodi conditio non frustra adiciatur veluti Titio, si uolet. l. 10. lego. Legatum est conditionale l. 65. §. 1. de leg. 1. l. 69. h. t. Verè enim non est eadem conditio. Nam tacita huius conditionis, si uolet, quæ per se inest, hic sensus; ne prius perfectè fiat legatarij antequam voluerit, ut nondum agnatum possit repudiare. Potestate uero iuris iam ab initio acquiritur etiam ignorantibus l. 77. §. 3. l. 80. de leg. 2. uel. s. c. 18. Adiectæ autem vel expressæ sensus, ne aliter eius fiat, quam si uoluerit. ^b Nam si tacita conditione si uolet, legatum non prius acquireretur, quam uolente legatario, utique conditio ea adiecta pro superuacua esset, sicuti in institutione heredis extranei l. 69. de her. inst. Sed ita non nocet adici huiusmodi conditionem nisi Lex ueret. Hinc exheredationem conditio, quæ per se inest, uiciat l. 68. de her. inst. ^c non ob inutilitatem adiectio- nis, sed ob iuris prohibitionem. ² QUÆ IURE IMPROBATA: Ut sunt I. IMPOSSIBILES l. 3. h. t. l. 1. de cond. inst. l. 104. §. de leg. 1. uel. l. 1. de iur. lib. 6. c. 18. lit. H. & I. Nisi testator probabili ratione credidit fieri posse, quod posuit in conditione, ut in specie l. 58. de cond. inst. ^d Tales sunt quibus natura impedimento, quò minus existant §. si impossibilis l. 1. de inutil. stipulita ut à nullo possit impleri. Secus si possit ab aliis, licet nequeat ab herede vel legatario, impedito vel inopia. Exemplum in l. 4. §. 1. de statu lib. Facit lib. 137. §. 4. de V. O. ^e vel iure in specie l. 72. §. pen. h. t. In ea enim causa illuc pecunia, ut natura solui poruerit, licet nunc nequeat: quia iam à uiuo testatore soluta, ideoque deficit conditio, nec libertas debetur, ^f uel ordine à testatore constituto ut in l. 16. de cond. inst. ubi quod institutio non ualeat, haud efficit qualitas conditionis, sed scriptura testatoris, quia cum in duobus nequeat impleri conditio, dubium in uero debeat prius. Ideoque non uerget (quod fieret si conditio impossibilis) sed g. neuter heres. ² LEGIBVS ADVERSÆ l. 20. h. t. l. 9. l. 14. de cond. inst. quia & hæ iure impossibiles l. filius 15. d. t. et si testator alij restitui uelit legatum, nisi eiusmodi conditioni pareatur l. 22. h. t. Ratio in l. vn. C. de his qui pæn. nom. uerf. quod si aliquid. AUT BONIS MORIBVS, id est, pietati, religioni, humanitati. Ut si non redemerit patrem l. 14. de cond. inst. si à marito diuerterit l. 5. C. de inst. & subst. si reliquias in mare proiecerit l. 27. de cond. inst. Item si legatum ne liceat à monumento discedere l. 71. §. 2. h. t. EX HIS autem quæ iuri h. contraria ^h DVÆ OBSCURIORÈS. VNA LEGIBVS REMISSA. SI NON NVPSERIT. Quod cautum fuisse probabile est LEGE IULIA DE MARI- TANDIS ORDINIBVS, ⁱ arg. l. adigere 6. §. vltim. de iur. patron. Quæcumque tandem fuerit, Lex certè fuit, quæ hoc prohibuit l. 62. §. vlt. & l. segg. l. 72. §. 4. l. mulieri 74. h. t. EIVS SENTENTIA HÆC: SI QUID TESTAMENTO DATVM ERIT EA CONDITIO NE QVA VIDVITAS CAPIENTI INIVNGATUR, id est, si mulier & vel simpliciter nubere, aut vir uxorem ducere prohibeatur, vel certo tempore l. 62. §. vlt. h. Nisi vir uxori ita leget: si non nupsierit quamdiu liberi impuberes d. §. vlt. Rectè tamen certæ personæ, aut certo in loco nubere uetatur l. 63. §. seg. h. nisi alij commodè nubere nequeat l. 64. l. 72. §. 4. h. t. Contra uide- tur inungi uiduitas, si iubetur nubere Titio, quæ ei honestè iungi nequit, l. 63. §. 1. h. t. item si ita legatum: si arbitratu Titij nupsierit l. filia 28. l. 72. §. 4. h. t. Alteri autem si legatum sub conditione, si mulier nupsierit, conditio non tollitur l. i. C. de iml. uel. toll. Neque enim

per id mulieri uiduitas iniungitur: nisi legatarius sit pater istius mulieris, habens eam in potestate. l. 79. §. vlt. h. t. ILLIS CONTENTA CONDITIO PERINDE CAPERE LICET d. l. l. Exc. 1. Ni seruus legatus mulieri, si non nupsierit, idemque si ea nupsierit, liber esse iustus. Nam nubente illa seruus liber ac legatum intercidit l. Titio 96. §. vlt. Vtriusque enim coniugij & libertatis fauor magnus, sed huius maior. ¹ Ac propensior debet esse liberalitas in calamitosos l. Cic. 2. offic. Denique & sic cuius Reipub. nouus quasi nascitur. Exc. 2. hodie quoad secundas nuptias uiri aut uxoris, etsi ab alio quam coniuge, & etsi non liberorum causa sub ea conditione legatum sit, Nouel. 22. c. 43. auth. Cui relictum C. de ind. uel. toll. ALTERA EDICTO PRÆTORIS: CONDITIO IURIS- IURANDI, l. 20. h. t. l. 8. de cond. inst. Non uero simul id quod facere quis iustus remittitur, sed non cogitur iurare se facturum l. 26. h. t. l. 8. §. de cond. inst. Nec tamen omnis, sed qua iuratur in futurum d. l. l. Anceps enim hoc & periculosum, cum sæpe euenire possit ne postea possimus præstare. Non si in præteritum. ¹⁰ Nam si id iustus ex conuentione inter uiuos præstandum l. 39. de iureiur. magis iniunctum testamento per l. i. C. de S. S. Eccles. ¹¹ Et de hoc accipiendæ l. municipibus 97. h. tit. l. 62. de acquir. hered. Est & Exc. in iuramento in futurum si libertas sub conditione iuratur, relicta, & seruus id quod se daturum iurare debet, antequam liber sit, dare nequeat l. 12. de man. testam. Atque hinc in d. l. 20. h. t. adiecta uocula, plerumque ³. DERISO- RIA, ut si heres institutus ita: si uentilatorum aut eduliorum, quod satis ad usum anni, in sepulcro condiderit. Aut si habitu nouo & Philosophico indutum sepelierit l. 113. §. vlt. de leg. 1. Si scil. aliquo fine, stolidam nimirum persuasionem, id fecit. Aliàs si tantum ut animo morem gereret adiecit, conditioni nisi pareatur nihil debetur. Hinc implenda conditio si 10. in mare proiecerit l. 55. h. t. ^p Atque hæ conditiones implendæ non sunt. Q. An ceteræ omnes semper implendæ? Distinguitur: Aut diuersis locis separatim scriptæ sunt, & nouissima spectatur conditio l. 12. §. vltim. de leg. 1. aliud in libertatibus uel sup. c. 4. lit. D. & E. Aut simul plures; & si coniunctim omnibus paren- dum; sin disiunctim sufficit vnam existisse l. 5. de cond. inst. ^q l. 78. §. 1. h. t. Quod si conditio iam uiuo testa- tore tempore testamenti sit impleta, acis sciat, iterum expectanda, modo iterum fieri possit, l. 11. l. 68. h. t. Ratio in l. 9. h. t. Sin ignoret satisfactum esse l. 10. §. vlt. d. l. 11. princ. h. t. Item si iterum existere nequeat d. l. 11. princ. arg. à contrario. ^r Ex gr. Si pubes factus erit, & iam sit pubes, quia tunc conditio sit impossibilis, ideoque pro non adiecta. Quæ uero secundum exactè nequit, impleri tamen debet, quatenus potest. Exem- plum in l. Meuius 55. h. t. in conditione. Si 200. dederit Callimacho. Is deportatus est, atque sic dari ei nequit cum effectu translationis dominij. Quippe qui inca- pax testamenti nec mortis causa capere potest l. 9. de mor. ca. donat. Quia tamen conditio quatenus potest implenda, ac in datione etiam traditio inest, tradenda ei 200. non testamenti nomine ut legata. Sic enim incapax non præstanda essent, sed conditionis im- plendæ causa, quæ tanquam uacantia vindicabuntur fisco. ^t Et si nullo modo possit, implenda ta- men ad mentem testatoris, prout is sensisse uidebitur. Ex. gr. Titio lego, si filij mei tuor erit usque ad 18. annum. Hic cum tutela eo pertingere non possit, post puber- tatem curam in eum annum suscipere debet l. pater 101. §. 2. h. t.

NOTATA.

^a l. aliquando 107. h. t. l. 3. de leg. 1. ubi Duaren huiusmodi adiectione

adifectionem figuram, non vim conditionis habere. b Sed Duaren. ad d. l. 3. responsum hanc, nec ratam, nec firmam esse, licet utrunque defendi possit. Ipse præfert responsum Ripæ ad d. l. 3. n. 35. In conditione si uolet adiecta, uelle, si- gnificat factum personale nec ad heredem transit l. 4. Locati uid. §. c. 15. lit. B. c Duar. d. loc. admitti hanc subtilitatem, ut per conditionem, quæ per se inest, adiectam uideatur exhe- redatio, ob odium exheredationis l. 19. de lib. & posth. [†] Sed uera eaque firma huius rei causa mihi uideatur haberi in l. 3. §. 2. de lib. & posth. ubi dicitur impossibile esse filium post adi- tam hereditatem submoueri. Ex intimo igitur iure hoc opi- nor, non *con noster* ex specialil. prohibitione Nimirum quia filius uiuq. pater dominus & post mortem illius dominum in eum, uel d. l. dispositione, cõtinuatur, non potest locus esse in- stituito ante submouitionem filij uel. not. §. l. 6. c. 13. lit. A. & Gom. r. var. ref. 11. n. 1. ne admittat duorum dominorum in bona defuncti concursus, contra non iuris solum, sed & natu- ræ rationem. Idcirco exhereditatio filij semper ac necessarid, saltem ordine naturæ & intellectus, prior est institutione alteri- us, siue is æquè filius (nam ratione partis fraternæ in hoc ead- em ratio) siue extraneus. Atqui conditionalis institutio & generatim quicumque actus cui conditio adiecta, & sic quo- que exhereditatio conditio posterior. Unde apparet necesse in exheredatione, sic statui, nec aliter, per superiorum iuris ra- tionem posse. Nam qui ita exheredit. Si *Caius heres erit*, uel si hereditatem adierit, *filius exheres esto*, uult Caium prius esse heredem & deinde filium exheredem. Atque hoc præposterè, quæ antea filius debeat esse heres, postea Caius heres, Quo- circa obstat additioni Caij existentia filij nõdum remoti. Nec his contractum quis putet quod non adita hereditate exhe- redatio non ualere dicitur l. 20. pr. contr. tab. Non enim is sensus est, quasi aditio, & sic factum exteri, potius quam iudi- cium paternum, filium bonis excludat, quod absurdum est, sed quod sine ea enim nihil in test. scriptum ualeat, nec iudicium testatoris quoad exheredationem effectum fortiri possit uel. not. l. 7. c. 2. lit. C. Et ita uideatur. d Vbi repetitio est non pro- pter uitium cõditionis, quæ impossibilis, sed propter errorem testatoris in statu personæ, Gilb. Reg. 1. Enam. 6. [†] Duar. de Cond. indeb. ca. 4. cir. ff. nullam esse impossibilitatem in d. l. 58. quæ in re ipsa spectatur; nec naturam illi impedire quò mi- nus conditioni pareatur. Et Pac. 4. q. 113. non ibi esse conditio- nem impossibilem, sed deficere, quia, inquit, per sententiam falsò pronuntiatus fuit ingenuus cum reuera seruus esset, ut ipsa uerba docent seruo manumisso. Et rectè, uocula autem manumisso non ad alium referenda, quasi sensus sit, quæ igno- rabat manumissum ab alio, sed sensus. Eidem seruo, cui liber- tatem testamento adscripserat, fideicommissi dedit, & [†] Sar- mient. 2. [†] Seleth. interpr. 1. ubi latè h. l. explicat, uult conditione si liber fuerit. Seruo putatum iam ante libero, non deficere cum sufficiat eam ante testamentum esse impletam, quia non iterabilis per dicta infr. lit. R. Reperit autem in d. l. 58. fideicom- ceu indebitum non ob defectum conditionis, sed ex specialii ratione, quæ in l. i. C. de ingenu. man. l. uel. princ. C. [†] Quib. ad li. proclam. non lic. &c. [†] Quod non placet sed hic expendere non uacat. ^e ita & Ant. r. ab. 6. [†] Coniunct. 12. Cuiac. 21. obseru. 39. non esse eam conditionem impossibilem, sed distictilem, quæ non remittitur, & Pac. 4. quæst. 13. [†] Errat igitur Goth. qui post Accur. quem refert adnotat in d. §. pen. ideo ualere liber- tatem ob illius fauorè. Nam immò uerba §. aperte otten- dunt non ualere, & ita demum ualere, si nihil sui debitum, ut planè mirer quid errori Accurij causa dederit. Nec aliud statui debet ex probabili mente testantis. Si nihil debitum testamenti tempore, falsa conditio pro non adiecta, ex eadem ratione qua impossibilis; quia non creditur legando ludere & nihil agere uoluisse uel. lib. 6. c. 18. lit. I. Sin debitum, & ipse testator fecit, quo minus conditio impleri possit à legatario, eo facto ostendit se legatum ademptum uelle & prioris uo- luntatis pœnitere. g Neutra conditio in d. l. 16. impossibilis, sed ambarum coniuunctio efficit ut res effectum habere ne- queat, Duar. de Cond. inst. c. 4. [†] Duæ sunt conditiones possi- biles, quarum coniuunctio reddit euentum impossibilem, cum sibi inuicem sint impedimento. Quia enim par utriusque ra- tio non liquet utra tolli debeat Pac. 4. quæst. 13. & 7. quæ 98. [†] Impossibilitatem perplexitatis hanc uocant interpretes Baro in §. 10. l. de her. inst. De impossibili conditione plura Fr. Sarmient. 2. [†] Seleth. interpr. 1. & 2. h. Rectè tamen Alb. Gentil. 1. [†] Lect. & epist. 1. hæc duas non propter ipsasmet improbari à lege, sed in nostram gratiam remitti. Quia sponte eis parere possumus. i Legem Iuliam Miscellam hoc cauiffe Cuiac. r. not. Merc. 1. 2. & 3. [†] Briff. 1. antiq. 3. arg. l. 2. Cod. de ind. uel. toll. legem Iuliam & Papiam. Balduin. a. l. Papiæ pag. 86. arg. in- scriptionis d. l. 64. uel. Robert. 1. animadu. 1. 2. 3. 4. siue ma- ius habuerit siue non. Nam & huius uiduitas iniuncta dici

potest, cum & uirgo uida dicatur l. 241. §. 3. de V. S. Quid. i. Faslor. Et rectè legatur uirgini quoad uida erit l. 22. de ann. leg. uel. P. r. h. t. adu. subsec. 19. Cod. in d. §. 5. Scip. Gentil. Orig. l. sing. p. 304. & seg. & not. Frid. Taubman. ex Grutero ad Stich. Plauti. act. 1. §. 1. Non igitur inde rectè moueatur Rob. 1. ani- madu. 2. ut statuat l. Iul. Miscellam non petinuisse ad costi- bes, nuptias antea non expertas. ¹ Hinc colligunt conditio- nem uiduitatis non remitti, si in eius defectum uocetur pia causa ad relictum, Tiraq. prin. piæ causa 18. [†] Vid. de hac condi- tione pluribus dimicantes, Cuiac. & Rob. ad loc. add. Scip. Gent. lib. de sec. Nupt. c. 20. in Consenti. Duar. de cond. inst. c. 4. Sed refellit hanc distinc. A. Gent. 1. Lect. 2. quia & in præ- terito utraque ratio remissionis, in d. l. 8. relata, obtineat. Et sic contrarietatem expedit: Conditio hæc nec impossibilis, nec turpis, sed reprobatum ut periculum iis succurratur, quæ in d. l. 8. pr. Remittiturque eius implendæ necessitas, non uero (ut in turpibus conditionibus) deuegatur implendi potestas, (quomodo & Duar. de cons. inst. c. 5.) In d. l. 62. & d. l. 97. uero sponte iuratum fuisse, ubi cessant rationes d. l. 8. superflitio timidorum & improborum peccandi procliuas. Quod ut de l. 62. admitti possit, de l. 97. ualde dubito. Nec male uideatur Socin. ad d. l. 97. municipibus ideo conditionem non remitti, quia rationes d. l. 8. locum non habent in numerosa municipium multitudine, Dici quoque potest eum Pac. 6. quæ 46. non ibi haberi quod iustus, necessarid præstandum sit, sed tantum hoc Conditionem non esse impossibilem. Quid ita? Si impossibilis, tota esset pro non scripta. Proinde si e. g. iurare iussi se 100. duros, nec iurare cogentur, nec (quod est in iureiur.) 100. dare. Non male etiam Cui. 5. obs. 1. accipit d. l. de simplici & nudo iurei. iniuncto ita. Si iurauerit, non addito se hoc uel illud daturum uel facturum. Id nullo iudicio dictum uideatur Gentili, quia & in hoc obtineat æquè superflitio. Sed iniuriam facit Cuiacio de eo iureiur. loquenti, cui satisfactæ uerba illa præfatus, quibus aliàs ueteres utebantur in prosperis rebus exoptandis. ut Ex animi mei sententia hanc hereditatem, hoc legatum, habeo. ⁿ Sed differ. hac in re inter con- uentiones ac testamenta statuit Cui. 5. obs. 1. quia non quic- quid Lex uel edictum remittit in testamento etiam in con- uentionibus, sicuti nec quod admitti in illis etiam in his, ut Mutianam Cautionem. Et Pac. 3. q. 86. rationem differ tradès; Quia qui sciens prudens suscepit onus præstandi iurifur. ex- culationem non meretur, uti cui ab alio iniunctum. ^o Con- sentit. Cui. d. ca. 1. [†] Gentil. 1. lect. 2. esse alium casum in l. 7. de op. lib. & generatim non remitti quoties remittendo ferret, ne relictum queri possit E. g. Titius 10. capito si iurauerit se, ubi heres iusserit, Romanum iurum. Hic non potest citra iustus, impleri, quod est in conditione demandatum. Et nullum esse prætoris auxilium si aliter legatum adipisci liceret, quam expectato iustè heredis. Non igitur alia via consequendi le- gatam quam si iuretur, &c. Vid. & de Conditione iurifur. Rad. Forner. 3. rer. quod id. 22. & consens. Fr. Sarmient. 1. [†] Seleth. interpr. p. 5. Quod probare non possum. Nam si inceptum super- uacua in sepulchrum impendere, l. 113. §. vlt. de leg. 1. quod multorum habet exemplum, magis inceptum erit pecuniam proicere in mare. Et rectè A. Gentil. 4. lect. 2. refellit interpp. distinctè an inceptæ uoluntates in forma dispositionis prolata, ubi non seruandæ d. §. vlt. an in conditionis, ubi seruandæ d. l. 55. Neque enim incredibile est ins civile magis probare conditionem detestariam, bonis moribus aduersam, inceptam atque nulli usui futuram, rei suæ perditionem continentem. Facit l. 4. §. pr. ad l. Iul. pœcul. Ad d. l. 55. B. Gentil. uerba quid enim interest, &c. non facere casum paupertatem in uniuersum, sed in eo tantum in quo adiecta nec similitudinem ulterius deducendam quam ad quod inducta. Comparationem in eo esse quod ut mari non quæritur in id profectum, ita nec inca- paci. Sed hæc Resp. siua ac solida non est. Tutius dicemus (quod & Gent. tantum inuit) uerba quid n. interest, habere in se interrogacionem pro quantum interest & tacitam res- ponsionem, Multum, uti in l. 1. de leg. 2. uel. d. c. 15. lit. F. & G. q. ubi dictio cuiuslibet est distributua nõ collectiua, ut ibi not. q. Goth. Nec necesse habuit For. 6. rer. quot. 18. distingendo uoclam & ex vna geminam faciendò legere cuiuslibet. i. e. cui placet parere, tametsi sensus idem [†] Sæpe tamen disincta pro coniunctis & contra l. gen. a. pr. C. de inst. & subst. uel. Duar. de cond. inst. c. 5. Ad atth. l. 3. Epit. leg. c. 12. r. Et ita testa- toris ignorantia non nocet, sed prodest implemento condi- tionis uel. Sarmient. 2. [†] Seleth. interpr. 1. n. 10. [†] Neque effectu f. planè caret traditio in persona deportati. Licet enim non fiat dominus, nummis tamen uti potest, Duaren. de cond. inst. c. 5. in fin. uel. & Nicol. Valla de reb. dub. trad. 14. num. 1.

C A P V T XXXIII.

Impletio Conditionis.

AN IMPLETA SIT. VBI DICENDVM. ET QVOMODO IMPLEATVR: Si in euentum collata, cum id euenerit, quod testator voluit. E.g. nauis redierit; &c. Sin in arbitrium: vt daret, faceret, dando b faciendo. Sin vt non daret, non faceret, cum nec factum id esse nec amplius fieri posse constabit. Cum autem voluntas regat condiciones, l. 19. hoc tit. præcipua de ea, ac de verbis conditionis, eorumque significatione, ex quibus illa cognoscitur, quaestio. Vt docent variarum conditionum exempla hoc titulo posita. Frequens olim in manumittendis seruis, qui Calendario præserunt, conditio, si rationes reddiderint. Vnde Quid sit rationes reddere explicant a l. quamuis 32. l. 50. l. 8. l. 1. l. 111. hoc tit. In conditione, si nupserit, quando rectè nubere dicatur l. 10. l. 15. hoc tit. Quid sit dedisse l. 45. hoc tit. Quando quis dicens ad 16. annum peruenisse l. 48. hoc tit. In conditione, si sine liberis, an veniat adoptati l. 76. hoc tit. & quod vel vno filio superstitite ea deficiat leg. pater 101. l. 1. hoc tit. Nulla enim ratio est, cur non vno filio relicto, æque rem ad eum redire voluerit, vt ad plures, si essent. Quare cum hoc sit non ex verbi vsu, sed voluntate, idem erit etsi filios dixerit. Nam si liberos etiam id ex vsu loquendi, cum in singulari eo verbo non vtatur. h Receditur verò à verbis, vbi euident voluntas. leg. 69. de leg. 3. E.g. vir vxori legauit, quando liberos habebit. Illa diuortio facto, ex alio procreauit. Conditio non impleta l. 25. l. si vir. 61. l. si h. tit. Aliud exemplum in l. 101. pr. h. tit. vbi conditio, si filia non nupserit. Alio intelligitur si nubere noluerit, quo tempore potest, nec impletur si impubes puella decedat. Quia quod in ea specie Alio dari voluit testator, id pœnæ causa adiecit, ad coercendam filiam cui prius legarat, ademptione legati si patris voluntati parere noller. Nullum autem delictum filia, quæ dum impubes parere, etsi velit, non potest l. 17. §. 3. de vsu. Item si iussit quid dari pupillo, aut furioso, non illis, sed tutori, curatorive dandum l. 13. h. l. l. 68. de solutio. vbi ratio.

Vbi non aliò apertè reuocat voluntates à præscripto & forma verborum non est recedendum d. l. 69. de leg. 3. Iustus dare Titio dans Caio non implet, etsi non alium exitu iuris effectum res habitura, ac si illi dedisset. E. g. Iustus heredi dare si det seruo eius, vel iussu seruo Titij dare, si det ipsi, non implet l. 44. pr. h. l. vbi ratio. Licet namque ad exirum iuris nihil videatur interesse, non tamen quò res abeat, sed quid voluerit testator, spectamus: Qui fortè ideò voluit seruo dari vt per hoc acceptor fiat domino. Potest quoque seruus pecuniam acceptam interuertere. Certè dominus ea vti nequit, quamdiu apud seruum est. Iustus dare heredi non implet dās heredi heredis l. 5. l. 1. §. h. quia is nec propriè, nec iudicio testatoris illius heres est l. 8. §. vlt. de vulg. Exc. in libertate sub conditione dandi heredi relicta ob illius fauorem d. l. 51. l. 1. §. 1. l. 94. §. 1. hoc tit. ET QVATENVS. Vbi Q. An pro parte implens possit legatum eadem portione consequi? &c. De his quæ partis præstationem non recipiunt, vt in legato pluribus, si monumentum, insulam, &c. fecerint, res expeditior leg. pen. pr. hoc tit. l. 11. §. pen. de leg. 3. Hæc enim conditio non nisi simul in omnibus personis potest consistere, cum operis effectio non scindatur in partes l. 72. de v. o. Quod si pars natura fieri possit, vt erit legati diuisio (in personis scilicet principalibus. Aliud est in successoribus, in quorum per-

sona scindi potest legatum, supr. cap. 18. lit. C.) ita & conditionis. Quare qui duobus id dare iussus, quamuis alteri quinque dederit, partem tamen petere non potest l. qui duobus 23. h. Quia legatum vnum est quod scindi nequit. Quare ne cōditio l. 4. de leg. 2. Sed si duo coniunctim id dare iussit, quia legatū diuisum est, pro se quisque quinque dando, partem consequitur l. 56. hoc tit. Ac si quod vni legatum minuarur, quantum de legato, tantum de conditione detrahatur l. 43. l. 44. §. 2. hoc tit. Minuitur aut ex persona heredis, à quo legatum, si ei pars hereditatis aufertur, vt à patrono liberti testamento præterito. d. l. 43. pr. item si supra dodrantem legatum, ob l. Falcid. Aut legatarij, si solidum capere nequeat, vt olim orbi & cœlibes, nunc filij naturales. Aut voluntate testatoris, si partem ex toto alienauit leg. 8. de leg. 1. aut vsucapi passus l. 44. §. 9. hoc tit. In cæteris scinditur & conditio ad l. excepto legato per Falcid. minuto d. l. 43. §. 1. Ratio. In alijs legatarijs nihil amplius conditionis præstate debet, quam sit necesse ad consequendum legatum. Quare cum partem tantum ab herede capiat, nec ex maiori parte conditioni pareat. At hoc casu non solum ideo parer conditioni, vt legatum consequatur, sed etiam vt ad contributionem legatorum ab initio admittatur. Quia itaque in contributione illa solida legata computantur, quippe altàs cognosci nequit. an sit supra dodrantem legatum, necesse est vt in solidum conditioni pareatur. Præterea in eo casu quo hereditatis pars aliqua aufertur heredi, vt d. l. 43. pr. non manet in solidum heres, nec oneribus adtingitur. Igitur nec commodis fruatur. Hic verò manet heres in solidum. ET QVO TEMPORE. Vbi iterum queri potest: QVA PARTE temporis (2. ad Herem. vocatur specialiter tempus & opponitur spatio) per quam implendum sit? Resp. Si sit à testatore designatum, id sequendum l. 91. hoc tit. Sin minus distinguitur. Quæ in euentu politæ vt si nauis ex Asia venerit, & quæ semel tantum impleri possunt vt cum nupserit, etiam viuo testatore impleri possunt. Quæ verò in nostrâ potestare. Si 10. dederit: si Capitol. adscenderit, &c. non nisi mortuo l. 2. l. 10. pr. h. l. 11. §. 1. vbi ciuifinodi conditiones dicuntur non promiscuæ. Promiscuæ enim quæ quoties volumus promiscuæ & indifferenter fieri possunt. h Non item, sed necesse est vt iudicio fiant, non fato, & vt sciat legatarius conditionem insertam d. l. 2: Ideòque viuo testatore impleri nequeunt, cum nesciat legatarius an sit legatum vel testamentum mansurum. ET INTRA QVOD SPATIVM? Si facile ei pareri potest, statim l. 29. h. quia testator quàm citissimè fieri voluisse censetur l. 5. Testam. aper. & sub contrariâ conditione admissæ, e. g. si non ascenderit cum posset, leg. 40. §. 2. in fin. h. Aliud in conditione institutioni adiecta, quæ quouis tempore, etiam vitæ supremo, impleri potest l. 4. l. 5. de her. institut. l. vlt. de cond. institut. Facit l. 23. §. 1. de her. institut. vbi aliquando cogitur intra certum tempus parere. Ergo nisi cogatur potest suo arbitratu, nec deficitur conditione, quod non statim impleuerit. Ratio diff. Heredi potest esse causa cur conditionem trahat propter onera subeunda. ° Legatum verò nunquam damnosum Obst. l. 115. §. 1. de v. o. &c. Diuersitas non in eo, quod ibi conditio negatiua si non ascenderit. Nam & ibi inest cōditio contraria ad ademptionem, si ascenderit, sed ibi conditio non faciendæ debitori propolita ad pœnam. Pœnæ autem interpretatione non iuuandæ. Quæ de conditionibus in faciendū diximus omnia is quæ in non faciendū æquè conueniunt. Tum enim debetur legatum cum constat. ex. g. adscendere Capitol. non posse, quod sit eo mortuo. Vnum hîc discrepans, quod si ea quæ in

non

non faciendū collata sit, in potestatem eius cui relictum, non euentus semper expectatur; sed relictum, legatum siue hereditas, statim ei repræsentatur, dum is caueat ei ad quem deficiente conditione legatum hereditas pertinet; legatarius heredi, heres coheredi, se nihil facturum eorum, quæ testator veruit. Si contra fecerit rem cum fructibus restitutum. Quæ Muciana cautio est cui locus in hereditatibus & legatis p de quâ l. Muciana 7. l. 18. leg. 67. l. 73. l. 79. §. 2. h. t. Sed si vnus heres, quia nemo est, cui caueri potest, conditio pro impleta habetur l. 7. §. 1. hoc tit. q Caueatur autem per satisfactionem leg. 67. l. 106. h. t. (Ideò vero huic cautioni locus non est in legatis, quæ in dando aufaciendo, quia ibi conditio statim impleri potest. Hic nihil aliud potest legatarius quàm promittere.) Nisi conditio quæ in non faciendū viuo legatario existere possit. Tunc enim Mucianæ locus non est, l quia videli. ea ex casu pender, nec in solidum est in potestate legatarij. E.g. Si Titio non nupserit: Hæc existere potest vel Titio mortuo, vel si alij nubat l. 72. §. 1. l. 111. §. 2. l. 101. §. 3. hoc tit. Si tamen ita: Si à liberis non discesserit potest cautio l. 72. pr. h. vbi ratio. Item si ita, Si Stichum non manumiserit, offerri potest l. 67. h. tit. Quamuis enim & is viuo legatario mori possit, tamen manumissio ex sola domini voluntate pendet.

NOTATA.

a Quando impleta est conditio, pro eo habetur legatum, ac si purè relictum esset l. 11. Qui pot in pig. l. 3. de cond. inst. Nec tamen eo sola acquiritur nisi sequatur agnitio l. 65. §. 3. de cond. inst. Aliud in libertate relicta, quæ impleta conditione statim & ipso iure competit, sicut & directò relicta inuitis, A. Fab. 20. Com. 2. b An conditio dandi possit componendo impleri, vid. Fr. Sarmient. 2. Select. inter. 1. num. 41. c Nam in his sola inspicitur voluntas, nec alia ratio, nisi voluntatis reddenda. Neque vt in dispositionibus, requiritur causa, & vt alieuius id quod in ea positum, fieri interfit. Hinc reperimus passim exempla eorum, quæ nullis effectibus vel momenti. Si Rex Parthorum vicerit: Si Capitol. adscenderit, &c. Sarmient. 2. Select. 1. num. 5. & 2. §. 99. Et Nic. Valla de reb. dub. 11. 14. num. 1. In conditionibus solam voluntatem, nisi attendimus, in dispositionibus etiam legis potestatem. d Adde l. 5. l. 34. §. 1. de statulib. leg. 89. §. vlt. de v. s. Cui 9. ad Afric. in l. 32. h. l. & in l. 22. de man. test. Quid si seruus cuius libertati adscripta hæc conditio nullas administrauerit rationes? Liber erit l. 26. §. 1. de statulib. Non obstat quod hic conditio licet impossibilis, tamen à testatore habita pro possibili. Quia idem hic finis & effectus contingit. Ideo enim adiecit testator, ne ex mala administratione aliquid seruis retineat. e Sarmient. 2. Sel. 1. num. 17. e In qua l. 10. nec versan tamen, &c. Triboniano assignandus, quod facit A. Fab. 1. l. iurispr. 9. pr. §. 11. nec negatione inserta, cum Cuiac. 13. obs. vlt. in fine §. legendum non defectam. Sensus enim l. Cui defectam ex ratione iuris, haberi benignè pro nondum impleta. Ac si plenior oratione dixisset. Licet sit verè defecta conditio, si summum ius intueamur, tamen, eo insuper habito, ex benignitate sic interpretamur ac si nondum esset impleta. f Vbi annus cœptus pro completo haberi dicitur, ex rescripto Aurelij. Contra rescripti Caracalla l. 74. §. 1. ad Trebell. l. Connan. 3. com. 12. num. 7. vult Marcellum à sententia sua, quæ refertur d. l. 48. h. t. recessisse per verba: non putabam: Non puero. Nihil melius Cuiac. ad l. 5. de testam. conuaria fuisse Imp. decreta Aurelij d. l. 48. & Caracallæ d. §. 1. Nam vtrumque l. 49. pr. de leg. 1. facis resellit. Dicendum speciem esse singularem d. §. 1. & ita rescriptis Imperatorem potit motum, aequitate vt, vt verba habent: tum quia testator non videatur in eum casum onerasse filium de restituenda hereditate sortiti, si ipse filia relicta decessurus, per ea quæ s. c. 11. in fin. tum quia filia onerati egeat, & satis durum ac inhumanum portione partem, quam is ex testamento aui, patris sui, habebat, filia auferri & amittæ applicari. † Atque ita malo, quam cum Gœd. in l. 21. pr. de v. s. num. 3. distinguere inter diuersas acceptiones voculæ cum an pro si, ponatur conditionem significans, an pro quando. † Non etiam necesse est in d. l. 48. pro 16. annum reponere 14. annum, quasi ortus sit ex

nota XIV. & XVI. vt post Cuiac. Rad. Forner. 3. ver. quoad. 2. quia in d. l. 49. pr. vbi Marcelli sententia & Impr. rescriptum citatur, mentio 14. annorum. Nam negatiua est consequentia, Licet enim Imp. Aurelius rescripserit de ea specie, qua 16. anni mentio in consultatione seu libello facta, tamen idem optima ratione ad 14. 18. 20. 21. & quemcumque annum accommodari potest, vid. Gœd. ad l. 217. pr. de v. s. num. 2. cum non vtrique numeri annorum certi in hoc habeatur ratio, sed verborum peruenisse ad annum, quicunque eandem sit sit, vis aperiat. g Non veniunt. Mattheac. libr. 3. Epit. legat. cap. 8. 23. Vti nec in conditione, Si liberos habuerit l. 51. §. 1. de leg. 2. 1. quia testamenti verba naturaliter accipi debent. 2. Ne in potestate legatarij sit ex casuali conditione facere potestatiuam A. Fab. 1. l. iurispr. 10. pr. 4. ill. 11. † Sed non conditionem, si sine liberis, naturales liberi deficiere faciunt & substitutum excludunt? At. D. d. vulg. per l. 17. §. 4. ad Trebell. Mattheac. 2. lib. 3. cap. 20. num. 1. Forst. 6. de success. 15. Negant & rectius Conna. 10. com. 1. num. 6. Duar. de iur. delib. cap. 2. §. 425. Coras. misc. 7. l. per l. 6. de his qui sui. 2. per leg. 6. Cod. de inst. & substit. vlt. vt est quis naturalis & Cœd. ad l. 148. de v. s. num. 5. Ad d. leg. 17. §. 4. 2. Coras. Papiniani opinionem Vipianum non approbare, cum dicat voluntatis quaestionem esse. Voluisse autem testatorem naturales liberos præferri certis casibus coniectura est: 1. Quando is hæc conditionem operatus, qui non potest habere nisi naturales liberos, vt in specie l. 77. §. 1. ad Trebell. 2. Si testam. tempore scit testator grauatam habere solum filios naturales l. 67. §. 13. de leg. 2. † Sed rectè dicemus Papin. sententiam non damnari ad Vlpiano ceu videtur Forst. 6. de success. 16. Papin. sententiam præferenti, sed declarari. Papin. enim non generaliter statuit naturales esse in conditione, sed in libertino, eodemque conliberto, id est, qui in seruitute conceptus, quæ ipsa species est d. l. 77. §. 13. Aliter Gomez. 1. var. resol. 5. num. 40. † Nimis verò audenter A. Fab. 1. l. iurispr. 9. pr. 2. ill. 1. pag. 376. d. l. 17. §. 4. verba & in libertino, &c. vique ad finem, Tribonianum adiecit. Nam nititur Faber præsupposito falso & superius confutato in not. lib. 6. cap. 17. lit. Q. naturales olim ex testam. capere non potuisse. Idem d. 112. 9. pr. 5. ill. 14. respondet ad d. l. 77. §. 1. aliud iuris esse in filia onerata hac conditione si sine liberis, vbi & naturales veniant, quia mater semper certa, aliud in filio; quia pater extra iustas nuptias nullus. Sed si naturales olim planè incapaces, quod ius ciuitatis eis non fuerit ceu vult Faber, licet falso, non magis filia quam filij grauato, in conditione essent. h l. 148. & seq. de h. v. s. Agell. 2. Not. 13. Reperimus tamen liberum vnitaris numero, non tantum in leg. 32. pr. C. de inoff. test. ceu notauit Val. Guil. Forst. obs. succis. cap. 5. sed & l. 8. vlt. Cod. de sec. nupr. pr. l. de Seruili cognat. Licet verò liberum & apud alios auctores in singulis inueniamus, vid. Forst. d. loc. Scip. Gentil. Orig. lib. sing. pag. 383. Catellian. Corta in Memorabil. v. Liberum. puto tamen 100. nostros, quorum fragmenta in D. habemus, vix sic usurpasse. Nam licet vulg. Cod. in l. 34. de pass. habeant nolle liberum esse, quod de filio post Accurs. exponit Connan. 10. com. 1. num. 2. tamen ea vox abest à Pand. Pisanis, cuius loco est vocula suum de suo herede exponenda, vt Hor. & A. Fab. ibid. ad Gœd. ad l. 148. de v. s. num. 3. Et vulg. lectio de libero homine commodius accipi potest. In l. autem 126. de R. l. Florentini Pand. non, liberum, exhibent seu liberum, P. Fab. ibid. Et vulg. etiam lectionem de filio expositi non debere ostendit Tiraqu. ad l. 8. C. de reuoc. don. v. suscipit liberos numer. 243. quia phrasis esset incommoda acquirere filium, pro gignere, & nulla ratio dubitationis & decid. apta. Vera igitur sententia hæc? Qui liberum hominem acquisiuit, de facto scil. non est factus locupletior, quia is non est in commercio. Sed hæc παρρησιος, 1 ita & i Forcat. Necyom dial. 30. numer. 7. non posse dici filiam immorigeram, quæ morem gerere non potuit. & Gomez. 1. var. resol. 3. numer. 10. Vix genuina hæc ratio, cum pœnæ causa relictum iure Pand. non subsistat. † Mattheac. libr. 2. de vis. iur. cap. 13. num. 17. & seq. hoc esse ex natura conditionis potestatiuæ nondum maturæ, quia hic impubes nec velle, nec nolle potuit, cum priuatio præsupponat habitum. Ex hoc autem text. ostendere voluit Bald. (redarguens confidentiam Philippi Regiensis, iactitantis se ex tempore in vltimis voluntatibus cuique responsurum) substitutionem licet in hereditate complectatur vtrumque casum, si noluerit, & si non poterit, in legatis tamen continere vnum si noluerit. Quod non placet Mattheacio d. loc. & Pupillus autem suæ tutoris auctoritate conditioni parere potest tam in institutione, l. 26. de cond. inst. quam legato l. 5. pr. hoc tit. In seruo autem & filiofamil. sine iussu patris vel domini implete distinctio est inter legatum d. l. 5. §. 1. & hereditatem leg. 25. d. cond. instit. Abb. Gentil. 1. Lect. 5. contra Cuiac. 2. obseru.

bractes P. Poth. ad not. Claudij

obferu. 16. qui negationem ex d. l. delet, vt & A. Fab. 31. de error. pragm. 3. Hinc illud vulgatum: Conditiones debere impleri in forma specificâ vid. Gomez. 1. var. resolut. 12. n. 77. Mattheae. libr. 3. Epit. legat. cap. 11. num. 10. & seq. Gual. ad l. 202. de V. S. num. 2. in vid. Donel. noſter ad l. 72. de V. O. num. 55. & seq. n. ita melius quam Cuiac. qui 14. obferu. 2. promittas dici vel quod sint *in spe*, & promptæ, vel quod nulla ferè sit protestatio, quæ non possit esse non protestatio, l. 4. §. 1. de her. inst. Casualis verò protestatio esse nunquã possit, vt si cras tonuerit, &c. o Licet enim conditioni parendo citra animum ad eundem, non per id heres fiat, nec implementum conditionis sit pro aditione vel gestione pro herede l. 13. de Cond. inst. Duar. de Cond. inst. cap. 5. Pac. 3. q. 91. Nam potest institutus ex g. Titio 10. dare alio consilio: potest et g. Capitolinum adscendere religionis causa. Potest etiam forte dum deliberat implere, vt postquam deliberauit impleri iam conditionem, nihil aditionem impediat, iuste tamen conditioni parere recusat, qui dubitat an alicui bono futura sit sibi impletio. Nam factum reuocari nequit. Datum quidem potest conditione repeti, si postea repudauerit l. 1. §. 1. de cond. cap. da. sed interest potius retinere quam repetere l. 3. de compens. p. Et in donationibus mortis causa, Nouell. 22. cap. 44. §. vlt. Cuiac. 14. obs. 32. Gomez. 1. var. resolut. 4. num. 16. Sed bene moner. A. Fab. 2. Coniect. 16. non id indistinctè verum esse, sed tantum in casu illius Nou. inter coniuges videl. vbi ratio specialis, ne aliàs quod in honorem bene tractati matrimonij relictum est, non ipsi coniugi, cui honor habitus est, acquiratur, sed ipsius heredi. † Non autem huic cautioni locus in donationibus inter viuos, nec in stipulationibus ac contractibus. Ratio diff. Legatum ex solâ defuncti voluntate pendet, qui his verbis ex g. Si Capit. non adscendit, non conuultur id nominatum in vltimum vitæ momentum: Stipulatio valet ex vtriusque consensu, nec tantum videntur quid vnus fecerit alter senserit. Et imputari potest, quod Lex non aperit dicta contractui. Ita Cuiac. Sed solidior & verior videtur ratio Fabri, de qua lit. §. Sunt qui dissentiant quos refellit Gomez. 1. var. resolut. 11. num. 37. & Foye. Nau. tom. dial. 94. q. Sed A. Gentil. 4. lect. 13. si vnus ex affe institutus, cauere debere heredibus legitimis futuris per rationem leg. 1. §. h. t. & per text. Non. 22. cap. 44. §. vlt. Ad d. l. 7. §. 1. §. Gentil. non eam esse in specie illic proposita, decisionis rationem, quod ab intestato venienti non caueatur, sed quia ad eundem verè impletur conditio negatiua illic ab herede marito. Efficitur quippe ne petere & exigere possit dotem. Nam à quo peteret nisi ab vxore. Atqui huic heres ipse est & solius. Et rectè conuenienterque ipsi §. 1. verbis non obsecris, vt mirandum videatur hoc quidem loco motum nostrum, cum Dd. vulgò statuere vnico heredi scripto. conditione hac adiecta, remitti præstationem cautionis. † Malè autem omnimodò Cuiac. 5. obs. 2. ipse putans (ac rectè hoc) legitimo cauere. 12. ad d. l. 7. §. 1. ibi conditionem fieri impossibilem, rem omnino inuertens. Quin immò sit conditio planè contraria impossibili, & si sic vocare licet necessaria, seu omnimodò exstitura. l. 9. §. 1. de nouat. cuiusmodi actum non suspendit, sed is purus est l. 7. de V. O. Si impossibilis esset, non posset non petere dotem maritus. Atqui hic non potest petere, & necessariò existit quod est in conditione, non petere dotem, non verò necessariò deficit. Impossibilis quodammodo cautio hoc casu dici poterit, non conditio. † Obst. l. 5. §. 1. de cond. inst. Cui. 5. obs. 2. ideo ibi esse conditionem impossibilem, quia seruus adita hereditate defuit esse hereditarius, ideo non potest cautionem interponi de eo quod fieri nequit. Pro tempore autem ante aditam hereditatem frustra caueret mox aditurus; Quibus addere potes, quod etsi non mox aditurus, certum tamen sine cautione sit, non alienaturum eum seruum, cuius dominus nondum effectus. † Sed rectè responſionem hanc refellit Gentil. d. c. 13. 1. quia rationi huic etiam eo casu, quo heres datus, locus. 2. Sæpe etiam dicitur hereditas quæ adita l. 10. §. 2. de Vulg. & testatoribus. hæc subtilitas ignota. 3. igitur Gentil. impossibilem dici conditionem, non quia non fit de quo caueatur, sed quia non est cui. Contendit autem d. l. 7. accipi debere, si nulli sint ad quos hereditas peruenire possit, scil. substituti vel legitimi. Quæri enim ibi & explicati non quibus cautio præstanda, sed si præstanda, quomodo impleri conditio debeat. † Sed hæc vt aures demulceant animum non fatiunt. Nimia hæc diuiniatio est, & generalis decisionis ad casus raros & insolentes restrictio. Quidni verò hoc casu caueatur sicco, ad quem hereditas caduca peruenitura: Denique non animaduerit Gent. in specie quam fugit, cautionem, quodammodo quasi impossibilem videri posse, conditionem non posse. Nam si impossibilem fieret conditio si non alienauerit, non posset non alienare, seu necessariò alienaret, quod & falsum est, & defuncti voluntati ad-

uerſum. † Acute A. Fab. 2. Coni. 6. ideo impossibilem conditionem hanc vocari, quod cum ante aditam hereditatem impleri debeat; ex natura cuiusvis conditionis institutioni adiectæ, ea tamen non nisi adita hereditate impleri potest. Quod inde constat, quia si ante aditionem decesserit heres, non potest dici conditio impleri. Nam quod non alienauerit in de est, quia non potuit alienare eum cuius dominus non fuit, non quia noluit. Quare omnes non faciendi conditiones, quæ nec cautionis Mutianæ remedio, nec alterius, quam eius cui adscriptæ sunt, morte impleri possunt, impossibiles. Cur autem cautioni hic locus non sit ratio ex voluntate testatoris, quia hic vt post aditionem conditioni satisfiat. Quæ præposita conditionis natura est. Vtrumque voluit testator: Heredem non prius esse scriptum quam conditione impleri, & Conditionem non prius impleri, quam adita hereditate. Quæ pugnantia sunt, vbi vnus heres. Vbi autem coheres datus vtriusque voluntati satisfieri potest. Adiri enim potest hereditas à coherede pure scripto, tum conditio ab altero impleri. Aliud esset si sic facta institutio: T. heres esto, si seruum suum non alienauerit. Quia hæc conditio ante aditam hereditatem impleri potest, ideoque legitimis cauendum. Ita Fab. Quibus quod firmius proferam in præsent non habeo. † An hæc stipulatio sit Prætoria, vid. Gual. de contr. ab stip. c. 5. concl. 19. n. 290. qui affirmat l. 1. in §. A. Fab. 2. Coni. 16. quia tunc etiã omiſſa cautione voluntas testatoris exitu sortiri potest. Quæ inanis esset vbi conditio existit demum moriente honorato. Existentia enim conditionis non facit vt legatum sit acquisitum. Non acquisitum verò ad heredem non transmittitur. Itaque legata intercederent, nisi huius cautionis remedium inuentum esset. Atque hæc quoque vera ratio cui cautioni huic in contractibus locus non sit, vt si promisi tibi ex g. sub conditione. Si Capit. non adscendit. Quia ibi existente conditione eo tempore, quo stipulator moritur, heredes eius ex stipulatio actionem habent, vid. & A. Gentil. 2. Lect. 1. t. vbi A. Fab. ad l. 7. §. 8. de pact. voce nihilominus, sede sua dimota constituit, nihilominus. Quod loci sententia non admittit, quia sic legatum planè intercederet.

C A P V T XXXIV.

Conditionis remissio ex facto heredis vel eius in quo implenda.

4. Q VANDO NON IMPLETA PRO IMPLETA HABEATUR: NVNQVAM SI EX CASV Pendet. a S I VERÒ EX FACTO, heredis vel legatarij, regula est: QVOTIES PER EVM CVIVS INTEREST IMPLERI, sic legitur in l. iure 24. h. t. VEL CVIVS INTEREST NON IMPLERI, vt habet Florent. lectio in leg. 161. de R. I. Vtrobique rectè, b Cuius interest non impleri is est heres, vel quicumque debitor est relicto leg. 81. §. vlt. h. t. Cuius interest impleri est, non legatarius, sed is in cuius persona conditioni parendum est c per l. 5. §. 5. Quam. di. leg. E. g. Titio c legatus fundus si Sempronio, qui heres non est, 10. daret. Si iam Sempronio oblata 10. accipere renuat, conditio pro impleta d. l. 5. §. 5. Quam. di. leg. l. 3. l. 1. de Cond. inst. leg. 78. pr. hoc tit. FIT QVÒ MINVS IMPLEATUR perinde habetur ac si impleta fuisset. Non verò sufficit per legatarium non stare, d adeo vt si Titius cui dare, aut in cuius vtilitatem facere aliquid iustus legatarius moriatur, defecta sit conditio leg. 94. pr. hoc tit. vt Si Titium vxorem duxerit. Illa moritur l. 31. hoc tit. l. 1. c. de Inst. & subst. Ratio quia si viuus accipere noluit ex voluntate testantis satisfactum; non si mortuus, qui recuſasse dici nequit. Item, Si Stichum manumiserit, Stichus antequam manumitteretur, moritur. Conditiò defecit l. in l. 2. §. 2. ad l. Ag. Obst. l. 8. §. 7. de Cõd. inst. vbi nõ defectus videtur cõditio, qui ei parere nõ potest R. 10. & Acc. in l. 1. c. de Inst. & subst. quos Bar. & vulgo Dd. sequuntur, sic distinguunt; Aut conditio, inquam, in solius legatarij voluntatè collata, vt: Si Stichum manumiseris, & ea voluntas sola spectanda vt sufficiat velle et si nõ possit: aut mixta, id est, simul in voluntatem heredis vel tertij collata. vt Si Titio nupterit, si Seio 10. dederit, & hæc tantum

tantum morte deficiat. Nihil ad rem. Vtrobique enim siue manumittere debuit, si verò dare casus, id est mors obstitit, ne persona alterius. Ac parè refert quod dicitur Stichum inuitum manumitti potuisse. Nam immò non potuit inuitus, cum possit repente mori, aufugere, manumissioni se subtrahere. Denique nulla conditio absolute in nostra potestate. Nec verum est defunctum magis onerare voluisse eum cui adscriptis conditionem, quæ ex voluntate quoque alterius pendet. Quia extranei voluntas aut reculatio de facultate implendæ conditionis nihil mutat. Vt autem hæc sint, quid ad d. l. 23. §. 2. Respondent referre an Stichus naturaliter mortuus d. l. 8. §. 7. vbi heres à nullo potest conſequi hereditatis æſtimationem: an occisus d. l. 23. §. 2. vbi potest ab occifore. † Ineptè. Quasi verò ex alieno facto, potius quam voluntate defuncti, facultas implendæ conditionis pendeat: Quasi verò ideo conditio deficiat, quia eã oneratus conſequitur pretium, ab occifore. Immo econuerso ideo conſequitur pretiũ, quia conditio defecit. Dicimus igitur ad d. l. 8. §. 7. ibi non adiecta conditio, si manumiserit, sed si iurasset se manumissurum. Quæ omnino remittitur & legatum pro puro est l. 5. §. 3. Quam. di. leg. Debet quidem adhuc manumittere oneratus, si potest, sed quasi sine conditione sub modo relicto esset. Vnde si non potest, hereditas ei non auferitur l. 92. §. 1. de leg. 1. Dicitur autem conditio d. §. 7. non quod verò inſit, sed quia necessitas est implendi id quod fuit in cõditione, verum tanquam ex modo. Facit l. 1. Cod. de his que sub modo. Non obſtat leg. 14. hoc tit. Non enim ibi aliena vis est impedimento conditionis impletioni, sed municipes sunt illi ipsi, in quorum persona conditio ponèdaturm statuarum, impleri debet. † Exſpicendè autem tres species, vbi mors nõ facit deficere relicto: Hæc ipsa conditio, Si Stichum manumiserit, eo mortuo leg. 54. §. 2. de leg. 1. Quod tamen sic accipiendum, ne ante dicta obſtent, si sola mors impediatur, quando scilicet legatarius fecit ea quæ ad manumissionem pertinent, & seruus non casu, sed naturaliter obiit. Tunc enim testator magis officium, quam præcisam necessitatem exegisse creditur. 2. Legatum annuum vel alimentorum sub conditione: Si legatarius cum matre aut filio moraretur g leg. 30. §. pen. de leg. 3. l. 20. pr. de ann. leg. l. Caio 13. §. 1. de alim. leg. l. 1. Cod. de legat. Ratio innuitur in l. 84. hoc tit. Facit l. 4. §. 5. de statulib. 3. Manumissio sub conditione, si Titio 10. dederit, eo mortuo l. 20. §. 3. de statulib. l. 94. pr. hoc tit. Hodie etiam si pecuniam ad dandum paratam casu amiserit, fit liber l. vlt. Cod. de cond. insert.

NOTATA.

a Conditiones in triplici sunt differentiâ Casuales, Potestatiuæ seu arbitrarie & mixtæ l. vn §. fin. ar. 7. Cod. de Cad. 101. vid. Cuiac. 14. obs. 2. Duar. de cond. inst. cap. 5. §. 414. Gomez. 1. var. resolut. 12. numer. 60. Vafq. ill. contr. lib. 3. cap. 93. Sarmient. 2. Select. interpr. 1. num. 10. & seq. vbi & num. 14. non posse de hoc certam regulam constitui quæ conditio sit potestatiua, cum ea res facti magis quam iuris sit l. 4. §. 1. de her. inst. ideoque ex circumstantiis æſtimanda & iudicanda b Conſentit P. Fab. ad d. l. 161. Vt nec vocula non sit inferenda d. l. 24. vt fecit Hal. ref. d. Aug. 4. Emend. 17. pag. 218. & vult Hor. 5. obs. 8. nec transponenda in d. l. 161. vt sic legatur: quoties per legatum cuius interest conditionem impleri non fit, &c. ceu contendit Gorch in not. d. l. 161. Intelligens per eum cuius interest impleri, legatarium aliumve conditione oneratum. Nam immò sic falla redditur sententia, quia non sufficit per legatarium non stare, vt noſter rectè ostendit. c Aliter Duaren. de cond. inst. cap. vlt. sim. cir. fin. æquè per eum cuius interest impleri, intelliges debitorum legatum vel relicto cum vel per eum cuius interest impleri, vt vtriusque lect. affirmantis & negantis sensus planè idem sit. Sed melius noſter. Nam Duaren. interpretatio adaptari nequit conditioni institutioni adiectæ. Quis enim ibi qui debeat hereditatem. Et interest mea fieri ex quo, si fiat, commodum, non ex quo diminutionem &

damnum spero. Extenditur autem hæc regula, vt idem sit et si per tutorem eius cuius interest, fiat quo minus impleatur l. 34. de leg. 2. l. 22. de man. test. vbi Cuiac. 9. ad Afr. P. Fab. ad leg. 39. & l. 61. de R. I. & Cuiac. 2. ad Afr. ad leg. 31. Fab. hoc tit. sic: Conditiõ cui debitor à quo legatum est, impedimento est, pro impleta habetur l. 24. hoc tit. Item quæ deficit culpa eius in cuius persona implenda est. l. 5. §. 3. Quam. di. leg. l. 1. Cod. de inst. & subst. Non autem cui alius impedimento est l. 23. §. 2. ad l. Ag. non si mortalitas obſtiterit l. 31. hoc tit. l. 4. de cond. insert. non si eius cui adscripta factio defecit l. 3. C. de cond. insert. l. 2. C. de inst. & subst. vid. idem l. 7. obs. 22. c. Hanc resolutionem dicit Cuiac. ad l. 39. de R. I. rationem habere, cuius contrarium noſter ostendit. Ipse autem ibid. & l. 7. obs. 22. dist. inter post mortem testatoris occisum, vbi iam debebat manumitti d. l. 23. §. 1. & mortuum viuo testatore d. l. 8. §. 7. & l. 54. §. 1. de leg. 1. vbi non potuerat. Non malè. † De conditione Si Stichum manumiserit. vid. & Fr. Sarmient. 2. Select. interpr. 1. numer. 67. & 8. † Locus quippe ponendis statutis in municipiis à dumuiris & decurionibus impetrandus l. 2. de loc. public. fr. vid. Reuar. ad l. 96. de R. I. g. Cuiac. 17. obs. 22. hic itidè distinguit an mater filiusve viuo testatore mortui, quo tempore impleri conditio non debuit, ac tum legatum deberi d. leg. 20. pr. an post mortem illius, ac tum non deberi per l. 20. §. vlt. de alim. leg.

C A P V T XXXV.

Locus præstationis Legati.

Q VARTO (de 3. vid. s. c. 30.) VBI. Si de eo testator, cauit, præstandum vbi voluit indistinctè l. 47. pr. de leg. 1. Si nihil species ac res certa vbi relicta est, a non a vbi petitur, etsi aliò sine dolo translata sit. Res verò incerta, genus vel quantitas, vbi petitur, vt & certa alio dolosè translata, hæc in l. cum res 47. pr. & §. 1. de leg. 1. l. 38. de iudic. Peri autem potest duorum locorum altero, domicilij heredis, & vbi maior pars hereditatis leg. 50. pr. & §. vlt. de iudic. vid. infr. lib. 17. c. 15.

NOTATA.

a l. 108. pr. de leg. 1. Hinc illa decisio: Si seruus viuo testatore fugit impensa & periculum eius retrahendi est legatarij d. l. 108. pr. Si post mortem illius, heredis l. 8. pr. de leg. 2. Et sic accipit l. 39. pr. de leg. 1. Cuiac. 5. ad Afric. ad d. l. 108. pr. vid. & Gomez. 1. var. resolut. 11. cir. fin. n. 84. Mattheae. lib. 2. Epit. legat. cap. 24. num. 2. & 3. Simon de Prat. lib. 4. de interpr. vlt. vol. interpr. 1. dicitur.

C A P V T XXXVI.

Executio Legatorum.

S VPEREST præstationis EXECVTIO. EA IN ACTIONIBVS ac remediis quæ, ex triplici iure TRIPLICES. a IN PERSONAM ex obligatione quasi ex contractu §. heres §. l. de O. qua g. ex contr. Vbi iuris dicitur actio ex testamento §. fides 6. l. hoc tit. l. 69. §. vlt. l. 82. pr. l. 91. §. vlt. de l. l. l. 29. §. 3. del. 3. & de fideicom. olim non competebat l. 178. §. 2. de V. S. b hodie sic l. c. 2. b Cod. com. de leg. Nisi igitur necessitati præstatæ pateat oneratus, pecuniæ iuræ & fructus speciei (quod huic actioni cum bonæ fidei iudiciis commune est) accedunt, non tantum ex tempore litis contestatæ t. c. Cod. de Vfur. & fruct. leg. sed etiam ex morâ interueniente extra iudicium l. 3. pr. D. de Vfur. in minorum 3. Cod. in quib. ca. in ent. rest. c. Hac obligatione quomodo liberetur, c cum aliis commune sit dicitur, infr. l. 16. Nam quamuis in hoc tractatu regula duæ ingestæ. 1. Rem perire legatario §. 16. l. h. t. l. 26. §. 1. de leg. 1. l. 32. §. species §. de l. 2. l. 1. 3. 4. de pecul. l. §. si grex 18. l. hoc tit. 2. Si res legata ex alia lucriua causa peruenerit ad legatarium heredem liberari §. 6. l. h. t. l. 108. §. 4. de leg. 1. neutra tamen regula legatorum materiæ propria, vid. lib. 16. c. 5. & 6. IN REM, ex dominio l. 80. de leg. 2. aduersus quæcumq; possessore, si tamè res testatoris legata, non si aliena. d Vtra igitur harum actioni velit, experiri licet l. 76. §. 6.

paris 8. de leg. 2. l. 108. §. 2. de leg. 2. ET HYPOTHECARIA, EX ACCESSIONIBUS. QUA DVPLICES: PIGNORA. Iustin. namque constituit l. i. C. de com. de leg. vt res omnes hereditariae (praeter eas videl. quae legatae l. 45. de R. I. pignori sint obligatae, legati nomine ipso iure. Si vero legatarius vel alius, a quo relinquitur potest, oneratus, illae res quas a testatore consequntur. §. item Seruiana 7. l. de act. ET FIDEIVSSORES, quos non ipso iure, sed sua opera consequntur. Heres enim si postulet satisfacere debet l. i. pr. vt leg. nom. cau. maxime si in diem aut sub conditione legatum, vbi statim peti nequit, ne, si heres interim labatur facultatibus, legatum pereat. Habet tamen cautio illa quocumque locum in praesenti legato l. 14. l. etiam 15. d. t. Nisi satisfactet & heres, legatarius desiderans mittitur in possessionem bonorum; & post sex menses etiam in res heredis l. certa Cod. vt in poss. leg. f. Atque hinc noua hypotheca l. 5. d. vt leg. nom. cau. Ac de iisdem rebus hypothecaria actio.

NOTATA.

a Quando concurrere possint hae actiones affectu ac origine contrariae vid. Matth. Gribald. ad l. i. de leg. i. tit. de concursu vindicationis & personal. ab. ex testamento. De actionibus legatariorum fuse Simon de Prat. lib. 6. de interp. ult. volum. fore l. 10. vid. & Gribald. ad l. 2. C. comm. de leg. f. 306. & seqq. P. Greg. 42. Synt. 33. num. 1. §. & seqq. Quid si non agat legatarius, legati relicti conscius? Heredem tunc retinerem, etiam in foro animi, quia iuste putat legatarium nolle vti liberalitate testatoris, vsq. i. contr. vsu freq. 10. num. 40. Quid si per 30. annos legatum non petimus, an ab herede praescribitur? Ita Dd. quos refert vsq. 2. ill. contr. 35. num. 26. qui tamen num. 27. nullam hic heredis esse vsucapionem, nec nomen dominium ei adici, sed pristinum retineri ac legatum tempore amissum pro nouo relicto esse l. 38. §. 1. l. 68. §. 2. de leg. i. b Fideicommissa tamen etiam iure Digesti. non ex officio iudicis tantum, quod nullam praesupponat obligationem, sed & iure actionis petita probat Gribald. ad l. 2. C. comm. de leg. per l. 6. in fin. de leg. 3. in verbis rogando obliges, ac A. de Padilla ad rub. de leg. 2. num. 4. per l. si res 20. l. 4. ibi vtilibus actionibus l. 23. verbo vindicare de leg. 3. e Gomez. 1. var. resol. 1. 2. num. 23. Si species ac res propria legata, fructus praestandos a tempore mortis, quia ex de transire dominium in legatarium; perceptos tamen. Percipiendos autem venire tantum a tempore mortis. Sin legatum in parte consistat, & quotia bonorum, a die mortis, quia non aequè transit dominium l. 23. de leg. 1. Sin vniuersitas relicta, vt grex, a tempore mortis, immo testamenti, quia reputatur idem corpus & legatum l. grege 21. de leg. 1. f. A. Fab. ad l. 99. de R. I. Non a die mortis, scribit, sed demum a lite contestata fructus praestantur l. 2. §. ult. & l. ult. C. de vsu. & fr. leg. quia donec ad iudicem vocatus sit heres, ignorare potest quantum solucere debet; postea non potest, vt pote in mala fide constitutus. f. Quae ratio inconueniens. Quidnam antea ex ipsis testam. taulis liquere possit apertè heredi, quantum relictum sit. f. De fructibus legatario soluendis pluribus, Copus libr. 2. de fruct. tit. 3. cap. 3. & 2. seqq. Coras. 2. misc. 2. Fachina. 12. contr. 68. Simon de Prat. lib. 3. de interp. ult. vol. interp. 3. dub. 5. sol. 2. A. Fab. 7. Coni. 3. And. Rauchbar. p. 1. qu. 28. d. item si legatum in re certa ac specie consistat, non in genere vel quantitate l. i. C. com. de leg. Gomez. 1. var. resol. 12. nu. 7. Olim autem actio realis dabatur in legato vindicationis. In ceteris personalis ex testamento; vt legato damnationis l. 19. de l. 2. praecceptionis leg. 17. & seq. de leg. 1. siuendi modo l. 2. de ann. leg. Hodie in arbitrio est in omnium generum legatis in rem vel in personam experiri, vt tamen alterutra electa non sit regressus ad alteram l. 67. §. 8. de leg. 2. Vult. in §. 2. l. h. t. num. 4. c. Dist. post alios, Fachina. 12. contr. 32. quia qui dominium habet iure speciali, vt legatarius, contra iuris regulam l. 20. Cod. de part. possit etiam pignus in eadem re habere. Quod falsum puto. f. Vt non prius possessione decedat quam legato vel fideicommissio soluto, aut de eo satisfacto l. 6. §. ult. vt in poss. leg. Exc. Fiscus heres institutus, aut si ad eum alia ratione bona perueniant, qui cautionem non praestat l. 1. §. si ad fscum 18. vt leg. nom. cau. quia semper soluendo intelligitur l. 2. in fin. de fund. dot. Rebus publ. vero & municipiis satisfactio remittitur, vnde repromissio non item l. 6. §. 1. vt leg. nom.

I. de em. pragm. deced. h. err. 2.

cau. Quae nisi praestetur aduersus municipes itur in possessionem l. 2. vt in poss. leg. P. Fab. ad l. 95. de R. I. f. Potest tamen haec cautio heredi a testatore remitti l. 12. D. l. 2. l. 4. l. pen. C. vt leg. nom. cau. P. Fab. ad l. 94. de R. I. p. 435. vid. & Cuiac. 14. obseru. 37. de ratione huius cautionis 2. Fab. 15. Cuiac. 6. p. 184. & demissione legatarij in possess. Matth. Gribald. lib. 4. epit. legat. cap. 1. Q. An parata sit executio in bona defuncti pro conseqendo legato ex l. vlt. Cod. de ed. D. Adv. toll. Nega. post Gomez. in l. Taurim. 45. n. 137. Menoch. remed. 4. ad p. 1. §. 1. n. 694. Col. de Proc. exsec. p. 3. c. 1. num. 29. vid. & Parador. libr. 2. var. quotid. cap. fin. p. 1. §. 9.

Finis libri Octau.

LIBER NONVS.

CAPVT I.

Hereditas Legitima.

HACTENVS de re testamentaria. SEQUITVR HEREDITAS LEGITIMA QVA LEGE (id est, iure ciuili vel praetorio. * Praetor enim a eundem ordinem seruat quem Lex l. i. vnde libr. & bonorum possessor effectu etiam heres vid. sup. lib. 7. cap. 13.) SOLA sine vlla voluntate defuncti DEFERTVR. Et opponitur testamentaria leg. §. 2. b Pro soc. leg. 70. l. illud 77. de acq. hered. Quae quidem & ipsa lege obuenerit l. 130. de V. S. sed non sola, quia praecedit voluntas defuncti quam Lex confirmat, sine qua non deferret (hic & lib. 6. cap. 3.) ac ita per consequentiam, non principaliter. * Hinc legitimi heredes l. 2. §. c vlt. vnde legit. l. 2. princ. & t. de suis & legit. a Huius RATIO IN DVOBVS CONSISTIT. I. QVANDO DEFERTVR: AB INTESTATO leg. 70. princ. l. 77. de acq. hered. nec quando potest ex testamento adiri l. quan. e diu 39. d. t. l. 89. de Reg. Jur. l. 8. Cod. comm. de success. f. Nec f exc. est aut casus singularis in l. 82. de hered. instit. 8 Nam g ibi legitimo vindicante deficit conditio institutionis, atque ita ipsa institutio. Suis quidem statim, etiam inuitis, extraneis verò cum morte rescinerent §. 2. & 3. Instit. hoc titul. Intestatus dicitur pr. l. hoc. tit. h qui aut h omnino non fecit testamentum aut non iure fecit, (vel quia solennia aut substantialia omisit, vel quia ius faciendi non habuit, i aut quod fecerat ruptum i vid. l. 6. cap. 16. irritumve; iure siue alieno facto, per bon. poss. cont. tab. aut querelam inoff. lvt liberis 17. Cod. de collat. aut si ex eo nemo heres existerit II. QVIBVS. A PV D INGENVOS. (Libertorum successio quaedam propria habet, petenda ex tit. 1. de success. lib.) defertur QVATVOR GENERIB. PERSONARVM SVO CVIQVE ORDINE. I. COGNATIS, de quibus c. seq. 27. VIRO ET VXORI, qui tales re ac iure tempore k mortis, l. vn. D. vnde vir. & vx. l. primo edicto prae. I vis §. 3. & 4. l. de bon. possess. postea lege Theodosij, l. vn. C. vnde vir & vx. m si cognati nulli. Hodie si locuple. tis coniux, vxor vel maritus n inops, o etiam cum linberis, siue illi communes sint, siue alterius matrimo. nij, succedit, p si tres vel pauciores in quattam partem p vlti fructus, q sin plures in virilem. Si liberi nulli, cum q rotidem cognatis in quattam partem vel virilem, ple. no iure, aut, praeterea. C. vnde vir. & vx. * 3. Seruis, quibus r testa. vel codicillis libertates datur, & bona in ea caus. fa vt venire debeant, si desiderent, libertatis confer. uandae causa, bona sibi addici, de quo tit. Inst. de eo cui lib. ca. bon. add. 4. Fisco, bona vacantia l. i. de succ. ed. l. i. 4. C. de bon. vacant. l. 10. tit. 10. f excip. 2. quorum hereditas f vacans ad corpora illa, quorum membra erant, red. dit vt ecclesiastici l. si quis presbyter 20. Cod. de epis. & cler.

g. Pichar. in rub. de hered. qui abintest. dicitur. h. 21. c. leg. i. Pichard. ibi.

cler. & de quibus in tit. Cod. de hered. decurion. f Interdum filius quidem heres; sed res quaedam eximuntur, vt donata a principe duobus communiter vid. lib. 5. c. 2. Praeter hos nulli succedunt. Non affines. l. affinitatis u 7. l. vitricio 3. C. com. de succ. n nec nutritores l. 10. C. cod. x nec ciuitas ciui l. i. C. de bon. vacant. y Sed & hi ratio. res. Frequentior primus ordo, in quo ius magis va. rium; olim multiplex ac perplexum in D. C. & Instit. lu. stinianus certum reddidit. Nou. 118. operã vtilissima, vt superuacuum nunc sit veteres scrupulositates & diffensionis cognoscere. Omnia enim ad huius con. stitutions normam exigenda.

NOTATA.

a l. hereditatis 138. de V. S. Iure autem praetorio succedunt non omnes quibus defertur bonorum possessio; aliis omnes ferè successores praetorij essent, sed quibus nullo alio iure, qui defertur iure ciuili a praetore vocantur Gribald. Rationib. de success. ab int. §. 1. num. 1. Dum autem dicitur l. Ciui. vel Praetorio defertur, non ideo negatur esse iuris natura. Quae enim iure gent. orig. trahunt, formam & ordinem accipiunt a iure ciuili, Rationib. d. §. 1. num. 7. quomodo ferè & Forst. lib. 1. de succ. cap. 12. num. 1. Vult. in pr. l. h. t. num. 19. Iure ciu. approbatam & infirmatam esse, quia informatione multa iuri naturali detracta sunt. Sed eam Iustinian. ad originem suam & ius naturae propriis reduxit. f Sic malo; vt succedat propinquis ex iure naturae est, ex communi hominum affectu & propensione erga cognatos, quam exteros, quem natura ingenerauit, amore. Sed modus succedendi, determinatio, & definitio qui quibus praefertendi, quo ordine & c. a legumtoribus est. Sic Iure Ciui. antiquo filius emancipatus acceret, ea fore ratione, quod per emancipationem facultatem fortius sibi acquirendi, commodum istud cum incommo compensare debeat per l. 1. §. vltim. de acq. plar. agnati excludunt cognatos. Omnes omnino latiparentis orbis populi successione vtuntur, deriuantes bona sua ad liberos & propinquos. Sed variantes success. modi ac cuiusque sentis proprij. Quis & plerique ferè municipia peculiaribus suis hac in re statutis vti conperimur. Dissen. qui has success. iuri Ciuili inueniat volunt. vsq. 3. ill. com. 100. num. 2. Alex. Picenard. ad rub. l. de testa. pag. 6. A. Fab. 1. Iurispr. 2. prin. 5. illat. 2. Aliter Vacon. 1. declar. 15. num. 5. success. liberorum nec iuri quidem gener tribuunt, sed iuri hominum naturali, quod alij ius gentium primogenium vocant. f Gomez. 1. var. resol. 1. num. 2. & 3. liberos succedere iure natura primogenio in mobilibus, iure gent. scil. naturali secundario in omnibus, itemque iure diuino, ciuili, veteri & nouo, & praetorio, vid. & Gilken. de praescript. p. 3. c. 3. num. 15. Quid si facultates defuncti in diuersis ditibus, quae alioque alio iure reguntur? Ex communi sententia succedunt partim hoc partim illo iure, quoad bona, eum refert & improbat, Cuiac. conf. 25. p. m. 71. & seq. b scil. aperit vt expressa. Nam nosster Don. s. lib. 7. c. 16. tacita defertur agnoscit. Et ita est. Creditur enim sponte sua relinquere hereditatem legitimis, l. 8. §. 1. de iur. Codicill. ex animo intestatus decedere vt illis locus sit, ac voluntatem suam legis dispositioni accommodare, vsq. lib. 3. de success. progressu in praesat. n. 1. Rationib. de success. ab int. §. 1. n. 6. Forst. lib. 1. c. 12. num. 1. & 3. Lex in subsidium voluntatis praesumptae & coniecturae, ex communi hominum affectu, quo plus diligunt propinquiores gradu P. Greg. 43. Synt. 1. num. 7. transfere hereditatem, suppletque defectum dispositionis hominis, Forst. d. lib. 1. cap. 13. num. 1. & 3. c. Varias sunt ad d. l. §. 2. Pro soc. & d. l. 130. conciliationes, de quibus Pinel. ad l. 2. C. de bo. mat. Forst. lib. 1. cap. 16. Fachin. 6. contr. 41. f Alciat. 4. Paradox. 7. & ad d. l. 130. iustam hereditatem opponit testamentaria d. l. 3. §. 2. quia iusta significet omni ex parte perfectam, omni iure, ciuili & naturali, debitam. Testamentaria autem casu quodam saepe extraneis defertur. Legitima verò hereditatem vtamque esse & ex vi verborum dispositionem de legitima continere testamentaria. Quod refellunt Bellon. 3. Supputat. 7. Pinel. ad d. l. 2. num. 6. Goad. ad d. l. 130. num. 6. f Forst. d. lib. 1. cap. 17. Legitima proprie lege obuenerit, quae ab ea est directae & immediatè. Non improprè testame. tariae quae mediata largiori significatione. Et num. 16. ac seqq. differre haec ostendit: Proprie quod secund. naturam rei dicitur significatiuissime, non improprè, quo affinitas quaedam cum propria significatione innuitur: & non proprie,

quod proprietati planè repugnans per l. 1. pr. D. h. t. de suis & leg. & sequitur Goad. ad d. leg. 130. num. 3. & 4. quia qui confir. mat, absolute non dat vid. & Forner. ad d. l. 130. Pinel. ad d. l. 2. num. 7. Tirag. tr. Le mort fait le vis, p. 2. declar. 7. numer. 3. d. & pluribus ll. cumulatè congestis, & Forst. lib. 1. cap. 15. nu. d. 1. & seq. & lib. 2. cap. 21. num. 6. & 7. e Leges quibus testa. ti mentio collectas petere licet, ex Forst. lib. 3. cap. 1. f. Quia f voluntas expressa prior est tacita, Borcb. de grad. pag. 156. & quia Lex hic supplet defectum dispositionis hominis ac per eam cessat l. vlt. C. de past. con. vid. Forst. lib. 1. cap. 13. nu. 3. & 4. & cap. 26. & lib. 2. cap. 16. g vti volunt Duar. ad tit. g D. de acq. hered. cap. 2. & ex Baldo Goth. in not. d. leg. 82. & Borcb. de grad. p. 156. h Intestatus hic qui omnino & respec. h ètu hereditatis, aliàs & intestatus dicitur quoad tutelam l. 6. de leg. ius vult. in pr. l. h. t. num. 5. qui & bellè num. 6. Quidam tantum possunt decedere intestati vt furiosus infans, & c. qui. dam tantum testati filiosam: in castrensibus l. 9. de casti. pec. Quidam nec intestati filiosam. extra castrensia. feruus. Vbi enim hereditas non est, ibi nec testatus nec intestatus. f Qui i tamen proprie non est intestatus l. 1. pr. D. h. t. l. 2. §. 3. vnde legit. cum priuatio praesupponat habitum, sed verus testa. bilis, Form ad l. 64. de V. S. Vocatur tamen ita infans l. 4. §. 3. Qui per. tut. l. 5. Qui rest. fac. l. 9. de reb. dub. l. 14. §. vlt. ad l. Falc. l. 23. ad SC. Tertul. l. 27. C. de rest. l. sciunt. 10. C. de leg. hor. l. omnem 6. C. ad Tertul. Ac ita licet non proprie, ex iuris ta. men pariter ac loquendi vsu vid. Phil. Massin. ad l. 2. C. de impub. num. 17. & num. 24. & 34. & seq. ac passim. Treuting. de sub. p. 2. cap. 3. num. 4. & 5. & 9. varias sententias refert. Ti. rrag. tr. Le mort fait le vis, p. 3. declar. 8. f Mercor. 2. c. pin. 6. qui testari non potest dici intestatus ob penuriam voca. bulorum. f Goad. ad l. 64. de V. S. num. 3. & seqq. vocula inter. stati variè pro re subiecta accipi, nec tantum ad factum, ve. rum etiam ad ius, refertur debere. Et quia pluries pupillus, fu. riosus & similes vocantur, intestati. non probabiliter statui vbi que impropram loquutionem. Videndum igitur an quis ratione facti an iuris dicitur intestatus. Qui nec potuit res. tam. facere, nec fecit, is & iure & facto intestatus. Qui ve. rò iure non fecit in eo dist. Aut ipso iure priuatus (vt lege intestabilis ob carmen famosum) & non intestatus, sed in. testabilis dici debet, aut impeditur, qui scil. remoto obsta. culo, ætatis morbo, cum effectu testatur, & hic non intesta. bilis sed intestatus. Sufficit enim habitum potentia adesse, licet actu non adit; alioqui tercia success. species fingenda nec ex testamento nec ab intestato. Itaque hic respectu ipsius actus proprie intestati, d. l. 1. pr. ratione vero potentiae omni. no. Ita Goad. Q. An in statutis hi testatorum appellatione veniant. Ex. gr. Lex est municipalis. Bona intestatorum a. gnatis masculis obuenerit: Pupillus moritur, quæritur au. mater excludatur? Variæ sunt sententiae, quas qui cognosce. re auet, adeat Forst. lib. 3. cap. 4. vbi num. 14. & seq. affirmatum est populari loquendi vsu, tum ex ratione quae est conserua. tio splendoris familiarum, tum quia siue liberis si quoque di. citur qui nec liberis habere potest. h Quod iuxta ius vetus Kernat; f ad quæstione intelligendum de ea tantum vxore quæ vlti habebatur, Cu. reigondil cy Loristo iac. ad d. tit. vnde vir. & vx. Res. ad l. 30. de R. I. Forst. lib. 3. cap. 2. num. 32. & seq. Nam quæ in manu conueniatur, siue per coemptionem, siue per confarreationem, sua heres ma. rito erat, vid. Not. S. lib. 7. cap. 2. lit. F. & Forst. d. lib. 9. cap. 1. contr. Bark. succedere 2. numer. 2. & numer. 25. & seq. vt & nurus quæ in filij manu erat, quæ socero loco neptris, Cai. lib. 3. 2. in coll. U. Mosait. ii. iul. 26. Rantb. 2. num. 3. & 21. numer. 5. Ac ex lege Romuli marito, si impubes, si impubes decederet, ex asse, si su. peresset liberi vitium cum illis succedebat, Haliç. lib. 2. Baldus. p. illu. vocat. v. pagua ad l. Romuli 14. Aym. Rinal. lib. 1. histor. Iur. Cic. Zas. ad l. 2. §. 1. & ita l. (est aliàs verfic. §. 2.) de O. I. num. 13. Coras. ad d. l. fol. 29. 226. 2. §. 2. numer. 16. Vxoris verò bona, quantum in relictis liberis decederit, vir peculiij quodam iure occupabat, cum eam in manu & potestate, tanquam filiam adoptiuam, habuerit P. Fab. ad leg. 91. de R. I. fol. 416. Quam success. durasse vsque ad tempora Theodorici Goth. Regis arguit epistola 24. lib. 4. Va. viar. Castodori Paul. Cypra de sponsal. cap. 5. §. 14. num. 3. Sed abolitis veteribus formis ac nuptiarum differentis & Chri. stianis sollemnibus inductis vocatur ab intestato confuz deficietibus liberis & cognatis l. vn. C. vnde vir. Quod Theo. dos. & ad coniuges clericorum extendit l. si quis 20. C. de ep. & cler. Forst. lib. 9. cap. 2. num. 45. & seq. 1 Requista 4. refert l. v. Mathuring. Hodan. Cuiac. ad titul. vnde vir. i. Intæ & licet nuptæ l. i. pr. d. t. aliàs filius auster hereditatem indigno l. Claudius 13. de his que vt indign. 2. Vt cluxerit maritum l. i. C. de sec. nupt. 3. Vt vxor sit mortis tempore. 4. Vt non diuerterit, tamen di. uortium non valuerit, sed vxor permanserit d. l. i. §. 1. vid. & de locis requisitis Forst. lib. 9. cap. 3. num. 3. & seqq. Suidiu ad h. t. l. cap. de succ. viri & vx. num. 1. c. & num. 22. ac seq. m Est m

grad. l. 37. §. 5. de leg. 3. vt & amitæ ac materteræ dicitur quia cum parentes liberis quasi filii, patri appellati sunt, vt ex Simplicio Epicteti interpretare For. l. selest. 14. d. Quia cum parentum personam sustineant & eorum locum, Imp. priuilegio, ingredientur, necesse est eodem iure vti, Forst. lib. 8. c. 2. num. 3. Ranchin. §. 13. num. 11. Inducta igitur hoc casu in linea collateralis representatio, Forst. lib. 4. c. 21. num. 17. Sneider. Inst. h. t. cap. de 3. ord. succed. num. 13. Ranchin. §. 3. num. 9. Cuiac. in Nov. 118. & conf. 15. Gomez. in l. Taur. 8. num. 10. P. Greg. 45. Syn. 11. nu. 6. & A. Fab. 55. err. prag. 2. Rectè itaque in stirpes succedere dicuntur, tametsi Hotom. ill. q. 4. & quest. 14. velit nec representationem hoc speciali priuilegio inductam, neque in stirpes alios succedere quam qui ex stirpe & progenie sunt defuncti, quod refellit P. Fab. 3. Semestr. 24. pag. 378. ¶ Iure Sax fratrum filij excluduntur per fratres vtriusque coniunctos l. 1. art. 3. cir. sin. & art. 17. Facb. differ. 25. Reimb. p. 1. diff. 30. Zobel. p. 3. diff. 17. Coler. decif. 48. Molter. in Nov. elect. Sax. 18. p. 3. num. 2. Cum fratribus verò ex vno latere fratrum vtriusque coniunctorum liberi simul succedunt in capita d. Nov. elect. Sax. 18. Et fratres vnilateres defuncti excludunt patruos defuncti, licet illius parenti vtriusque coniunctos. Itemque fratrum filij arcent propatruos suos, patruos defuncti vtriusque coniunctos. e. Forst. lib. 8. c. 6. num. 1. & 2. Secus est iure Sax. vti iam dictum. f. Hinc regula Dd. vulgata paterna paternis, materna maternis deferri. Cuiac. in Nov. 84. Tiraq. de retr. lignag. §. 14. gl. 2. n. 4. Vult. in pr. l. h. t. n. 46. Forst. lib. 8. c. 8. Ranchin. §. 33. num. 8. & §. 14. num. 13. Reius ratio in voto parentum, qui bona sua liberis obuenire expetunt. Et mortuo vno liberorum quæ is a parte vel matre habet, ad eos qui communem habeant parentem perueniunt, tanquam ex tacta illius parentis ante filium, de cuius successione agitur, mortui voluntate Forst. lib. 7. c. 4. num. 20. Hæc separatio bonorum inducta inter solos fratres d. l. 13. §. vlt. porrecta est à Dd. ad fratrum filios, Forst. lib. 8. c. 8. num. 6. & 7. Sneider. Inst. h. t. cap. de 3. ord. succed. num. 22. & ad superiores transferebat, vt si patruus ac auunculus sint defuncto. Forst. d. c. 8. num. 4. qui tamen c. seq. num. 9. id hodie non obtinere post sublatam agnatorum & cognatorum differentiam. Quæ ex ratione. Ranch. d. num. 13. extensionem ad fratrum filios reiecit, & quia Imp. hoc omiserit, ac nouæ l. stricte accipiendæ. Vltra autem fratrum filios regulæ locum non esse Dd. largiuntur, vt nec inter eos qui diuersi gradus, Ranchin. d. §. 13. num. 15. Ius Sax. hanc separationem non admittit. Nov. g. elect. Augusti 14. p. 3. g. l. 4. §. 1. vers. illo proculdubio l. vlt. §. 3. vers. illo etiam obseruando Cod. de legit. hered. l. 1. §. vlt. Si pars her. per. Paul. 4. Sent. 8. §. 19. Vlt. tit. 26. §. 4. Cai. 2. Inst. 8. §. regularior. 7. & 3. Inst. tit. 16. coll. II. Moysic. Accedit auctoritas Harmenop. lib. 5. Promptuar. tit. 8. & II. Gothica. num. lib. 4. tit. 2. h. in Comitibus Spirensibus anno 1529. & Senatusconsultis Pacificis Curia Costal. in l. 1. §. vlt. Si pars her. per. Hor. ill. q. 14. & rerum sapientissime iudicatarum auctoritate, Cuiac. conf. 4. & 2. Feud. 11. Qui hanc sententiam pluribus adstruunt, vt & Vaud. 1. quest. 24. Vult. pr. l. h. t. n. 44. Valq. lib. 2. de success. resol. §. 13. num. 13. Bronch. de grad. pag. 243. & seq. Couar. epit. de success. ab int. num. 8. Borch. 3. aff. 69. Sneider. Inst. hoc tit. cap. de 3. ord. succed. n. 29. Matthæac. lib. 2. Epit. legat. c. 7. Rittershus. Partit. feud. lib. 1. c. 16. q. 9. & 4. seq. Ranchin. §. 13. num. 14. & 2. seq. Coler. decif. 51. Beuf. in l. admonendi 31. D. de iuris. num. 8. & 8. Arumæ. ex Inst. 11. th. 12. Quibus & dispositio iuris Sax. congruit lib. 1. art. 27. §. Bann. sich aber Fach. diff. 28. Reimb. p. 1. differ. 28. Primus ex interpp. huius sententiæ auctor, Azo. in Summa Cod. C. de legit. hered. §. ius iure nonissimo vers. illud dubitari potest quem qui sequantur refert, Forst. lib. 8. c. 3. num. 1. & qui Accursium sectentur num. 2. Sed & multos vtriusque opinionis sectatores laudat Tiraq. de retr. lign. §. 11. gl. 12. longè verò plures pro aduersa Accursij opinione, quam & probat Gomez. in l. Taurinâ 8. n. 12. & seq. A. Fab. in disp. forensi de patrii hereditate post traç. de var. numm. deb. solut. & Forst. lib. 4. c. 3. in fin. ratione naturali sustineri solet, & dicitur, ubi dicitur arboris plures ramos emittentis, quorum vnus in duos, alter in quinque vel sex ramulos abeat, tertius solus maneat. Hic vtrique tertius obessor & duo ex primo crassiores totidem ex secundo plusque alimenti & succi ex trunco excipiunt: vide tamen Tiraq. d. gl. 12. num. 6. ex quo apparet simile hoc magis successioni lineæ rectæ quam transferebat conuenire. Alioqui semper in i stirpes succederetur, i iure enim antiquo hereditas tota debebatur fratri exclusis fratrum liberis l. 3. C. de leg. hered. Ergo Iustina. eos in capita non vocat, cum patruo vt quàm minimum adimat ei, qui ante eam constitutionem totum habebat Hotom. ill. q. 41. Ritters. d. lo. Et vt eo minor portio sit, quo charior defuncto esse debet frater, quàm, qui remotior,

fratris filius Vaud. 1. q. 24. k. Ac vbi fortuiti casus par in vtramque partem ratio neper lædi videtur l. 12. C. de iust. Et animus Iust. eo tantum casu prospicere fratrum liberis, quos illis iure veteri non consulebatur, Hotom. d. q. 14. Rittersh. d. loc. q. 12. l. Rittersh. d. loc. q. 13. Non valet consequentia: Remotiores semper succedunt in capita. Ergo fratrum filij nunquam, sed ita valet: Ergo non semper in Et certarum personarum, in quibus inductum, finibus coërcendum, cum & Iustin. ipse priuilegium appeller, & nouæ constitutiones, correctoriar veteris iuris, extra terminos suos non trahendæ, Hot. d. q. 14. Obii. Atqui excludunt patruum defuncti qui in eod. gradu. d. Nov. 118. c. 3. vers. quandoquidem ibi illud palam est auct. post fratres C. de legi. her. Quare non iure proximitatis, sed representationis. Re. Hor. id inde est, quia hereditas procliuus descendit quam ascendit. Nam & filius defuncti excludit patrem eiusdem, qui in eodem gradu, nec minus tamen iure proximitatis succedit. Niell. disp. feud. 6. th. 3. liti. C. Obi. vocat. & in d. c. 3. vers. sed & ipsi, quasi sensus non tantum inter se succedunt, sed etiam quando cum patris. & c. Re. Sed frequentiss. est & exemplis patefit infinitis voculas, sed & modo coniunctiua esse, modo discretiua, vid. Cui. 15. obseru. 19. & 25. obseru. 10. Rob. 1. animad. 21. Obiic. auct. post fratres 2. C. de leg. her. Re. interpretanda est ex Nouell. vnde sumpta & vera est in sensu composito non diuiso, Matthæac. 2. Epit. leg. c. 7. Obiicit A. Faber. Imp. proficitur in d. Nouel. 118. in prefat. se omnes successione intelat illa lege disponere. Re. Ergo: nec hic casus omnino prætermittitur, sed implicite definitur, quia eo ipso dum sub conditione inducitur representatio, sub contrariâ negatur. Quæ cessante sua sponte sequitur successione personalem fieri ac in capita. Deinde alij etiam casus omilli videri possunt, qui verbis non explicite definiti vt in c. 1. successio nepotum quando non cum patris suis, sed inter se inuicem sicut ex diuersis filiis in auitâ hereditate concurrunt. Vti igitur ille casus pro omisso non habendus, quia necessariò sequitur ex eo quod in d. c. 11. cautum nepotes in parentum locum succedere, ita & hic. Obiic. Faber. Absurdum est eodem in eadem hereditate difformiter succedere, cum patruo in capita, inter se in stirpes cum res vna simul & semel diuerso iure censei nequeat. Re. Hor. ill. q. 14. absurdum non esse eiusdem hominis hereditatem variè quandoque pro casuum & personarum varietate, diuisi. Rectè vt videtur. Licet enim hic personarum non esset diuersitas, tamen certè casuum. Et idèd ratio tantum stringit si in eadem numero succ. variè quoad eodem fieret diuisio. Quin & personæ quodammodo diuersæ videri possunt. Cum enim soli sint fratrum liberi ipsorum persona spectatur, quando cum patris ipsorum parentis, cuius locum substituat, ac perinde habetur tanquam non ipsi, sed eorum parens, representatio fictioe superstes, succederet. Denique si absurdum non est vt interuentus fratris efficiat partes viriles adscendentibus diuersæ lineæ, qui absque eo esset, ferrent inæquales vid. c. prac. lit. H. & not. nec absurdum erit si concursus patrii faciat fratrum filios pares inæquales, qui si non superstes, latui essent viriles. n Proximus verò dicitur quem nemo antecedit l. proximus 92. de V. S. est solus sit l. proximi 55. eod. vid. Gœd. ad d. l. 92. Forst. lib. 3. c. 30. m. 9. & seq. Tiraq. de retr. lignag. §. 11. gl. 1. m. 1. & seq. Proximitas autem requiritur delata hereditatis tempore l. 6. l. de leg. ag. succ. id est, tempore obitus defuncti. si testam. non condidit. Sin condidit tempore quo, eo destituit vel euerso, res recidit ad causam intestati P. Greg. 45. Syn. 1. num. 8. vid. Ranch. §. 1. n. 8. Forst. d. c. 30. m. 14. vbi n. 22. Quomodo proximitas probari debeat. Seruatur in succ. graduum computatio Ciuilis, quoad eas à Canonibus quoque probata, Sneider. in rub. l. h. t. nu. 8. Fr. Munnoz. de Escobar tomo 2. var. comput. c. 23. m. 3. Io. Vinc. Hondede. vol. 1. conf. 4. m. 3. ¶ Cæterum in remotioribus agnatis sola prerogatiua gradus attenditur. Sneider. Inst. h. t. cap. de 3. ord. succed. n. 31. & seq. Vult. in pr. l. hoc tit. num. 50. nulla scilicet distinctione lineæ superioris aut inferioris, simplicis vel duplicis vinculi (secus iure Sax. quo ex vno latere coniunctus, etiam vterior, quicumque sit semper vno gradu remotior habetur. Sneider. d. l. num. 35) bonorum patrum vel maternorum, vid. not. s. lit. F. Moribus tamen Francorum bona transferri ad lineam vnde processerunt, vt quoad bona paterna frater quoque vterius excludatur ab agnato etiam septem aut nouem gradus refert, Valla de reb. dub. trad. §. num. 4. o vid. l. vlt. C. vnde lib. & ibi Don. nost. in op. posth. & Cuiac. 4. obs. 6. Fach. 6. contr. 66. & seq. Ranchin. §. 19. n. 1. & 2. Vacon. 3. declar. 49. m. 9. A. Fab. 29. err. prag. 10. p. Forst. lib. 2. c. 9. & lib. 8. c. 9. n. 7. Sneider. l. hoc tit cap. de 3. ord. succed. num. 39. Coler. decif. 51. q. Sunt tamen qui & iure veteri in infinitum agnatos successisse volunt.

Pro

Pro quibus facit l. 2. §. 1. de suis & legit. §. carorum 3. ibi, est longissimi gradu l. de leg. ag. succ. Forst. lib. 2. c. 10. Ranch. §. 15. n. 2. & 3. qui ad d. §. vlt. l. de success. cogn. respondet ibi exempli causâ nominari decimum gradum, vt & Cuiac. in not. & Borch. ibid. non absolute, sed comparatè ratione cognatorum, quod non in sextum tantum gradum sed & decimum subaudi ac vteriotem, vocentur, Gifan. tr. feud. c. 12. num. 47. ¶ Contra alij decimo gradu etiam hodie finiri, quos multos laudat Tiraq. de retr. lignag. §. 1. gl. 9. n. 23. P. Anton. de Ferris de fideic. q. 8. num. 506. & n. 510. Valq. lib. 2. de succ. res. §. 13. nu. 2. Gail. 2. obs. 50. n. 1. Matthæac. 2. de viâ iur. c. 20. nu. 8. & n. 16. Sneider. Inst. h. t. cap. de 3. ord. succed. n. 38. & cap. de success. int. vi. n. 13. Coler. decif. 51. Quæ sententia rationem habet, & restringi solet vt non obtrineat in successione principum ac comitum Tiraq. d. l. Casell. Coita in Memor. in v. agnati ¶ Iure Sax. successio transferebat vltra septimum gradum non producit, Landar. lib. 1. art. 3. Forst. lib. 8. c. 9. n. 8. Sed diuersa, quæ ibi sit, graduum numeratio facit vt vtroque iure in iisdem personis finiat Sneider. d. loc. n. 39. Coler. de decif. 51.

CAPVT V.

Persona acquirentis & Genera Peculij.

Hucusque à lib. 4. c. 7. de modis acquisitionis naturalibus ac ciuilibus. SEQUITUR DE PERSONA ACQUIRENTIS VBI DVOR EXPEDIENDA. I. QUI SIBI ACQUIRERE POSSINT. NEQUEVNT QUIDAM CONDITIONE PERSONÆ, ET AVT OB POTESTATEM: SERVI IN TOTUM L. 10. §. 1. de acq. don. §. 3. l. Per quas Pers. vt nec res peculiare possideant, sed teneant tatum l. 49. §. 1. de acq. poss. Habent quidem peculium cum dominus: eis constituit l. 4. pr. l. 5. §. vlt. de pecul. sed id veluti patrimonium serui est, §. actiones 10. l. de ad. non verè. ¶ FAMILIAS ex parte pro generibus peculij. PECVLIVM, vsu iuris, vocatur quicquid filiusfam. acquirat. quasi peculium id est, putilla pecunia l. 5. §. pen. de Pecul. quamdiu in potestate manet l. vlt. §. vlt. C. de iust. EST DVPLEX d. l. vlt. pr. I. MILITARE QVOD VEL CASTRENSE, per occasionem armatæ militiæ quaesita; vt stipendia militaria ex prædâ & spoliis parta, in militiam eunti, vel in castris ad vsum bellicum donata l. castrensē 11. de cast. pecul. vel quasi castrensē, eorum qui operam nauant reip. aut causis agendis, salaria ac stipendia magistratuum & officialium, aduocatorum & professorum, & c. d. l. vlt. quia ad instar illius inductum, cum & his sua sint castra in quibus reip. militant l. aduocati 14. Cod. de aduoc. diu. iud. Vtrumque proprium ac in illis libera statuendi potestas l. 1. §. nec castrensē 15. de collat. l. 6. pr. ibi exceptis castrensibus, & c. de bon. que lib. pr. I. Quib. non est perm. vice parumf. funguntur l. 2. D. ad Marc. ed. c. in iudicio cum patre constitunt l. 4. de iudic. 2. PAGANVM QVOD VEL PROPECTITIVM, quod à patre profectum licet non ex eius bonis, vid. l. 5. de l. dor. l. 10. §. 6. de Vulg. VEL ADVENTITIVM, quod aliunde filiosfam. obuenit, operâ & labore suo vel alienâ liberalitate d. l. 5. §. pater 11. l. 6. pr. C. de bo. que lib. §. 1. in fi. I. Per quas pers. Illud filiosfam. non acquirunt §. 1. d. t. vt nec momento in eius personâ subsistat l. placet 79. de acq. hered. Hinc donatio filiosfam. à patre facta nulla est l. 1. §. 1. Pro donato. ¶ Aliquando tamen silentio confirmatur c. cum filius sui iuris esse cæperit. I. Si rem alienam pater filij nomine comparauit, eam parte mortuo, si non cõtrarium eius iudicium probetur, præcipit l. filia 18. Cod. Fam. etc. 2. Si de suo donauit ac deinde emancipauit, nec peculium ademit l. 31. §. 2. de donat. Quod si non emancipato filio decesserit res hereditaria manet, l. si donatio 13. Cod. de collat. d. l. 1. §. 1. Pro donato, licet non in peculium dederit sed simpliciter donauerit, inter qua aliquid interest leg. 37. §. 1. de acq. do. Nam quod donauit de suo, id totum est fuit ac mansit patris. Ergo hereditarium effici

necesse est leg. 37. de acq. hered. At quod pater cum alienû effert cõparauit filij nomine id sibi non acquisiuit, quia noluit nec suo nomine accepit leg. 6. in fin. C. ad si quis alt. vel sibi. Pater itaque cum rem geit nomine filij, necesse est id agi traditione vt res transferatur & acquiratur filio, quâdo potest, id est, cû sui iuris erit. Quare mortuo patre res illa non fit hereditaria: quia nec morientis fuit, sed tunc fit propria filio tempore in quo translatio collata existente. Ac ita non pugnat. d. leg. 13. & d. leg. 18. f. Obi. At cur emancipatio non reuocata donatione facit eam conualescere, mors, æque potestate liberans non facit. Re. Ratio differ. Jlic patris ea fuit voluntas, qui ideo emancipauit vt sibi acquirat filius, quod illi prius quaesitum volebat, obistente patriâ potestate. Deinde eo ipso quod peculium, in quo & res donata est, non admittit dare videtur. ¶ Patitur enim rem apud filium esse ex priorî causâ donationis. Ergo perinde est ac si nunc tradat arg. l. 9. §. 5. de acq. do. vt non tam vetus confirmata sit donatio, quâ noua ac recens. Nulla huiusmodi in morte voluntas. Nec enim ideo moritur vt filios potestate liberet, sed naturæ debiti persoluit. Quin morte ipsa velle desinit l. 4. Locati. ¶ Obi. l. 25. Cod. de don. int. vir. Re. Non simpliciter ibi definitur donationes habere silentio cõfirmari, sed loquitur L. quasi sub conditione. Si quæ sunt donationes paternæ, quas & quatenus per silentium confirmari placuit, eæ ita firmæ sicut ad legitimam, & c. Quæ autem illæ sint & quo silentio conualescant d. l. 25. non definit sed aliunde petendum, scilicet ex d. l. 3. §. 2. d. l. 18. ¶ Excip. autè dos profectitia cuius capax est filiaf. l. i. Pomponius 35. Fam. etc. quæ proprium illius patrimonij l. 3. §. ergo 5. de minor. & mortuo parte vt propria retinetur, acedè vt & prædia filiaf. dotis causa ita tradita, vt tantum reditus eorum generoso soluarur retineat d. l. 35. ¶ Aduentitium olim in eadem causa, cum filius, nihil suum habere posset excepto castrensē vel quasi ¶ Excepta est à M. Antonino hereditas matris intestatæ l. pen. ad Tertyl. l. 6. §. 2. de acq. hered. ¶ Hodie filio acquiruntur omnia aduentitia. Vel quoad proprietatem, ne tamen sine consensu patris alienare liceat l. vlt. §. 5. n. vers. filius Cod. de bon. que lib. seruat patri vsufr. l. 6. Cod. d. t. vid. infr. lib. 10. c. 3. vel pleno iure: Idque aut inuito patre. ¶ donata à principe l. 7. Cod. h. t. p. 2. Ea lege à quolibet donata ne patris fiat vsufr. auct. excipitur. Cod. p. d. t. 9. 3. Hereditas fratris sororificæ, auct. item hereditas Cod. d. t. 4. Delata ob delictum parentis, qui quæue sine causa diuertit, auct. idem est Cod. t. Quæ illa vid. l. 8. §. pen. Cod. de repud. 5. Hereditas cuius aditioni pater consentire noluit, l. vlt. §. 1. Cod. t. 6. dos aduentitia, arg. à maiori ex dote profectitiâ, aut volente, si pater permiserit vsufr. retinere d. l. 6. §. 2. vers. fin. 2. Quid si vsufr. donatus vel relictus filiosfam. Acquiruntur, patri quamdiu is viuât, & c. vid. lib. 10. c. 17. in fine. AVT OB INTERDICTVM COMMERCIVM: Propter crimen Manichæis & Donatistis, l. Manichæos 4. Cod. de heret. deportatis & in opus publicum damnatis, ciuitate amissa, quibus omnis acquisitio ciuilis adempta l. sunt quidam 17. de pen. ¶ Propter munus vel operam publicam Prætoribus & t. provinciaræ rectoribus, quatenus acquisitio obest vtilitati publicæ, l. vn. Cod. de com. iud. vel cor. & c. officij causa in prouinciâ agentibus vel militanribus l. 6. r. pr. de contr. em. f. Propter rem. Christiani mancipij Judæo f. l. vn. Cod. Ne Christ. manc. QUIDAM SVA VOLVNTATE IMPEDITI, qui hoc animo accipiunt vt ateri acquirant l. 6. in fin. Cod. Si quis alt. vel sibi l. 26. Cod. de l. dor. Neque enim acquirunt nisi volenti l. 5. §. de O. & A.

NOTATA.

¶ Peculium naturale nomen patrimonium ciuile. Dicitur a quidem ordinarius dominus vicarij. l. 117. de Pecul. quia hic in

in illius peculio est, & sub illius imperio, sed veluti dominus est non verè, *Cuiac. 8. ad Afr. ad l. 38. §. 2. de Pecul. Gorb. in d. l. 17. b. Nec in castro. vel q. castri. causis agens filiusfam. patris consensum desiderat. l. 4. §. 1. de castri. pecul. r. d. contra Accurs. & Bart. Vaud. 1. q. 48. Forst. h. 7. de succ. c. 17. num. 2. c. Favor militie hoc efficit, vt potestas patria, licet per eam non dissoluatur, ita tamen moderetur ac restringatur. Nec rectè Vaud. 1. q. 1. id inde esse quia castrensia nihil ad vsum & administrationem patris pertinent, proinde idem dicendum in aduentitiis iis, quorum integram proprietatem filius nanciscitur, d' propter vinculum potestatis quia necessariò patri redacquiritur, *Gomez. 2. resol. 4. num. 25. & sibi ipsi donaret, Bouff. ad l. 1. de iurei. num. 120. Aliter A. Fab. vt j. lit. L. † Vaud. 1. q. 4. olim donationes has irritas fuisse, quia nulla acquisitio in persona filii. contitit. Quod quia hodie mutatum ac reddit filia. compotes acquisitionis, nihil impedire quo minus filii. parentes quicquid velint donent. Quod probandum non est. † Quid si remuneratoria sit donatio? Valere affirmant plures quos refert Valsq. 3. contr. vlti. seq. 46. num. 8. & Meno. de arb. cap. 132. explicans quæ bene merita esse debeant, vt æquivalent rei donatæ. c. 134. vnde de illis liquere debeat, vid. & Fach. 3. contr. 74. & 76. Mall. 2. Sem. 16. & qui maxime, nec sine ratione, contra nititur A. Fab. 41. err. prag. 6. † Iuve Sax donatio rerum mobilium facta filiof. valet itarim, quicquid deinde præmoriatur Landr. li. 1. art. 10. Coler. decif. 13. Bouff. ad l. 1. de iurei. num. 215. c. Quid si iurei. sumata sit? Valere putant, quia eorum quæ ll. statuta, vt patria potestas, ratio non habeatur vbi animæ periculum veritur, Fach. 3. contr. 87. post alios referens. Sess. lib. 2. de iuram. c. 12. num. 6. Contra Cuiac. cons. 26. p. m. 76. quia subuerti nequeat naturalis ratio, quæ non patitur vt sibi ipsi quis donet vtiliter. Quod verum non est. Imò ratio illa ciuilibis est, quæ patria potestas vnus personæ intellectum inducit, & A. Fab. 41. err. prag. 4. f. Graci pugnam ita dirimunt. In d. l. 18. perseverasse patrem in voluntate donandi vsque ad mortem. In specie d. l. 13. non perseverasse. Sed ea distinctio ex facto sumitur cuius cognitio incerta, vt rectè Cuiac. 9. obs. 17. qui tamen nihilo melius suos ab intestato donationem simplicem conferre d. l. 13. testamento institutos non cõferrè, sed præcipuà habere, hodie autem ex Nou. 18. & hos conferre 3. obs. 30. & d. c. 17. † Ranchin. de succ. ab int. §. 20. num. 2. pro nam reponit nec in d. l. 13. negatiuam sententiam in affirmatiuâ ita connectens vel potius peruerrens, & A. Fab. 40. err. prag. 1. pro à parte legit à matre vel illa verba interpreti adsignanda censet, qui & ibid. ac in seqq. de hac materia multis disputat vid. hac de re & quando huiusmodi donatio confirmetur, valeat vel non valeat, Vacon. 4. decl. 56. num. 10. & seq. Bouff. ad l. 1. de iurei. num. 118. & seqq. P. Gilk. de præscr. p. 2. membr. 1. c. 18. num. 6. Niell. disp. Feud. 2. h. 5. lit. C. † Morie verò non cõfirmari nisi traditio prius à viuo patre facta tradunt, Bouff. d. loc. num. 123. quia sine eâ nihil est, quod confirmetur, cum donationis obligatio nulla fuerit Gomez. in l. Tauri 17. num. 4. Tiraq. de l. consil. poss. p. 1. num. 49. & 3. seqq. vbi & an facta traditio sufficiat. † An morte confirmata capiat vires & accipiat iure legati vid. A. Fab. 42. err. prag. 2. qui negat: An eadem retrotrahatur vt fructus sint donatarij ex die factæ traditionis, vid. Fach. 3. contr. 73. A. Fab. 40. err. pr. 3. Et de aliis qq. A. Fab. err. prag. decade 40. 41. & 42. Fach. d. lib. 3. cap. seqq. g. Ipsa non ademptio est tacita donatio, quia hæc tota pender à voluntate donantis, quæ perseverat tempore quo filius capax, Gifan. in d. l. 31. de donat. num. 44. & h. seq. h. vid. Menoch. de arb. iud. q. 69. i. A. Fab. 50. i. err. prag. 3. Iustin. in d. l. 25. nihil noui constituisse, sed hoc vt ius veteris de confirmandis donationibus non aliter locum habeat, quàm si vel non excedat legitimam vel infinuata sint. Nec verò dicamus, cum Baldano in Iustin. & Bocer. de donat. c. 3. num. 6. à Tribon. l. 1. §. 1. Pro donato Pand. inferat. cum d. l. 25. ante Pand. compositos lat. fir. & Diff. A. Fab. 7. Coni. 12. & 13. Coni. 2. in fin. qui nec ex causa dotis donationem in filiam collatam valere vult (quod refellit Fach. 13. contr. 60.) in quò 40. err. prag. 9. ex d. l. 35. probare nititur donationem illam deterioris conditionis fuisse quàm alias. Quod refellere tædet. Idem 13. Coni. 4. & seqq. nec in dote procretitia aur aduentitia filiam. heredem habere potuisse. † Contendit tamen A. Fab. 7. Con. 11. Filium iure veteri acquisitionis non incapacem quæcumque pater per eum sibi acquirit nolit, ipsum accepisse ac dominum effectum. Ibidem donationem filiof. factam à patre inualidam, non quia filius acquisitionis incapax. Tum enim pater maxime ostendit se habere nolle, sed quia nulla obligatio inter patrem & filium consistit. Donatio autem non valet nisi obligatio contrahatur. Quæ ratio conueniens non**

est. Nam donatio traditionem coniunctam statim habens contractus non est, nec obligationem parit, aliàs eodem momento obligatio oritur & dissolueretur, quod natura non patitur. m Non puto, Nam d. l. 6. §. 2. omnino probat potestus & hanc hereditatem patri per filium acquirit, cum & ad illius aditionem paternis consensu requiritur. Melior Beloni exposito, ad d. l. pen. ceu veruli in nor. s. c. 2. lib. B. vt nec iuramento alienatio firmetur, Gomez. 2. resol. 15. num. 9. & 10. Auctorit. autem perhibente patre etiam donatio de aduentitiis valet P. Fab. ad l. 165. de R. I. † Quid si filius. ex illis bonis donationem in patrem conferat? vid. Cuiac. cons. 44. (quicam æquè morte filij confirmari vult) A. Fab. 42. err. prag. 4. & seqq. o De his casibus vid. Forst. lib. 7. de succ. ab int. c. 27. qui plures refert & Sc. Gentil. de bon. matern. c. 6. P. P. Quæ tamen quasi castrensibus quis rectius accensuerit per verba d. l. 17. ad similitudinem castri. peculij P. Fab. ad l. 93. de R. I. p. 431. & ratione eâ quod princeps bene de Rep. meritis munificentiam suam contulisse censendus sit, q. r. hac lege hodie filius. institui potest. Olim non potuit ita institui, ne patri per eum hereditas acquireretur. Hinc frequentes in filiorumfam. institutionibus conditiones emancipationis l. vlt. de pet. her. l. pen. vnde lib. l. 3. Cod. de inst. & sublt. & aliis citatis à Cuiac. 2. ad Afric. in l. 46. de her. inst. † vid. P. Gilken. de præscr. p. 3. c. 6. Habent enim pro mortuis quoad societatem ciuilem, Vacon. 1. decl. 18. num. 5. non absolute & in omnibus, de quo vid. Lorios. de iur. arte. tract. 5. axiom. 3. 4. & 5. Salomon in Paradox. in l. Gall. §. & quid tantum §. 27. Cuiac. 3. obs. 10. Hor. 6. obs. 21. Pac. 6. q. 59. A. Fab. 1. iuris p. 11. f. pr. 3. ill. i. f. de his vid. plenius j. lib. 12. c. 22.

C A P V T V I.

Qui alius acquirant.

2. QVI ALTERI, de quo tit. I. & Cod. Per quas pers. cuique acq. EORVM, qui nobis acquirunt DVO GENERA. I. IURI NOSTRO SVBIECTI, 2 SIVE IN A TOTVM. VT FILIIFAM. vbi regula perpetua: Quicquid per seruum non acquiritur, id nec per filium, quia patria potestas leuior dominicâ. Et contra. Quicquid per seruum acquiritur, per filium quoque iisdem conditionibus. Sed hic exceptio: Nisi filius illud sibi quæsitum velit, casibus quibus potest, quos vid. c. præced. Quod si voler quæsitum patris, dum illius nomine accipit, etsi ex causa peculij castri, vel quasi patri acquirat vid. infr. lib. 12. c. 17. ET SERVI NOSTRI vbi regula: Quicquid stipulatur vel accipit, domino acquiri l. 10. §. 1. de acq. dom. §. 3. l. h. t. Per quas pers. quocumque modo stipulatur vel accipiat, sibi, domino, conferuo, impersonaliter §. 1. Inst. l. i. §. D. de stip. seru. NON TAMEN SEMPER. Vt si hoc animo ne domino acquirat, si alteri nominatim stipulatur, alterius nomine accipiat l. 1. §. 19. de acq. poss. l. 37. §. 4. de acq. do. NEC OMNES RES. Excipe 1. Factum suum; sibi ire, agere licere §. sed cum 2. l. de stip. seru. c. 2. Res sub conditione legata, quæ existit seruo manumisso (idem in filiof. emancipato, vt & huic non nuda, sed solida proprietate acquiratur) l. vxorem 5. C. de cond. inst. l. qua legata 10. de R. I. Aliud in stipulatione quæ etsi conditionalis, statim patri, dominò ve acquiritur, licet conditio statu stipulantis mutato euenerit, l. si filius. 78. de V. O. [Discrimen vnde Bart. inde esse, quia in stipulationibus existens conditio retrotrahatur ad tempus contractus] l. 8. pr. ibi q. iam contracta de peric. & comm. l. 9. l. 11. §. 1. Qui pot. in pig. In legatis non item l. 1. §. serui 4. de S. C. Siland. a Ratio hac & inconcinna. Multo enim hoc obscurius & expeditu difficilius cur illic retrotrahatur, hic non item & in effectu, principium petit. Nam cum hic distinguantur non species diuersæ, sed eadem videl. conditio stipulationi à conditione legato adiecta, necesse est vt discrimen hoc non sit ex natura conditionis ipsius, quæ vtrouque eadem, sed ex natura stipulationis ac legati diuersa. Proinde ratio eadem est cum questione quia hæc est natura stipulationis; hæc natura legati: & denique falsa est. c. Nam nec in contractibus semper retrotrahitur conditio, vt probat d. l. 8. in fin. pr. de peric. & com.

Res

Res pendente conditione, qua deinde existit, perit venditori. At qui periret emptori, si conditione retrotrahat, perinde haberetur ac si ab initio emptio pure contracta. & l. 31. de V. O. l. 14. de Nouat. (contra in legatis retrotrahitur iisdem casibus, quibus in stipulatione l. 2. C. Qui pot. in pig. iunct. d. l. 4. 1. §. f. 1. D. eod. f. Denique si seruis sub conditione institutus, post illius euentum manumissus, adeat, licet aditio retrotrahatur, hereditatem tamen sibi acquirat. Causa igitur huius varietatis non in vi conditionis, sed natura negotiorum: Quia vox filij voce patris §. 4. & §. 13. l. de inutil. stip. factum quoque filij factum patris habetur. Quæ ratio in l. vlt. de stip. seru. in verbis: quia potestas eius tunc cum contraheretur, nostra fuit. Itaque filiof. stipulante perinde habetur ac si ipse pater, sibi stipulatus esset l. 45. pr. de V. O. & ita licet obligatio nulla præfens, sperem tamen fore vt aliquando debeat acquiri. In legatis verò nullum factum filij interuenit ac incidit non est præfens obligatio. Obi. l. 11. §. 2. & §. 6. de don. int. vir. & vx. vbi in donatione mortis causa, tamen factum filij & serui interuenit, acceptio vid. tamen inspicitur tempus quo conditio existit, scil. mortis donatoris. 3. Sed illic non est eiusmodi factum, quod ad acquirendum valeat cum donatio illa, quando liber reuocari possit, nec antequam mors inseguatur perfecta l. 30. l. 32. de don. cap. mort. ita Don. no. ff. ad d. l. 7. de V. O. n. 6. 7. 3.] 3. Res hereditariæ per seruum hereditarium l. 18. de acq. do. l. 45. de acq. her. nec ipsæ vt per se liquet, quia qui heres effectus, adeundo iam ante eas confectus, nec eorum possessio l. 1. §. 16. de acq. poss. nec ipsa hereditas l. 18. de acq. do. Dices quis hic locus questionis: nam si heres est post aditionem, de quo hic agitur, iam habet hereditatem 3. Sic ponenda species. Scriptus est Titio ex parte seruis sine libertate ac altera, vt in l. p. C. de nec. ser. her. Titio aduenti quaritur illa pars, & simul fructus, qui in hereditate, totus, quia is pro parte acquiri nequit. Seruus iustus Titij partem, ex qua ipse scriptus, adit. Queritur an Titio domino suo acquirat. Neg. Ratio decid. Seruus ac cæteræ res hereditariæ eiusdem vniuersitatis veluti partes sunt. Ergo & eadem conditione, nec vna fungi poterit vice acquerentis & agentis, altera acquirat & patientis. Hodie quia is seruus liber fit, ex d. l. pen. vlt. huius questionis sublatus. Acquirunt verò statim etiam inuito l. 32. de acq. do. l. 62. de V. O. Obi. l. 69. de R. I. 2. vid. j. lib. 12. c. 17. exceptis duobus: Possessione vid. s. lib. 5. c. 8. ex conditione possessionis quæ non acquiritur nisi animo & corpore; corpore quid è etiam alieno, animo non nisi nostro & hereditate seruo delata l. 6. pr. de acq. hered. l. 65. pr. ad Treb. ne inuitis oneribus obligetur. Quid si dominum non habeat vt seruus pœnæ? Nulli acquirat, ideoque ei relictum pro non scripto est l. 3. pr. de his qua pro non script. l. 17. pr. de pan. Hereditarij tamen, qui & ipsi domino carent acquirunt hereditatem, quæ domina fingitur l. 33. §. vlt. & l. seq. l. 61. de acq. do. Nisi quid sit quod factum domini aut operam requirit, quæ in rem inanimum non cadunt. Eius generis tria: Hereditas d. l. 61. V. usufr. d. l. 61. de acq. dom. & l. 1. §. 2. Quam di. v. leg. & possessio, quia ea nec domino, nisi volenti quæritur. Hereditas verò velle nequit. Quid si seruus plurimum communis acquirat singulis pro partibus dominicis 1 leg. communis. 45. de acq. do. l. 5. de stip. seru. quamuis quæritur ex re alterius d. l. 45. Sunt tamen ex his quibus acquiri nequit, vel ob voluntatem serui; si nominatim alicui ex dominis stipulatur vel accipiat, ei soli d. l. 5. D. §. vlt. de l. stip. seru. l. 37. §. 3. de acq. dom. itemque si iussu vnus d. l. 5. Iustus enim pro nomine l. 25. §. 6. de V. usufr. vel ob conditionem rei quæritur, si fuerit vnus ex dominis. Tunc enim quia nequit illi cuius fuit, reliquis integra acquiratur d. §. vlt. in fin. Sic si vnus ex dominis seruo donet, non si tradat vt in peculio eius sit, pecunia reliquis socijs solida acquiratur l. 23. in fin. l. 37. §. 1. de acq. do. k

Facit l. si duo 17. d. 1. SIVE EX PARTE: VT SERVI ALIENI SI AVT VSVFRUCTVS IN ILLIS NOSTER, vbi regula: Quicquid ex re fructuarij (vt si illius pecuniâ emanat) aut operis sui (quod ob operas præstitas. ex. g. pictorias fabriles, mercedis loco accipiunt) acquirunt id illi (nisi nominatim proprietario accipiant aut illius iussu l. 37. §. 5. de acq. do. l. 25. §. 3. de V. usufr. & nisi ex re sua donet, vt in l. 49. de acq. do.) quod verò extra illas causas id proprietario acquirunt l. 10. §. 3. de acq. do. §. 4. l. h. t. Et ideo si emerit hic seruus & acceperit, priusquam soluat in pendenti est cui acquirat, vid. l. 43. §. vlt. de acq. do. De hereditate, dubitatum est eo quod factum aduentis exigit. Sed eam proprietatem acquiri placuit d. l. 10. §. 3. l. 45. h. t. quia factum illud labore vacans opera dici nequit. Si tamen legatum contemplatione fructuarij seruo relictum, id illi acquirat l. 21. & seq. de V. usufr. Sed quid si duo sunt fructuarij ac seruus ex alterius re stipulatus, aut aliquid emit an illi totum acquirat, an pro parte vsus fructus? Quæstio in l. 25. §. 6. de V. usufr. Et refert Vlpian. Scæuolam scribere vulgò creditum, rationem que hoc facere (ductam videl. ex l. 45. de acq. do.) partem fructuario quæri, partem domino, (quia videl. alteri fructuario nequit cum non sit ex illius re.) At idem Vlp. in l. 23. in fin. de acq. do. ex eiusdem Scæuolæ sententiâ refert solidum acquiri fructuario. Licet enim ibi de libero bona fide possessio seruo tamen in eo idem iuris l. 10. §. 4. de acq. do. 32. Sed duæ partes sententiæ Scæuolæ. In priori retulit vulgarem opinionem d. §. 6. in posteriore reprobaui. 1 Vtraque refertur, in d. l. 23. in fin. Ideo enim ibid. argu. istud à communi seruo ductum contra auctores retroquet, illi: nam & illud receptum est, & AVT NVVVS VSVS, de quib. lib. 10. c. 25. ITEM QVI BONA FIDE POSSIDENTVR, liberi sibi sunt sive serui alieni. m Ac de his idem omnino iuris, quod de fructuariis l. 10. §. 4. l. liber 19. de acq. do. §. 4. l. h. t. Sed quamdiu bona fides adest, l. 23. §. 1. l. quæsitum 40. d. tit. Si igitur hereditas relicta sit seruius contemplatione possessoris illi acquirat, l. 43. §. vlt. de acq. hered. Quamquam si liber bona fide seruiens, conditionis suæ gnarus adierit, sibi acquirat, etsi gratia possessoris sit institutus l. liber 17. in fi. de acq. dom. vbi Labeonis sententia sic accipienda, vt non proximam tantum Trebatij, sed & alteram Aristonem vel Lucullum, siue reiiciat siue temperat. Sententia hæc: Si ex necessitate adit, id est, si putauit se cogi necessitate potestatis vt adeat, status sui ignarus heredem ipsum non fieri, quod est contra Trebatium, ideoque possessori acquirere, si testator ad eum pertinere voluerit, quod est contra Aristonem. Et sic conuenit l. 45. vlt. de acq. hered. Sin ita vt ipse vellet, hoc est si se liberum sciens sponte adit, ipsum fieri heredem non possessorem, etsi illius gratia institutus sit, quia cum volit ipse heres esse, ac possit, statim integro, voluntate sua efficitur heres. Ita tamen vt si aperta testatoris voluntas, debeat restituere hereditatem. Nam quoad hoc Labeo Lucillum non notat. Et conueniens est vt voluntas, quæ directo nequit, iure fideicommissi sustineatur. Quæ verò possessori acquirere nequit bona fide seruiens, quia extra dictas causas, si ignorantia acquiri possunt, vt legata, vel sibi acquirat, si liber est, vel domino, si seruus alienus. Hereditatem autem si iussu possessoris adeat, illius contemplatione non relicta nulli acquirat, si non habet animum sibi acquirendi, quia ea ignorantia non acquiratur d. l. 19. in fin. l. homo 54. pr. d. tit. n

N O T A T A.

a Qui acquirunt propter vinculum potestatis. Propter quod cum vnus personæ loco habeatur, id ad me peruenisse rectè dicitur, quod per me ad eum peruenit l. peruenisse 171.

V 3

missi 171. de V. S. P. Fab. ad l. 51. de R. I. p. 241. b. Esse tamen hanc differ. vult post Accur. Cui. 25. obs. 5. quæ innuat l. 4. de acq. poss. Quod seruus acquirat, ignoranti domino acquiri scilicet si nesciat id acquisivisse seruum; non vero si nesciat suum esse seruum. Patri autem acquiri, etsi is ignoret filium in potestate, d. l. 4. Ratio diff. Patri acquiritur iure patria potestatis solo, non ratione possessionis, quia filius, vt liber homo, non possidetur: Domino vero acquiritur magis ratione possessionis per l. 1. §. 6. de acq. poss. Non possidet autem qui se habere ignorat. Ita Cuiac. Quæ vero longè abfunt. Nam nec lege vllâ docetur domino per seruum, quem se habere ignoret, non æquè acquiri vt patri, d. l. 4. falsumque est domino iure potestatis non acquiri. Contra enim apertè in l. vlt. D. de stip. seru. Nec minus vox serui vox domini quàm vox filij patris. Et ratione possessionis acquiri d. l. 1. §. 6. seruus, non domino, sed alij, à quo bona fide possidetur, qua ratione & liber homo, atque ita etiam filiusfam. illi cui bona fide seruit acquiri, vt h. cap. Et quod vero domino non acquiri, qui ab alio possidetur bona fide, non fit propter inscientiam domini, idem enim obtinet & si dominus sciat suum esse priusquam iudicio repetit, sed propter bonam fidem possidentis, qua fit vt illi acquirat. Denique etiam seruos, quos suos ignorat, dominus possidere potest. Pone: Ordinarius, qui longius abest in provinciâ, multos comparat vicarios & mediastinos. Hos, quia in peculio sunt ordinarij l. 17. de pecul. dominus possidere incipit, vid. lib. 5. c. 8. lit. B. (itaque ex ratione quoque Cuiacij, per eos acquiri, & si qui sint homines, nesciat. Quod si pater furiosus, an ei acquiratur? Affirmat Aug. d. l. 4. de acq. poss. vid. pluribus hinc inde disputans C. Vasqu. 3. ill. contr. c. 107. & vlt. c. Ius tamen stipulationis & hic domino acquiritur, factum per seruum obeundum. Et perinde habetur ac si dominus stipulatus sit sibi vt seruum ire agere liceret, & ad eam seruitutem vsurpandam seruo eui instrumento vti. Com. 2. com. 3. num. 5. Quæ facti sunt non transeant ad dominum: l. 44. pr. de cond. & dem. Semper tamen acquiritur domino, siue res iuris sit siue facti, quia ex facto serui dominus capit momentum. Sic ex dicta stipulatione non habet ius eundi dominus, sed ius mittendi seruum vt eat, & ex ea stipulatione domino actio datur non seruo. Pac. 1. q. 28. d. vlt. & Her. 5. obs. 13. Quam & probant inde quod contractus plurium consensu, ideoque maior illi vis ad retrorahendum, quam legatis, quæ vnus voluntate nituntur. Zaf. in d. l. 78. num. 89. Malè. Quia voluntas testantis, etiam solus, firmissima. Et Cuiac. ad d. l. 78. eius rationem hanc esse: Contrahentes id agunt vt & successioni ac posteritati proficiant. Ergo quo heredibus possit proficere iste contractus, si moriatur aliquis pendente conditione, statuedum est vires eius statim initio existere. Qui legat legatarium solum, non illius posteritatem, spectat. Quare si pendente conditione moriatur legataris, legatum extinguitur. Quod ex hac ratione admissum vtrinque in vno casu, vt legatum non nisi ex euentu conditionis, contractus conditionalis statim vires accipiat, perpetuum erit, ac in reliquis casibus obtinebit. Quæ quam fragilia sint perfectu facile, ac scite refellit A. Faber. 15. Coni. 6. pag. 180. quia filius, stipulans quomodo censebitur consulere velle heredi qui quamdiu filius, non potest habere heredem. Quin id potius agit vt acquirat patri. e. Quod & sic ostendit, Faber. d. cap. 6. p. 182. In obligationibus ad diem certum attenditur tempus contractus, tantò magis, quamò illâ viciniore puris quam conditionales. Nec quisquam tamen dixit diem certum retrorahi. f. Quamquam si quis loqui velimus, conditio nunquam retrorahitur, tamen si sape, postquam existit conditio, perinde habetur ac si purè contracta esset stipulatio, quia oblatum puritatis sublatum. Ant. Fab. d. cap. 6. pag. 181. cum quo tamen non sentio in eo quod vult conditionem esse meram priuationem ac per consequens nihil, nec igitur retrorahi posse, quod nihil est. In quo malum agit metaphysicum. Nec enim obligationi adici, nec existere, nec tot effectus ipsa per se operari, nec tot illius differentiarum constitui possent si nihil esset. Nam quod non est nec variari potest, & non entis nulla sunt qualitates. At conditionis multa ac diuersa. Vnde alia casualis alia potestativa, &c. Incongrua certe collectio Fabri: Condicio efficit ne obligatio pura dici possit. Ergo est priuatio. Perinde ac hæc: Morbus efficit ne homo sanus dici possit. Ergo est priuatio mera sanitatis & ita nihil. Priuatio est abentia habitus in subiecto capaci, tum cum in eo natura ineffe conuenit, vt colligitur ex Philoopho lib. Categ. Confer. lib. 4. Metaph. c. 22. At actus & contractus nec priuationem nec conditionem requirit, sed æquè ad vtrumlibet aptus. Quin cum contractus in diem, nec purus sit nec conditionalis, contraria hæc vniuersa sunt. Denique vt vera sit priuatio necesse est vt & potentiam tollat.

Από τις περιπτώσεις των οποίων μεταφράζονται ἀδύνατον Αριστ. li. Categ. Atqui actus ex conditionalibus, eueniente conditione, sit purus. Quin, si alterutrum dicendū, puritas potius nihil est, & quidem opposita conditioni non priuatione, sed negatiue. Ideo enim purus est actus, quia relictus in suis communibus terminis; ideo conditionalis, quia aliquid ei accessit. Condicio enim est adiectio l. 6. §. 1. de iur. Quæ tamen, vt à diuerticulo ad viam redeam, dicetur, meâ sententiâ, post euentum conditionis retrorahi ipsam obligationem, ac haberi ac si illo tempore, quo stipulatio interposita, purè contracta esset l. 1. §. 1. de sign. non vero retrorahi conditionem, quæ postquam impleta euanuit. Inter quæ sanè interest. Aliud est rem æstimari ac si conditio ex. g. Si Titius consul factus fuerit planè non adiecta d. §. 1. aliud ita si adiecta quidem, sed statim ipso conuentionis tempore euenisset ex. g. ac si Titius qui nunc Consul eligitur, ante annum fortè, tum contraheretur, magistratum inisset. Facilius in rebus quæ sunt iuris & facti, quàm quæ meri facti fictio. g. Duar. ad d. l. 78. Contrahitur, inquit, factum & operam desiderant. Filius patri omne factum operam & studium debet. Contra Remar. ad l. 18. de R. Iur. ea ratio est. Legatum ante dici cessionem nihil continet iuris. Quæ vero facti sunt transferri ad alios non solent: Stipulatio vero nulla quæ non sub se habeat vinculum iuris l. 27. §. 2. de pact. Quæ tamen non in eo difficultas, aut, cur in contractibus spectetur tempus conuentionis. Quod enim magis conuenit, quàm quod de obligando actum est. Sed in eo cur aliud in legatis conditionalibus. Rationem autem inde peti p. 182. & seq. Non spectatur in legatis tempus testam, quia ius legati conditionalis non nascitur eo tempore, quo test. fit. cum non possit acquiri legatario, priusquam id morte confirmatum fuerit: nec mortis, quia non ex solâ voluntate, sed magis legis auctoritate confirmatur, quæ sit vt quæcumque test. scripta valeant eo modo quo scripta sunt. Quæ pluribus ibi, subtiliter magis, quàm ad scrupulos animo examinendos accommodatè, perscrutatur. Ad quod expeditior est nostri Don. ratio quæ & inde confirmatur, quod libero effecto proficere nequit, quod dum seruus esset egit l. quod quis 146. de R. I. P. Fab. ad l. 18. de R. I. qui & vid. 3. Sem. 11. Et quod in legatis nullum omnino factum legatarij, neque dum acquiritur, quia & ignorant filio obuenit, ac per eum patri (Vnde obiecto Cuiacij), regerentis, si hæc ratio vera nec legatum purum patri acquiri, remouetur. Nam quando purum est cum statim quærat necesse est statim ad patrem transeat l. 79. de acq. her. Et quæ in stipul. filij defuit animus, sibi acquirendi, sed id egit vt acquireret patri, nec de incerto emancipationis euentu cogitasse censendus est, ac vt cogitauerit, tamen adquisitio certam ciuitatem requirit l. 76. de R. I. Quin licet conuenerit aperte stipulationem in emancipationem suam, nihil eum iuuat d. l. vlt. de stip. seru. quia voluntas illius libera non est, & per d. l. 146. de R. I. Ex quo sic licet inferre Emancipationis euentus conditionis tempore, sibi non acquiri ex tempore præsentis, quia deficit causa vel negocium, cum actu in potestate gesto non iuuetur d. l. 146. neque ex tempore interposita stipulationis, quia deficit voluntas acquirendi, vel si ea adsit, deest tamen potestas & capacitas, d. l. vlt. Quæ omnia legatis non conuenire euident est. h. Ita & Cui. 24. obs. 10. hoc intelligit de seruo, non iacentis hereditatis, sed qui iam ad heredem peruenit, per l. 38. §. vlt. de acq. poss. & ne incongrua sit collatio hereditarij cum legato, vel empto in d. l. 1. §. 16. qui perueniat ad legatarium, emptorem. Contra & rectius Gif ad d. l. 18. Goth. ad d. l. §. 16. in not. quia hereditas acquisita de nouo acquiri nequit. Neque hunc obicem remouet species, Donelli. Nam quomodo parte hereditatis tantum Titio quaerita seruus hereditarius totus illi obuenit. Nec vera est ratio quod pro parte is acquiri nequeat, nam immò potest, sed pro indiuisa, cuiusmodi partes semper habet in sing. rebus hereditariis, qui non ex asse heres. Quomodo autem si totus Titio quaeritus seruus vocatur hereditarius, si iam heredis Titij effectus in eius existit patrimonio. Quid? Nonne vno herede existente (vt in dicta specie, quia seruus inutiliter scriptus pro non scripto est) licet ex parte assis is scriptus sit & adeat totam is hereditatem iure accr. consequitur s. li. 7. c. 12. lit. D. Atque ita nec in illâ specie quaestio locus. Neque tamen probanda idè species Gifanij: Titius insinuit Mæuium. Mæuius apertis mandat Stichum seruo hereditario, vt hereditatem adeat, ac sibi acquirat. Queritur an possit. Neg. Ratio quia ante additionem Mæuij non est seruus hereditarius. Malè quia cum hereditas per alium adiri nequeat l. 90. de acq. her. neque hic quaestio, aut dubio specialis locus. Quid quod illo ipso facto, mandando scilicet. Titius ipse pro herede gessit, hereditatem acquisiuit, vid. lib. 7. c. 9. lit. F. vt & in hac specie quaestioni obstat ratio rei vnus non plures acquirendæ. Quid

runtur, per extraneos non quaeruntur d. l. 53. l. 1. C. per quas pers. l. 38. §. 17. l. 126. §. 2. de V. O. l. 11. de O. & A.

NOTATA.

a Quia in iis quæ sunt facti licet vt alieno ministerio l. 39. a de neg. gest. non in iis quæ iuris Gifan. ad l. 13. de acq. do. n. 5. Quia ibi interuenit actus naturalis ad idem. Diuersum est in act. personali quæ acquiritur per actum ciuilem Vasq. 3. contr. vsu freq. 58. num. 14. b Queritur quidem possessio & b ignoranti l. 1. C. de acq. poss. & tamen non nisi volente. Possit enim tunc ingredi possessionem extraneus, cum ignoramus, mandato tamen nostro, aut volentibus nobis si ratum postea habemus Donell. noster ad l. 1. C. Per quas pers. n. 11. & seq.

CAPVT VIII.

Dominium.

EXpedita acquisitione, sine cuius ius rerum priuatarum accedendum, fine cuius cognitio superior tractatio inutilis. Vbi dicendum. Qui ius in rebus istis habeat & quodnam id sit. IVS IN REBUS HABENTES DVVM GENERVM. I. DOMINVS (de 2. vid. c. 13. & seq.) CVM RES PROPRIA EST. Nam rem acquiri, dominum effici, dominium siue proprietatem transferri eodem sensu dicimus l. 9. §. 3. §. 6. & seq. l. 20. §. vltim. h. t. de acq. do. dictus à domo a Emilius: O domus antiqua quam dispari domino dominaris, ETIAM INCORPORALIS vt hereditas l. 48. pr. de her. inst. proprietatis l. 10. §. 3. l. 49. h. t. vsu fruct. & seruicutes l. 3. Svs. pet. l. 15. §. 8. Quod vi aut clam. SED EX SIMILITVDINE, non verbi proprietate b vt arg. est dicta notatio nominis, itemque tit. noster quo de acquisitione incorporal. non tractatur & tit. de R. V. qui non de aliâ quam corpor. petitione agit. E IVS IVS EST DOMINIVM l. 20. §. vlt. l. 31. l. 45. & passim h. t. EODEM SENSU PROPRIETAS l. 9. §. 3. iunct. §. 6. & 7. eiusd. l. 36. h. t. c. Vti enim dominium à persona dicitur, sic proprietatis à re quaerit. Aliquando quidem proprietatis significat nudam, à qua vsufr. abest l. 22. D. §. 1. vlt. l. de vsufruct. sed eodem modo dominium l. 6. pr. l. vlt. §. 1. C. de bon. qua. lib. & definitur, à Barr. in l. 17. §. differentia 1. de acq. poss. d IVS DE RE CORPORALI PRO ARBITRIO STATVENDI l. in re 21. C. Mand. NISI SI QVID IURE PROHIBEATVR, l. 25. de V. S. veluti vsufruct. emphyteut. pignore, seruicute constitutus, vt suo loco. Noli addere vel vi. Nam vi prohibitus facultatem disponendi non habet, (vnde rectè definitioni libertatis illâ vocula adiecta) ius habet.

NOTATA.

a Facit l. 195. §. 2. ibi: qui in domo dominium habet de V. a S. Macrobi. i. Saturni 15. Cuiac. 10. obs. 16. Rob. 3. sent. 18. licet P. Greg. i. Syn. 12. num. 2. Græc. δουλεύω, id est, subiectio dicitur & dicitur in l. 17. §. differentia 1. de acq. poss. dicitur tamen dicitur, à dando & Gifan. ad rub. D. h. t. m. 4. à vetusto verbo. Dabimus, quod ab Hebræo Thob. quo bona significantur. Antiquus dominus dictus cui conuiuium exhibetur. & domina conuiuia non quæuis tamen, sed quæ domi celebrantur. Lucilius Sary. lib. 13. Primum dominia, inquit, atque fodalitia omnia tollantur, per fodalitia intelligens quæ non in domo quisque sua, sed publicis locis magistratus, seu fodalitates præbebant refer. Com. 3. com. 3. n. 1. & 10. com. 5. n. 7. de quo & Cuiac. 11. obs. 12. Succedente ætate domini appellatio, ita ampla & superba Romanis habita, vt & Imp. maxime Augustus & Tiberius, eam recusarint, Sueton. in Aug. c. 53. Dio. lib. 55. Tacit. lib. 2. de quo A. Guib. in Polybist. c. 16. Fr. Iuret. in not. lib. 1. epist. Symmachii. epist. in edit. illius 8. edit. Letij 14. Scip. Gentil. 2. Parerg. 22. Sed id posterior ætas mutauit, titulo co-honoris communi effecto, Gifan. ad rub. h. t. m. 4. Rob. 3. sent. 18. b Alciat. in l. 17. de acq. poss. n. 14. vt iurium quasi possessio, ita & eorum non proprie, sed veluti dominium. Cuiac. 10. obs. 16. Posses-

Quid igitur? Nonè puto casum talem fingendum, quo seruus & inasit hereditarius, & ipse heres institutus; Is hic erit Stichus seruus bona fide possessus à Mæuio, cum proprietatis iure ad Seium spectaret, à domino nesciente ius suum seruo instituitur contemplatione Mæuij, id est, non aliâ intentione ac sine, quàm vt ad Mæuium, cui hereditatem quaeritam volebat testator, quemque dominum Stichum esse falsò putabat, hereditas perueniret. Post obitum testatoris Seij competentum sit Stichum ad hereditatem pertinere. Quæstio hic ac elegans dubium an Stichus iussu Mæuij cui bona fide seruierat adeundo illi hereditatem domini sui acquirat. Quod videri poterit, quia constat de voluntate testatoris, tum quia aliam hereditatem contemplatione possessoris sibi relictam Stichus bona fide possessorio acquireret, vt hoc cap. j. Contra tamen placuit, cum res non ferat vt idem sit acquirens & acquisitum. Simul enim cum cæteris rebus & se acquireret Mæuio. i. vid. hac de re Ioan. Copus lib. 3. de fruct. lib. k tit. 3. c. 2. Pac. 6. q. 9. l. & 7. q. 18. k Immo proportionem quam in seruo habebunt, vt sunt verba d. §. 1. Quare ei, qui donauit, pars rursus obueniat, Gifan. d. l. 37. §. 1. num. 5. & 6. scribens ita obtinere in donatione d. §. 1. & stipulatione l. 7. §. 1. ibi præter eam partem, de stip. seru. vt & ipsi domino à quo accipit, vel stipularus est seruus, partem acquirat. Ratio dub quia is noluit rem habere, nec etiam partem illius, quod donando promittendòve testator est. Ratio decid. quia hæc acquisitio fit quoque iurata. Aliud in legato l. 49. pr. ibi, communia, seruo ad l. Falc. Ratio different. Legata post mortem demum cedunt, quo tempore alteri socio legatarij acquiri nequit. Quomodo & Marq. Erh. 2. Parerg. 15. verum ex ea ratione, quia vnus ex dominis alteri socio legatum per communionem seruum destinans. seruum non pro suo, sed pro alieno habeat. Sed prior ratio firmior. I. Huiusmodi æquiphysion vt nec alibi vnquam ita & hic mihi fixam sedem non præstat, (fertilissimus verbi Comitj 2. subsc. l. 3. antinomiarum posthac dissoluendarum campus, si modo Iustin. maiestatem non minueret) d. l. 25. §. 6. vim legis non habere, sed nudam relationem veteris Scæuolæ, ipsi auctori postea reprobare, opinio. Nec ideo cum Cuiac. 4. obs. 1. in d. l. 23. §. vlt. pro in solidum repono partem, quem refellit l. 19. de stip. seru. vt rectè Gifan. ad d. l. 25. num. 18. cum quo tamen Accurs. securo, dicere nolim acquiri, in d. §. 6. partem domino, sed sine effectu, cum restituenda sit possessorio conditione sine causa. Quod nullatenus ferendum, tum ne inanis sit decisio, tum quia nec sic pugna dirimitur, cum acquisito dominij & obligationis vitique differant. Potius discrimen inter fructuarium d. l. 25. §. 6. & possessionem d. l. 23. §. vlt. agnosco, plenius huic ius tribuens arg. l. 25. §. 1. de vsur. vel ideo quod illic adit. cui pars altera acquiri potest, videl. proprietarius, hic autem desit, cum si pars tantum possessorio pro parte tribueretur, altera nec peruenire possit ad possessionis socium, quia non ex re illius acquisiuit, nec ad dominum, qui ignoratur, quia regula est: quicquid ex re bona fidei possessoris seruus alienus quaerit, domino non acquiri. Nec obst. d. l. 10. §. 4. Nam loquitur de fructuario vno, itemque vno bonæ fidei possessore non pluribus. M. Etiam furtiu l. etiam 39. de acq. do. quia quod vsucapi nequeunt, obstat vitium rei, Ad acquisitionem autem sufficit, si persona possessoris vitio careat, Gifan. in d. l. 39. Non tamen pignorat l. 37. pr. d. 1. quia possidentur pro alienis n. l. 25. pr. D. de acq. her. Pertinebit igitur hereditas ad legitimos. vid. Duar. de acq. her. c. 4. Gifan. ad d. l. 19. de acq. do. num. 2. & 3.

CAPVT VII.

Quid extranei nobis acquirant.

EXTRANEI nobis, nec ex parte subiecti, certis conditionibus REM VNAM principaliter nobis acquirunt, POSSESSIONEM l. 1. Cod. Per quas pers. qui ea sola naturaliter acquirunt Lea qua 53. de acq. do. a quia sola ea acquisitio, quæ fit possess. apprehensione iure naturali cognita, per consequentiam tamen illius alia, dominium vel vsucap. conditionem s. ex his 7. l. Per quas pers. Conditiones duæ. 1. Vt hoc animo sint vt nobis operam tantum accommodent, nec suo nomine accipiant, etsi nostro mandato l. 1. §. per Procurat. 20. de acq. poss. 2. Vt nos velimus possidere d. l. 53. b Reliqua quæ ciuilitur acquiruntur, hoc est quæ vel solo iure ciuili consistunt, vel sine traditione transfe-

possessio, ususfructus. dominus dicitur per abusionem, sicut maritus uxoris, pater, patronus Duar. 1. disp. 17. Coraf. 6. misf. 20. P. Greg. 4. Syn. 12. num. 7. Cæpella de ser. urb. c. 21. num. 2. Gifan ad rub. D. h. t. num. 13. & seq. vbi n. 17. scribit divisionem recentiorum, quod dominium aliud sit proprietatis, aliud possessionis, aliud ususfructus esse nominis potius quam rei. Rectè. Nec obstat quod dominium simpliciter tribuitur rebus incorporalibus. Nam & possessio de iure dem absolute prædicatur l. 3. Si vs. per. l. ult. de iur. aut. prin. nec tamen proprie. Sane cum sæpe fructuarius, creditor, & c. dominus esse negentur l. 11. de dam. inf. l. 43. §. ult. de iur. l. 1. §. 1. Si ag. vult. per. & dominis opponantur l. 13. §. 1. l. 19. pr. de dam. inf. l. 1. §. 3. de remiss. & similibus alibi domini vocentur, expedit hæc ratio componendæ dissensionis. Diff. Hotom. disp. feud. c. 33. Forner. in l. 25. de V. S. Vafq. 1. ill. contr. 17. num. 7. & 2. ill. contr. 51. num. 22. & in prefat. lib. 2. de success. progressu n. 177. 10. del. Castillo quoad. contr. de V. S. c. 32. n. 18. Fac. 7. q. 17. quodammodo Rob. 3. Sent. 18. & 3. animad. 9. maxime verò Vult. in pr. l. de R. D. num. 19. & seq. Gæd. in l. 25. n. 7. & in l. 49. n. 7. & 8. de V. S. Val. Guil. Forst. tract. Instin. disp. 6. q. 6. & Consenti Duar. 1. disp. 17. Cuiac. 10. obs. 16. P. Greg. 1. Syn. 12. n. 6. Diff. diuersimodè Rob. 3. Sent. 18. Vult. in §. 1. de V. S. n. 3. Gæd. ad d. l. 25. num. 7. & ad l. 49. num. 8. Parlador. 1. rer. quoad. 4. Greg. Lopez animadu. c. 26. 10. del. Castillo de V. S. c. 75. d. Alciat. ibid. Duar. d. c. 17. Gomez. in l. Tauri 45. num. 5. Aliet. P. Greg. 1. Syn. 12. num. 3. Vafq. 1. ill. 17. num. 4. Gifan. in rub. D. h. t. n. 21. Vult. & Gæd. ad locis.

CAPVT IX.

Iura dominij.

DOMINIUM IN QVINQUE VELVTI PARTIBVS CONSISTIT, quæ pleno iure statuendi contentæ. I. IUS TENENDI ET POSSIDENDI, (non autem ipsa possessio l. 12. §. 1. de acq. poss.) VT ET TVERI LICEAT possessionem, si teneat, contra vim, moderatione inculpatæ tutelæ l. 1. C. Vnde vi, & in iudicio, iusti dominij exceptione l. pen. & vit. de Publ. in rem act. vid. infr. lib. 20. c. 8. sed si agatur de iure habendæ rei. Nam si de possessione sola, potior est alius verè possidens, quam dominus tenens, vt ex causa. Interdict. Vti possid. Vtrubi per l. I. D. vti poss. nisi dominus præsentem & eo die paratam probationem afferat a arg. l. 3. pr. Vt in poss. leg. l. 9. de R. V. sum. l. 156. §. 1. de R. I. Alias, possessione actori salua, differtur questio de proprietate in directum iudicium l. 3. §. ibidem 13. ad exhib. Verùm restitutio detentionis, quæ domino quâdoque iniungitur, temporaria est, non minuens ius domini, qui possessorio victus vindicare potest s. retinendæ 4. l. de Interd. Tenetur & legatarius, quem tamen constat esse rei legatæ dominum, Interd. Quod legatorum l. 1. pr. Quod leg. Olim & contra dominum Interd. Vnde vi, hodie ex ea causa dominio cadit l. 7. C. Vnde vi, ET si non possideat PERSEQVI, rei vindicationem & propter illam act. ad exhib. vt suo loco. AC RECIPERE interd. Vnde vi quod tamen non vt domino, sed vt deiecto competat, conditio autem furtiua soli domino. 2. INCOLVMITAS REI vbi remedia contra damna quæ illam lædunt & aut sunt ab hominibus, vnde actio de seruo corrupto, item l. Aquila, aut à brutis rit. Si quadr. paup. aut ab inanimatis, & vel ab iis quæ cadunt ex ædibus tit. de his qui deiecit. vel ab ædibus ruinosis tit. de dam. inf. vel ab opere, quod quis in nostro sine suo facit, quo nobis noceat; & vel futuro, tit. de op. no. nunc vel factio tit. Quod vi aut clam & t. de acq. pl. arc. de quib. omnibus suis locis. 3. IVS VTENDI FRVENDI. b Pars præcipua, sine qua reliquæ fermè inutiles. Cic. 7. epist. fam. 30. Id cuiusque est proprium, quo quisque fruitur atque vitatur. Et partem esse dominij docent l. Menius 66. §. pen. l. 76. §. dominus 2. de leg. 2. l. qui vsufr. 58. de V. O. & aperte l. 4. de vsufr. vbi additur: IN MVLTIS CASIBVS, vbi scilicet, non est separatus à proprietate. c Vbi cumque enim agitur de dominio, semper

vsufructus. nisi nominatim sit exceptus, continetur. Vt in euictione l. 43. l. 49. de euict. Fundo legato etiam vsufructus: tamen si alienus, præstandus d. l. 66. §. pen. d. l. 76. §. 2. adè vt et si yni proprietatis alteri vsufructus legatus sit, ambo tamen in vsufructu, concurrant l. 19. de vsufr. leg. d. Item si promissus fundus d. l. 58. de V. O. & creditor fundi fidei. de vsufr. rectè accipit l. 70. §. 2. de fidei. e Obiicit. At cur fundi debitor vsufructu e accepto lato non liberatur l. 13. §. 5. de acceptil. cum liberatio facilius sit obligatione. 2. Quia manet fundi stipulatio, atque ita vi verborum necesse est sequi vsufructu. deinde subtilitas iuris in acceptione alius rei partem accepto ferron finit, quam in stipul. deductæ vt ibi fuddus, cuius pars non vsufr. licet sit dominij, & Tuitio huius iuris in his remedijs. Aut vi & manu aut opere factio liber vsufr. prohibetur. Vtriusque nomine 3. act. communes: Negatoria de seruiture: Vti possid. & iniuriarum. Aduersus opus autem etiam propriæ Noni op. nunc. & Quod vi aut clam. 4. IVS ARCENDI ALIOS AB VSV §. 12. l. de R. D. l. 16. de ser. rust. vid. supr. lib. 4. c. 8. 5. IVS ALIENANDI ET DEMINVENDI, vt liceat si velit, & non cogatur l. inuitum 11. C. de contr. empr. 8 alijs non facultas erit, sed necessitas, transferendo §. 40. Inst. l. 9. §. 3. l. 20. D. h. t. vel pro derelicto habendo & abiiciendo §. vlt. l. de R. D. l. 1. Pro derel. supr. lib. 4. c. 13. Hic quoque remedia & vt possit, eadem que ad obtinendam vel recuperandam possessionem, & nec cogatur, actio Quod met. ca. & de dolo. Has partes veteres incluserunt duabus summis Fructu, & mancipio ἄρχηται ἔχουσιν, h Curius in epist. ad Cic. lib. 7. Fam. ep. 29. ἄρχηται continet ius diuisio & incolunitatem, ἄρχηται cætera. Nostri diuisio rudiior fortè, sed planior.

NOTATA.

Contra tamen communis est opinio possessorio retinendæ, nec exceptionem dominij in continenti probandi obiici posse, ref. Vafq. 2. ill. contr. 88. num. 3. vt nec possessorio recuperandæ d. c. 88. num. 2. & alijs relatis Gomez. in l. 45. Tauri num. 182. per l. si quis ad §. 7. C. ad l. l. de vi in verbis ante omnia violentiæ causam examinari præcipimus & Menoc. recup. posses. remedi. 1. quest. 21. num. 239. & seq. Fachin. 8. contr. 10. b Vti autem re nostra possimus etiam cum in commodo alterius, l. alius 15. Si seru. vind. l. 9. de seru. rub. & similibus. modo id fiat ad commodum nostrum nec ad amulationem ad damnum alterius l. 2. §. 12. de acq. pl. arc. vid. Vafq. 1. contr. vsufr. freq. 4. n. 3. & 4. c ita & Mercet. in Consiliatore p. m. 710. Vsum fr. si pro iure sumitur, quod cuique in re sua est, partem dominij esse. Et Hot. 3. obs. 22. distinguit inter vsufructu. merum, vulgò formalem, ius diuulsum à substantiâ, seu corpore prædij, quod substantiæ pars dici nequit, & mixtum, vulgò causale, qui in toto inest ac partem nomen obtinet, & ad l. 27. §. 8. de pact. & ad l. 2. C. de vsufr. vbi scribit Vsum fr. confusum siue mixtum habere se ad dominium, sicuti pars principalis ad totum, animus ad hominem, area ad domum per l. 10. l. 19. de vsufr. leg. Ad proprietatem vt pars principalis ad minus principalem, animus ad corpus, solum ad ædificium ¶ Cuiac. ad l. 27. §. 8. de pact. & ad l. 25. de V. S. nec partem esse, nec speciem, sed quia omne rei emolumentum continet, partem dominij instat & effectum quandoque obtinere. Quod secus est in seruitute prædij, dominium plenum est, seruitute licet imposita, non est abscondente vsufructu, & A. Fab. 15. Coniect. 8. pag. 189. & serè Rad. Form. 2. rer. quoad. 13. ¶ Vigl. in §. alienus (est alijs veris. in si. pr.) l. de her. inst. Part. esse dominij, in iis rebus in quibus fructus est in corporum perceptione, vt in agris, ibi fructuarius partem dominum esse, non in ædibus, quod refellit, Pinel. ad l. 1. Cod. de bon. mar. p. 3. n. 3. Atque ita Vigl. quod probandum non videtur, accipit l. 4. de vsufr. & similes de V. S. separato qui seruitus est, vt & Vult. in pr. l. de vsufr. n. 8. Est pars dominij, scribens, non quod dominium ex eiusmodi partibus coalescit, sed propter rei fructuaria commoditates, quas fructuarius haud secus ac dominus percipit, & Gæd. ad l. 25. de V. S. & Pinel. d. l. 10. num. 4. qui vult dici partem dominij in multis casibus, quod habeat similitudinem dominij cum multa fructuario concedantur, quæ vero dominio conueniunt,

niunt, quomodo & 10. del. Castillo, quoad. contr. de vsufr. c. 32. num. 6. & seqq. ac ferè Rob. 3. Sent. 18. p. 359. quia fructuarius ex parte domnandi ius habeat, quoad fructuum perceptionem. vid. & Bronch 1. affer. 86. Goth. ad d. l. 4. de vsufr. d. de quâ vid. Gomez. 2. res. 15. num. 5. 10. Suen. lib. de iure accresc. c. 2. sub fin. In eadem lege vocula vel lineis inclusa, quam quod à manuscriptis abest delendam censent. Cuiac. ad l. 27. §. 3. de pact. Hot. 3. obs. 22. Forner. 2. rer. quoad. 23. quæ tamen faciliè saluari potest. e Dissent. A. Fab. 15. Coniect. 8. qui in d. §. 2. decisionem in verbis sed cum vsufructus, & c. conrendit non esse Caij, sed Tribonianum & compositorum, quorum ineptam esse dicit & repugnantem rationem. Nam si vsufructus ius fundi vique, ait. non erit pars eiusdem l. 25. de V. S. Quare fideiussione vt in aliam rem acceptus non obligatur. ¶ Sed quid quæso impedit quo minus voluntatem manifestam contrahentium potius sequamur, quam scrupulosam hanc verborum subtilitatem. Quidni & hic casus esse possit inter eos, in quibus, (omnino daretur Fabro non esse partem) partis effectum obtineat vsufructus. Dicit Faber eod. cap. quod ex pacto de non petendo fundo detur exceptio contra petentem vsufr. fieri ex interpretatione pacti potius quam vi verborum. Idem & hic dicere debuisset potius quam, quæ res pessimi exempli, compositoris conuictis inest, & dum illos corruptionis arguit, ius corrumpere. Sed immò assensio nostro vsufr. conuictum partem stauent. Et ratio Icti non inconcinna est. Nam cum fideiussio in vsufr. ambigua sit, ac possit accipi tum de vsufr. conuictio, qui pars rei, tum de separato qui, proprium quiddam, accipitur de f priori vt actus valeat potius quam percat. f Partes enim fundi similes, quibusdam cum ioco naturæ & nominis A. Fab. 15. Coni 8. Goth. ad l. 4. D. de vsufr. Malè itaque Cuiac. & alij pro iisdem hæc habent partem fundi & dominij §. l. 70. de R. V. l. 16. C. de l. de lib. Causa tamen specialis quibus quis cogitur vendere notant Goth. ad d. l. 11. Valasc. tomo 1. consult. 22. Fab. de Monte 11. de Emptione q. 3. princip. num. 38. & 2. seqq. C. h. var. 3. var. res. l. 14. h. 2. 2. 2. habere dicebatur, qui dominium bonitatum, non qui Quintium nudo iure dominus vid. Ray. 2. var. 12.

CAPVT X.

Alienatio vetita.

DI XI IN DEFINITIONE. NISI QUID IVRE IMMIVATVR. IMMIVTIO DVPLEX. QVADAM ADMIVTVR NON TRANSLATA (quedam vt c. 12.) ET VEL IN TOTVM (vel vt c. seq.) ALIENANDI POTESTAS, quo nomine venit a translatio dominij ex proprietate vocis, manumissio l. vlt. C. de reb. al. non al. vsucapiendi patientia l. 28. de V. S. l. 16. de fun. b dot. b Iustin. plus complexus d. l. vlt. cuiusvis iuris constitutionem, emphy. pignoris, c vsufructu. feruit. Vbiq; autem alienationes voluntarie prohibentur, d non necessariæ arg. l. 1. de fun. dot. d id est, quarum causa & origo interdictione antiquior l. 3. Fam. arc. Vt si res antequam fieret dotalis ex. gr. pignori data d. l. I. D. l. vlt. C. de fun. dot. ne ius tertij auferatur. INTERDICTA TESTAMENTO. Nam quia ex alienatione est persecutio fideicommissi, vid. s. lib. 8. c. 28. eodem nomine in rem actio contra quosuis possessores, quia scilicet dominium accipientis non effectum, in quo plus tributum voluntatibus mortientium quam viuientium. e CONVENTIONE, vbi tamen licet valeat conuentio ex. gr. si res donata ne alienetur, vt detur donatori conditio dati ob causam l. ea lege. 3. C. de cond. ob ca. aut si aliquid interest ex stipulatu l. 35. §. 3. de V. O. alienatio f tamen rata l. pen. D. de pact. f Refert hic se nosser ad suos com. de V. O. in d. §. 3. Eorum hæc summa: Malè Dd. omnes l. pen. de pact. sic accipiunt quasi illic conuentio valere negetur. Vnde semirè cruciant, nec expedire possunt se distinctione inter pacta g nuda & iusta, adposita traditionibus & non adposita b cum verbal. generalia sint inter alienationem inuicem, & ne certis h personis fiat, item an intersit paciscentis vel non. h Ridelicè, nam nec vlla alia obligatio firma, quam si intersit. Nec melius i Baro in d. l. pen. & alij i qui eam l. correctam esse nouo iure, per l. vlt. C. de pact. int. empt. ex verbis veteri iure

dubitat. Nam d. l. vltim. agitur de pacto ne res commercio extimatur, non ne alienetur, & tunc tantum admittitur cum ipso contractu interpositum. Verius dicitur ex ipso l. penultim. verbis non ibi statui conuentionem inutilem, neque enim sic loquitur nemo pacisci potest, & c. sed sic: nemo paciscendo efficere potest. Quo significatur non inutilitas pacti, sed effectus hic negatur vt propterea alienatio irrita sit. Vtilis autem conuentio vt pariat condit. ob causam vel act. ex stipul. Quod admittunt quidam si in traditione rei interposita, non autem si cum eo qui iam dominus sit paciscat ne alienetur est me stipulante is spondeat, quia prohibitio alienationis quæ causâ caret recipienda non fit in contractibus, cum nec in testamentis prohibetur supra lib. 3. c. 28. Malè. Satis enim causâ in illâ stipulatione, quod intersit stipulantis, nam si non intersit nec illa nec vlla alia stipulatio valet, nam & actio datur ex stip. in id quod interest. Sed & cum res datur ne alienetur, causa illa adiecta ne alienetur, non est conuentionis causa, sed donationis. Obi. At cur non alienatio irrita contra conuentionem, si ea valida, & quia quatenus id agitur, ne alienatio rata sit, conuentio non subsistit. Cum enim proprium sit domini de re sua statuerè libere l. 21. C. Mand. videtur aduersari iuri & nature & hoc argi ne dominus sit dominus. ¶ Verùm que ad hanc inadam seruari nauigit, seruatur eo modo quo potest. Obi. d. l. 3. C. de Cond. ob ca. verbis id effectus ne profusus alienetur. 2. Sed subicitur ibidem distinctio, velut donatori conditio quaeratur. Ergo non absolute alienari vetatur res, sed nisi conditione teneri velit, nec enim conditio esse potest, nisi ob alienationem factam causâ non secuta. Et verba si non fuerit conditio seruata aperte arguunt posse & non seruari. Obi. l. vlt. C. de reb. al. non al. vbi & ex conuentione alienatio penitus prohibetur. 2. Prohibetur verbis & conuentione, nec sine effectus, sed non impeditur. Nam & in stipulatione dandi, debitor alienare prohibetur, cum per alienationem fiat ne dare possit. Ergo per l. 75. §. vltim. de Verb. Oblig. nec tamen impeditur l. 15. C. de R. V. l. 6. C. de hered. vend. Necessitas igitur non alienandi cum adiuncto est, nisi velit condemnari in rei aestimationem & omnem causam. Deindè Imp. in d. l. vlt. non agit de effectu prohibitionis, sed quid alienationis nomine veniat. Obf. l. 7. §. vlt. de distr. pig. 2. Non id inde quod ibi pactus is cuius pignoris in re. m Nihil enim obligationi pignoris off. it venditio, nec per eam impeditur, cum & rei aliene consistat. Verùm ibi lecto Florentina (n) vitiosa, & transpositis vocibus legendum: nullam esse pactionem vt venditio fieret. 1. Vt respectio fiat conformis quaestioni. 2. Illic pactio planè inefficax, quia aut agitur illa ne debitor consentiat de re vendendâ, & natura; aut ne si consenserit obligetur, & iuri repugnat si & res vendi potest & venditori commercium aut administratio non interdicitur; & alijs detraheret iuri tertij ementis, obligationi suo factio quaestio. Denique paciscentis nihil interest, cui ius suum manet integrum, maxime si ad traditionem nondum ventum, vt ibi. Excipiendum tamen & ius singulare in manumissione quæ seruo alienato ne manumittatur, prorsus irrita, l. pen. C. si man. ita fu. al. l. 9. de manum. l. 9. in fin. Qui & à quibus seruus in officio contineatur, nec quid committant, quo dominos ad huiusmodi penam incitent. Hæc ex nostro ad d. l. 13. §. 3. à n. 2. vsque ad num. 10.] LEGE, vbi planè nulla alienatio l. 10. de Cur. fur. per. l. 5. Cod. de ll. Obi. QVADRUPLES CAVSSA. I. VT CONSVLATVR DOMINVS. Et hi duum generum. VEL OMNIS ALIENATIO VETITA; quod vel administrandi facultas nulla, furiosis, infantibus, in quibus tamen verus nulla alienatio quàm vetita dicitur. Vel non idonea, vt sunt Prodigii l. 1. l. 10. de Cur. fur. pupilli §. 2. Inst. Quib. al. non lic. sine tutore omnino, eo accedente res quasdam, vid. lib. 3. c. 12. adolecentes in immobilibus omnibus, & mobilibus iis, quæ seruari possunt oratione D. Seueri lib. 1. de reb. eor. P cæteras si alienent curatorem non p habentes, læsi restituuntur in integrum l. 3. C. de in int. vid. infr. lib. 12. c. 22. & qui ob morbum præesse rebus nequeunt,

queunt, muti, cæci, qui tamen auctoritatem curato-
ris omnia alienare possunt. Quia l. 22. C. de adm. iur. mi-
noribus solis tulit auxilium & in aliis ratio cessat, infir-
mitas iudicij. Ecclesia, sed variè Nouell. 120. Vnde peti
q potest & Filiisfam. in rebus quarum vstris. patris vlt. §.
6. vers. filius autem C. de bon. qua lib. VEL SOLA DO-
NATA IO; inter coniuges ne mutuo amore se spolient,
vid. l. 1. 2. 3. pr. de don. int. vir. Quouisque, vid. l. 32. d.
t. 2. VT ET DOMINO ET REI. Res hæ sunt: Fun-
dus dotalis, quem neuter coniugum alienare potest,
t nec sententia altero t. tit. de fund. dot. prædia pro-
pter nuptias vxori donata Nou. 60. & res litigiosa q,
quæ nequit ab iis qui de ea experiuntur, tit. C. de litig.
(à tertio potest l. 1. D. eod.) quamprimum lis mo-
ta est non contestata, auth. lit. giosa C. d. t. y olim pœ-
na dupli l. vlt. D. d. t. quæ dabatur aduersario, hodie
emptor sciens rem reddidit, priuaturque pretio quod
vindicit fiscus. Ignoranti autem venditor pretium re-
stituit & vltèrius tertiam pretij partem l. vlt. C. d. t. vbi
in fi. quædam alienationes exceptæ. 3. VT ALTERI.
Reipubl. vel ciuitatis. Exempta è destructis ædibus
materia, vbi emptio irrita, pretium repetitur, & du-
plum eius quantum emisset, arario inferitur l. Senatus §. 2.
de contr. empt. ne ruinas deformetur aspectus l. 2. C. de
ad. priuat. res adiuuandos hostes. Aurum à barbaris,
h. e. nec subditis nec fœderatis, accipere licet, transfer-
re ne mercatoribus quidem l. 2. C. de commerc. vt nec
esculentis & potulentis pœna capitis l. cotem 11. pr. de Pu-
blican. l. 1. C. Quæ res export. arma & quicquid materiæ
a ad ea sciendum vel actuum d. l. 11. l. C. d. t. 24
Res curialium (non vt ipsis, sed vt curiæ consulatur
cui obnoxia sunt, vid. l. 2. C. Quan. & quib. 4. pars l. 51. C.
de decur.) immobiles vel mancipia rustica, sine decre-
to vèdi nequeunt l. x. vlt. C. de prat. decur. alio modo ali-
enari possunt d. l. vlt. (exceptis rebus à patre successio-
nis aut donationis iure acceptis l. quoniam 4. C. de nat.
lib.) videl. permutari vbi accipitur res alia æquiualens
non minus obnoxia futura. Pretium autem quod ac-
cipitur in venditione facile consumi potest: & donari
bb quia ad donandum non ita procliuus censentur arg.
l. 4. ad Vell. His addi solent Capitalium criminum rei.
Impropriè quia non sunt domini post damnationem
bonis publicatis l. 1. de bon. dam. vel, si adsint, liberis ad-
c dictis auth. bona donatorum. C. eod. ante illam verò alie-
dd nate possunt l. post contractum 15. de donat. ad excepta
mortis causa donatione l. 7. de mort. ca. don. Maieftatis
autem rei ex ipso tempore delicti, quia exinde sua fen-
e tentia puniti l. vlt. C. ad l. iul. maieft. eitem Manichæi ac
Donatistæ conuicti l. Manichæos 14. C. de heret. 4. VT
SOLI REI SERVA, apud nostros vel barbaros nati,
ff in nostro solo castrati l. 2. C. de Eunuchis, ff

NOTATA.

a vid. Tiraq. post l. Connub. gl. 5. passim. Fab. de Monte tr. de
Emptione q. 22. 4. g. principalis Gæd. ad l. 28. de V. S. Niell. disp.
seu. d. 6. th. 6. & segg. b vid. nos. lib. 5. c. 4. lit. A. ¶ Fachip. 13.
conuou 80. rem absolutè alienari veritam vsucapi non posse,
sed sine sollempnitæ certâ prohibitam posse. quia hæc est alie-
c natio legis sollempnia non exigens. c vid. Vaud. l. 1. q. 43. nu. 8.
An alienare veritas alienationi consentire possit vid. Tiraq.
d post l. Connub. gl. 5. num. 140. d vid. ad hanc rem tex. ac au-
tores citatos à Fab. de Monte tr. de Empt. q. 4. princip. n. 38. &
e segg. e ita & Vaud. l. 1. q. 43. num. 9. & 10 Tiraq. de ver. conuent.
§. 1. gl. 7. num. 11. An prohibitio alienandi transeat ad here-
f dem, heredis, vid. idem d. §. 1. gl. 6. num. 19. & segg. f Intrica-
ta quæstio est, in qua nec nos, nec alij mihi satisfaciunt,
nec ipse quoque mihi adhuc, eâ quam hac de re animo con-
g cepi, opinione; quam ideo profere differo. g vt Gæd. ad l. 3.
de V. S. n. 41. declarari d. l. pen. (non abrogati) in l. vlt. Cod. de
pañ. int. empt. vt conueniat, cum l. 48. de pañ. & ferè Fac.
h 2. q. 11. h vt Hot. ad d. l. pen. Paul. Brisius ibid. Hotom. ta-

mea hoc amplius hodie, post d. l. vlt. indistinctè pactum
huiusmodi valere, est nihil interit. Quod omnino non
probandum. Nam nec testatoris nudum de non alienando
præceptum valet, si is æquè nulla causa moueatur s. lib. 8. c.
28. i. Cuiac. ibid. Hot. ibid. & 9. obs. 5. Mercet. in Conciliato-
re pag. 741. quod & reprobatur, Gæd. ad d. l. 3. pr. de V. S. n. 41.
quia dum Iustin. in d. l. vlt. dicit dubitatum fuisse à veteri-
bus ad d. l. pen. non respicit, quæ sine omni dubio à Ctro
profertur, & ita Rob. 3. Sem. 24. cum qui iam dominus est K
non posse pacto sibi adimere alienandi potestatem, nec e li-
bera dispositio auferatur d. l. pen. Sed in venditione id sibi
iuris venditorem retinere posse d. l. vltim. quamuis illi vtile
non sit futurum (quod non puto) cum liceat cuiuis in rei suæ
venditione legem, quam vult dicere. l. Numquam vero hoc
mihi persuadebitur pactum tale naturæ domini aduersari. Sic
certè nec à testatore prohibito alienationis fieri potest. Taceo
reliqua. Videri hac de quæst. possunt præter lit. præced. d.
nominatos Vaud. & Tiraq. locis sup. lit. E. citatis, qui in
ep nostro censentur, quod alienationem per pactum
non impediri contendunt. & Gomez. in l. Tauri 40. num. 14.
& segg. Bronch. l. 1. aff. 36. Niell. disputi feud. 3. th. 4. lit. D.
Goth. ad l. 3. C. de condiç. ob ca. lit. K. m. Gorb. in not. ad d.
l. 7. §. vltim. ¶ Coler. de Proc. exsec. p. 1. c. 10. num. 152. & segg.
regulariter ratam esse alienationem non obstat pacto: Se-
cus si adiciatur contractui pignoris, quia tunc venditio ipso
iure irrita, inquit, propter reservationem iuris realis in bo-
nis debitoris. ¶ Hinc Gomez. in l. Tauri 40. num. 18. cautio-
nem haec tradit, vt ipso iure impediatur alienatio, si pactum
hoc tradendo rem suam adiciens sibi ius hypotheçæ in illa
re, ratione huius conuentionis, feruet. Sane certâ mihi de
totâ hac quæst. vt antea dixi, nondum stat sententia, certum
tamen est, quoad d. l. 7. §. vltim. potius horum expositioni
assentiri, quam cum nostro & Niell. d. thes. 4. lit. D. conuer-
si vocibus sententiam peruertere. n. quam & ita deprehen-
dit Bart. cum eam ob causam Pisas mitteret vid. A. Aug. 4.
Emond. vlt. p. 214. o Argumento hoc soluti facile. Nam si o
in verbis si res vendi potest, intelliguntur res quæ commercio
non sunt exemptæ, & in verbis nec administratio interdicta,
illi innuntur, quibus ob personæ conditionem dispositio re-
rum suarum non conceditur. apertum fit insufficientem esse
partium enumerationem. Sin vel per res, omnes quæ qua-
cumque ex causâ transferri nequeunt, vel per administratio-
nem, quæ quacumque ratione in totum vel vnius rei, gene-
rali vel speciali ratione, inhibetur accipitur: Inter eas au-
tem causas conuenticio pignoris contractui adiecta esse ne-
gatur, euidentè inest principij peritio, dum hoc ipsum asse-
ritur in argumento, quod controuertitur & in conclusione
inferendum. Nec concinnè dicitur sic detrahi iuri tertio qua-
esito. Nam non ponitur venditio præcessisse pactationem, sed
subsecuta est, concinnius reuocatur: nulla est venditio
ne factio ementis ius auerius pactioe creditori patatum au-
feratur. Denique omnino interest est ad traditionem non-
dum ventum, quia facile veniri potest, ne cogatur multis
molestis impedire ac cauere ne fiat traditio. Præstat ius ab
initio seruari integrum l. vlt. C. In quib. ea. in int. res. p. vid. p
Gomez. 2. resol. 14. num. 13. Fach. 3. conu. 1. & segg. Benf.
ad l. 1. de Iurei. num. 241. & segg. latè de requisitis ac solemp-
nibus huius alienationis, Menoch arbit. ca. 171. q. vid. Fab. q
de Monte tr. de Empt. q. 4. princip. num. 25. & 3. segg. Quæ
solempnitates & quæ iuste causæ alienandi, vid. Meno. arb.
c. 17. lo. Vinc. Hondede. vol. 2. conf. 31. fusè lo. del Castillo quo-
rid. conu. de vsufr. c. 54. Ern. Corthman. Resp. Iur. 30. r. Plin. r
tarch. in Connubia. præcept. & in Probl. Rom. c. 17. rationem
ponit in communitate omnium rerum inter coniuges. Quæ
philosophica magis quam legitima. Moribus autem hoc re-
ceptum d. l. pr. Per mores, ibid. & in l. 1. de off. eius l. 8. de
his qui sui, intelligit Hotom. 3. obser. 4. ll. Rom. antiquas, eas
opponi scribens ll. nouis. Sanè mores pro ll. ICTis vsurpari
autumat Gaspar. Schopp. 4. verisimil. 4. exemplis minime ceu
videtur, conuenientibus. De donationibus coniugum, vid.
Sc. Genil. libb. 4. de hac materiâ. Gomez. in l. Tauri 50. &
3. segg. num. 64. & segg. Tiraq. in l. 8. C. de renou. don. n. 108.
& segg. f ex lege Iulia, & quidem eisdem de re aduheritiis f
capite aliquo, vt Brisf. lib. sing. ad l. Iul. de adul. c. 29. f. vlt.
Loquitur autem L. Iulia de fundo inæstimato, qui propriè
dotalis. Estimatus quippe est mariti proprius emptionis iure.
Nisi sit in arbitrio vxoris dirempto matrimonio, vel fundum
repetere vel æstimationem, quia tunc alienari nequit, l. 11.
D. l. 1. C. de fund. dot. Potest autem si ita, doti dictus, vt æsti-
mationem restituit maritus, vel illi liberum sit fundum aut
æstimationem præstare. Cuiac. 8. ad Afr. in l. 9. de fund. dot. Stri-
ctor verò legis Iuliz prohibitio quam orationis D. Seueri,
quæ in quibus conueniant vel discrepent consule, Cuiac. 7.
obser.

t obser. 23. t Quando tamen æstimate data, licet conuenierit
iplas res restitui, ex consensu vel rati habitatione mulieris va-
let alienatio l. æstimate 50. sol. mar. Cuiac. 8. ad Afr. d. lo. vbi
& hodie ex N. 61. alienari posse censet, si semel ac iterum mul-
lier consenserit & maritus sit soluent. Est & exc. I. Can. Ni-
si mulieris iuramento confirmetur, c. cum contingat 28. de lu-
rei. c. eod. in 6. Benf. ad l. 1. de Iurei. num. 222. ¶ Et facta ab v-
xore valet soluto matrimonio in præiudicium illius Tiraq.
u post l. Connub. gl. 8. num. 100. vid. & Toring. decis. 31. u vid.
Cuiac. in N. 112. Fab. de Monte de Empt. c. 4. pr. num. 32. &
segg. Menoc. 2. præsumpt. 97. Hart. Pif. lib. 1. q. 40. Coler. de
x Proc. exsec. p. 2. c. 3. num. 419. & multis segg. x Et tamen Ol-
dend. in Pragym. cl. 4. art. 1. cap. singularia quedam etc. p. m. 500.
consilium Angeli hac de re calumniosum & iniquum vocat
y et si sola citatio subsecuta post preces iudici infirmatas, etiâ
in particulari iudicio. Quæ sententia communis, Coler. d. tr.
p. 3. c. 11. num. 119. Licet autem ipso iure alienari nequeant,
fieri tamen solet vt expresso iudicis mandato alienari ven-
tetur, quo omnis iusticiæ prætextus præcidatur, Coler. d. tr.
p. 1. c. 2. num. 147. & l. vlt. de dam. inf. vbi simpliciter pretium
dicitur emptor præstare von duplum. Quod non repugnat
d. l. 52. In verbis discrepantia in rebus consensus. Iacturam
facit emptor pretij iam venditori traditi, & insuper alterum
a a tantum præstat, Pac. 5. q. 6. aa vid. Meno. arb. cap. 585.
Extra casus autem prohibitos est commercium, Rob. 1.
Sent. 17. vid. nos. s. lib. 8. c. 11. lit. F. Quia enim cum ho-
stibus iuris gentium conuenticio l. vltim. de legation. etiam
conuentionum ac obligationum. Nec in hostem perfidia vit
licet Hot. ill. q. 7. Vaud. 1. q. 51. P. Grangian. Paradox. c. 5. Ac to-
lerandi barbarorum conuentus mercaturæ gratia, modo sine
ll. violatione & religionis labefactatione fiat, Lamb. Dana.
bb lib. 4. Polit. Christ. c. 2. pag. 288. bb Quod correctum Nou. 38.
cc No. 87. cc Quia ea non successione ab intestato, sed priu-
legiario quodam & proprio iure consequuntur, vid. A. Fab.
decade 71. de err. prag. passim Gæd. de contr. stipul. c. 7. conclus.
dd 2. ad vbi tripl. lectio non tres diuersi, vt ibid. Goth. in not.
sed vni idemque sensus vt nouè & citè M. Lyelama. lib. 5.
Membranar. eccl. 16. Vulgata: Valens nisi condemnatio secuta,
scil. crimen, si donationes præcesserit. Haloandrinæ. Non
valens si condemnatio secuta scil. crimen, priusquam donare-
tur. Florentinæ. Non valens nisi condemnatio secuta, scil. non
crimen, sed donationes. Sensus, Non valent donationes si po-
steriores condemnatione, valent si anteriores, si post illas ce-
lebratas secuta est condemnatio. ¶ Atqui hætenus creditum
est Florent. lect. sentent. esse falsam & absurdum. vid. Cont.
ad l. vlt. C. ad l. Iul. maieft. Sc. Genil. lib. 1. de Coniur. p. 115.
Gifan. ad d. l. 5. num. 21. qui putat ni in nisi male repetitum
in Florent. ex vltimâ syllabâ vocis Antonini, vt & Rad. Forner.
2. ver. quotid. 3. A. Fab. 7. Coniç. 20. Rittershus partit. feud. lib.
ee c. 1. c. 7. q. 18. ee Huius sententiæ confirmationem petere licet
ex disp. criminali Petri Theodorici viri Cl. mihi que amicit-
simi, 5. me respondente anno 1607. hic habitâ th. 6. lit. D. Bam-
ghe ex adductis lit. præced. C. restringere ad crimen maieftatis
atrocis, quod Perduello in specie vocatur. Dices. Ad ratio
d. l. vlt. communis omnibus delictis. Videatur enim delin-
quendo quis in pœnam, quam sciuit vel scire debuit ei delicto
constitutam. consensisse. B. Discrimen sic ostendo. Reliqua
crimina morte extinguntur. Potest itaque aliquo casu pœ-
nam effugere reus, si videl. morte suâ damnationem præue-
niat, proinde non omnino certus est bonorum suorum nihil
ad heredes perueniturum. Potest enim spem fouere se tandem
defugiturum vel extracurium iudicium, donec è viuus subla-
tus pœnæ subducatur. Quæ spes nulla est perduellionis reo,
qui delicti scientiâ moneatur nullo casu se pœnas euitaturum,
cum immo post mortem contra illum accusatio intentari pos-
ff sit. ff vid. epigr. Martialis ad Domitian. lib. 6. Brisf. 2. antiq.
vlt. Menoch. arb. ca. 570.

CAPVT XI.

Communio incommoda.

VEL EX PARTE, VT ENDI COMMODI-
TAS. Quæ immunitio est I. IN REBUS COM-
MUNIBVS. Nascitur conuenticio vel ex societate vel
fine ea, inter coheredes aut quibus eadem res legata
a vel donata §. 3. l. de Obl. quaç. ex contr. a vbi singuli mi-
nus liberè suis partibus vtuntur, quia illæ sunt indiui-
sæ, vt simul attingantur alienæ l. 5. de stip. seru. Hinc duo
incommoda. Si rectè gesserit labor & sumptus tamen
multiplicantur, si malè socium offendo & culpæ ob-

noxius fio. b Hinc rerum communium neglectio, de b
qua Theodos. in l. 2. pr. C. Quan. & quib. 4. pars lib. 10. tit. 34.
c his occurritur. r. Si ab eâ discedatur, nemo enim in c
ea manere compellitur l. 26. §. 4. de Cond. ind. aut con-
sensu sociorum l. 12. C. l. vlt. D. Fam. etc. modo conuen-
tionem traditio secuta vel stipulatio, l. si inter 8. C. com.
vtr. iud. l. diuisionis 45. de pact. aut iudicis diuisionis Fam.
etc. & com. diuid. de quib. suis locis. 2. IN AGRIS CON-
FINIBVS, & prædiis rusticis, de quorum limitibus
contentio. (Vrbana enim prædia parietes determi-
nant l. 4. §. pen. com. diu.) cui dirimendæ iudicium Fin. regund.
proditum vt suo loco.

NOTATA.

a Quos ad societatem non consensus, sed res coniungit a
l. 25. §. 16. Fam. etc. sc. b Hinc materia communionis discor-
dias dicitur excitare l. 77. §. dulcissimis 20. de leg. 2. l. 26. de
Seru. urb. Aristot. 2. Politic. 4. & 5. c Arist. 2. Polit. 3. Quod c
multorum commune est, inquit, in eo minus adhibetur dili-
gentiæ. De propriis enim maximè curant homines commu-
nitas tanquam alio curante ab aliis negliguntur vid. & Curr. 2.
Coniç. ad fr. 15.

CAPVT XII.

Amistio domini.

QUÆDAM AD ALIOS TRANSLATA (vid supra
c. 10.) de quibus inferius c. seq. & deinceps: Nunc di-
cemus QUOMODO DOMINIUM AMITTATUR?
VOLENTE DOMINO 4. generibus: Translatione
voluntariâ inter viuos vel vltima voluntate. Iisdem
modis quibus acquiruntur res nostræ esse desinunt
l. 1. Pro derel. a Manumissione l. vlt. C. de reb. al. non al. a
Derelicto vid. lib. 4. c. 13. vsucapionis patientia. VEL
INVITO, aut quia dominum habere desit res, vid.
lib. 4. c. 13. & seg. aut quia ad alios translata, voluntate
testatoris, in relicto sub conditione, quâ pendente he-
res dominus, hostili occupatione, lib. 4. c. 21. accessio-
ne ad rem alienam lib. 14. c. 22. & c. 32. auctoritate ma-
gistratus lib. 5. c. 3. delicto domini, vel propter vim l. 7.
C. Vnde vi, vel iis causis quibus fisco addicuntur, &
aurex commissio mercium, si vel illicitæ b alio vehan- b
tur, vbi & nauis l. cotem 11. pr. & §. dominus 2. de Publican.
vel licitæ quas professus quis non est fraudandè vcti-
galis causa l. fraudato 8. l. 14. pr. d. t. c aut damnatione c
l. 1. de bon. damn. l. 2. pr. de pœn. aut indignitate domini
t. d. & C. de his quæ vt indign. Quæ singula ad ius fisci pu-
blicum spectant.

NOTATA.

a l. ferè 153. de R. I. vid. Alex. Turamin. lib. sing. de ll. p. 3. c. 2. d.
n. 70. & seg. b de quibus vid. Brisf. 4. antiq. 4. & quæ ex eo, c
non laudato, notat Goth. in d. l. 1. §. 2. c vid. Coler. de Proc.
exsec. pr. 1. c. 3. nu. 79. Menoch. de arb. ca. 397. Immo & ex solâ
professione omiffa, etiam rerum ex quibus vectigal non debe-
tur pœna est cõmissi, per l. 1. c. §. 3. ibi, sine vsualitâ D. d. t. iun. c.
l. 5. C. de vectigal. & comm. & arg. d. l. 1. c. §. 9. Cuiac. 1. 4. obs. 3.
Duar. ad d. t. d. c. 3. Quid si res plurium sit & vnus fraudauit
r? Illius tantum portio auferatur, d. l. 8. r. vbi res vnus voca-
tur, quæ fisco obligata, vt rectè Rau. 3. var. 2. resistente licet
Cuiac. 9. obs. 24. in fin quia opponitur immuni. Sic Plaut. in
Marcat. act. 1. se. 1. dico pro meritis me munem fore, id est,
obligatum. ¶ Iure Sax. non incidunt merces in commissum,
sed pœna est solutio quadrupli vectigalis si valuarum pon-
tium siue aquarum reloanum non persoluatur, sin forensè 30.
Land. lib. 2. art. 27. vid. Coler. decis. 190. & d. c. 3. num. 74. & seg.
Benf. in l. admonendi 31. de Iurei. num. 849.

CAPVT XIII.

Constitutio Emphyteuscos.

SECUNDÒ (de I. vid. supra. c. 8.) QUI IVS IN RE
HABENT, IVRA ILLA VEL DOMI-
NO

NIO PROPRIORA (vel vid. j. 6. 19.) Vt sunt i. EM-
PHYTEUTICVM ius in agris constitutum, quo fun-
dus à domino, in perpetuum vel ad longum tempus,
fructus datur, sub lege annuæ pensionis præstandæ,
vt quamdiu ea præstatur nec accipienti, nec illius suc-
cessoribus vniuersalibus vel singularibus auferre li-
ceat, per §. adeo 3. l. de Locat. l. 1. 2. 3. Si ag. velt. a Vnde
contractus emphyteusos d. §. 3. qui accipit emphy-
teuta l. 3. C. h. t. emphyteutarius l. 1. in fin. eod. & ager
emphyteutarius l. 2. vers. in a. C. h. t. (à culturâ scil. im-
plantatione b quæ Græc. ἐμψυτεύσις cuius causâ agri
steriles fruendi dantur) qui & vectigalis i. D. si ag. velt.
d. vel emphyt. d quia & definitio l. 1. d. t. conuenit cum d. §.
3. de Locat. à vectigali quod penditur, Iustin. vocat ca-
nonem l. 3. vers. necessitatem C. h. t. **C**ONSTITVTOR
4. CAUSIS PERSONIS VT EFFICIENTE. Constituit
solus dominus d. §. 3. l. 2. & 3. totâ C. h. t. quisquis ille
sit, municipes vel ciuitas, de quib. agit tit. D. si ag. velt.
quia illi frequentius dant in emphyteusum, siue priuati,
per d. §. 3. & l. 1. C. h. t. & arg. l. 22. de R. I. REBUS, vt
c materia. Tales sunt non mobiles, e sed soli nec ex his
ædes nam in l. 15. §. 26. de dam. inf. ædes vectigales vel
abuliuè pro sumptuariis, vel, quod verius, extructæ
f in prædio vectigali, f verum ager, fundus tit. D. si ager
velt. l. Lex vectigali 31. de pig. MODO, vt formâ. TESTA-
MENTO, vt per legatum. Quidni enim vt dominium,
g vsumfruct. & alia iura ita & hoc liceat relinquere. B
Sed hic ius non recta transit, vt aliâs, verum tum cum
dixerit sibi legatum & pensionem placere, ne aliâs ini-
uitus obligetur arg. l. 6. pr. de acq. her. ET PACTIOME,
qui contractus validus, sed si scriptura interueniat, l. 1.
C. h. t. vbi verba, in quo cuncta, &c. continent conditio-
nem. Aliâs nihil agitur. h Ratio quia cum detur in
perpetuum vel longum tempus vix aliunde existare po-
terit memoria. Ius tamen non transfertur ante tradi-
tionem per §. 3. l. de loc. verbo traduntur & arg. l. 20. C. de
pact. & quia idem fit in vsumfruct. & seruitutibus. Qua-
re si ante traditionem fundus alij vendatur & tradatur,
nihil ei qui prius contraxit, iuris in re, sed tantum
actio in personam, ad id quod interest l. 5. C. de R. P.
i Obi. At Zeno hunc contractum firmum esse iubet.
32. Rectè vt obligationem pariat, non vt, contra natu-
ram conuentionis l. 20. C. de pact. dominium circa tradi-
tionem transeat. Necessaria autem confirmatio Ze-
nonis vt solo consensu inita hæc conuentio gigneret
actionem. Antea enim propter contentionem vere-
rum, num emptioni, an verò locationi sit accensenda
nulla actio quam præscriptis verbis, arg. l. 1. pr. vbi quo-
ties n. de astimat. act. quæ non datur nisi re & traditione
fecuta. Necessaria itaque legis auctoritas, qua hic
contractus nominatim confirmaretur vt ex eo esset a-
k ctio ante traditionem. & **D**ENIQUE FINE, quo
tria continentur. 1. Ius, cuius causâ datur, vt pensio-
nem soluenti auferri nequeat l. 1. Si ag. velt. d. §. 3. l. de
Locat. 2. Tempus. Aut datur in perpetuum, quod ma-
gis proprium huius contractus l. 1. in fin. D. d. t. 1 & si
nullum tempus præfinitum ita datus censetur, m aut
ad tempus l. vltim. D. d. t. non modicum scil. argum. l. 1.
§. 3. de superfic. Plus enim iuris sibi vendicat emphyteu-
ta, quam superficies, id est longum, & saltem 10.
annorum, vt Accurs. in d. l. vltim. & Bart. ad d. l. 1. §. 3.
qui tamen ibidem putat fundum non exiuit
tempus locatum à municipibus fieri emphyteutica-
n rium. n Nec enim hac in re aliud ius est municipum
ac priuatorum, sed idem ius contractus omnibus æ-
quale l. 1. Cod. hoc tit. Obicit Bart. l. 1. de loc. publ. fru.
32. Non cui interdictum retinendi causâ, eidem datur
possessio. amissa actio in rem. Nam & conductori
superficiæ datur interdictum, actio verò in rem non,

nisi qui in longum tempus conduxit. 4. Pensio certa
d. §. 3. o Horum si quid desit, nihil agitur. o

NOTATA.

a Aliet definit. Valasc. Iur. Emph. q. 1. num. 2. Aliet Treut. a
l. p. 1. diff. 29. th. 9. Sanè descriptio nostri nec emphyteuti ec-
clesiasticæ, nec alij quam perpetuæ competit b Vult. in §. 3. b
l. de Locat. num. 2. Valasc. q. 2. num. 4. eò quod initio ferè non
nisi inculta & sterilia arua sic dantur, vt excolendo frugi-
fera fierent, non verò ab imponemate, id est, melioratione,
vt Accurs. & alij. c Est tamen & vera emphyteusis in locis c
perle fertilibus, quia illa ratio impulsiva non finalis Valasc.
q. 1. n. 6. & q. 2. n. 5. d Dissent. Covas. ad l. ei 16. de seruit. n. 20. d
& seq. Valasc. q. 3. l. A. Fab. 20. Con. 11. Sed hic non tantum em-
phyteusum à iure vectigalis agri differre contendit, verum &
emphyteusos nomen ante Zenonem inuenerunt fuisse scri-
bit. Quem liquidi erroris conuincunt l. 15. §. 1. Qui satisf.
cog. l. 3. §. si ius vsumfructus 4. de reb. error. qui sub. iur. l. 1. &
l. C. de fund. patrimon. per omnes ferè ll. quæ Zenone ante-
riores auctores habent. † Idem Faber. 63. err. pag. 9. non pe-
nè in alio agrum vectigalem ab emphyteutico differre, quam
quod ille publicus sit. l. 1. Si ag. velt. l. 1. de Publican. hic pri-
uatus, siue priuati sit hominis, siue fisci l. 1. C. de fund. patrim.
Et tamen 64. err. pag. 1. cir. fin. hanc magni momenti diffe-
rentiam (si vera esset) tradit, quòd ager vectigalis liberè ven-
datur citra pœnam commissi, nec res auferri possit, quamdiu
vectigal pendatur, siue à venditore siue ab emptore per l. 1. Si
ag. velt. vbi verba, qui in locum eorum successerunt, de suc-
cessore etiam singulari interpretatur. Sed si ita, quod & no-
ster vult, vid. e. seq. lit. C. non tamen alius in rem successor ac-
cipi debet, quam in quem ritè, iuxta iuris requisita, res trans-
lata. Quin si maximè ponamus ita fuisse tempore Pauli l. Cui-
id tamen l. vlt. C. h. t. immutasset. l. bidem Faber. in fi. & 65. err.
4. grauitè infectatur Tribonianum, vel quisquis tit. Digest.
sic conceperit, id est, emphyteutarius. (cuius rei & ante eum
Tribon. hic insinulauit Gœd. ad l. 27. de P. 3. nu. 19.) Sed hic
mos est Fabri, non imitandus, vt vbiq; in Tribon. culpam
conferat. Idem d. err. 4. Cuiactum in Par. h. t. notans, numquam
à Cui vectigales agros vocari scribit, nisi qui sunt ciuita-
tum l. per l. 1. pr. h. t. (vnde hoc non infertur, nisi quis & sic
ex gr. rectè argui contendat. Priuata conuentio alia legitima,
alia iuris gentium l. 5. de pact. Ergo publica nulla iuris
gentium, & in similibus infinitis) 2. per l. 12. §. 2. de Public.
in rem l. 15. §. 27. de dam. inf. vbi tractatur de agris vectiga-
libus quæ vsu capi non possunt, quod priuilegium vult ille fa-
uore reip. constitutum, nec commune esse emphyteuticis
fundis, à priuatis constitutis. Sed præsupponit Faber quod
controversum est & refellitur ex d. l. 12. §. 3. vbi idem statuitur
in superficie iuris adibus. e vid. Valasc. q. 1. num. 4. & q. 12. e
vbi & quid de rebus solo coherentibus, annuis redditibus
&c. Ratio autem est non quod in re mobili dominium direc-
tum ab vili distingui non possit, nec quia res mobiles per-
petuum aut diuturnum vsum non præstant, nam huic rei oc-
currit possit per cautionem, vt in vsum. eorum rerum, &c.
sed quia in illis non datur cultura melioratio Valasc. d. q. 12.
n. 11. f Sed verius est etiam in domibus consistere posse em-
phyteutes, licet prima earum institutio fuerit de prædiis, Va-
lasc. q. 12. num. 1. Zoan. ver. quotid. c. 59. num. 1. non tantum pro-
pter d. l. 15. §. 26. ad quam data est nostri responsio. Neque
enim frequens est stipulatio damni infecti in ædificiis rustici-
cis, quæ ferè non contrigua esse solent ædificiis vicinorum,
sed & per Nou. 120. c. 1. Auth. si quasruinas C. de SS. Eccles.
g De nominatione emphyteuticariâ in testamento, an legari
naturam habeat, & an testamento euerfo, calibus illis quibus
legata rata manent, sustineatur vid. Clar. §. Emphyteusis q. 4.
Valasc. l. 1. consult. 61. h Quæ communis opinio est vid. h
Valasc. q. 7. A quâ recedunt Conan. 7. com. 13. Cuiac. in recitat.
ad h. t. C. per l. vlt. verbis, vel forte instrumentum C. h. t. Si enim
amissio nihil nocet, nec nocebit omissio. Heidecc in l. natura-
lis 5. de præf. verb. axioni. 4. Quæ opinio inde speciosa reddi
videtur, quod Emphyteusis sit contractus solo consensu ini-
tus, quod & d. §. 3. l. de Loc. & ordo in Cod. obseruatus conuin-
cit. Quare ad sui validitatem scripturæ interuentum non exi-
git, alias nasceretur obligatio ex litteris. Sed his occurritur,
j. lib. 13. c. vlt. † Nihil sanè hanc opinionem iuuat Nou. 7.
in fi. præfat. Nam ibi, gesta monumentorum significat actio-
rum insinuationem, vt in l. 34. pr. C. de donat. Nou. 117. c. 11.
vers. si a. Auth. si quis liberos C. de na. lib. Nec igitur inde pro-
batur Anastasium primum (proinde non Zenonem) requisi-
uissè scripturam non in omni emphyteusi, sed certâ eius spe-
cie. i vid. Valasc. post alios Iur. Emph. q. 14. n. 7. vbi n. 9. aliud i
est in venditione duplici emphyteutæ, licet vtraque con-
sensu

k sensu domini facta sit. k Et quidem actio ex emphyteuti-
quia est contractus nominatus, si rectè Valasc. q. 6. n. 5. & seq.
l Nam & ius Emph. vocatur perpetuarium l. 1. C. de off. com.
Iur. palat. Baro. in §. 3. l. de Loc. Valasc. q. 36. Et quia perpetua-
rij conductores, qui in perpetuum rem conducere l. 1. l. 3. l.
vlt. Cod. de locat. præd. civil. lib. 11. inde Tirag. perpetuam
conductionem viribus ac effectu esse contractum emphyt. &
ob cessationem triennij ius perinde amitti, de retr. lignag. §. 1.
gl. 14. n. 84. de quo dubio vid. & ea de re Valasc. Iur. emph. q.
29. m Valasc. q. 1. n. 12. Quid si nominatim ad tempus, nec id
m definitū, vid. ibid. n. 13. & 14. n Cum quo ferè A. Fab. 63. err.
pag. 10. putans si sub lege pœdendi vectigalis, & ita ne interim
n expelli possit conductor, fiat locatio, haud dubie vectigales
fundos esse etiam ad tempus locati Nam, inquit, in l. 1. pr. D. S.
ag. velt. non tam ex tempore discernuntur agri, quam lege ca-
nonis soluendi adiecta, quia tum temporis priuatis non v-
sus pata ea locatio sed, certa potius merce de, quæ non vecti-
galis ac tributui loco sit, sed fructuum modo respondeat, fe-
bat. Sed vid. not. lit. D. o Non pro mercede, in quo à loca-
tione differt, sed in recognitionem dominij, Valasc. q. 1. n. 15.
Atque ita differt à iure censitico, quo res pleno iure domini
o tenetur, de quo vid. Valasc. Iur. emphyt. q. 32. Gomez in l. Tauri
68. n. 2. & 3. Nouell. Aug. elect. Sax. 39. pag. 2. & ibi Mollet.

CAPVT XIV.

Iura Emphyteusos.

CONSTITVTVM HOC IVS CONSTAT PARTIM
COMMODO. In omnibus ferè iure domini vit-
tur emphyteuta, CUI INSVNT IVS HABENDI §. 3.
l. de Loc. l. 1. D. Si ag. velt. contra omnes possessores a-
ctio in rem vtilis d. leg. 1. in fin. pr. l. tutor 16. §. vlt. de pig-
n. act. a etiam auferri dominum d. l. 1. INCOLVMITAS,
a vbi operis vi nunciatio arg. l. 3. §. pen. de op. no. nunc. dam-
ni infect. stipulatio, arg. l. 13. §. 8. de dam. inf. Plus enim
iuris est emphyteutæ quam superficiario, a quæ plu-
arc. l. 23. §. 1. de acq. pl. arc. l. v. s. FRVENDI ad successores
transiens d. §. 3. d. l. 1. b ne tamen substantiam agri cor-
rumpat, vt c. seq. Remedia eadem quæ domino c A-
LIENANDI d. §. 3. d. l. 1. vbi neque his qui in loci eorū succed-
serunt, & oppignorâdi l. 31. de pig. seruitutem imponen-
di l. 1. §. vlt. de superfic. Saluum enim manet ius domini,
OLIM LIBERVM. SED HODIE IMMVTVM l.
vlt. C. h. t. quæ sic cauet. Conuentio inter dominum &
emphyteutam in contractu inita, vt liceat vel non lice-
at alienare seruanda. Quæ si nulla sit, sunt in quos
transferrè non licet, vel quia prohibiti, qui tamen ad
superius genus pertinent, vt rectè Accurs. malè tamen
illis addens Curiales & milites. Nam non est firma il-
latio à locatione his prohibita l. 8. l. 30. & seq. C. de Lo-
cat. quæ ius domini non mutat, ad contractum em-
phyteusos, vel quia non idonei ad soluendum cano-
nem d. leg. vlt. vers. necessitatem. Sed nec in reliquos trans-
ferrè licet nisi certis conditionibus tribus. 1. Emendi
prærogatiua domino tribuenda, eodem pretio quod
alius offert, & id iubetur domino denunciare testatò,
si quæ is deliberaturum se dicat, expectare duos men-
ses, quibus præterlapsis domino non emente, sed ta-
cente, liberè vendi cui velit, dummodo idoneo. d 2.
Inductio emptoris in possessionem à domino, cui &
hic duo menses deliberandi indulgentur, impetranda.
3. Pro admisso ac subscriptione & depositione, cuius
forma in d. l. vlt. honorarium e 50. partis pretij, si
venditio celebrata, vel æstimationis loci, si per alium
contractum, ex g. permutationem, f donationem, res
alienata. Si verò dominus intra duos menses non ad-
miserit hoc amittit d. l. vlt. §. pen. Posteriora duo in om-
ni alienatione obtinèt. Prius in solâ vèditiōne, de quâ
nuncupatim loquitur d. l. vlt. vers. sed ne hac. verbis accipe-
re prætia & vers. in a. verbo vendere. Et ratio quæ superius
exigit in venditione, cessat in permutatione ac dona-
tione. Dominus sine iniuriâ potest emphyteutæ idem
pretium offerre vendenti, non autem eandem res per-
mutanti; non, nisi iniquè, postulare potest vt sibi res

donetur. g Certæ enim causæ affectionis ob quas g
donatur l. 2. Pro soc. Superuacuum itaque petere con-
sentum domini, quando is impedire nequit. Ad indu-
ctionem verò in possessionem consensus domini, & in
donatione necessarius, ac, si mora domini abfuerit,
honorarium 50. partis æstimationis, quia pretium non
adeft, præstandum, quia hic eadem ratio & d. l. vlt. quæ
in vers. sed ne hac & seq. loquitur de venditione, ea in vers.
& ne auaritia, de alio etiam contractu per verba vel æsti-
mationis loci. Neque enim illic electio pretij vel æsti-
mationis ad eundem venditionis contractum referenda,
sed vt rectè Accur. ad diuersos; pretij ad venditionem
æstimationis ad alios sine pretio transferentes. Obicit l. 1.
C. de fund. patrim. lib. 11. vbi donatio rata l. & l. 71. §. vlt. h
de leg. 1. vbi legatum infirmum, nulla consensus domi-
ni mentione. 12. Atqui nec in venditione mentio fit
consensus in §. 3. l. de Locat. nec tamen consecutio vali-
da. Quare dd. ll. interpretationem ac temperamentum
ex h. l. vltim. accipiunt. Quæ in ipso iure emphyt. eadem
quoque in meliorationibus fundi obtinent d. l. vlt. in fi.
i quæ Græcè emponemata l. 2. Cod. h. tit. id est ad labo-
rationes; & sunt partes agri labore ac cultura meliores
effectæ, quam essent dum emphyt. constitueretur. Ex-
emplum in l. pen. pr. D. Locat. Sed hæc de verâ alienatio-
ne dicta ad oppignoraciones. k & seruitutis impossi-
k tiones non trahenda, vbi nihil emphyteuta iuri do-
mini detrahit, sed suo, quo amisso illa euanescent l. 3.
de pig. PARTIM ONBRE. QVÆ DAM PRÆSTANDA IN
ipsâ POSSESSIONE, & vel in re ne deteriores, vid. c.
seq. vel rebus externis, PENSIO 1 cuius præstatio nec l
casus fortuiti, quantumcunque de prædio abstulerint,
liberant, quamdiu vel minimum supererit. l. 1. C. h. t. m
Secus si totus sit ablatas d. l. 1. vel propter vim hostiū
possideri nequeat, arg. l. 12. §. vlt. de reb. auct. iud. n ET n
PVBLCARVM FVNCTIONVM, APCCA, id est, pen-
sionum reip. debitum l. pen. & vlt. Cod. de apoch.
publ. lib. 10. tit. 22. vt sunt vectigalia tributa, collationes
ad refectionem viarum, &c. quæ quia præstanda à pos-
sessore l. 7. de Public. Ergo & ab emphyteuta l. 15. §. 1.
Qui satisf. cog. o Cum autem has functiones soluit ne-
cesse est, vt domini nomine accipiat apocham publi-
cam à quæstore, de quo d. t. C. de apoch. publ. Quod si sibi
simul cautum velit, postulet duas, vnam quam domi-
no præstet, alteram quam sibi seruet. Vtus apochæ vt
dominus, iure ad se quacunque ratione reuerfo, tutus
fit ne iterum soluat. Ita enim obnoxia functionibus
his prædia vt & ratione exacti temporis qui nûc pos-
sidere cepit teneatur d. l. 7. D. de Publican. l. 2. & 3. Sine
censu vel reliq. fund. comp. non poss. Exiguntur autem hæc
actionem in personam, ex hoc contractu, lega Zenon.
inductâ l. 1. C. h. t. & sic per cõditionem ex lege l. vn. D.
de Cond. ex leg. p Ac si per triennium, vel biennium p
ecclesiasticis cessauerit emphyteuta, reici potest vt
cap. seq. QVÆ DAM IN ALIENATIONE, quæ superius h.
cap. expofita. Ex his liquet dominium domino non esse
inane, cui insuper actio in rem directa datur arg. l. 1.
§. 4. de superfic. & quia emphyteuta habet tãtum vilem,
vt supra, non tamen contra emphyteutam l. 1. in fin. pr.
D. Si ag. velt. sed contra tertium. Dominum itaque retin-
et, & quia id vnus rei plures habere nequeunt, em-
phyteuta non est dominus d. l. 1. §. 1. Neque enim pro-
banda vulgò recepta diuifio domini in directum &
vile. q Obi. l. 12. in fin. Cod. de feud. patrimonial. 32. Sed q
apparet ex l. 4. C. d. tit. speciale esse in patrimonialibus,
qui res beneficio principis in emphyteusum. accepe-
runt vt domini fiant. Aliud in reliquis. r

NOTATA.

a Quam A. Fab. 10. Coniect. 11. vult esse prætoriam pariter
vti quæ superficiario datur. Sed reuocat suam sententiam.

63. err. pragm. 9. per l. 1. §. 1. D. Si agn. velt. vbi dicitur placuisse scilicet vel prudentibus vel imperatoribus competere actionem. Prætoriam vtilis non competere dicitur, sed dari licet directæ prætoriam dicatur & competere ex ipsis scilicet prætorij edicti verbis. Vtilis autem non item, Atqui hæc est vtilis. Ergo ciuilibus, inducta forte prudentum auctoritate, stricti iuris ratione deficienter. Hinc & actio de fundo vectigali dicitur propoſita l. 66. pr. de euic. à prudentibus scilicet & idem 65. err. prag. 3. b Emphyt. ciuilibus, simpliciter vel in perpetuum concessa, ad quosuis heredes, etiam, extraneos, tranſiit, Ecclesiastica non æquè, sed sæpe non extenditur ultra tertiam generationem, vid. Forſt. lib. 2. de success. 23. Chiflet. de port. legit. cap. 14. p. 829. & seqq. Gæd ad l. 219. de V. S. numer. 3. Renat. Choppin. lib. 3. de prin. rusſ. cap. 2. Soler autem sæpe pro se & heredibus accipi, de quo vid. Clar. §. Emphyt. q. 12. Valasc. q. 44. pro se & liberis, de quo A. Fab. 33. error. pragm. 10. Vbi quaeritur an & filij naturales veniant, de quo Clar. q. 30. Forſt. 6. de success. 18. An & filiaz ac foeminae descendentes? Quod affirmat Fachin. 8. contr. 97. & 11. contr. 20. quia hæc iusta interpretatio & contractum menti conueniens. Quare recipitur etiam in contractibus stricti iuris. Et aliàs, ex natura huius contractus, cui se in dubio contrahentes accommodasse censendi, non excludunt foeminae, diff. Clar. q. 31. Soler & ad certas generationes concedi, vid. Valasc. q. 4. nu. 8. Io. Vinc. Hondeſde. vol. 1. conf. 54. c. Est & emphyteuta, commodum alluionis, nec inde augetur pensio, vt tradit Valasc. q. 16. num. 7. d. Quare si rusticus nobili emphyteuta venditurus, dominus, etſi ipse emere nolit, prohibere tamen potest, ne sua conditio durior fiat emphyteuti in se parem tranſata, ob difficiliorem exactionem, canonis & laudemiorum, vid. Moll. 2. Sem. 13. e. Laudemia vocantur, de quibus vid. Hart. Piff. lib. 1. q. 50. Moller. 4. Sem. 3. (vbi an ex venditione sub pacto redimendi debeantur) & 2. seqq. Color. decis. 33. ¶ Si heredes petierunt renouationem inuestiturae & postea diuiserunt emphyteuta, an duplex laudemium soluendum, vid. Mod. Piff. parte 1. q. 37. qui negat & Hart. Piff. lib. 1. q. ult. 1. f. de laudemio in permutatione vid. H. Piff. d. q. ult. Moller. d. cap. 3. Modest. Piff. p. 2. q. 68. g. ita & Bronch. 1. aff. 80. Phil. Mart. ad l. 21. de R. L. num. 12. & seqq. Rariffimè, inquit, dominus consensurus, sed sibi potius donatum voler, quæ res liberalitatem maximè impedit. Et consentit, Clar. §. Emphyt. q. 15. Fern. 2. Sel. 30. ac Gæd. ad l. 219. de V. S. num. 3. qui, quod legari & donari possit sine nouo domini consensu, putat probari ex d. l. 219. quia, inquit, quicquid olim in vectigali fundo iuris, id hodie in emphyteuti- co, in quo fallitur: Sic enim nouæ Zenonis & Iust. II. nihil noui diſpoſuerunt. Et rectè noſter olim iure Digest. venditionem quoque vectigalium non desiderasse consensum domini (Ibidem admittit istud Gæd. etiam in emphyteuti Ecclesiastica, modo non alienetur in potentorem vel aliam Ecclesiam, eumve qui soluendo non sit. Quo facit quod venditionis appellatio proprie & partitè loquentibus, non venit donatio l. 37. & seqq. de contr. em. l. 8. §. 13. Quib. mod. pig. Nec in contractibus statutis, aut ll. recipienda interpretatio ea vt vendidisse censetur, qui donauit, vt A. Fab. licet aliud agens, l. 4. Coni. 13. initio, Diſsent. Sarmient. lib. 3. select. interpret. cap. 2. vbi quinque diuersas opiniones recenset, Fachin. 3. contr. 97. per d. l. vltim. pr. ibi. vendere vt transferre. Ac licet, inquit, vna causa, quæ in venditione, desit in donatione, non tamen alia deficiunt vt sciat dominus quis nouus emphyteuta, vt antequam eum admittat prouideat sibi de laudemio & canone annuo præſtando (sed hunc obicem declaratio noſtri remouet) & idem 6. contr. 98. ac 10. contr. 68. ¶ Sanè vt ternerè hic à Donelli sententiã. ceu probabili recedere non aſſim, ita nec ratione fortè carebit si dicamus omnimodo prius esse denunciandum domino, non vt eligat, sibi donatum malit, an alteri, sed vt vel rem iusto pretio accipiat, vel donationem intra duos menses confirmet; tum vt honor hic illi habeatur in ſignum ſuperioritatis, tum vt obuiam eatur fraudibus eorum, qui vt eludant ll. requisita & offerendi domino necessitatem, eum reuera venditori ſunt, dicis gratia, donabunt, pretium à ſimulatore donatore clam accepturi. tum quia inter alias rationes l. vltim. C. h. t. & hæc fortè fuit, ne res quæ in dominio domini eiusve antecessorum pleno iure fuit, ipſo inuito ad alios, quam cui ea iure vectigali concessa, eiusque heredes tranſeat. tum ne domino inuito, & pretium pro se soluere parato ingratus fortè & non acceptus emphyteuta, tamen idoneus, obtundatur. Denique quia sic nulla iniuria fit emphyteutæ alienatur qui pretium profundo à domino accepti donando liberalitatem exercere suam erga amicum potest. An inconſulto domino plures emphyteutæ rem diuidere possint vid. Clar. q. 14. Fachin. 10. contr. 50. qui affirmant. h. Ant. Fab. 64. error. pragm. 1. cir. fin. putat ſpecialè eſſe, vt qui accipit à ſiſco ius habeat tranſferendæ emphy-

teuscos in extraneum pro arbitrio, inconſulto non tantum ſiſco, sed & iudice d. l. 1. Idque inde quia in multis eadem causa ſiſci ac reip. l. 38. de reb. aut. iud. poſſeſſ. l. 8. c. Qui pot. in pig. At qui à Reip. accepit, quem vectigalem vocat & ab emphyteuti ſeparat Faber, liberè, ex ſententiã Fabri, alienat. ¶ Sed fallum hoc ſuppõſitum, vid. nos. c. præced. ltr. D. i. ius meliorationum quomodo differat à iure emphyteuscos, vid. Valasc. ltr. emphyt. q. 1. num. 19. & seqq. k. Clar. §. Emphyt. q. 18. Quæ ferè omnium opinio, teste Moller. 3. ſemeſtr. 45. num. 3. Contra tamen in his terris obtrudere moner ex Nou. vlt. Auguſti 23. p. 2. 1. Siue in pecunia, ſiue in alia re fungibili, frumento, oleo vino, Valasc. q. 1. numer. 7. Quæ iusta sit pensio vid. idem quaest. 11. An pro ea domino tacita hypotheca in prædio q. 4. num. 6. & 7. vid. & de pensionis ſolutione Coler. dec. 24. An hic præſcripto 30. vel 40. ann. locus? Neg. Fach. 3. contr. 99. m. Aliud in locatione. Ratio differentiæ: Canon non præſtatur ob vſum, sed in recognitionem dominij, quod in minima quæ ſuperest particula hæret, toto autem ſubſtrato extinguitur. Vult. in §. 1. de Locat. num. 14. Nec igitur ob ſterilitatem remittitur, de quo vid. Clar. §. Emphyteuscos q. 8. num. 7. Valasc. q. 27. num. 23. & seqq. Bron. 1. aff. 84. Eropp. ab Aezema 1. diſſert. 15. n. Quæ ſententiã conimunitis. Pro eo tempore quo hoſtes poſſident, totus fundus perit. Quare nõ oblat quoad bellum caſus fortuitus Fachin. 10. contr. 90. vid. Alc. in l. 1. §. 1. de acq. poſſ. Valasc. quaest. 27. num. 13. & seqq. qui hæc quaestionem dubitantiſſimam vocat & Theſaur. dec. 20. o. de quo plenè Valasc. 1. Emphyt. q. 17. p. Quæ communis opinio ref. Valasc. q. 6. num. 8. Clar. §. Emphyt. qu. 47. eò tamen magis inclinante, quod vt emptio pari act. empti, locatio locati, ita hic contractus act. ex emphyteuti q. Duren. 1. diſput. 17. Cuiac. 11. obſer. 35. Baro lib. 4. de benef. ca. 7. Forſt. 2. de success. 18. num. 42. dicens ſi totas Pandectas aliquis euoluerit, diſtinctionem hanc non reperitur, Vult. in pr. l. de R. D. num. 24. eam promanaſſe ex ſecibus poſterioris ſeculi & diſcept. cap. 16. Bodin diſtrib. iur. vniuerſ. pag. 36. hæc verba ex vſu ſeudorum manante in vſus. Et hæc diſtinctionem naturam dominij confundere, generis ac totius differentiam ſubvertete Frider. Tileman. p. 2. diſput. 13. th. 5. & Giſan. ad rub. D. de acq. do num. 15. Pinel. in l. 1. Cod. de bon. mat. p. 2. numer. 6. Rittershuſ. part. ſeud. lib. 1. cap. 3. q. 4. Parlador. 1. rer. quodid. 1. §. 2. num. 8. A. Fab. 20. Coni. 11. p. 110. Diſſ. Zaſ. in l. 17. §. 1. de acq. poſſ. numer. 12. & seqq. cauſã, ait, faciliſſis eruditionis, Coraſ. 6. miſe. 20. P. Greg. 1. Syn. 12. num. 7. Hor. diſput. ſeud. cap. 33. Rob. 3. Sent. 18. in fin. Gæd. ad l. 27. de V. S. num. 18. & Dd. com. 10. del Caſtillo quodid. contr. de Vſuſ. cap. 75. num. 24. & seqq. Valasc. ltr. emphyt. qu. 13. & seqq. Veneri autem iure differentia ſuit dominij bonitatis & Quiritarij, de quo, Rau. 2. var. 12. Giſan. in d. rub. num. 19. A. Fab. d. cap. 11. & 56. err. pragm. 4. & 65. err. 4. §. 6. & paſſim. 1. ita & Valasc. qu. 13. num. 1. non inſiſte alios emphyteutas cum his comparatu Io. del Caſtillo d. c. 75. n. 28.

CAPVT XV.

Amiſſio Emphyteuſcos.

AMITTITVR AVT IPSO IVRE, ET VEL EX PERSONA CEDENTIS, si is dominus ad tempus l. 31. de pig. ex gr. heres rem legatam pcedente conditione dedit in emphyteuſin. VEL EX CONVENTIONE, si ad tempus constituta. a. l. vlt. D. si ag. velt. Quia enim aperte Lex permittit hoc ius ad tempus constitui, nihil obstat l. 44. §. 1. vlt. placet de O. & A. vel si ita vt pensio certum tempus non ſoluta ad dominum redeat, arg. d. l. 31. AVT EX CVLPA EMPHYTEUTÆ IECTIONE DOMINI. Si voluerit dominus d. l. 2. non ipſo iure b (non autem vi, contra l. 7. C. Vnde vi e ne quidem si aperte id conuentum ſit per leg. 3. Cod. de pig. de quo alibi, sed actione directã ad rem recipiendam. Quid si non eiiciat, sed ingressus vim faciat ne liberè vtatur. Barr. hoc licere vult quia Interd. Vti poſſideris, non ſit contra dominum. Malè quia emphyteuta verè poſſidet l. 15. §. 1. Qui ſat. cog. si emphyt. non præſtat quod debet vt i. S. dolo eius res deterior. Nou. 120. c. 8. auth. qui rem C. de SS. Eccl. d. quæ licet de ecclesiastica, idem tamen in ciuili, arg. à maior

maiore ex l. 3. C. de Locat. 2. Si alium emptorem domino præſulerit, l. 2. in fin. Cod. hoc tit. e. 3. Pensio non ſoluta aut apochis non præſtitis, si in his (coniunctim vel diſiunctim) triennium (vel in ecclesiastica biennium, d. auth. qui rem) ceſſauerit, & nisi domino oblatam & recusatam pensioem depoſuerit d. l. 2. in fin. g. Contra actionem quinque deſeruit probabilis videtur quarã 4. reprobantur. Et quidem priores, tres in d. l. 2. 1. Si quia meliorationes inſtituerit, ſumptus ſibi rependi velit. 2. Si dominus initio ſtipulatus pœnam, ni præſtetur pensio. Rectè. Pœna enim domini cauſa adiecta vt augetur non vt minuat obligatio, leg. 4. §. 4. de re iud. nec regulatur (ſecus aliquibus caſibus leg. vlt. C. de pact. cõuent. l. vlt. §. ſin. a. 14. Cod. de l. delib.) quis priuata cautione admittit ſibi legis beneficium leg. pen. in fin. Quia in fraud. cred. 3. Si toto triennio non interpellatus. Dies enim interpellat pro homine. 4. Si dominus poſt celebrationem triëniij canonem accepit, videtur renũciari vindicationi arg. l. 4. §. 2. l. pen. del. commiſſ. Tamen nec hæc prodeſſe verius eſt. 1. Longum enim diſcrimen inter acceptationem pretij ex vendito vt dd. ll. quod præſtatur pro ipta re, vt habeatur in futurum, nec poteſt venditor vtrumque habere; & pensio in caſu noſtro, quæ pro vſu rei datur, non futuro, sed præterito. Non igitur poteſt videri dominus renũciari rei pro qua nihil accepit. Alias lequeretur locatorem, finita locatione, accepta mercede, rem repetere non poſſe, quod abſurdum. Denique hæc duæ res coniunctim non diſiunctim domino deferuntur, vt & cauſæ ſunt diuerſæ propter quas. Pensio ob vſum præteritum: Ager ob ceſſationem & culpam. Idem eſt ſi pœnam promiſſam ni pensio ſolueretur, dominus accepit. Neque enim licet ſimul pœna exigitur & res propter quam promiſſa eſt, cum pœna hæc ſit conditio ſi pensio ſoluta non ſit, non illa. Si Emphyteuta iure ſuo ceciderit, §. Si conuenit ne expellatur. Et hæc admittitur, ac conuentio rata eſt, d. l. 2. C. hoc tit. per l. pen. C. de pact.

NOTATA.

- a Num verò vt locatio, finito tempore renouata videtur ex vtriuſque ſacramentate, in emphyteuſis. Negat Valasc. q. 20. n. 20. Fachin. 1. contr. 84. quia emphyteuta requirit ſcripturam, & quia, cum tacite nouquam contractatur, nec tacite renouationi locus ſit ¶ Finitur autem & quando emphyteuta renũcians domino ius ſuum cedit, quod tamen inuito domino nõ poteſt Tirag. de retr. l. 2. §. 34. gl. 1. m. 1. Parlad. 2. rer. quodid. 16. n. 9. b Et antequam dominus declarer ſuam voluntatem fructus perceptos ad emphyteutã ſpectare vult, Fach. 1. contr. 94. qui tamen c. præc. emphyteutam ex hac cauſa ipſo iure priuari aſſerit, quæ non probè conuenire videtur c. nõ auctoritate propria, fed iudicis, ex ſententiã communij, Color. de Proc. ex ſec. p. 1. c. 5. n. 23. Fachin. 1. contra. 95. Nã etſi ipſo iure caderet, ſententiã tamen opus. Nec ſine cauſa cognitione, ſi facti vel iuris quaſtionem moueat emphyteuta, eiiciendus, P. Buſius ad l. 2. D. Si ag. velt. n. 2. Diſſ. Vaſq. 3. contr. vſu. ſreq. 64. n. 5. qui & multis vtriuſq. partis auctoribus relatis, ſcribit, n. 3. incertum eſſe vtra opinio receptior ſit. d. vid. Clar. §. Emphyt. q. 26. Hartm. Piff. lib. 1. q. 28. Conſer. Valasc. tomo 1. conſult. 50. An emphyteuta poſſit formam ſuã mutare fructuoſiorem reddendo remiſſiue Tirag. de retr. conuenit. §. 3. gl. vn. n. 28. Io. del Caſtillo de vſuſ. c. 25. num. 11. & seq. e Idem eſt ſi emptor mentitur verum pretium, quo dominum ab emptione detrahat poſt Gerd. Pap. deciſ. 171. Tirag. de retr. l. 2. §. 4. gl. 2. n. 2. Nec releuat ſi dicat ſe vendere reſeruatõ conſenſu domini, quia proteſtatio eſt contracta factõ; cautionem tamen tradit, Cat. Cort. in mem. v. Emph. alienans, vt vendat ſub conditione, ſi dominõ placuerit, & ſi de iure poſſit. Nam tunc ſi dominus conſentire renuat, res ſit incepta & contractus nullus. Quid igitur ſi venditor nulla ex defectu ſolemnitatis? Ex. g. Vxor vendit ſine licentiã mariti ex ſtatu adhibenda. Tirag. poſt ll. Connub. n. 205. & seqq. & de retr. lig. §. 1. gl. 2. n. 6. negat Emphyt. aperiri. Obi. At quibus venditio emphyteuſcos inconſulto domino, nulla quia iure prohibita. &. Diſting. inter actum nullum, quia gelus

contra prohibitionem conſtitutionis, vbi ſufficit factum ipſum ad hoc vt pœna committatur, & ex alio capite inualidum, vt quia ſolemn. deficit. Quid ſi traditio ſecura ex ſolo contractu priuatur? Dd. variant & communis in negatiuam ſententiã eunt, de quo Tirag. de retr. lig. §. 1. gl. 2. num. 44. & 2. ſeqq. Et non priuari, niſi actualis traditio ſequita, licet fortè facta interuenierit, ex. g. per conſtitutum, Gomez. in l. Tauri 45. n. 95. in quo diſſ. Clar. §. Emphyt. q. 13. m. 4. Parte verò fundi alienatã illa ſola, non toto cadit. Tirag. d. l. §. 23. gl. 2. n. 28. Clar. d. §. 13. n. 10. Io. del Caſtillo de vſuſ. cap. 24. n. 8. Bouſ. ad l. 7. §. 9. pr. De iur. iur. m. 6. & 7. arg. c. vn. 2. Feud. 38. Denique ex decennali patientia conſenſit alienationi dominus ceſſat Tirag. poſt ll. Connub. gl. 7. n. 41. f. Sed ¶ num ſi canonem ſe ſoluturum iureiur. promiſit ex vnus anni ceſſatione expellendus? Affirmat Zoan. rer. quodid. c. 7. n. 6. arg. l. 41. C. de tranſ. Negant Clar. §. Emphyteuſis q. 8. nu. 2. Fachin. 3. contr. 16. quia iuramentum ſequitur naturam contractus. Quid ſi alius pro Emphyteuta ſoluerit canonem? Non priuari, Tirag. de retr. lig. §. 1. gl. 9. n. 59. Rectè, putò, per l. 39. de neg. geſt. & ſimil. licet diſſentiat Zoan. rer. quodid. c. 8. n. 12. qui & ibi num. 1. etſi pro parte in ſolutione pensiois deficient, emph. rotam caducam fieri Quid igitur ſi deficiat in ſolutione vnus denarij vel minimæ ſumma, vid. Dominiſ. conſul. 86. Sanè ſi ideo non ſoluit, quia ſibi viciffim dominus debebat, paratus eum eo compensare, non cadere illum iure ſuo communitus & benignius eſt, Tirag. de retr. lig. §. 1. gl. 3. n. 4. Illa certe dura opinio eſt quæ ſic ex pluribus heredibus vnus ſoluere ceſſat, omnes iure ſuo priuat, vt Clar. §. Emphyt. q. 8. nu. 13. g. ¶ Eſt & Exc. in emphyteuta qui à principio accepit, per l. 4. C. de fund. patrimon. Tirag. de Nobilit. cap. 37. n. 60. h. Communis h opinio eſt expulſum melioramẽta cum re amittere. Clar. d. §. q. 45. Cui ſatis ſimum fundamentum non eſt, in d. l. 2. l. 1. nulli allegatione nomine meliorationis, quia tantum ſignificant non hæc deſenſionem à caducitate liberare, quaſi qui vno dominum offenderit, in altero ipſius commodum promouerit, vt & animaduertit, Valasc. q. 25. n. 2. qui tamen à communi non recedit ſuã hæc de retractans. 1. Dura hæc ſententiã, quam ſi probare mihi religio eſt. Nuſquam certè prodiuſum dominum poſſe ſimul etiam, poſtquam fundo exegerit emphyteutam, canonem propter quem non ſolutam exegit. extorquere. Et diſconuenit ſimilitudo à locatione perita, verumque non eſt pensioem in emphyt. præſtari pro vſu rei ſive præterito ſive futuro, ſed iurid. in ſiguum ac recognitionem dominij, vt not. S. cap. 13. lit. O. Quare pensioem accipientis vt le dominum proficetur, ita ſoluentem emphyteutam agnoſcit, vid. & Clar. §. Emphyt. qu. 10. Fach. 1. contr. 99. & Io. Vinc. Hondeſde. vol. 1. conf. 55. nu. 6. & seqq. Sanè I. Can. minus hic dubij quo, hoc amplius etiam emphyteuta ceteri ſatisfactione moram purgare licet c. poruit vlt. extr. de Locat. Quod tamen iuri ciuili. non conuenit, quia mora in re nõ purgatur, vid. Conna. 7. eom. 13. n. 9. Rittershuſ. part. ſeud. lib. 2. c. 5. quaest. 45.

CAPVT XVI.

Ius Superſiciarium.

SUPERFICIARIUM (de i. vid. ſupr. cap. 13.) prior affine, l. 16. §. vlt. de pign. act. a ſuperficii in alieno a ſolo habenda l. 1. §. 1. hoc tit. de ſuperfic. b CONSTITVTVR itidem PERSONIS: ſolus dominus imponit, qui & ſuperficii eſt dominus, vid. c. ſeq. Rã alieum ſolum. MODO CONDVCTIONE. Nuda area conduci- tur eã lege vt ibi ædificare & ædificari ſuperficii habere liceat certã pensioem c conſtituta l. 1. §. 1. hoc tit. d lid eſt 7. 4. de R. V. Nominatim vero conuenire oportet de ſuperficie habenda. Nuda locatio ius reale non parit. Vel in perpetuum d vel ad non modicum d tempus, id eſt, decennium, vt S. cap. 13. lit. N. e aliàs e negatur illi actio in rem, datur tamen Interdict. retin. poſt. de ſuperficiebus l. 1. §. 31. h. t. EMPTIONE d. l. 1. & §. 5. h. t. l. 3. 2. de l. dot. cū vel pretio emitur ſuperficii impoſitæ vel conuenit de imponenda. Atque hic nulla annua pensio, f nam ſi emitur certè pretium ſemel præſtatur. Obi. verba interdicti in l. 1. pr. h. t. Reſp. Sed ibi verba ex lege locatiõis) exẽpli cauſa poſita arg. l. 1. pr. vti poſſ. & ſim. Obi. definitio ſuperficiarij in l. 7. 4. de R. V. in verbis vt certã pensioem præſtat. Reſp. Sed nõ eſt

nisi eius qui conduxit, per verba *l. seq. causa cognita*, quæ soli conductori competunt, cum ex causa emptionis statim res transferatur. Obiicit *l. ult. h. t. r.* ibi conuicta oratio est, vel est definitio exempli, vbi res vnus speciei exemplo declaratur. Obiicit exemplum prædij emphyt. *r.* Sed diuersitas apparet: Ibi nisi pensio præstaretur, ipsum dominium transferret, hic autem non solum, sed superficies, emitur, ET DONATIONE ACTE STAMENTO, arg. §. 40. *l. de R. D. g.* Transferretur aut hoc ius si aut traditio ædium accesserit aut patientia possidendi, per *l. 20. C. de pact. & arg. l. 1. de seru. rust.* Testamento autem si sine onere pensionis relicto statim transit, si cum eo vbi legatarius agnouerit, arg. *l. 6. pr. de acq. her.* ET FINE. Vt superficies habeatur, quæ est ædificium per se intellectum, distinctum à solo *l. 98. §. 8. de solut.* quod sit supra faciem soli, non eius pars. Vnde non vocantur ædes, quia ædium pars est area, nisi cum adiuncto ædes superficiariæ *l. vltim. h. t.* At nature repugnat vt ædificium sine solo sit, iuris rationi vt non cedat domino soli. Resp. Hæc constitutio non valet ipso iure, sed tuitione prætoris per vtilem actionem *l. 1. pr. Quib. mod. vs. am.*

NOTATA.

a In quo conueniant vel dissideant exponit *Valasc. Tur. Emphyt. q. 33.* **b** *Aegid. Horrens. ad l. 13. §. vlt. de pig.* vult Superficiem esse seruitutis speciem, per *l. 86. §. vlt. de leg. 1.* inde inferens quæ de Seruitut. vsucap. constituta etiã ad hanc trahi posse. Sed malo dicere ibi Seruit. abusuã vocari, cum de superficie, nec compositoris nostri nec Iurisconsulti in materia seruitutis tractasse reperiantur. Et quæ de seruitutibus vrbans constituta (qualis hæc statuenda foret) huic iuri non conuenire aliquis deprehendet ex collatione eorum quæ de hoc iure & quæ de illis traduntur. Denique superficiæ seruitus imponi potest *l. 1. §. vltim. hoc tit.* Seruitus autem seruitutis non datur, quomodo & post hæc scripta, vidi sentire *Corsas. ad l. seruit. 3. (ipso 2. de seruit. num. 6. & sequent. c. Quæ dicitur solatium quod pro solo præstetur Hortens. ad l. 13. §. 3. de pig. d. Minus autem frequenter in perpetuum, ne ferè iurabile sit solum, abscedente semper vtilitate superficiæ, & quia contractus ille propemodum emphyt. esse *A. Fab. 63. err. prag. 9. e.* Cum Dd. variant. *Mench. id iudicis definitioni relinquit de arb. cap. 31. num. 5. & Valasc. s. d. q. 33. n. 7.* F. Possit constitui superficiem sine obligatione annuæ præstationis *Valasc. d. q. 33. n. 3. Menoch. reu. in. poss. rem. 4. n. 5. qui & n. 6. & seqq. vnde diguoscenda hic emptio à locatione. G* Videtur ad hanc rem esse *tex. in l. 1. §. 7. 1. hoc t. quem ad hoc profert Hortens. in l. 13. §. 3. de pig.* Sed illa §. loquitur de legato & donatione quæ fit alijs à superficiario, vt rectè *A. Fab. 64. err. prag. 5.* minus tamen rectè delens verbum possit in *d. §. 7.* veluti irreperitiam, quia, inquit, non tum ideo traditio recepta videri potest, vt legatũ aut donatio consistat, cum nec illud nec hæc, quæ aut ad instar legati capitur, aut stipulatione perficitur, traditionem exigat. Immo, inquam ego, vtrouique exigitur. Nam & in legato traditio necessaria, saltem vt possessio accipiatur, & donatio stipulatione perfecta, ni traditio subsequi possit, inanis erit effectusque carebit.*

CAPVT XVII.

Iura superficiæ.

IVS CONSTITVTI IDEM PENE QVOD, EMPHYTEVSEOS. Ius habendi. Exceptio est aduersus vindicantem *leg. 1. §. 4. hoc t.* & Interdictũ de superficiebus *l. 1. §. 2. hoc tit.* si de possessione controuersia, nec exigitur iusta causa possidendi, modo non vi, clam, precario ab aduersario teneat, & actio in rem vtilis *b leg. 1. §. 1. m. fin.* vbi ideo, quasi in re, dicitur *§. 4. h. l. 16. §. vlt. de pig. act.* etiam contra dominum *d. §. 4. c.* & contra eundem etiam actio ex empto vel conducto. *d. §. 1. ac de cunctione d. l. 1. §. 5. d. Incolumitas.* Est operis noui nunciatio *leg. pen. de op. no. num. stipulatio damni infecti l. 13. §. 8. de dam. inf.* Ius vtendi. Inter. Vti possid.

actio negatoria & iniuriarum. Alienandi. Non tantum hæc heredes transit, sed & donari ac legari potest *d. l. 1. §. 7.* magis igitur vendi. Est & actio comm. diuid. *d. l. 1. §. pen.* Potest quoque minuere ius suum, vsu fructu. cõstituire de *leg. 1. §. 6. c.* seruitutum imponere *leg. 1. §. vlt. hoc tit.* non quidem iure ciuili, per *§. 1. l. de vsu fructu.* sed prætorio, *l. 1. pr. Quib. mod. vs. am. & per Iur. in l. 1. §. 6. c.* actionibus *d. §. vlt.* Sed num & hic domini consensus, vt in *emphyt. ex l. vlt. Cod. de l. emph.* requiritur? Neg. *v. 1.* quia indistinctè conceditur alienatio. 2. Ratio dispar: Emphyteuta quia plus iuris habet, ac in solo ipso quasi dominium, ab eo plus exigitur. 3. Et si par esset ratio tamen *d. leg. vltim.* ius singulari, cõtra regulam *l. 21. C. Mandat.* non extendendum. ONVS autem hęc SOLA PENSIO in locatione (non apochæ & reliquæ quæ in emphyteusi) nisi per vim alienam frui non liceat, vbi pro eo tẽpore remittitur *l. 15. §. 4. Locati.* Nec tamen dominus est superficiarius etiam superficiæ, quia & illius dominum est eius cuius & solum *leg. 1. §. 4. hoc tit.* Cuius effectus. 1. vt habeat is act. directam contra tertium *l. vlt. hoc tit.* 2. vt pensionem annuam recipiat, quæ agnitionem domini offendit. Periculosum igitur sine eã hoc ius cõstituire, quod sit emptio, ne progressu temporis superficiarius censetur dominus. Et mos quoque receptor superficiem locandi, ad quem ferè iura aptare solent Iurisconsulti. 3. Vt amissa superficies ad proprietatem redeat.

NOTATA.

a De quo, *Mench. reu. in. poss. rem. 4.* vbi n. 45. illud tantum dari putat, ei qui ad non longum tempus conduxit, quod refellit *A. Fab. 64. err. prag. 8.* Non directæ, nec ciuili vtilis, vt in *emphyt. vid. not. s. c. 14. lit. A.* sed prætoris, per *l. 75. de R. V.* Vnde non competere dicitur sicut illa, sed dari *l. 16. §. vlt. de pig. act. l. 1. §. 3. b.* quia ius ciuile nec ex contractu temporario, vel dominium acquiri vel rem in bonis fieri patitur, nec dominium superficiæ separari a solo, *l. 26. de vsu c.* Et faciunt *d. §. vlt.* verba: hodie vtilis act. dantur, quæ significant posteriores tantum de hoc prouidisse, ita *A. Fab. 63. err. prag. 9.* Sed clariore hanc in rem textus, quos Faber non adducit, *l. 3. §. 3. de op. no. num. l. 3. §. 7. ibi* superficiarij actionibus à prætoris ventur, *Vti possid. c.* Sed puto contra dominum esse aliã act. quæ dicitur in superficiem, in *l. 1. §. 6. h. t.* Atque eam puro significari quoque in *§. in. fin.* vbi quasi in rem actio, contra dominum sc. non vtilis, quæ contra extraneum, sed in superficiem. Quæ ratione defendi potest recepta & Flor. lectio *d. §. 6. contra* cauillationes & emendationes, *A. Fabri 64. err. prag. 4.* pro petitori in superficiem substituendis pignori & superficiem, quia sic omnia bellè conueniant, & alias sensus loci nullus. Nam immo nulla ibi insulsa repetitio ac de superficie danda, sed ex eo quod dixerat Vlp in ipsam rem act. dari, infert multò facilius dari in superficiem, si act. vili superficiarius non ipsam rem, sed superficiem persequi velit. Quis enim dubitet si in act. id exprimat se superficiem petere, non ineptè ideo acturum, etsi fortè contra extraneum. Quia nimirum etsi non magis superficiæ dominus sit, quàm soli, vel ædificij integri, solo & superficie constantis, negari tamen nec ait plus iuris ipsi esse in superficie, quippe sibi constituta, quam vel in solo, vel toto ædificio, cuius partes sunt superficies & area. Atque sic seqq. bellè conueniunt. Quia enim habet act. in superficie, inde fit vt quasi vsu fructu. eius constituere possit. Ita puto *d. Quam §. 5. A. Fab. 64. err. pr. 6.* accipit quando quis integrum ædific. emit. & passus deinde controuers. ab eo cui antenus superficies in eo constituta, quod tum emptori contra auctorem, sit actio de cuict. ex æquitate, tanquam cui vtilitas partis rei, id est, superficiæ, abfit. **e** Ius enim eius plenius quàm fructuarij, cum & ciuilitè possideat, per *l. 15. §. 1. Qui fat. cog. Cuiac. ad l. 49. de V. S.* Rectè autem & sic *d. §. accipit A. Fab. 64. err. prag. 5.* contra *Accursita* interpretantè, superficiarium habere quasi vsu fructu. vel vsu illius prædij in quo habet superficiem, quia series contextus resistit. *f vid. A. Fab. 64. err. prag. 6.* Malè autem vulgò hoc probant, ex *l. 3. de seruit. ut & Duaren. ib.* cuius alius sensus, vid. *to. Superior. ib. num. 1. g.* Diss. in casu quo sub lege annuæ pensionis præstante conducta superficies, *Barr. in l. 1. §. quia a. 6. hoc tit. & alij relati à Meno. de arb. cap. 31. num. 3. & Valascus Iur. Emph. quæst. 33. num. 12.* quos refellit *A. Fab. 64. error. prag. 7.*

CAPVT

CAPVT XVIII.

Amisio Superficiæ.

AMITTITVR AVT SOLVTO IURE DOMINI, lib. 31. de pig. AVT LEGE CONTRACTVS, tempore elapso. AVT MUTATIONE REI, si ædes corruerint vel conflagrauerint, per *l. 2. de vsu fructu. in l. 39. §. damni 2. de dam. inf.* nec si domus re ædificauerit, conualescit: & arg. vsu fructus, quia neque iure soli, neque superficiæ, quæ alia est, non vetus, vindicari non potest. Idem est etsi quis ita conduxerit, vt ædificaret sibi ac superficiem habere liceat. Constituta enim est superficies sub conditione, si ædificet, quia semel expleta amplius ei patere non potest *lib. 8. pr. de man. test.* Et conuentio, ne ob incertitudinem sit inutilis, intelligenda aut de proximã, aut de omnibus omnino quæ quãdocunque ibi ædificatæ, restitutuæ erunt. At hoc non potest, ne semper abscedente superficie proprietatis fiat inutilis. Conducitur quidem hic solum, sed superficiæ habendæ causa, non simpliciter. Diss. *Barr. ad l. vlt. h. exemplo* vsu fructu. omnium bonorum legati *l. 34. §. vlt. de vsu fructu.* Nihil ad rem. Illic vsu fructu. in ipso solo & solum sequitur: hic vero conductio soli dominium non mutat *l. 39. Locati, AVT CVLPA SVPERFICII ARIT.* Lex est conductionis, vt finito anno pensione non solutã conductor expellatur, licet nondum impleto tempore *l. 3. C. Locati.* Cui cum locus sit aduersus publicanos *l. 10. §. 1. de Public. crit & contra superficiarios,* quibus minus tribuitur *arg. l. 1. D. de lo. pub. fru.* Aliud in Emphyteusi, quia ibi non est vera conductio.

CAPVT XIX.

Ius bona fidei possessoris.

VEL REMOTIORA *vid. supr. c. 13. vt ius bonæ fidei possessoris.* videl. Possidendi, exceptio aduersus vindicantem & Interdict. Vti possidetis *l. 1. §. 4. Vti possid.* & Publiciana contra alios quàm dominum *l. pen. & vlt. de Public. vt suo loco, vsucapiendi supr. lib. 5. fructus suos faciendi lib. 4. c. 24. & 2. seqq.* Sed hæc iura nunquam nocent domino inuito rebus integris, sed ignorantibus, vel scientibus ac patientibus.

CAPVT XX.

Ius Pignoris.

IVS PIGNORIS vbi creditor habet ius possidendi & distrahendi, item perceptionem fructuum, qui tamèn cum debitum exonerent, ea magis est in obligationis necessitate *l. 2. C. de pig. act.* & vt alij possit pignori dare, *de quibus ordine in lib. de pignor.* Sed nec hæc iura domino nociua.

CAPVT XXI.

Seruitutum definitio.

ET SERUITVTES quatum vsus in societate hominum necessarius. Seruitutis vox ambigua a continens res genere discrepantes. Homines proprie tribuitur, (neque enim ideo fundus liber quod faciat quicquid velit, nec seruire dicitur, quod eã facultate careat) qui quo magis in potestate dominorum sunt, eò magis serui. Contra autem quo magis in iure domini, eò magis liberi. Res fundi fundi, ædes, liberæ dicuntur *leg. 90. de V. S. l. 20. §. 1. de acq. do. l. 4. §. vltim. de vsu c.* b per abusionem, aut certè translationem, in quibus dominus facere potest quilibet iure domini.

Seruæ verò & seruire *d. l. 90. & simil.* in quibus nequit Tribuitur hæc libertas vel seruitus rei ideo, quia nascitur ex conditione rei coherente, quæ & rem alienatam sequitur *d. l. 20. §. 1.* Est igitur SERUITVS Condicio rei qua res non potest omnia dominij officia domino præstare, sed quædam cogitur alij. DEF. NITVS Ius (in quo causa efficiens) *l. 1. de vsu fructu. l. 1. de seru. rust. l. 1. de seru. vrb.* Proprie tamen, quæ seruitus, est iuris imminutio *l. 5. §. 9. de op. no. num.* Dicitur autem ius ab effectu, quia illi cui debetur ius est, illi qui debet, seruitus. Si proprie loqui velimus est conditio rei *l. via 23. §. 2. de seru. rust.* qualitas *l. 20. §. 1. de acq. do.* Vnde Seruitutes vocantur prædia qualiter se habentia *leg. 86. de V. S. q. non proprie;* quia differunt vt substantia & accidens, subiectum & quod illi inhaeret, sed figuratè, id est, habitus quibus qualiter se, vel certo modo habent prædia *l. 12. Quom. seru. amir.* per enallagen rei pro qualitate rei & cuiusmodi & in *l. 2. C. de reb. cred. con. c.* tenta religio, pro contemptu religionis *l. 13. de seru. rust.* certum genus agrorum pro agris certi generis & *l. 1. Quom. ser. am. in re aliena (materia.)* Sua nulli seruit, *l. in re 26. de seru. vrb. l. 5. pr. Si vsper.* FORTO DOMINVS FACERE, ex g. ne ædes altius tollat. COGITVR (Forma) In horum enim alterutro consistit seruitutis natura, id est, substantia *l. 15. §. 1. h. t.* Nam totidem sunt quæ dominus libere facere potest: Re sua vt & ab eius vsu alios arcere *l. 8. §. 5. Si ser. vind. §.* Extra hæc duo nõ est seruitus. Cuiusmodi onera tria seruituti affinia *l.* Si conuenit vt dominus aliquid in suo faciat, nostri commodi causa; ex g. vt vidualia aut arborea tollat, prospectus nostri causa. Quæ seruitus non est *d. l. 15. §. 1. h.* licet inde sit obligatio & actio in personam, sed quæ nouum possessorem non sequitur. Excip. Seruitus oneris ferendi i vbi vicinis onera ferre & parietem reficere cogitur, *l. 33. de seru. vrb. l. 6. §. etiam 2. Si ser. vind.* (quod tamen olim controuersum *d. §. 2.*) Ratio duplex. 1. quia id non principaliter, sed per consequentiã seruitutis prius rectè imponitur ita cõstituitur, & 2. Refectio parietis eiusmodi factum est, quod nisi implementetur, seruitus nequit consistere. II. Jus petendi annuos fructus ex fundo, licet designato, seruitus non est *l. 12. de ann. leg.* quia nõ sequitur emptorem aut possessorem fundi *l. 38. de vsu fructu. leg. ne quidem si hac lege facta venditio, vt eodem iure & conditio fundus sit apud emptorẽ, l. vlt. §. vlt. de contr. em. l. 3.* Tributa veltigialia ac pensiones publicæ, à prædiis debentur, licet possessores sequantur *l. 7. pr. de Publican. seruitutes non sunt, quia fisco petendi ius est, domino soluendi, quod dum facit iure libertatis non seruitutis. QVOD ALTERI COMMODYM SIT.* Finis seruitutis proprius, qui sit abfit, nihil agitur, m quoties scil. vt habet. *l. 15. m. pr. hoc tit.* nec hominũ, nec prædiorum seruitutes sunt, id est, (non hic sensus si nec personales, nec reales, dicere enim debere *l. C. nullas esse,* at dicit non valere, nec in rem hominũ nec prædiorum, vt dici possunt aliquid in his sibi proprium habere, vt in exēplis ibidem. Quod & apparet ex modis illis constituendi: Stipulatione & pactione, quia illius finis vt acquiratur, quod nostra interèst vel testamento, quia legatum inuile nullius momenti, vel lege quæ nunquam exigit quod vni noceat, nec proficit alteri. Non tamen requiritur vtilitas præfens, sed vt quandoque vtilis esse possit. **e** Et sic accipienda est *leg. ei. 19. hoc tit.* etli vtilis non sit scil. in præfentia, quia prædium nunc aqua non indiget, potest tamen aliquando vtilis esse, saltem ad casus repentinos postea contigituros. Sufficit autem & commoditas amœnitatis & voluptatis *l. 3. pr. de ag. quoid. & etiam.*

NOTATA.

a De variis significationibus vocis seruitutis, vid. *Baro ad lib. 1. d. h. t. Vult. ad pr. 1. b. n. n. 1.* Sic & libertatis variæ acceptiones. Dicuntur quoque liberi qui à tributis immunes, item qui nullius potestati subiecti, sed suis lib. viuunt, & vno *l. 7. de cap. & post. l. Et sic sæpe libertatem pro immunitate vel pro a' vraye' & plenæ potestatis fruitione accipi apud auctores ostendit. P. Fab. ad l. 1. 106. de R. l. b. l. 30. pr. de ser. verb. l. 13. §. 1. lib. 4. de ser. ruf. lib. 17. com. pr. ad. & simil. Cic. de l. Agraria. libera prædia meliore iure sunt quam serua. P. Fab. ad d. l. 106. de R. l. in initio, e Duar. ad rub. D. h. t. Et ad l. 5. §. 9. de op. no. nuna. definitur: Ius prædiis inhærens, quod vnius utilitatem respicit, alterius libertatem minuit. Quæ ferè definitio Bartoli est, quam exponit & tuerit. Ioan. Superior in Proem. de seruit. n. 5. Et 6. Corasium tacite insectas, qui eam impugnat, ad rub. h. t. num. 4. seq. Sed non conuenit nisi reali impoñitæ. Lud. Vital. 2. l. 1. var. num. 1. est: Qualitas rei propter quam pati cogitur rem habens in cã fieri vel ipse non facere, quod hominum vel prædiorum interfit, iura legitimum modum. Mauult qualitatem dicere, quam ius de seruit. in genere, quia hæc vox, inquit, generalior. ¶ Arqui definitioni genus *περὸς τὴν* assignandum ¶ *Vult. in pr. 1. b. l. n. 2.* Ius fruendi in re alterius constitutum. Quæ nominis est definitio non rei. ¶ *A. Guib. lib. 1. q. 9. cap. 18. num. 2.* Habitus extrinsecus accidens, quo prædia prædiis subiciuntur. Sed hæc angustior &c. Alias definitiones refert *Io. del. Castillo de Vsf. c. 49. n. 9.* & *Förner 2. select. 28.* licet *A. Guib. lib. 1. q. 9. iuris. c. 18. n. 5. d. l. 86.* de illis tantum qualitatibus loqui, quæ cum ipsa re nascuntur, vt sunt bonitas salubritas, &c. Seruitutes autem extrinsecus accidunt. Sed Godefrid. monstat Celsum eo loco egisse de seruitutibus, & exemplorum esse illustrare regulam non restringere. Rectè autem vterque Aleiat reprehendit qui ibi. n. 2. pro qualiter, contra exemplarium fidem, reponit *aqualiter*. Vocantur & seruitus corpus l. 17. de except. vbi vocula *corpora* sumitur proprie ratione viæ, quod notat *Guib. d. c. 18. n. 10.* e *vide. Gilb. Reg. 2. enant. vlt.* Sic concretum pro abstracto: incertum conditionis, l. 1. c. de pact. recens aditæ hereditatis lib. 31. §. 2. de reb. auct. l. 1. d. Curt. 1. Coniect. ad frat. 47. §. 1. de ser. ruf. vbi *Cuiac. 9. ad Afric. g.* Seruitus omnis est legitima deminutio domini. Duo præstat dominium: 1. Ius libere disponendi. 2. Prohibendi, ne alter inuitus in eare agat. Alterum duorum agitur in seruitute & vel deminuit dominium qua parte tribuit ius disponendi, vel deminuit facultatem prohibendi, ita *Alex. Turan. epist. acad. 4.* h. Multo minus igitur aliud est genus seruitutis, quod (vñ hoc passionis) actionis sensu accipiatur, ceu vult *Bald. in Prolegom. tit. 1. de ser. n. 5.* ex g. si libertas ea lege alicui relicta vt stato tempore lucernam accendat monumento & solennia mortis peragat l. 71. §. 2. de cond. Et dem. Quare nec vera erit seruitus illa, qua rustici coguntur vno molendino vti ad quæstum domini, qui illi pago præest quam nouam & barbaram vocat *Bald. ad §. inter 2. l. de ser. n. i. Hincior. 2. amic. 17.* singularem quandam, abnormem ac quasi spuriam huius seruitutis naturam esse. Et *Vit. 2. var. lect. 2. n. 3.* id esse specialiter introductum contra seruitutis naturam per verba d. l. 6. §. 2. in *proposita specie*. Seruitutis illius Lex hæc: Paries oneri ferendo, vñ nunc est, ita fit d. l. 33. Ergo per se hæc seruitus in patiendo, per consequentiam in faciendo vel nō patiendo, id est, in rescindendo pariete, & nō patiendo illum labi vel ruere *Hot. 2. amic. 17.* Sed hæc ratio, quæ Fulgofij est, & *Corasij ad l. 15. h. t. n. 2.* displicet *Io. Superiori ad l. quoties §. 1. h. t. n. 2.* Et 3. hæc redderit, quia aliàs magis seruiret, qui refectionis sumptus faceret, quam qui onera ferret, quia huic semper paries faceret foret alterius impenfa. 1. Quia ibi tantum contracta obligatio in personam l. Titij cuiusque heredum, à quibus non recedit. *Cui. 24. obs. 22.* & fundus expressus causa designandæ & demonstrandæ solutionis tantum, vid. *Aluar. Val. sc. tur. Empyt. 9. n. 17.* Secus est in contractu censuario (quem iuriciuilli ignocum, puto) quo ius in rem constituitur. m Seruitutum ea natura est vt alicui seruiant, id est, utilitatem adferant. Quemadmodum enim ex parte seruientis debet esse patientia domini, ita ex parte dominantis vsus, seu actio quam alter patitur, neque alterum sine altero esse, aut intelligi potest *Hot. 8. obs. 11.* n. Si ius tale vtile esse possit & vel personis vel prædiis plerumque vsui esse soleat, licet huic vel illi, cui constitutum est, nunc non expediat, *Baro in d. l. 15. Et Duaren. ib.* sufficere si natura sua aliquando vsui esse possit. ¶ Seruitus non valet quæ sua natura inutilis, d. l. 15. aliud si per accidens loci & temporis, quæ alio loco & tempore potest esse utilis, *Hot. 8. obs. 11. Facis.**

l. 5. de Vsf. Aliter Conn. 4. com. 7. n. 3. qui præsentem utilitatem requirit scribit, sed eam non ex veritate, verum animo paciscens nos metiri. ex. g. Ne alius tollat, seruitus constituitur, quamuis si alius tolleret vicinus id commodaret adibus meis. Quod refellit *Io. Superior. ad d. l. 15. num. 3.* & per *l. 5. in fin. de ser. ruf.* & quia alias nec fingi posset casus seruitutis inutiliter constituta. Aliter *Pac. 3. q. 54.* In d. l. 15. non dici simpliciter non valere si domini nihil interfit, sed in iis casibus, quibus nihil peruenit ad prædium dominans, vt in exemplis subiectis, & *Vital. 2. var. lect. 2. n. 11.* quod si aliquid nobis aut prædiis nostris adiciant vtiliter constituta, est viles non fiat per rationem in d. l. 19. adiectam Aliter *Gouean. 1. var. lect. 15.* aliter *Rob. 3. Sent. 14.* vid. Et *Ioan. del Castillo de Vsf. cap. 49. num. 11.* Et seq. *Corasij in rub. h. t. Marc. Lyelama lib. 2. Membran. ecloga 7.*

CAPVT VLTIM.

Seruitutum diuisio.

DE Seruitutibus tria nobis expedienda. Quomodo acquirantur, conseruentur, amittantur, quæ variant pro genere seruitutum. SERUITVTVM DVO GENERA, a PERSONARVM ET RERVM, l. i. h. t. & aliis a verbis eod. sensu in l. 20. §. vltim. de ser. ruf. l. 32. de Vsf. l. 12. de ann. leg. à re cui debetur l. 1. §. 43. de acq. quod. Et est. non quæ debet. Vtramque enim debet prædium b l. 34. de ser. ruf. l. 1. de Vsf. Vtraque, sequitur possessorem l. vna 23. §. 2. de ser. ruf. l. neque 19. Quib. mod. vs. am. Inepta autem Accursij diuisio ad l. 1. hoc tit. e quod a l. i. sit merè personalis, videl. seruatorum, alia merè realis, vt seruitus prædiorum: alia mixta vbi vel res seruitutem debet personæ, vel personæ rei, vt si seruis manumissus ne à monimento recederet l. 71. §. 2. de cond. Et dem. Cuius tria vitia. 1. Confunditur ius personarum & rerum, dum adsciscitur in diuisionem seruitus hominum, quæ non, nisi æquiuoco genere, conuenit nec concinnior diuisio quam si dicas. Taurorum alius mons, alius animal, alius sidus: d [sit sanè hæc diuisio verbi in sua significata, non rei in species vniuocas ex cap. præced.] 2. Nulla est seruitus mixta, siue coniunctim res duas spectes siue singulas per se & seorsim. Dicit enim oporteret in quâ mixtim res & persona seruiret, aut rei & personæ seruiretur. 3. Male dicitur persona rei seruire. Nam in casu d. l. 71. §. 2. constituitur tantum obligatio non seruitus. Ant enim ea esset in persona manumissa, ast hoc negat l. 44. de man. test. aut in re. Ast non potest nisi in re aliena. Liber autem homo alienus non est l. 83. §. 5. vers. nam de his rebus de V. O.

NOTATA.

a Addit. *Bodin. in distrib. iur. vniu. p. 18. 3.* speciem Mixtam, a alio tamen sensu quam quo Dd. Nam tales esse vult Operas, Homagium pro feudo, & Reditus prædiis impositos. Quas b non esse seruitutes ex c. præc. facile conuenit. b *Vult. in pr. l. de ser. n. 6.* ¶ Omnes quidem omnino res, nec tantum seruitutes, personarum causa comparatæ, & quidem principaliter l. 2. de stat. hom. l. 28. §. 1. de Vsf. Sed distinguit personales à realibus, quia illæ cum personæ existunt, hæc secus, sed res ipsas comitantur *Vital. 2. var. 1. lect. n. 5.* ¶ *Tobias Paurmeist. l. 1. de iuris d. c. 28. n. 5.* Rerum Seruitutes dici non quod à prædio dominante habeatur & possideatur, sed quia nō debetur nisi à domino prædij cui imposita. Sicuti in simili actio realis, non quasi detur aduersus rem, sed quia contra personam non ob obligationem, verum quia possidet rem istam, e *Bart. ibid.* quam diuisionem probat *Barth. Cypolla de Seru. verb. c. 1. Et c. 3.* dita & *Duar. ad rub. D. h. t.* Ee eandem diuisionem reprobat *Vital. 2. var. lect. 1.* Acinepre, scribit, Dd. à traditionibus Iuriconsultorum recessisse, qui, quas illi mixtas, personales vocant. Licet autem & alieni serui possit esse vsufr. tamen nec hic seruitus debita personæ à personâ, quæ serui iure Civili nulla, sed rerum appellatione venit. vid. & hæc diuisione *Gomez. 2. resol. 15. num. 1.*

Finis Libri Noni.

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

Seruitus Personæ eiusque species.

PRIMA igitur EST SERUITVS PERSONÆ, debita, id est, quæ alicui data, eius solius causa constituta. Nam & eam quæ prædiorum dicitur, personæ habent per prædium l. 1. com. præd. Quæ diiudicatur ex duorum alterutro 1. Conuentione aperta l. pecoris 4. de ser. ruf. l. 8. §. 3. de lib. leg. a 2. Si nihil conuenit hæc natura seruitutis. Non est personæ, nisi nequeat esse prædij l. 6. de ser. ruf. Notæ ad id 4. Si in remobili constituta; si in prædio, sed ei qui prædium nō habet; si ei qui non vicinum habet prædium; si non prædij nostri vicini causa vel non solius. Exempla in d. l. 6. EIVS GENERA DVO b VSVSFRVCTVS ET VSVS l. 1. de ser. leg. 32. de Vsf. Nam habitatio ac operæ seruorum vsufr. species sunt, vid. *infr. c. 21.* licet earum natura & amissio nonnihil peculiare habeat.

NOTATA.

a Omnes seruitutes prædiales possunt fieri personales, & plures etiam vt in l. 8. de ser. de quo lib. seq. e i. h. t. vid. Et *ibid. c. 8.* non autem vicissim, quia quæ vsui possunt esse rebus, eadem & personis non contra, *Vult. in pr. 1. de Vsf. n. 3.* b Potiores tamen hæc species, non solæ. Nam tot possunt personalium constitui species, quot in vniuersum sunt seruitutum, cum quicquid prodesse potest rebus id & personis, vid. *Vult. in pr. 1. de Vsf. n. 3.* Sed videtur nosser hic reliquas species sub vsu comprehendere velle.

CAPVT II.

Definitio vsufructus.

AVT EX RE vsvi substracta vel natyra, vbi esse desit, INTERITV TOTIVS l. 2. de Vfusfruct. ET MUTATIONE a formæ videl. & a specie interioris l. 5. §. pen. & seqq. *vique ad leg. 13. h. t.* quod fit, vt ex *ad. locis colligere est*, si res in aliud nomen transeat. E. g. Si in ædibus superficies tota corruerit d. l. 5. §. pen. h. t. l. 36. pr. de Vfus. Si ex agro stagnum effec- tum, ex massa scyphus, vel contra l. 10. §. 2. & seq. & §. 5. h. ex balneo cænaeulum, vel contra l. 12. h. Si ex qua- drigâ vnus equus perierit, l. 10. §. vlt. h. Contra si nomen plus res retinet, etsi magna mutatio, vsusfr. non perit. Vt vsusfr. fundi, villa diruta, siue ea fundi sit accessio, siue fundus villæ l. 8. §. 10. pr. h. t. quia fundi nomen manet l. 115. de V. S. **QUAMVIS** POST MUTATIONEM PLERAQVE PARTES MANEANT, tamen nec vllius pertis vsufruct. relinquatur. E. g. ædibus sublati non manet aræ vsufruct. d. l. 5. §. pen. nisi omnium **bona**

bonorum vsusfr. constitutus sit l. 34. §. vlt. de Vfus. Exem- pla quoque in massa d. l. 10. §. 5. h. l. 36. pr. de Vfus. qua- driga d. l. 10. §. vlt. grege, si vlt; eò numerus peruenitur vt grex non intelligatur l. vlt. h. t. id est ad nouem vel pauciora capita l. 3. de abig. in pecoribus l. pen. h. t. Obi. Partis idem ius quod totius, in omni alio iure, pigno- re, l. 29. §. 2. de pig. seruitutibus; l. 20. §. de seru. vrb. grege legato l. 22. de leg. 1. r. Regula vera est, sed prius hoc ef- ficiendum, quod superest toto mutato esse partem. De quo variè statuitur. Si subtilitatè verborum spectes, quam hîc sequimur, non est pars; quia pars dicitur re- latione ad totum, quo soluto, simul etiam partes, si o- pinionem hominũ vulgarè & vsu loquendi est. At eadem vtilitas, quæ in pignore seruitutibus & c. poste- riore, in vsufr. priore interpretationem exigit, ne diuini. inutilis sit proprietatio. Quid si res veteri for- mæ restitatur? Dist. Si res restituta noua est, vsusfr. nõ recipitur, vt in ædificio nauil. 10. §. 1. & §. 7. h. t. Sin eadem quæ verus recipitur. Vt aræ vsusfr. ædificio ex- stinctus, illo destructo l. 36. pr. l. si in aræ 71. de Vfus. c. item si aqua quæ agrum inundauerat, recesserit l. si ager 23. & seq. h. secus est si flumè nouo alueo quaesito agrũ occupauerit l. 24. h. Quid si dominus ipse mutauerit? Idem perit, sed contra eum agitur ex testamento, si res non tradita, sin sic & mutata est opere facto interd. Quod vi aut clam. sin sine opere ex lege Aq. l. §. 5. vlt. & l. §. h. t. l. 11. §. vlt. ad l. Aq. Interdum & de dolo scil. si opus factum consentiente fructuario, sed dolo decepto. argum. l. 8. & seq. l. 20. §. vlt. l. 23. de dolo, a Vel iure occupatione hostili, vbi tamen iure postliminij re- cepta vsusfr. restituitur l. 26. h. t.

NOTATA.

a Siue mutatio fiat simpliciter, vt corruptio, siue secun- dum quid, quæ dicitur alteratio. Vfusfr. enim prædicatur de re sublati subiecto tollitur prædicatum, ait *Cuiac. 5. ad Afric. in l. 36. de Vfus. fufius de hac exinctione vsusfr. tractat 10. del Castillo cap. 72. b* In pignore fauorabilior causa creditoris damnum vitare fatagentis, *Hor. ad §. vlt. l. de Vfus. vid. & Cuiac. 23. obf. 2.* Rationem autem nostri, quam Iasonis esse scribit refellit *Castillo d. c. 72. n. 20.* Quia etiã vsusfr. non ex- stingueretur non ideo inutilis proprietates. cum vsufr. aliis mo- dis finiri possit & c. vbi vide & Aedes est fortè ex iisd. tignis vel cementis restituta, non sunt eadem quæ priores. Acci- dentia ædium eadem esse possunt non substantia. At ædibus de- vltis vel sublati aræ substantia est eadem & aræ eadem numero *Cuiac. 5. ad Afr. in l. 36. vers. contra A. de Vfus.* Quid si ex massa confectum vas iterum redigatur in massam? *Cuiac. d. lo. contra Azonem, negat recipi vsufr. quia massa aræ, quæ semper eadem manfit, non rectè comparatur, Massa con- fecta abiit prior forma & quæ nunc ex vase constitatur alia est. d. ita & Pac. 2. q. 78. P. Bujus ad l. 1. §. 4. & seqq. de dolo n. 5. Sed A. Fab. ad l. 7. §. 5. de dolo act. de dolo esse fructuario, quoties legati nomine interposita stipulatio, de qua tit. *Ve leg. no. cau.* Per illam enim nouari act. ex testamento leg. 8. §. 1. de Nouar. Quare cum actio ex stipulatu non possit sufficere per l. 7. §. 3. de dolo, necesse esse vt detur actio, de dolo alia deficiente.*

CAPVT XIX.

Consolidatio Vfusfructus.

AVT EX CONIUNCTIONE CVM PROPRIETATE *§. finitur 3. l. de vsufr. quæ & confusio dicitur, l. 27. h. t. l. 4. V. quem. cau. consolidatio d. §. 3. l. 3. in fin. de V. accr. 2.* quod solida sic fiat proprietates. Vbi vel fructua- rius consequitur proprietatem, volente domino, si eam vendit. l. 17. l. 27. h. t. inuito si proprietates sub cõditione illi legata, ea eueniente l. 3. §. vlt. *V. quem. cau. vel pro- prietarius vsufr. volente fructuario, si illi cedat §. 3. l. h. n. uolente, si extraneo l. 66. de l. dor.* Licet enim vendi possit vt transeat facultas percipiendi fructus, *vid. supr. c. 8. lit. G.* non tamen cedi vt vsusfr. ipse transferatur. Nã dum cedere vult, hoc animo est primò vt à se dimittat,

deinde vt in alium transferat. Prius illi licet, & propterea amittit vsufr. posterior nequit. Quare quod ceden- do: nihil agi dicitur §. 3. l. h. t. intelligit ratione translationis, aliquid verò agitur ratione dimissionis, quia vsufr. amittit, eumque dominus consequitur. **b** Amittitur autem morte naturali vel ciuili nunquam nisi totus, reliquis modis etiam pro parte l. 14. l. 25. h. t. Hi modi amiffionis soli sunt. Non autem domini mutatio, *neque 19. h. t. e vt mors proprietarij l. 3. C. de Vfus. noxæ deditio l. 17. §. pen. de Vfus. vsucapio vid. l. 5. c. 29. lit. D.* Olim tamen seruo, per quem vsusfr. quaeritur, am- lienato vel etiam parte illius, totus vsusfr. amittebatur *arg. l. 5. §. 1. l. 18. h. t. hodie secus l. inter. 15. l. vlt. C. h. t.*

NOTATA.

a De qua *Castillo de Vfus. c. 71.* Sic autem finito vsufr. pro- prietarius non (vt si morte naturali) potest expellere fructua- rium propria auctoritate, sed contra eum experientia act. negatoria, vel ex cautione de restituenda re præstita. *Tiraq. 11. le mors fait le vif. p. 3. declar. 1. n. 6. & 7.* Num consolidatus ex causa onerosa obuenerit dicatur, an ex lucratua *Ca- stillo d. tr. c. 76. b* Diss. *Hor. in d. §. finitur 3.* quia si nihil agitur, inutilis cessio & ipso iure nulla est. Nec ad proprietatem re- ueritur vsusfr. quia nusquam legitur hæc pœna constituta, & *Baldum ibid. n. 16.* quia in d. l. 66. habetur verò futuri tempo- ris, *reuerfurum*, scil. suo tempore & vbi finitus fuerit, morte nimirum fructuarij non eius cui cessus est. quia nulla hæc ha- betur ratio cessationis. Et graue esset tam acerbe puniri leuem aliquem inanis cessationis conatum, qui effectu caruit. Rectè. Nam & ex ipso d. §. 3. contextu apparet fieri veluti opposi- tionem cessationis domino factæ & eius quæ extraneo. Non igitur idem vtraque operatur. Nec obstat ratio nostri, ani- mus alienandi in cedente. Nam voluit non nisi sub conditione si alter accepturus sit, l. 18. *de vi arm. supr. lib. 5. c. 13. lit. E.* Finis enim illius vel pretium pro cessione accipere vel benefi- cij debitorem acquirere. Quo sine frustratur Obicit Hor- ten. nostro consentiens ad l. 4. de Nouar. Cessio in iure facta proprius modus amittendi vsusfr. 3. *Sent. Pauli 6. §. 27. 32. im. m. d. §. 37.* ex verbis *quoties domino cesseris* argum præbet à contrario pro hac sententia, vid. & *Castillo de Vfus. c. 69. nu. 20. & seqq. c* Nisi venditio fiat à domino, consenti fructua- rij l. 4. §. 12. de doli exc. vid. l. lib. 22. c. 6. *Nicol. Vall. de reb. dub. 17. 10. n. 1. vers. tertio casu.*

CAPVT XX.

Cessio diei in vsufr. legato.

NON TAMEN OMNIS vsusfr. HIS MODIS AMIT- TITVR. EXCIPIUNTVR ENIM I. CIVIS DIES NON CESSIT, qui nec amittitur cap. deminutione l. 1. §. 1. *Quib. mo. v. am. si videl. cap. minutus restitutor be- neficio principis; nec non vtendo l. 28. d. 1. quia ante diem cedentem nec vsusfr. nec actio vsufr. acquiritur.* Ergo nec amittitur l. 208. de R. I. & quia nihil imputari potest, non vtenti, qui nec tunc vii potuit. Morte autè amittitur. Abusue dicitur amittit, quia spes est amiffa eius consequendi, nec petitio ad heredem transit l. 2. & 3. *Quan. di. leg. l. 36. §. 1. de vsufr. & mutatione rei, etsi ea restituta l. 10. §. 1. Quib. mo. v. am.* quia aut nemo super- est, in cuius persona consistat, aut res non exstat, qua fruatur. *Hinc tit. D. Quan. di. v. leg. ced. a* Cuius quaestio- nis vsus hic tantum cum de amittendo vsufr. quaeritur, nõ verò vt in aliâ cessione diei, cum de legato ad heredem transmittendo, quia hoc legatum nunquam transmittitur. Cedit autem hic dies solum cum & ven- nit, l. vn. §. vlt. h. t. id est cum peti potest, l. 213. de V. S. secus quàm in alijs legatis, quia vsusfr. non ante deberi quàm peti potest, cum in facto consistat. **b** Tria igitur tempora, quibus non cedit. 1. Cum hereditas non adita d. l. vn. §. 2. **c** Cum dies nondum venit d. l. vn. §. vlt. que duo vsufr. legati propria. 3. Cum relictus est nõ ex die, sed in dies, menses, annosve singulos. Hic enim plura legata, primi anni purum, sequentium conditionalia **Y 4** **l. 4. de**

l. 4. de ann. leg. Eorum itaque dies non semel cedit, sed per tempora adiecta d. l. v. pr. Huius rei usus est in l. 1. §. vlt. Quib. mo. v. am. Id est si alternis diebus vel mensibus relictus l. §. 1. d. d. l. v. pr. h. t. Hodie tamen ex l. 16. c. de vsufr. eiusmodi vsufr. non vtendo ne quidem in eos annos qui praecesserunt amittitur.

NOTATA

a De hac cessione fufius, Io. del. Castillo quoad controu. de vsufr. c. 8. b quia semper personam requirit, quae vsufui possit, ac sine persona, in qua fundetur, subsistere nequit Vt frui autem nondum licet iacente hereditate, quia dubium, an restam. exitum habiturum Henric. & Sperin. reper. lect. c. 23. aliter Rob. 2. Sent. 26. c. At qui annui legati dies a morte cedit l. 12. §. 3. Quam. di. leg. cu tamen aquae non transferatur ad heredem. Dilectum vnde Sperin. d. c. 23. quia ibi non requiritur factum persona, sed ius ipsum competit etiam ante aditam hereditatem. Cuiac. ita 23. obs. 10. vel quia vsufr. constituitur cum quis frui potest. Non potest autem frui legatarius antequam heres ei cesserit vsufr. vel in fundum inducerit l. 29. de vs. leg. Nec heres potest cedere ante aditionem. Sed huic rationi ait locum esse in legato damnationis, non vindicationis. Vel quia annua legata ex die mortis relictu solent l. 16. l. 18. l. 19. de ann. leg. Et haec mens videtur testatoris vt annus numeretur, a die obitus sui. Quae praesumptio induci nequit in vsufr. Effectus autem hic. Vt vsufr. legato, si post multos annos adeatur hereditas, non debetur vsufr. omnium annorum legatario, sed ex die tantum aditionis. Legatis autem annuis relictis, etsi post multos annos adeatur, omnium praeteritorum annorum, & sic quoque eorum, qui interuenerunt inter obitum & aditionem, praesentationes debeantur, Cuiac. d. lo. vid. de leg. l. 1. de test. ad it. Quam. di. vs. leg. ced.

CAPVT XXI.

Habitatio & Opera seruorum.

2. HABITATIO. Nam & hanc, licet veteribus vsus videretur l. 32. de vsufr. l. 1. de vsu & hab. Iustin. voluit esse pro vsufructu l. 13. c. de vs. [Quae Lexicet de habitatione legata loquatur tamen in fin. cauet vt decisio locum habeat in omnibus modis sic recte Accurs. legit vulgo locis. Incommode, quia de locis non potuit esse dubitatio, de modis potuit & fuit, quibus constitui potest. Hac sup. c. 1. in fin.] ET OPERA SERUORVM [l. 3. & 4. de op. ser. Obi. Immo vsus datus intelligitur l. pen. d. 1. c. 2. Subaudi etiam, non solum vsus est: Non tantum possunt locari opera seruorum l. 3. h. t. Sed etiam ipse, cui relictus sunt, illis vti potest. Natura tamen earum dissimilis in eo quod opera indiuidua l. 1. §. 9. ad l. Falc. hac nos sup. c. 1. in fin. QUAE NON AMITTUNTUR CAETIS DEMINATIONE, NEC NON VTENDO l. 10. de vsu & hab. l. 2. de op. ser. Et hinc vtraque dicantur vsuf. non per omnia imitari l. §. vlt. vs. quem cau. Dissimilitudo nimirum non in acquisitione nec in effectu, sed in amissione. Et ita accip. l. 2. de vsufr. leg. fructuarius non est, cui opera legata, scil. quoad amissionem. Et ratio est, quia in habitatione is vsufr. est, cuius dies per singulos dies cedit. a Constituta enim finis hic vt habitet quando & quadiu sibi commodum esse putabit. Saepem autem non statim expedit habitare, cum multa impedimenta obici possint. Ergo dies non ante cedit quam constiterit velle eum habitare per l. 24. in fin. de op. lib. Facit l. 10. de cap. min. vbi legata annua & mensura item habitationis, in hac amissione, comparantur. Dices. Ac ratio d. l. 10. quia in facto constituit, vsufructui quoque conuenit. b vsufr. ita in facto vt sit etiam in iure, nisi in singulos annos relictus sit. At hoc legatum in facto ita dicitur, quod singulorum dierum sua sint distincta facta, quae quotidie constituuntur & intereunt. In operis seruorum ratio apertior. Cum enim edantur ex arbitrio eius cui debentur, non possunt cedere priusquam indicata,

l. 24. in fin. In his autem hoc amplius quod nec morte amittantur, sed ad heredem transeant l. 2. de vs. leg. quia sunt facta consentientia in persona eorum qui debent, & non quibus debetur: vt habitatio & vsufructus.

NOTATA

a Immo idem dicit nec vsuf. nec vsuf. esse, sed proprium quoddam ius §. pen. l. de vsu & hab. Et habitationem esse ius angustius vsufructu sentit Hor. ad l. 1. l. 13. c. h. r. Idem §. obs. 23. Habitationem nec esse ius aut seruicium, nec actum habitandi, sed locum gratis, vt separatur a mercenaria habitatione, ex qua actio locati, ad tempus, vt discernatur a precario, habitandi causa concessum, per l. 12. Quib. mo. v. am. l. 20. §. Cuiac. d. de vsufr. leg. l. pen. de sup. leg. l. 17. pr. de praes. vera. Habitationem, quae iurifigentum est, non esse iure ciuili confirmatam, ideoque cap. deminutum non amitti; neque non vtendo, quia illa amissio vsufructus ciuilius pars quaedam est. Quia autem cuius locus constitutus est ius habet, quodammodo ius dici possent in d. §. pen. l. de vsu & hab. Idem ad d. §. pen. Habitationem non in dominio, sed obligatione consistere, vt heres testamento damnatus, vel stipulationis reus praestet habitationem. Vnus non nisi in personam ciuilem tranfit, & seruo legatus dominus acquiritur: Habitatione vero constituitur vt homini, vt domino acquiritur l. 9. Quam. di. leg. ced. Idem l. q. 41. pag. 41. 386. Sed lo. del. Castillo de vsufr. n. 18. & seqq. Hostom. in eo quod seruit. esse negat, refellit, eandemque tertiam speciem seruit. personalis, vel, vt ipse vocat, mixtae constituit, Capella de seru. vrb. cap. 6. Sane quod habitatio sit vsuf. nequaquam probat. d. l. 13. Nam duo ibi diuersi casus, 1. Quando habitatio simpliciter legatur, vbi hoc tantum deciditur non vsuf. censeri relictum, sed locationis licentiam esse fructuaria. 2. Quando vsufr. habitationis legatur. Hoc casu verus vsuf. constitutus a diu videl. seu domus. Et ipso enim quod dixit testator vsuf. ostendit se per habitationem intelligere aedes ipsas, alias seruitutem seruitutis constituerit, quae ipsa ratio, opinor, dubium illic mouit. b Sed Cuiac. 7. ad Afric. in l. 37. de vsufr. operas has vsuf. esse negat. 1. quia distincti tituli. 2. Separantur in d. l. 37. 3. Magis accedunt ad vsuf. quia indiuidua 4. Non iidem amittendi modi & Gonae. 1. var. lect. 7. nm. 2. Vsum esse ius personale, non item operas sed illas magis ex re quae eas debet spectari. Hinc esse quod vsuf. cap. demin. pereat, quia persona mutatur. Opera non item vti nec non vtendo, quia etsi non exigo, non tamen eo minus seruis illas debet. Collocatum autem esse, sit de obseru. post titulos de vsufr. propter affinitatem. c Hor. ill. q. 41. nec operas has seruitutes esse per l. 1. de op. ser. quia facti sunt, nec vindicari posse, sed dominum serui ac personali ex contractu ad eas praestandas obligari, ac Coras. in vrb. de seru. num. 26. Et per plures vsuf. & operarum differentias refert, Cuiac. 8. diff. Modest. ad l. 32. de R. V. Vid. & lo. del. Castillo de vsufr. c. 50. c. Gonae. 1. var. lect. 7. n. 1. & ad l. 1. §. 9. ad l. Falc. legit in d. l. 4. pro vsuf. vsufr. quod ita in veteribus manuscriptis reperitur, quod displicet Cuiac. 7. ad Afric. in l. 37. de vsufr. a Male vult in §. pen. l. de vsu & hab. num. 3. nullam esse rationem diuersi. quam quod Rom. ita placuerit. Nec melius ibid. & ad §. vlt. l. de vsufr. n. 1. hoc correctum esse per l. 13. c. de seru. a Cuiac. d. lo. 7. ad Afr. Nomen, ait, operarum ostendit eas spectari ex persona operarij. Ideoque manente eo manent opera in obligatione, cisi creditor non petat, capite minuitur, moriatur.

CAPVT XXII.

Repetitio vsufructus.

3. ET ALII VSUSFRUCTVS interdum, ex REPERTVR vsufr. id est, si iterum legatus sub conditione sit amissus l. 3. pr. & §. 1. l. §. pr. Quib. mo. v. am. Hic enim finitur sola morte d. l. 5. pr. & ne ea quidem si heredibus legauerit d. l. 5. pr. vbi tamen heredes primi intelliguntur l. 14. c. de vsufr. sup. c. 17. & rei mutatione per ea quae sup. x. 20. Repetitio autem vel exprimitur, specialiter aut generaliter d. l. 3. pr. a vel significatur non expressa. Vt si legatus quandiu vitet vel ad tempus, forte decennium d. l. 3. pr. l. 2. §. 1. d. t. vbi tamen & ratio ea, quia seqq. annorum dies non cessat. Est autem & hoc in operis seruorum singulare quod alienatione

repetitio & vsucapione serui amittuntur l. 2. in fin. de vs. leg. non vt vsucapionis, quae ius alienum non mutat l. 44. §. 5. de vsucap. vbi ratio adiecta etiam hic etiam conuenit. Sed quia fit mutatio personae in seruo, eiusque alia fit conditio, murato domino. b Et quia persona serui spectatur ad hoc ne pereant opera morte eius cui debentur d. l. 2. etiam aduersus legatarium spectanda, arg. tit. Quod quisque iur.

NOTATA

a Obs. l. 23. de vs. leg. ex qua probari videtur tunc tantum repetitioni locum esse cum in annos singulos relegatur. Variantes ea l. & interpretationes & correctiones patitur. Cui. 14. obs. 17. & l. not. Merc. 5. pro tunc tantum legit nec tantum Robertus, notato Cuiacio 1. animadu. 5. & l. not. ad Merc. 5. ex vetustis mis ac impressis libris tunc tamen Perron. 2. animadu. 5. nec tamen. Sane grauius argotaris locus, cui an ienior medicina fieri possit nondum liquet. Quid tamen si dicemus verborum: tunc tantum esse huic constitutioni locum, no esse eum sensum quasi repetitio non in aliis legatis, quam quae in singulos annos relictas, fieri possit, sed quod hoc casu plusculum sit dubij, an ipsa relegatione tacite repetitus cessat vsufr. ac per eam a communi natura aliquatenus recessum, ideoque tunc locum esse constitutioni, id est desiderata fuisse Imperat. rescriptum, cum in eo casu, quo testator expressis verbis repetit, ob non dubiam legatus voluntatem, nec princeps adendum fuerit, b Cuiac. 19. obseru. 23. ita: Quia opera constitunt in actu & ministerio serui. Ergo ius dominij sequuntur, quod vsucap. quaesitum est.

CAPVT XXIII.

Ius accresc. in vsufructu.

DVO SVNT AD QVOS AMISSVS VSUF. REDIT. I. PROPRIETARIVS, semper, quando totus finitus est §. vlt. l. h. t. id est; quando vnus fructuarius, vel plures non coniuncti, vel omnes coniuncti amiserunt l. 2. de vs. accr. l. 16. Quib. mod. v. amitt. II. QVI IN EVNDEM VSUF. REDITVM TESTAMENTO a CONIUNCTI, INTER QVOS EST IUS ACCRESCENDI l. 1. pr. & §. interdu. 3. l. 3. pr. h. t. de vsufr. accresc. Cum vero hic QVADAM SINGVLARIA sint, ab alio iure accresc. diuersa, ea nos, communibus omissis, de quibus supra lib. 6. c. 12. & sequent. §. 1. 8. c. 21. strictum percurramus. I. SINGVLARE IN PARTE ACCRESCENTE. Hic enim etiam constitutus & acquisitus vsufr. & postea amissus ius accresc. admittit l. 1. §. 3. h. t. Ex gr. Vt vsufr. duobus legatus est. Vt maxime ambo agnouerint legatum, tamen postquam vnus morte portionem suam amisit, ea accrescit coniuncto. d. §. 3. vbi ratio additur cuius haec sententia est: Tunc est locus iuri accresc. quando altero non concurrente res solida legati intelligitur ei qui agnouit l. 3. pr. h. t. l. 8. o. de leg. 3. Atqui Vt vsufr. etiam quaesitus vtrique & in vno legatario finitus, legatur vtrique in solidum, quia quotidie constituitur & legatur. b Proprietas vero semel quaesita legatur eo solo tempore quo vindicari potest, id est, quo neutri quaesita. Quaesita enim vni, non potest dici legata alteri, quia partibus concursu factis neutri legatur solidum d. l. 8. o. Proprietas rei vnus vna est Vt vsufr. qui in facto fruentis, multiplex & dierum singulorum, ac tot sunt vsufr. quot dies. Singulis enim diebus incepit vti frui posse. Obi. Immo si simpliciter relictus, dies eius semel cedit ac differt a relictis in dies singulos, l. 1. Quam. di. vs. leg. 2. Quia interest in voluntate testatoris, an aperte legatur in dies singulos, vbi is voluit esse plures vsufr. an tacite, ac simpliciter vbi vnum esse voluit. II. IN PERSONA CVI ACCRESCIT. Etiam ei qui non agnouit partem suam, vel amisit l. 10. h. t. c. Vnde non portioni, sed personae accrescere dicitur l. 3. §. 1. de vsufr. Ex gr. Vt vsufr. legatus est A. & B. A. repudiat vel agnitam partem amittit. Deinde & B.

repudiat vel amittit. Pars deficiens B. accrescit A. modo is tunc eo statu sit vt capere possit. Ratio. 1. Quia legatur vtrique in solidum d. l. 1. §. 3. Adhuc igitur amittenti suam partem altera, quam non amisit, legata censetur. 2. Quia cum consistat in facto persona, illa potius, quam res spectatur d. l. 3. §. 1. III. IN MODO CONIUNCTIONIS vbi communia haec: Quod tantum inter eos, quibus idem totius rei vsufr. legatus siue coniunctim siue separatim l. 1. pr. & §. 3. l. 3. pr. h. t. non autem si separatim cuique partis rei, d. l. 1. pr. a Et si coniuncti permixti disinctis, illi vnus personae vice sunt l. 1. §. 1. l. si quis 7. l. 9. h. t. Sed quando coniunctim aut separatim totius, quando separatim cuique partis vsufr. legatus, in eo quaedam propria sunt, quaedam an sint dubitatur. Et coniunctim legati hic idem valet quod alibi l. 7. h. t. item separatim l. 1. §. 3. h. t. Vt tamen proprium hoc quod si alteri proprietatis alteri vsufr. legatur coniuncti sunt l. 3. §. vlt. l. 9. h. t. Item cum initio duobus legatus vsufr. & vni in casum amissionis substitutus ius accresc. saluum manet, perinde ac si alius substitutus l. 3. §. 1. Quib. mod. v. am. Si vero vsufr. A. & B. legato in repetitione non totius, sed pars relegata est B. tum si B. amisit, totum accrescit A. quia ab initio in totum coniunctus. Si vero A. amisit pars vna accrescit B. Altera ad proprietatem redit d. l. 3. §. 2. Quando autem singulis vsufr. partis rei separatim legatus, cessat ius accrescendi l. 1. pr. h. t. quod & aliquando fit paribus non expressis. Vt 1. Si vni legata proprietates, deducto vsufr. Hic si duo sint heredes, apud quos remanet vsufructus inter eos non est ius accresc. l. 1. §. vlt. l. 2. h. t. vbi ratio, quia iam ab initio heredes in hereditariis rebus habent partes aequas, si nulla a testatore expressa. 2. Si vsufr. eiusdem rei duobus legatus singulis ab heredibus singulis l. pen. & vlt. h. t. Q. Vt vsufr. seruo communi legato an domini illius coniuncti, vt inter eos sit ius accrescendi. Neg. l. & Procul. 20. de leg. 2. Quae lex tum quia generalis, tum quia ratio illius probata l. 3. pr. h. t. etiam ad Vsumfr. contra quam alij volunt & periclitant. Nam & hic requiritur vt partes concursu fiant. At domini non faciunt partes concursu, sed habent antea distinctas l. 5. de stip. ser. non semper aequas, concursus exigis, sed dominicas ac saepe dispares. Obiic. Immo pars amittentis ad alterum pertinet l. 1. §. 1. h. t. 2. Non accrescit, sed iure potestatis peruenit, ex regula l. 1. §. 4. l. 9. de stip. ser. g Et ideo dicitur in seq. §. 2. quasi coniunctus, id est, non reuera, sed coniunctionis effectum g habet. Est tamen & differentia. Vt si vno dominorum deliberante seruis manumissus sit portio deficiens postea manumisso acquiratur argum. l. 64. de acq. hered. quaerenda alteri domino, si esset ius accrescendi.

NOTATA

a Aliud in vsufr. inter viuos constituto vt recte contra a Dd. vulgo Cui. ad l. 64. de contr. em. Vsq. lib. 1. de success. creat. §. 10. n. 127. 10. Sueti. lib. 2. de l. accresc. cap. 2. pag. 82. Suetin. de vsufr. accr. pag. 3. & seq. b Duar. l. 1. de l. accr. c. 21. id inde esse, quod constituitur patientia debitoris l. 3. pr. de vsufr. quae tractum temporis habet, ideoque nunquam dici posse omnino acquisitum, & Gomez. 1. resol. 10. n. 41. in vsuf. non fieri plenam ac perfectam acquisitionem, vti in proprietate, sed illam habere causam successiuam. Teneatur, inquit, proprietarius ad patientiam in futurum praestandam, ideoque locus iuri accresc. tanquam in re vel parte non perfecte acquisita. Et Vsq. l. 3. de success. progr. §. 21. n. 51. Vsumfr. reputari quotidie nouum, cum constituitur per patientiam, Quae ratio displicet Roberto 2. Sent. 24. quia patientia hic, vt & in omni seruitute loco traditionis ab initio exigitur, quam semel interuenisse sufficit. Et passim dicitur vsufr. acquisitus, nec certe per patientiam semel quaesitus amittitur, si postea non patitur vsuf. dominus, nisi non vtendo per tempus praestitutum. Nec melius tamen Rob. hic cuiusque diei legato inesse conditionem si viuat

si viuat legatarius, cum nec ultra tempus quo persona subsistit protrahi possit, nec vt annuum legatum, annis distictum sit. Ideo quouis die cedere & quotidie legari. ¶ Immo non nisi semel cedit; nisi repetitus sit vel in annos diesue singulos relictus. *l. 1. pr. Quam di. us. leg. ced. Aliter & iurisdictione Horrens ad l. 1. §. 3. h. t. p. 89. & seq. & Ceteri Vag. d. lo. D. l. distinguere scribit. Vt inter re tantum coniunctos in vsu, sit locus iuri non decresc. si portio collegatario nondum quaesita obueniat; siat acquisita, iuri accresc. Ipse autem d. n. 31. contra Dd priori quoque casu statuit ius accresc. cum I Cti sic vocent *l. 1. §. 3. h. t. Et recte, licet sibi contrarius sit. l. 1. de success. vrom. §. 10. n. 128. & seq. c* Cuius species valde obscura, nec de ea satis liquet. Noster sane exemplum facile ponit, sed generale, nec quod verbi d. l. 10. accommodare possis, nec an ita indist. obtinere debeat dubio magno vacans ¶ *Cuiac. 9. obs. 11. quast. sic tripartito dirimit. 1. Si A. & B. legatus est vsus. & portio A. ei ablata est iudicio, deficiens deinde portio B. non obuenit victori, aut proprietario; sed collegatario A. 2. Si vero A. non vtendo amiserit, aut partis dominij acquisitione, quo casu pars eius obuenit B. tunc B. amittere non accrescit A. sed proprietarius quia in persona A. amplius spectari nequit, qui totus in personam B. recidit. 3. (quam speciem l. 10. constituit.) Si A. lis fuit de vsu non cum possessore, sed alio qui litise obtulit, & sententia secundum illum dicta, hic portio A. sententia amissa, nec acquiritur victori, quia non possidet vsus. nec possessori, quia non linguat; sed accrescit B. quamuis & hic mox partem suam amiserit. Quae ad proprietatem redit, non autem A. accrescit quia is pro fructuario, toto vsu. B. quaesito, haberi nequit. ¶ Sed haec resellere nititur *Suerin. de vs. accresc. pag. 79. & seqq. & contra priorem partem obicit quod si victus A. eius portio coniunctio potius obuenire debeat, ne res inter alios iudic. illi noceat. B. ego pro Cuiacio. At sit aliqua auctoritas rei iudicatae & vis, saltem inter litigantes, necesse est vsu. partem habeat, secundum quem sententia lata. Neque sic vlla parte deterior sit conditio B. quam si vellis nunquam mota, vel pro A. iudicatum fuisset. Quoad 2. falsum putat *Suerin.* quod non vtendo amissus accrescat, de quo postea itemque quod consolidatio det ius accresc. *l. 3. §. vlt. h. t.* Recte hoc. Falsum item quod in persona A. spectari amplius nequeat. Nam & qui totus in vnum recidit, quandoque totus vel pro parte ad alium reuerti potest *l. 6. §. vlt. h. t. l. 1. §. vlt. Quib. mo. vs. am. Recte & hoc opinor.* Quoad 3. obicit. Res inter alios iudic. nec prodesse aliis. Quare sententiam contra A. dictam non parere B. ius accresc. ¶ Male. Nam si hic B. accrescit, non sit id rei iudicatae, sed propter amissionem collegatarij, (tameñ huic causam dedit res iudicata) ex voluntate testatoris. Sic in simili, cap. de minut. amissa pars vsus. accrescit non vi cap. minutionis ne poena vnius lucro efficiat alium, sed voluntate legantis, qui tacite, in hunc & alium quemcumq; amissionis euentum conuinctum quasi substituisse censetur. ¶ Sed tamen & Cuiaciu resellit *Horrens. ad. d. l. 10. quia vult iudicio amillum vsus. non accrescere, quasi nec sit amissus cu hic modus amittendi repetitur 3. Sept. Pauli 6 & quia per sententiam quasi constitutus vsus. declaratur (licet non constituitur.) Quid enim prodesset defensori absolutio &c. Ipse autem neg. adiecta legit. in d. l. 10. non consequitur hoc sensu A. non consequitur eam partem a possessore quam iudicio ipse amisit, sed eam quam B. non vtendo aliterque amisit. ¶ Mira vero est expositio *Suerin. de vs. accresc. p. 50. & seqq.* Is speciem sic ponit: A. & B. legatus est vsus. Diuiso eo A. possidet, amittit, aliis enim si nondum eam adeptus, potius cum herede ageret. Repetitur possessorem incidit in eum quem possessorem falso putat. Lite contestata inter moras iudicij non vtendo amittit A. vsus. Occasio enim amittendi ex lite orta, nec morte vel cap. minutione amittit, quia, vt legitur, partem hanc ipsam amissam a possessore recipit. Sic amissus vsus ad proprietatem redit. Nec enim aut aliis modis, ita & non vtendo amissus accrescit. ¶ Quod 8. rationibus probat. 1. quia haec amissio non fit ratione personae, sed rei se quasi in libertatem vindicantis. 2. Si eamissa pars accresceret vi coniunctionis, vtique si vnus fructuarius, non posset pro parte amittere, contra *l. 14. l. 25. Quib. mod. vs. am.* quia sibi ipsi accresceret. Nemo enim mihi me coniunctior. 3. Alias melior conditio eius qui alteri coniunctus, quam qui solus. Hic enim non vtendo totum amittit. Illius pars si veniet ad coniunctum, illo postea amittente, eadem per ius accresc. recipi posset. 4. Quod hic pars collegatarij amittitur euenit non tantum ex coniuncti, sed & alterius fruendi intermissione Ergo per *l. 1. §. pen. in fi. h. t. 5.* Repetitio vsus. expressa a testatore, non intelligitur de casu tempore finiri *l. 3. Quib. mo. vs.* Minus igitur ius accresc. nitens tacita voluntate 6. Regula quod vsus. in ius accrescat, accip. est de modis quibus ex personae sublatione mutationeue finitur,****

non quibus per se afficitur, quae substantiam vsus. in se consideratam perimunt. Vt non vtendo, item mutatione rei. 7. Ex fruendo cum consistat intermissione fruendi necessario peit. 8. *Fac. arg. l. 18. §. 1. Quam. ser. am. S. d. ad speciem.* ¶ Pendente lite B. suam partem ca. minutione vel morte amittit. Q. An accrescat A. & si A. vicent, an reus ad perditu tantum vsus. renouandum, an etiam ad eum qui accreuit compellatur. Respond Ad solam partem quam amisit A. reus damandus, non etiam ad partem B. quae accreuit. Ratio. Pars enim collegatarij ipsi accrescit. Ideoq; eam A. nouo iudicio petere potest a possessore, ac quia eo nomine nihil amisit, nec reus ipsi tenetur, nisi ad eam solam partem, quae illius dolo culpaue perdit, restituendam Atqui dicitur illam partem a possessore consequi, non ab eo qui liti se obtulit. 2. Quia condemnatus is qui liti se obtulit, cum ad renouandum vsus. pendente iudicio perditu, tenetur *l. pen. §. pen. Si vs. pet. redimere eum a possessore cogitur.* Quod si lis contestata fuisset contra possessorem ea pendente vsus. tempore amissus non esset per *d. §. pen. ibi. alio quidem possidente, quia cum post litem contestatam male fidei possessor sit, iam nomine fructuarij vti frui videtur, cui scilicet fructus restituendos. Accedit quod, vt est in *l. 60. §. 1. de vsu.* aut cauere cogitur, quo casu cautio in locum vsus. interim succedit, aut finire fructuarij frui. ¶ Haec summa est expositio Suerini, arguta verius, quam verae & conuenientis. Vult idem *d. l. 10. magis pertinere ad sit. Si vs. per. per epigraphen, ac l. 5. §. pen. & vlt. d. t. interdictum.* Iuris accresc. mentionem magis sibi ad rationem decisionis, quam ad factum quod principaliter agit, spectare. ¶ Aliam explic. *d. l. 10. habet lo. Suen. l. 1. de l. accresc. c. 4. ¶ Tum enim nulla coniunctio, sed duo diuersi vsus. partibus fundi diuisis. Secus est si vsus. eiusdem fundi legatur A. & B. ex aequis partibus *Suer. de vs. accresc. pag. 7. & 8. vid. n. 1. lib. 7. c. 13. lit. c.* Nulla hic coniunctio ex testamento, sed sola constitutio vsus. *Henric. à Suerin. d. lo. p. 5. per consequentiam tantum.* ¶ Nec inter coheredes potest esse ius accresc. nisi nomine hereditatis, cum requiratur partes similes & cognominae, *Horrens. ad l. 1. §. vlt. & l. 2. h. t. For Suerin. d. lo. pag. 3. & 9. Rob. 2. Sent. 23. Pac. 6. q. 13. Gamez. 1. ref. 10. nu. 40. rationes specialitatis seqq. adferens: 1. Facilius amittitur vsus. morte &c. facilius conferuatur per ius accresc. 2. Relictus seruo communi fundatur in persona dominorum. Proprietas autem prius in seruo subsistit, licet non duret. 3. vsus. est ius valde personale, vnde consideratur persona serui & olim eius morte peribat *l. 18. Quib. mod. vs. am.* Quare repudiante vno domino accrescit alteri, ex persona serui, in quo maior vnitas quam duorum coniunctorum in eadem oratione & sic viuente seruo videtur in eo durare ius & causa acquisitionis vsus. ¶ *Sere Dna. lib. 1. de l. accresc. c. 13. g. ita & Vag. lib. 3. de success. progr. §. 23. n. 48. Castillo de vsu. c. 48. n. 34. Suen. lib. 2. de iure accresc. c. 11. Diff. Gilb. Reg. 2. vnum. 16. putans Celsum d. l. 20. & Vlp. d. l. 1. §. 1. pugnancia scripsisse & Cassianos, ac Proculanos dissentisse, vti & *Horrens. ad d. l. 1. §. 1. pag. 174. & seqq. vbi pag. 176. non defendi posse quod in d. l. 20. partes dominis legatas dicit Celsus, cum tamen nec dominorum, nec partium vlla testatori mentio.*****

C A P V T XXIV.

Seruitus Vfus.

Actenus de vsu. SEQVITVR VSVS, VBI conueniunt I. CONSTITVT IO PR. I. l. x. D. h. t. Hoc inter est quod vsus. pro parte diuisa constitui potest *l. 5. de vs. l. 1. §. 9. ad l. Falc.* Vnus nequit. *l. vsu. par. 19. h. t.* quia positus in nudo facto. Facta autem eiusmodi indiuisa. Vfus. & ipse quidem in facto perceptione fructuu. Sed in fructibus omnis eius utilitas. Qui cum diuidi possint. a Vfus. propter vtilitatem diuisa diuiduus. 2. REMEDIA *l. 17. h. t. 3. AMISSIO *l. 21. h. t. neq; hic iuri accresc. locus, quia partes eius concursu fieri nequeunt. Ius autem DIVERSVM CONSTANS COMMODIS ET ONERIBVS. COMMODO. OMNIA PRATER FRVCTVM *l. 2. h. t.* Vtitur qui rem tractat, comodatarius percipiendae causa, (Vfus enim vtilitatem significat) quae ex ea, pro illius conditione, percipi potest *l. 15. §. 1. de vsu.* Differet vero ab Vfus. 1. Vtendi modo: tantum quantum ad vsu. quotidianum sufficit non ad copendum *l. 12. §. 1. h. t. 2. Iure vtendi. Vendi vsus. locati, gratiue concedi alteri nequit *§. vlt. l. 1. §. 1. l. 12. §. vlt. lib. ratio h. t. c* nisi coniectura alia sit voluntatis testatoris; vel ex conditione***

ditione legatarij, si aurigae equitij vsus relictus *d. l. 12. §. 4. vel genere relictus alias inutilitatis futuri. Vt si vsus fluz nullus, nisi cadatur & vendatur *l. pen. pr. h. t.* forte quia remotior est ab oppido, in quo habitatur vsuarius, ac plurius impendia conuendi illi constituta, quam si domi essent. Ne tamē plus vendat quā quantum satis ad ligna suae familiae necessaria copemenda.*

N O T A T A.

1. Ratio haec genuina & vera, quae habetur in ipsa *l. 19. Et conuenit *Gouern. ad l. 1. §. 9. ad l. Falc. n. 1.* quia ipsi fructus, inquit, quibus vsus. consistit, aded vt & fructus interdū vsus. vocemus diuidui. Reliquae autem seruitutes in solo vsu consistunt, nec vlla praeterca res ius iuris habet, & *P. Grangian. Paradox. c. 7. lo. del Castillo post alios de vsu. c. 31. n. 18. & seq. ¶ Vult. in pr. l. de vsu. n. 17.* Possunt pro parte fructus capere, vti nō possunt re nisi tota. Nam si equo. e. g. vtar, ait, toto vtor non pro parte. Fructus tamen equi diuidi possunt, vt si eū ad qualuis res vti liceret ad certum tantum negociū vtar. ¶ Quod tamen exemplum non aded conueniens puto. Vfus. diuiduitas tum maxime spectatur, cum plures in eiusdem rei vsu. concurrunt. Possunt a. in eadem re indiuisa vsus. partes diuisae a diuersis haberi. Vt A. & B. legatus est vsus. fundi Tusculani. Vt quoque agnoscente legatum habentur primo in vsu. partes indiuisae. Sed postquam a communi diuid. iudicio actum fuerit cautionibus interpositis a communi discendit, *l. 13. §. 3. de vsu. l. 16. prim. Fam. etc. siuntque partes diuisae, fundo nihilominus (diuiduo licet) indiuiso manente. Neque enim res semper ita transigitur vt A. anteriore B. posteriore parte fundi, vtar fruar, sed saepe inter se cauent qualiter fruatur *d. §. 3. alternis forte annis, aliāue ratione, vid. l. 7. §. 10. com. diuid.* Tameñ verò & vsus in fructibus consistat, vt *Hor. obicit ill. q. 20. differim tamen inde quod vsus. coninet omnem omnino vtilitatem, quae ex re percipi potest, vsus autē nudus solos eos fructus, qui necessarii videntur suffic. ¶ Nihil impedit fructus omnes inter plures diuidi. At hoc res non paritur vt plures simul, quisque ad suam necessitatem, & tamen pro parte, re vtar. In vsu. nulla habetur ratio necessitatis fructuarij, sed tantum fructuum, qui quavis ratione ex re obuenire queunt In vsu habetur. Si igitur ex g. equi vsus. legatus duobus. Et qui vsus alteri locari potest, ac pensio inter vtrumque ex aequo diuidi. Sit eiusdem vsus legatus. Hic locari alteri que concedi nequit, sed tantum vsuari ad suam necessitatem vti potest. Quid igitur si eodem die quo vnus alter itidem equo ad negocia, sua familiaria indigeat, Apparet sane eos in vsu concurrere non posse. Nec igitur si a communione discedere velit res ita transigitur, vt in *d. l. 7. §. 10. sed necesse erit vni soli vsu. adiudicari, & alteri in praestationem estimationis partis condemnari. Quod si res pluri vsui sufficiat, eiusdem solidus vsus pluribus copetere potest *l. 7. §. vlt. Comod. E. g. Siluae ample & copiosae vsus tribus relictus est, quae vel pluribus satis lignoru ad rei familiaris vsu. suppeditare possit. Hic legatarij non habent tres partes (diuisas vel indiuisas) vnus vsus, sed pro se quisque vsu. solidū & distinctum. In quo alia differentia vsus ab vsu. Vfus plures vnus rei esse possunt, quia nihil impedit quemque, ex g. tantum arborum cadere quanto indigeat ad necessitatem. Vsum. ne sit nisi vnus Lex naturae efficit cum pugnantiam inuoluat plures in solidum frui, id est, quemque omnem fructum & vtilitatem rei percipere Recte autem noster propter vtilitatem esse diuiduū, ratione scilicet fructuum. Non enim per se & sui natura quatenus vnus est ac seruatus, vt & recte *Covars. ad l. vna 17. de seru. n. 15.* cum diuiduitas sit affectio quantitatis, nec per se conuenire possit, nisi rei corporeae, cumque eodem genere proximo cum seruicibus relictis conueniat, diuiduū verò & indiuiduū ad idem genus proximum reduci nequeant, *l. 23. de vsu. cap. Nec tamen ideo ad diuisiōē tantū fundi seu rei in vsu. traditae est diuiduus quod velle videtur. *Hor. ill. q. 20. quia vsus. partu fundi dici, possit, non pars vsus. fundi, & *P. Greg. in Meth. parua l. 1. c. 6. n. 6.* Nam cum in diuisiōis iudicij diuiduū, itemq; cum per l. Falc. d. minuitur, non ideo fundus aut res fructuarij in plures minuitiores dispartitur. Sed nec ea ratione, quod fructu & vsu constat, vt alterius possit esse fructus, alterius vsus *l. 42. de vsu. vt Gad. ad l. 25. de v. s. n. 18. & de contr. stip. c. 6. concl. 22. nu. 310.* Nam nec tunc fructus sine vsu est, vid. *s. c. 7. lit. A. & vt maxime vsus tunc abesse, est tamē ille vnus idemq; ratio casus. Certē cum pro parte diuisa constituitur, lege Falc. minui dicitur, non hic sensus quod alteri fructus sine vsu legari queat, quod legis Falc. vi vsus. fructu detrahatur. Sicuti nec in iudicij diuisiōis vi vsus, alteri fructus assignatur *d. l. 7. §. 10.* Multo autem minus ideo diuiduus. quod fructuōem vendere extra********

neo possit, ius ipsius vsus. suae personae affixum retinendo, vt *M. Lyelama l. 3. Membri. ecloga. 12.* Nam per venditionem huiusmodi nullae partes, nec diuisae nec indiuisae sunt, sed vnus fructuarius manet qui vendit. Idemque solidum nec immutatum ius vsus. obtinet. Vid. de diuiduū. vsus. praeter dictos, non vno modo variantes *Cuiac. 5. ad Afr. ad l. 17. de vsu. & h. t. Equ. Baro l. 2. de diuisi. & indi. ob l. c. 3. Vacō. 5. declar. 73. n. 9. Gomez. 2. ref. 10. n. 18. Parlat. 1. rer. quot. c. 6. §. 1. ¶ Vfus est necessitatis tantū vsus. etiam voluptatis, vsuarius plus percipere non potest quam ad se & familiā sustentandam pro vitae conditione, vt nec desit quid vel abundet. Fructuarius autem etiam ad lucrum vult in *pr. b. l. h. t. nu. 3. Castillo de vsu. c. 28. n. 12.* Plus licere ei cui legatur quam cui inter viuos constitutus vsus. *P. Fab. ad l. 12. de R. 1. & Quia constituitur vtendo ad stricteam necessitatem. Si vero liceret cedere mutatione personarum conditio domini graueretur. Non enim omnibus idem vtendi modus, eadem temperantia vel abstinentia. *Fopp. ab Alexema 1. dissert. 12. Add. P. Greg. 4. Synt. 2. num. 4. & seqq.***

C A P V T VLTIM.

Potiores Vfus species.

SPECIES VSVS PRACIPVA, quās, exemplo veterum, cum in iis, quid contineant, aliquid dubij incidere possit, attingere libet, h. a. I. ADIVM. ¶ Vt in habitare non vendatur, locentur *§. 2. l. 1. §. 8. h. t.* Licet autem & habitare cū aliis, non tantum domesticis, sed & extraneis, recipere hospitium & inquilinam, modo illi non seorsim habitent *l. 2. 3. 4. 5. 6. 8. h. t.* Quod vix receptum *d. §. 2. id est, agere quod videatur sic vsus aliis concedi. Sed huic dubio occurrit in *l. 12. §. pen. h. t.* Concessio enim ad commodum vsuarij refertur. Ne tamen recipiat cum quibus honeste habitare nequit *l. 7. h. t.* ex natura vsus, in quo non est nisi quod vnti comodum, quale non est quod inhonestū *l. 125. in fin. de v. s.* Potest & dominum prohibere vsu earum partium, quae vacabunt, etsi ipse non totas occupet. *pen. §. 1. h. t. vbi ratio.* Vtenti igitur inter vsu. & vsu. nihil interest, cum post vsu. nihil fructuū nomine superfit. Eadem causa nauis, vehiculi & aliarum rerum quarū fructus in vsu. *§. vlt. Commod. 2. FVNDI vsus positus, aut in partibus tenendis, & non possunt fructibus ferendis destinata *l. 15. §. 1. l. 11. h. t.* alij vsui paratae possunt, vt villa. *l. 10. §. vlt. l. 12. pr. vbi hoc declaratur.* Praetorium, si eius vsus nominatur *l. 12. pr. h. t.* cella vinaria & olearia *d. §. vlt. in fin.* & habet ius deambulandi *d. l. 12. §. 1.* Aut in fructibus percipiendis & obtinuit vti liceret lignis, pomis, oleribus, floribus &c. Sed & oleis: sic legendum, in *d. §. 1. non vt vulgò folijs & oleo, frumentis, & frugibus, sed quantum ad victum sufficiat, sibi suisque *d. §. 1. quod, pro conditione personae *l. 15. §. 2. de vsu.* a iudice aestimandum, etiam cum hospitibus dum tamen in villa. *d. §. 1.* Nec necesse est sumere singulis diebus, sed potest ex penu, quod in annum sufficiat capere, etsi eo modo fructus consumantur, *l. 15. pr. h. t.* Sed haec ita nisi vsui modum praestiterit testator, quem egedi non licet per *l. 21. h. t. 3. PECORVM.* Hic aut in operis & omnis, vid. *l. 12. §. 3. & 4. h. t.* aut in iis quae nascuntur & egeruntur, & vti licet ad stercoreandum agrum, nō agnis, lanā, nec lacte nisi modico *§. 4. l. 12. §. 2. h. t.* Discrimē inter fructus fundi & pecorum inde. Illi pars fundi sunt, & qui illis vtitur fundo ipso vtitur, pro condione ad quam ea res parata. Factus autem editus pars non est, nec illius vsus relictus. Lanā nullus vsus vtilana est. Neta enim & texta lata esse definit. Lacte vt lacte vti possumus & ideo licet, modico tamen, tanquam lacte, non vt caseum aut butyrum conficiat. Ad stercoreandum autem vti licet, sic in in agrū educatur vt illic stabulentur ac pinguefaciant agrum. stercore autem alibi egesto, cum non magis pars pecorum sit, vti non licebit. 4. SERVOVM, c. Hic tunc in operis, omnibus, *l. 21. §. vlt. h. t.* sed secundum illius condi-****

conditionem l. 15. §. 1. de vstif. rum in acquisitis per eum. Quæ si ex operis suis quæsiuit, domino; si ex re aut in re vsuarij, ipsi quaruntur l. 14. pr. l. 16. §. vlt. l. 20. h. t. ONERA VSVARIJ. Satisfactio eadem l. 5. §. 1. vs. quem. cau. & præstatio l. 15. in fi. pen. §. vlt. h. t. In tributis &c. itemq; impenis refectionis disting. est. Si omnis fructus vsuarij ad eum spectant, sin dominii, ad illum, sin vtriusque ad vtrumq; pro rata d. si domus 18. h. t.

NOTATA.

a Vtus ædium qui differat ab habitatione, vid. Hor. ik. q. 41. & 3. obs. 23. P. Gro. 4. Syn. 2. n. 10. & seq. si vstif. relicta cur non vsuf. sed vsus relictus in l. 10. §. 1. h. t. vid. Ran. 2. var. 12. P. Perren. 2. animadu. & var. l. 3. b ita & emendat Cuiac. 9. obs. 37. cum iniquum sit non vti foliis licere vel hyme alédo pecori vel foliis arundinum vineis illigandis. f. Forner. 2. de h. t. 1. intelligit per folia vnguenti ex foliis confecta sue ad oblectationem sine ad valerudinem. Quod refellit Cuiac. d. c. 37. quia de his quæ fundus fert, hic agitur non de illis quæ nobis ipsi conficimus f. Gilb. Reg. 1. emant. 9. vulgaria folia intelligit, ratione reddita, quia plerq; arbores illis spoliatae moventur, maxime si vitidia folia excutiatur. Incongruè. Quid enim si sponte arbores se illis denudant, aut si ventorum deiecta. Non de excutendis foliis agitur, sed vsu excussorū. f. Ran. Com. 4. rationem in eo ponit quod folia non ad vsum fundi, sed ad opera rustica referenda sunt, quia illis pecora ali solita, Colum. l. 5. de re rust. c. 5. Atqui vsuarius impedimento esse nequit operibus rusticis l. 11. h. t. Cui accedere malo, quam cum Conano, & alio viro Clariffi cui plurimum aliis, & merito, tribuo legere doliis. Loquitur enim d. §. 1. de fructibus & commodis quæ ex re percipiuntur, quæ & quatenus tribuenda sunt vsuario. Inter quæ quis referat doliis. Quis dicit, vel quam aptè, sumpturum vsuarii (restingitur enim mox Neruz sententia) ex doliis, quod ad vctum sufficiat. Concedit, vir ille Clar, non debere legi foliis, quia folia fructibus industrialibus non rectè iungantur. At, inquam, incommodius oleo & frumento iunguntur doliis, quæ fructus planè non sunt, sed vasa & instrumenta. Denique vsuarii fundi doliis omnino, & solus vti potest, per l. 10. §. vlt. in fi. h. t. Nec quia folia fructus industrialis non sunt, ideo minus aptè iunguntur oleo & frumento, cum in proposito cum illis ex alia ratione in eadem causa sint. c Vtus serui quid ab operis seruorum differat, vid. Hor. in §. pen. 1. h. t. Vtus serui refertur ad vsuarii eiusque morte finitur. Vtus constituitur personæ, operæ homini & cuius exhiberi possunt per l. 9. de op. l. &c. Adde P. Greg. 4. Syn. 1. n. 14. & 2. seqq. Finilibr. Decimi.

LIBER VNDECIMVS.

CAPVT I.

Seruitus prædij eiusque causse.

SEQUITVR SERVITVS RERV, quæ & prædiorum, non tam quod vtrinq; prædia exigat, quam quod prædiis debetur, seu datur l. 1. §. & datur 43. de acq. quotid. Nam & in singulari seruitus prædij l. 32. de vstif. l. 4. rust. præd. Est quæ alieno prædio, ad vicini prædij solius vsum perpetuum, imposta CAVSÆ HIC æquè spectari possunt 4. 1. MATERIA Res solida est, prædia vrbana vel rustica vtrinq; l. 1. com. præd. §. ideo 3. l. h. t. In quo differat à seru. personæ. Nam si in re mobili constituat, quamuis prædij causâ, non est seruitus realis a E. g. Legatus est vsus iumentorum, vt in fundo tantum meo opus rusticum facerem, est seruit. personæ, itemque si cessisti mihi ius pascendi pecoris in fundo tuo l. 4. & 5. Rust. Præd. b quia hic non prædij causâ, illic est causâ prædij, non tamen à prædio debetur. Et ratio quia hæc seruit. perpetuum vsum exigunt, vid. c. 3. quem res mobiles non præstant, vt in dictis exemplis iumenta & pecora facile subduci & perimari possunt. II. FINIS VTLITAS PRÆDII DOMINANTIS, l. 15. h. t. Ea duo requirit: 1. vt eius causâ constituta sit, & meliorem causam illius faciat l. 38. V. P. l. 6. §. 1. P. R. saltem quoad amonitât l. 3. de acq. quotid. Hinc vt pomum decerpere, spatiaxi, cœnare in alieno liceat, non est seruitus prædij, cum nihil inde ad vtilitatem prædij referri possit. Nec refert quod ob id præ-

dij valor augeri videatur vt pluris vendi possit. Nã ita pluris venire posset si hæc iura in fundo quæsiuit. At hoc ipsum est in quæstione. Deinde præterium tum percipitur, cum prædium non amplius habetur, sed traditur vel in eo vt tradi debeat. c Est tamen seruitus personæ arg. l. 2. 1. de vsu & habit. Seruitutis enim vox in specie, & per excellentiam significat realem l. 2. l. 4. h. t. l. 5. & seq. R. P. l. 2. seru. vind. §. vlt. 1. de vsu & habit. d 2. Vt solius, id est, non vltra quàm quatenus ad id opus l. 5. in fin. R. P. Quod si & extra fundum insuper ad nostrâ vtilitatem aliquid in alieno liceat seruitus personæ l. 4. & 2. seqq. R. P.

NOTATA.

a Hinc Dd. nauit, cum res mobilis veniscatur, l. 1. §. 7. de vi arm. l. 20. §. pen. Quod vi aut clam. seruit. Imponi non posse, Padilla ad l. 1. c. h. t. n. 12. Quamquã si maxime iure rei immobilis ac prædij etiã vrbani censetur, aliã tamen descent. vt vicinitas prædij dominantis &c. b Et itra igitur venandi in alieno, hauriendi aquam ex puteo, ligna cædendi & similia, quæ seruit. innominatæ à quibusd. vocantur, non sunt seruit. reales, Tob. Paurmeiff. l. 1. de iurisd. c. 18. n. 8. licet ius venandi Gail. 2. obs. 66. n. 2. ex notissima Germaniæ consuetudine supremi tribunalis sententia confirmata, seruitutem prædialem haberi testetur. c To. Superior ad d. l. 8. quod plaris vcti possit, fundus, id quia extra fundum sit ac remotius non spectari. In seruit. enim hæc non quoquomodo interesse prædij debere nec secundi quid, sed principaliter. d ita & Hor. 8. obs. 20. Duar. ad d. l. 8. (ipst 7. quia seruit. reales perpetuum vsum & continuam causam requirât, & ferè Forner. 2. de l. 18. c. 18. c. in vrb. h. t. genus ad speciem reuocari pro subiecto argumento vult Baro ibid. Qui tamen ad §. 3. l. h. t. accipit d. l. 8. de loco alieno ratione constitutis seruitutem, vt sit sensus: Neminem in alieno, sed in suo seruit. imponere debere. Quæ non probo. Sic enim dubitatio leuissima, & cui speciatim diceretur, quod generatim & perpetuo verum, f. Cuiac. 24. obs. 22. contendit nec seru. personales, sic constitui posse, quod nec vsui nec vsuf. similis sit sed conuentionem huiusmodi venditioni fortè rei adiectam iustam esse ac obligat. parere arg. l. 12. de ann. leg. & 10. Superior ad d. l. 8. (ipst 7. n. 2. Vital. 2. var. l. 2. n. 13. & seqq. ac Busius, ad d. l. 8. f. Sed quis dicit aquæ haustu vsui vel fructui similem, qui tamen quandoque seruitus personalis vt & ius gestandi in alieno l. 14. vlt. de ali. leg. Hor. de c. 20. f. Zafin Parat. h. t. n. 2. vocat hæc seruit. ignominem & anomalem seu irregularem. Capolla de seru. vrb. c. 2. n. 12. non esse seruit. hanc personalem, sed aliud ius personale illi affine, quod reprobat Covas. ad d. l. 8. n. 9. & 10. qui & n. 8. ideo hic seruitutem realem non esse, quia prædium cui deberetur, non nominatum.

CAPVT II.

Vicinitas prædiorum.

3. FORMA (de 4. vid. infr. c. 9.) Facultas vtædi perpetua QUÆ EXIGIT. PRÆDIA VICINIA VTRINQUE l. 5. R. P. l. Meli 14. §. vlt. de alim. leg. id est, ad coniuncta continentia, aut distincta quidem, sed eo loco intermedio, qui vsus, nec in totum l. 9. §. vlt. R. P. nec ex parte impediatur, a vt in l. vlt. d. l. vbi si intermedium flumen, quod non nisi pontonibus traici potest, via constitui nequit, quia cum pontones non semper ad manū sint, non licet ire quoties libet vel expedire. Sed quæ loca intermedia interrumpunt vsum? Si nihil in intermedio facere necesse est, nõ impeditur vsus. Vt in seruit. prospere cui officiat, si ædes intermediae depreste l. 4. in fin. l. 5. l. 6. pr. si seru. vind. l. 7. §. 1. com. præd. licet is locus publicus l. 1. V. P. l. 17. §. 2. de acq. vl. arc. vel sacer aut religiosus arg. d. l. 17. §. pe. in fi. Sin necesse est, dist. At meus est is locus ac nõ impedit d. l. 17. §. pe. aut alienus & impedit, nisi per eū quoq; mihi seru. l. 9. §. vlt. l. 17. 31. in fin. R. P. l. 8. §. 5. si seru. vind. b Idè est si sacer vel religiosus d. l. 17. §. pe. & l. 14. §. vlt. hoc tu. Publici loci causâ disp. c Edificare & immittere in illū aliquid non licet, nec quicquam postum habere, quo vsui officiat l. 2. Nequid in loc. publ. Ite autè agere per illum cuius licet. Idcirco iter, actum viã & similes non impedit, impedit autem immittedi, protegèdi & similes seruitutes, quia calum liberū esse debet d. l. 1. V. P. Vt & aquæ ductum l. 14. §. vlt. d

vt. h. t. quia eo facilè viã publica corrumpi potest. c Flumen publicum. si pontem habeat aut vado transfiri possit, seruit. non impedit, quia paratus traiectus l. vlt. pr. R. P. Quod si pontonibus traiciatur impedit ita si dominanti & seruitenti prædio interiectum sit. Secus si inter plura, plurium vel eiusdè domini prædia interueniat d. l. vlt. Vt cessisti mihi viam à meo fundo per tuum vsque ad flumen, quod pontonibus traicitur. A flumine rursus per tuum citiorem vsque ad alium fundum meum. Valer seruitus, quia vna est via per plures fundos l. 18. R. P. Licet igitur non semper, ob non paratum traiectum, viã tota vti possim, tamen, quia quoties libet, saltem via ista vsque ad flumen vti possum, per id tota seruitus retinetur, quæ & retineretur et si viã illa per fundum vteriore, ex altera parte fluminis, planè non vterer d. l. 18. f Hinc si inter meum & tuum fundum lacus perpetuus, iter mihi per fundum; & per lacum nauigandi seruitutem cedere potes l. vlt. 23. §. 1. R. P. Impedit autem locus intermedius seruit. quamdiu obstaculum durat. Quo remoto conualescit seruitus l. 7. §. 1. com. præd.

NOTATA.

a Nec differ. est hic inter seruit. vrbana & rustica, quasi in his vicinitas prædij dominantis & seruitentis requiratur, in illis non item, vt To Sup. ad l. 3. h. t. n. 3. & Vlt. in pr. l. h. t. n. 12. & seq. nec simpliciter interesse prædia intermedia publica sint, an priuata, vt ferè Cor ad l. 14. §. vlt. h. t. n. 3. & 4. sed in eo consistit, in prædium interiectum impediatur venire vtilitatem de vno ad aliud Capolla de seru. vrb. c. 18. n. 2. Duar. ad d. l. 14. §. vlt. b Si tamen inter meum & tuum fundum, prædium Caij medium, & per viam publicam possit ex tuo in meum iri, rectè constituetur seruitus, vt post Baro in l. 7. §. vlt. R. P. Cor. ad l. 14. §. vlt. h. t. n. 5. quia & tunc per fundum Caij nihil fieri necesse est. c Quia loca sacra & religiosa vsibus humanis penitus exempta; Publica non item, sed vsibus omnium, secundum eorum naturam scilicet in seruiant, Cor. ad d. §. vlt. n. 16. d Nam si inter ædes nostras via intercedat, tpe ex ædib. meis in tuas immisã vti que contegetur solum publicum, Cora. d. l. 10. n. 5. e Adde quod tuum in medio loco publico exstrui necessum esset vt de tuo in meum fundum aqua ducatur Coraf. f d. n. 5. f Hæc veteri d. l. vlt. explicatio. Conuenit Duar. ibid. Aliter Gouea. 1. var. l. 36. multi fariam d. l. vlt. corrigens dum, pro alioquin atquin pro sed sedet, pro idem iuris, id iuris reponit, ac in fine l. inter illa verba, quamuis inter negatiuam voc. non intencit.

CAPVT III.

Causa seruitutum perpetua.

ET CAUSSAM PERPETVAM l. foramen 28. V. P. a Causa hic significat rem quæ seruituti occasione præbet, siue cuius causâ ea quæritur, quæ duplex, vel cuius arcendæ, vt in stillicidio est aqua pluuia, vel cuius habendæ gratiã seruitus constituta vt in aquaductu aqua quæ ducitur. Perpetua verò est, quæ vel ex naturali causâ oritur d. l. 28. siue sit pereennis vt aqua fontis in aquaductu l. 1. §. 4. de fonte, siue non vt aqua pluuia in stillicidio d. l. 28. quia non quid fiat, sed quid naturã fieri possit, spectatur, b vel si manu fit, ita demum si eius habendæ causâ prædium dominantis eiusve pars parata. Hinc fumi emittendi seruitus vera l. 5. §. 5. si seru. vrb. quia caminus & fornax habetur, vt aut ignem perpetuum habeant aut semper ad habendum parata sint. Vbi verò neutrum horū, causâ non est perpetua. E. g. Foramen in pariete pauimenti produendi causâ si manu iniiciatur aqua; item aquaductus ex lacu & stagno, quæ viam aquam non continent d. l. 28. l. 1. §. 4. de fonte. Quod si igitur huiusmodi ius constituat erit seruitus personæ non prædij. Hinc vetus Quæstio, An aquæ ex castello ducendæ, item per totam ex flumine publ. tollendæ vel hauriendæ seruitutes esse possint? Quod tadem obrinuit l. 9. R. P. l. 2. com. præd. Non enim c castellum, c quod, vt receptaculum aquam publ. sulci-

piens l. 1. §. 39. de acq. quotid. aquam non gignit, in quo ratio dubit. d spectamus, sed ipsam aquam quæ inde ducitur & perpetua est ex fonte perpetuo. Tres tamen sunt species, quæ primã facie causas perpetuas non habere videntur: habent tamen. Vt ius cloacæ immittendæ. Nam cloaca nõ est quoduis foramen ad sordes exciendâ, sed locus cuius aquam de celo cadentè excipiens, quæ vna secū colluuiet domus auferat per l. 1. §. 4. de cloac. Neque enim colluuiet fluit, nisi sordes aquæ collectæ sint. Et cloaca dicta quasi colluaca, quæ sua sponte aquã pluuiã aliã ve perpetua decurrente colluat. Fumi immittendi, de quã antea dictū. & per lacum priuati nauigandi, l. 23. §. 1. R. P. c quia lacus est ad aquæ ductum vel aquahautū perpetua causam nõ habet, ad nauigandū tamen habet; Nec enim periculū ne exhauriatur aut minuatur. Non autè requiritur vsus re ipsa perpetuus, modo natura rerum quæ seruituti causam præbent, talis esse possit. Nam & aquæ ductus ex. gr. constitui potest vt liceat estate tantum ducere, vel certo mense, noctu, interdiu l. 7. Quom. seru. am. l. 2. de acq. quot.

NOTATA.

a Quam omnes seruit. requirere etiam, & rectè, volunt Io. Superior ad l. 14. (ipst 12.) pr. h. i. Coraf. ibid. n. 3. & 4. (vbi Longonall. ad l. 3. de iurisd. omnes seruit. esse continuas ratione causâ, & discontinuas ratione possessionis contentendis opinionem refert, a quo ex parte recedit n. 5.) Duar. ad d. l. 18. V. P. Cuiac. 11. obs. 3. Dist. vulgo Dd. ref. Coraf. d. l. 10. n. 1. quos sequitur Capolla de seru. vrb. c. 19. n. 2. & 3. tradentes seruitutes alias habere causam continuam siue perpetuam, quæ semper in vsu est actu & potentia; vt aquæ ductus, ius altius non tollendū; alias quasi continuam, quæ semper potentia adest, licet non semper actu: vt Seru. stillicidij. Nam nec hic requiri factū hominis ad vsum, licet, vti & in priori specie, requiratur ad constitutionem, & apta est semper vsum recipere ex operatione naturæ, sine operâ hominis; alia discontinuam, quæ nec potentia semper in vsu, sed requirit intermissionem, ob necessarium in eâ factum hominis. Vt iter, actus, &c. Sed malè confundunt causam cum possessione vid. j. c. 11. f Hor. 4. obs. 2. alias habere continuam possessionem quæ in superficie sunt, alias intermissionem quæ in sola consistunt, b Cui. 11. obs. 3. b Causa perpetua, inquit, non est cõtinua assidua, sed naturalis. Quod enim naturaliter fit, videtur perpetuum, est non fiat assidua, Aristot. li. c. poster. anal. c. 7. propterea quod natura causâ certa & perpetua est. Eorum verò quæ manu nostrã sunt lex nec certa nec perpetua vid. & Parador. 1. rer. quotid. l. 8. n. 13. & seq. c quo aqua per rotam hausta infunditur Hor. 1. amic. 16. Sic dictū propter locum circumdatum ad modum castelli, vbi cõgregatur & vnde ducitur aqua Capolla de seru. vrb. cap. 49. n. 2. d vid. Cuiac. 3. ob. 28. Hor. 1. amic. 15. Lind. d. Vital. 2. var. l. 3. c vid. Goed. ad l. 12. de V. S. num. 3. & 4. e

CAPVT IV.

Seruitutes vrbana prioris generis.

SERVITVTVM HARVM DVO GENERA. Quæ diuisio conducit. 1. Vt norimus quæ & quot sint seru. prædiales. 2. Vt cognoscatur cuiusque vsus a & vtilitas. 3. a ad explicationem iuris de amissione, quæ fit non vtendo in quo variant. Vrbana & rusticorum prædiorum. Vrbana prædia in vsu iuris sunt edificia omnia, et si ruri ac in villã l. vrbana 198. de V. S. §. 1. l. h. t. b stabula vel alia meritotia, quia ea locus facit nõ materia, id est, lapides ligna & quæ struendis faciunt edificia. c Econtrario igitur Rustica sunt loca edificia vacua etiã in vrbe l. fundi c 21. l. de V. S. [Nam quæ in villis vrbana dicuntur, quia ad imitationem & vsum vrbani facta, id est, habitandi causâ, & vt incolantur, relictis quam mancipia, quæ ex genere seruiendi & opere rustico vel vrbano, rustica vel vrbana vocantur l. 166. de V. S. Quod sit ex destm. domini, non rei naturã ac sine. Neque enim serui operis rustici causâ nascuntur. Obi. immo stabula negat. Neratius esse vrbana prædia l. 4. §. 1. In quib. ca. pig. re. quidam accipiunt d. l. 198. de stabulis hospites recipiendū causâ paratis d. l. 4. §. 1. de iis quæ gregum stabulandorum. Malè d. 1. quia indefinita vtriusque stabulorum mentio. 2. Stabulum & stabulatio, ex proprietate & communi vsu, conueniunt brutis.

altitud. habere potest l. 12. h. t. qui alteram debet, nequit l. 17. h. t. (tameñ ad hoc *Br. d. loc. distinguat inter viridaria d. l. 12. id est, loca herbis, ac plantis confita, & arborum positionem d. l. 17.) Et facit vocula maximè d. l. 4. Nec sequitur. Qui luminibus officere nequit, is nec altius tollere d. l. 4. quod per hoc obscurantur lumina. Ergo & vicissim quia vna prohibitio est generalis, altera specialis. Vid. Cor. ad l. 1. de ser. nu. 27. & 9. seqq. b. ita *Br. d. loc. 2. aff. 5. Andr. Gerhardi ex lust. decade 5. q. 2. Diff. diuersimodè Cui. 1. obs. 4. Hor. 2. amic. 4. Rob. 4. Sent. 7. Qui luminum debet seruiturum inquit hic, tenetur ita excipere fenestram, aliamve aperturam lucis intronittenda causâ, in pariete versus aedes fieri patiatur, & quibus cælum conspici, lux excipi possit l. 16. h. t. Qui verò seruit. debet ne lumin. offic. non cogitur pati immitti fenestram nouam, aperturamve aliam fieri, sed ne quid faciat quo lumina iam immissa obscurantur l. 3. l. 15. h. t. Et ita plus tribuit seruituti luminum, contra quam Dd. vulgè & *Capolla de ser. urb. c. 35. num. 1. qui volunt luminum seruitute imponi strâ perimitti alioiorem exstructionem, per quam fenestræ plures ædificij dominantis obstruantur, modo vna relinquatur ex qua factis lucis ad necessitatem haberi possit. Quod reprobat Coraf. alio modo hæc distinguens ad l. 1. de ser. nu. 24. & seq. Diff. & A. Fab. 19. Coni. 15. pag. m. 55. Pleniùs de his seruitutibus *Capolla d. c. 35. & seq. e* Sed phrasim non ita absurdam, quæ vel per archaismum vel per leuem elliptin sabaudiam saluati potest. Simileſque legendo passim occurrunt. imò duriores quædam; de quibus *Briff. in Paver. d. Cui. 1. obs. 1. scribens hanc seruitute. vocari fenestram, à Cato 2. Inst. 1. §. 5. Sed verior opinio nostri, quæ & vulgaris, vid. *Capolla de ser. urb. c. 62. n. 1. Gomez. ad l. Tauri 46. num. 7. (vbi hoc procedere putat esse per tempus memoriâ prius seruitutibus nulla ibi fuisset fenestra, modo vicia non ante prohibuerit, & ex illa prohibitione 10. vel 20. anni præterierint. Tunc enim quæſita seruitus fenestræ non patienda, qualis & constitui potest *Capolla d. loc. num. 2.)* & probant *Hor. 2. amic. 31. ac Char. 1. verif. 5. Certè Flarmonop. lib. 2. Promptuarij 1. 4. p. 131. & seq. curiosos ac inuidos vocat, qui prohibere nituntur, ne vicino in ædes suas pateat aspectus. Nec enim ill. caueri, nec ex veterum ædificiorum ratione colligi quod veteres hanc iniuriam putarint. Nec obſt. locus Caij qui per fenestras significat seruit. luminum, cui coniunctum est ius fenestræ immittendæ & habendæ, sed ita ne vicino, ædificando aliare ratione eam obstruere liceat, nisi malis intelligere ius fenestræ patietur non meo, sed vicini aut vniuersæ communi immittendi, arg. l. 8. C. de ser. quomodo & seruit. luminum non improbabili ter accipit *Hemming. Pveguer. disput. Inst. 5. in Auctuario e* idque eo magis quod visio non emissione radiorum, ut *Plato in Timæo Galen. lib. 7. de plac. phil. & lib. 10. de visu part. Latant. lib. de opif. Dei c. 8. Macrobi. 7. Saturnalia 4. voluere, quorum opinio dudum explosa, sed receptione specierum fiat. *Aristot. lib. 2. de animâ tex. 67. & 74. & c. 12. tex. 121. & lib. 3. c. 1. 2. 3. & lib. de sensu & sensib. c. 2. Zab. lib. 2. de visu c. 4. & passim Scal. ex 325. sect. 5. Fern. lib. 6. Physiol. c. 10. Comimbvic. in 2. Arist. de animâ qu. 5. Andr. Laur. lib. 4. hist. anatom. c. 16. & lib. 11. q. 1. f. rectè. Nisi in eo esset decisionis ratio, quorum de patere communi responderet, quod obtineret in quouis. f. *Cui. 1. obs. 31. d. l. 40. emendans, pro communi legendum vul. cæco, quia & Harmonop. τὸ φλοῖ τοῦ οὐνοῦ vertat, & *Virg. 5. Aen. patietes cæcos vocat, fenestris carentes. Largior hoc, Nam & noctem cæcam & cæcum morbum, cæcosque animi recessus legimus, *Goel. li. 2. contr. Gram. exerc. 67. Num ideo vſitata scriptura, nihil absurdum continens mutanda. Superfluum certè ephiteton esset cæci. Et quid si partes non cæcus, sed aliquas fenestras habens, forte in publ. vel aliterius aream tendentes, num ideo diuersum obtinebit in eo, aliâ ex parte, qua prospici possit in vicini aream, aperiendo. f. *Denique, ut *Hor. 2. amic. 31. Si partes plurimum communis, certum est ab vno aperiiri non posse l. 8. l. 26. h. t. magisque sitotus alienus. Quod si totus meus quid dubij quia aperire possim, quem totum iure possum euertere. g* Quam vnam esse seruit. etiam *Rob. 4. Sent. 7. per l. 12. & l. 15. h. t. & esse ius quo licet in patientia loca liberè prospicere, vt seruitenti prædij domino non liceat quidquam agere quo id impediatur. Diff. *Capolla de ser. urb. cap. 33. & seqq. Coraf. ad l. 1. de ser. nu. 37. & seqq. f. Interdum & prospectui officere non licet nulla const. seruitute, vt prospectui maris è domo intra 100. pedes, *Nov. 63. Rob. d. loc. Rectè verò *Ioseph. Castalio decade 7. obs. in Criticis c. 6. refellit eos (quid enim quidam comminisci non audent) qui apud Rom. luminum tantum causa fenestras parietibus inditas fuisse censent, non in prospiciendi vsum ex illo *Horatij 3. Od. 6. Nec in vias sub cantu querulæ despice tibie, &c. aliisque pluribus locis h* Res hæc difficilis admodum expeditu, in****************

qua multum variant & se torquent interp. Sanè absona est eorum acceptio qui hac seruit. id agi sentiant vt vicinus compellatur aedes suas altius tollere ne in meum pateat prospectus, & vt officiat ac obstruat lumina mea, quando id mihi hic expedit & obſcurat magis quam lumen conducit vt in tabernis mercatorum, vid *Zaf. in Para V. P. n. 6. Capolla de ser. urb. c. 26. Cumque validissime obſtat regula l. 15. §. 1. de ser. nu. 27. esse hos casus speciales, regulæ exemptos. Quod planè improbable. f. *Nostrò ferè consuetudine Duar. ad l. 1. & 2. h. t. Charo. 1. verif. 15. Cor. 3. misc. 24. vbi tamen taxat eos, qui hanc seruit. tunc admittunt, quando consuetudine vel statuto coartata ædificandi libertas. Et ad formam ædificiorum lege publica præscriptam hæc referens restringit id nisi ea utilitatis publ. gratia præscripta. Sed hanc solutionem planè reiecit *Cif. in interpr. l. 15. de op. no. nunc. pag. 56. & seqq. 1. quia si lege vel consuetudine statutus modus ædificiorum, magis propter ornatum ciuitatis, quam singulorum commoditatem. Et ita vitra extollere non licet, nec ferente aut concedente vicino, nec seru talis constitui potest in fraudem ill. publicorum. 2. Si maximè ea consuetudo inducta in gratiam vicinorum, nec tunc tamen ius extolledi, neglecta ea forma, permissu vicini seruitus erit, sed libertas, remissa seruitute lege imposta, restituta, quomodo ferè & *Voalther. 1. misc. 4. Vult autem *Cifner. d. lo. p. 49. & seqq. act. neg. & confessor. ex formula affirmatiua vel neg. discerni debere. Ideo, in d. §. 2. l. de act. Confess. act. esse si quis agat ius sibi esse altius tollendi, licet eo ipso non seru. sibi, sed libertatem asserat ac vindicet. Sed sic non fatiſit. Ill. Dig. Licet enim hæc iura vocentur l. 2. h. t. incommode tamen dicunt quidam non ideo esse seruitutes, sed iura libertatis in prædij. Nam & vocantur seruitutes l. 1. h. t. l. 2. R. P. f. Alij tamen his seruit. locum dant quando prius seruitus non tollendi, &c. constituto, eaque deinde remissa ac contraria seruitus impolita. vid. *Cui. in not. prior. & post. l. h. t. Pac. 3. q. 56. Vult ad pr. l. h. t. n. 19. & l. discept. 5. vbi tamen inter seruit. prioris remissionem & contraria seruit. conceptionem distinguit. f. *Turamin. epif. acad. 22. huiusmodi speciem ponit. Domus diuisa inter duos: A partis inferioris, & B. partis superioris dominum. B. altius tollere iure libertatis nequit, & quia non est dominus soli, & quia seruitus oneris ferendi sic imponeretur A. Potest autem iure seruit. si illud A. ipsi pacto vel stipulatione cesserit. At ego talem speciem nec somniasse l. Cr. putauerim *Alter *Parlad. 1. rer. quorid. 15. & aliter *A. Fab. 19. Coni. 15. qui seruitutem hanc non acquirit nisi in consequentiam libertatis recepte, nec recipi vſucapione libertatem quin simul contraria seruitus acquiratur. Quod valde ab omnium opinione abnorme est. Sicuri & id quod cod. cap. vult eum qui iure libertatis altius tollit non adstringi ad seruandum ædificiorum formam, sed eum qui iure seruitutis. Atque ita minus tribuit illi, quem cum libertate ædium recepta simul nouam seruit. acquisiuisse cõtendit, quam qui libertate quidem rei suæ fruatur, hæc iure tamen seruitutis in re aliena. Quid tam denotentur in noua d. licentia relinquere i de quo *Briff. 1. antiq. 1. Reu. 3. Coni. 12. P. Fab. ad l. 6. de R. I. vbi rationem huius reddit ne disparitas vicinorum ædificiorum oculis inuentiù ingratâ sit, tum neve grandi altitudine liberior æt, solisque ac diei fulgor arceatur. Adde *Lipf. lib. 3. de Magnitud. Rom. c. 4. & vid. *Hor. 8. obs. 20. Et in d. §. ult. spec. ciê huius seruit. ponit *Vital 2. var. lect. 7. n. 6. An d. l. ult. §. ult. extendenda sit, & c. vid. *Io. Vinc. Hondede. vol. 1. conf. 81. n. 20. & seqq. i iuxta vulg. lect. vbi d. §. 1. adiecta verba vel non respiciant, quæ vti in *Ital. ita & in *Gotth. editione omiffa. Sed omit-tenda non esse docet *Rob. 2. rec. lect. 23. qui de hac seruit. sic sentit. Si post constitutam stillicidij auertendi seruitute ea simpli-citer remissa, prædium libertati tantum redditur, nec qui dominus antea, nunc debitor nouæ seruitutis. Si verò ea remissa simul mihi ius constitueris, quo te prohibeam ne stillicidium immittas, seruitus noua, cuius effectus vt act. te cogere possim, vt tectum tuum recicias ne stillicidium in prædium meum deturcat arg. l. 6. §. 2. f. ser. vind. m. Fumum immittetere quando iure libertatis liceat, circa feruitutem verò *Capolla de ser. urb. c. 53. n* quasi casus stillæ ab alto, à stitia, id n est, gutta frigore concreta. *Pves. in Par. h. t. n. 6. vid. de his seruitutibus *Coraf. ad l. 1. de ser. num. 45. & seqq. *Capolla de ser. urb. cap. 28. & seqq.*********************

C A P V T V I.

Seruitutes Rusticæ primi generis.

SERUITVTVM RVSTICARVM, quas eadem vtilitas distinguit, iudem tres species. I. QVÆ

AD FVNDVM NOSTRVN ACCESSVS CAVSA PARATÆ. Vt quatuor l. 1. h. t. R. P. pr. l. de ser. de quibus nec vnquam dubitatum, vt de cæteris, quod certâ lege, 12. tab. aliare, nominata. ITER IVS FVN-DI ire est progredi pedibus suis vel alienis: nam & eques ac qui fellâ & lectica vehitur, ire dicitur l. 7. l. 12. h. t. a ambulandi quod amplius quid denotat, dictum ab ambiendo, videl. vltro citro, quoties libet, etiâ voluptatis causa, commeare b HOMINI, vt ipse eat, non etiam iumentum agendi l. 7. pr. h. Nam & pecora ire dicuntur, *Virg. eclog. 1. & 7. iter tamen eorum per se nullum nisi à ductore agatur. Licebit tamen equitanti descendere & equum manu ducere, immò & equus per famulum deduci potest ad dominum qui in fundo vt rediturus equum confendat per d. l. 12. iunct. l. 3. §. vlt. h. t. ACTVS IVS AGENDI, (malè quadam exemplaria Inst. adiecta habent verba: eundi ambulandi) id est vi cogendi & promouendi vt progrediatur, IV-MENTVM, ex. g. dicitur, nam & cætera pecora vt armenta l. 12. h. t. licet iumentum non sint l. 89. de V. S. d. Qui autem eum & ire necesse est. Nec enim aliter promouebit, aut progredi faciet iumenta; non tamen simpliciter sed cum iumento vel vehiculo. Placuit tamen e posse & sine iumento ire l. 1. pr. h. t. e non ex significatione vocis agendi, sed ex sententia constitutis, ne cui quod plus est licet, quod minus non liceat & ne cui duo coniunctim cõcessa, ei non sint singula l. 20. §. pen. V. P. Obi. Imò actus potest esse sine itinere l. 4. §. 1. Si ser. vind. 3. Potest, si nominatim conuentum, ne liceat ire sine iumento. Tum enim superior voluntatis coniectura cessat. Contra. Immo nunquam actus sine itinere l. 1. de adim. leg. 3. Eo videl. quo vtimur in agendo, quod actui necessarii coniunctum. Vnde actu legato iter adiuens nihil admittit, d. l. 1. Non iter actui coniunctum, naturâ rei non ferente, nec diuersum, quia id nõ antea legauit. VEL VEHICVLVM, f quod licet, cum se non moueat, propriè non agatur vt animalia quæ ante non propellimus, sed ducatur l. 7. l. 12. h. t. iumenta tamen adiuncta rem mouentem efficiunt & sic rectè agi dicitur. VIA IVS EVNDI ET AMBVLANDI iter & actum in se continens l. 1. h. t. vi & naturâ sua, non per concessionem ex consequentiâ nec ex sententia contrahentium, (vt actui iter inest,) ita vt simul sit iter & actus *Duar. 1. disp. 31. 8* Quare & contra id conuentio, vt naturæ rei aduerſa, frustranea. Obiit. At angustior descriptio, quia & ius trahendi ligna ac lapides h & rectam hastam ferendi inest via l. 7. pr. h. t. h vbi tamen non ita ambulat vel agit l. ser. 235. de V. S. Respondeat aliquis. Vlp. in d. l. posuit de quibus sine dubio constabat, vel non exactam definitionem. Sed cum hæc rem non expediant, leuiculâ immutatione, pro i eundi reponendum vehundi vt *Coma 4. com. 11. i* Quam vocem euincunt. 1. Etymon à vehendo *Varro 4. de ling. lat. 2. analogi desinit. præced. Sic enim iter eundi, actus agendi ius, quia inde dicta. 3. natura definitionis vt ius trahendi & hastam ferendi contineantur, quæ vehundi verbo veniunt, agendi non item, ET AQVÆ DVCTVS k ius aquam ducendi per fundum alienum. k**

NOTATA.

a vid. *Capolla de ser. rust. c. 1. n. 4. & 5. vbi etiam rheda aut curru vehi licere per duos equos scribit. Quod d l. 7 non probat nec iuri conuenit. Neque enim par ratio lecticæ, quæ à baiulis gestabatur, item fellæ equatoris, ac rhedæ seu curvus. Restringit hoc idem n. 5. vt equum vel rhedam illam aliis rebus onerare non liceat. & c. *Cui. 22. obs. 35. Potest ambulare, inquit, id est, spatari valeudinis causa, & *Baro in pr. l. de ser. qui hoc discrimen facit. Ire etiam equites sed transeundi, verum sanitatis gratiâ. Contra *Hor. ad pr. l. de ser. significari****

conuentionem ad res prædij necessarias, quia non est seruitus prædialis spatandi animi vel valeudinis causa l. 8. de ser. Rectè nam & spatando hominis voluptas non prædij utilitas respicitur. f. *Capolla de ser. rust. c. 1. num. 2. ire scribit qui solus vadit, ambulare qui cum socio etiam eundo vel cantando. f. *M. Lyellam lib. 3. Membra. eclogæ 12. vocem ambulandi coniunctim intelligendam esse nec abstrahendam ab itione: ire ambulare dici aliquem ad discrimen vehiculorum, quæ dicuntur ire agi l. 9. de ser. e Sed *Hor. ad pr. l. de ser. c* ad dextram aut lænam ducere ac ita iter ampliare non licere, sed ante se agere vel retroducere *Capolla d. cap. 1. num. 4. in fin. ne hoc quidem licere sentit d* ideo *Hor. ad pr. l. h. t. d* pro iumentum reponit armentum. 1. quia alias vocula iumentum redundaret, contenta vero vehiculum, quod non est sine iumentis. 2. quia excluderentur oves, capræ, porci, &c. qui iumenta non sunt 3. *sent. Pauli 6. §. 79. Notatur ab *A. Gemile 4. lect. 4. 1. quia lectica genus vehiculi, iumentum non exigens. 2. quia non ideo qui vehiculi ducendi ius, etiam iumentum sine eo agendi, nisi definitio exprimeret. 3. Oves & porci neque armenti nomine veniunt. Licet autem & illos agere arg. à maiori. e *Baro in pr. l. de ser. iter eum habere per consequentiam, vt tamen ire possit sine iumento, non etiam ambulare voluptatis gratia, ne nihil actus à viâ differat. Sed *A. Fab. 1. Coni. vlt. expungit verba, sine iumento d l. 1. dicens locos distindentes de leg. 4 § 1. & d leg. 1. de ad. leg. non rectius conciliari, quam vt Accurs. quod actus sine itinere esse nequeat, sine seruitute itineris possit. Qui agit, eum quando agit ite oportet, non autem quando non agit. Neque aliud, ait, sine promissoris iniuria constitui potest, qui pro vnâ geminâ non est onerandus seruituti. Verum rectè & expedite noster. Et refellit *Faber ex l. 58. de V. O. ad quam idoneè non responder. l. 9. §. vlt. de Nouat l. 2. Quem ser. am. Alter *Lyellam 3. Membra. 12. f* Rectè hæc lectio l. 7. l. 12. h. t. maleque omnino *Hor. in pr. l. de ser. emendat non etiam vehiculum per motum l. 13. de ser. qui ipse tamen ibid. & 2. obs. 21. dissent. Iuriconsultorum agnoscit. Sed non obſtat d l. 13. vehiculum in actu ducere licet regulariter. d. l. 7. & 12. nisi locus angustior nominatus, d. l. 13. vbi conuentione aliquid detrahatur. Et ideo ita definitio actus distinctionis vocula vel vid. *Charond. 1. verif. 5. Gou. 2. v. ar. lect. 17. Vacon. 5. declar. 69. num. 9. l. 11a & Cor. ad l. 1. de ser. num. 99. in actu iter non inspectâ prima causa, sed accessorie & in consequentiam. Ita via actus & iter vtrumque æquè principaliter. f. *Cui. 23. obs. 35. via propalam & nominatim ipse continet iter & actum, idemque prorsus viam est cedere iter & actum l. 9. vers. sed si quidem si ser. vind. l. 2. Quom. ser. am. (quod tamen non vſquequaque admittendum) & in edicto de itinere actuque hisi verbis etiam via significatur. Actui non propalam & nominatim fed tacitè & per consequentiam iter inest. Viam habens potest vel iter vel actum separatim, vel vtrumque coniunctum, vel vno verbo viam vindicare. Actum habens iter vindicare acquirit. f. *Bald. add. 12. tab. 4. n. 5. Via continet iter & actum ex ipsâ vi & proprietate verbi Actus autem iter non nisi ex verifimili pacificetum voluntate & *Duar. ad l. 1. h. t. & *Char. 1. verif. 5. Sed *Gæd. ad l. 25. de V. S. num. 18. vt in actu iter, ita in viâ iter & actum inesse non vt partes, sed vt commoditates propter loci amplitudinem & vsum. f. *M. Lyell. 3. Memb. 12. Quatenus insunt iter & actus, ait, sunt partes inseparabiles, indiuisæ, non seruitutes, sed seruitutem viâ vnâ formant. Ire ambulare potest viam habens, iure viâ, non separatæ seruitutis. f. Cæterum *Flor. Pand. in l. 1. h. t. c. pro in se habent & se quam lect. tuetur *Reu. ad l. 12. tab. c. 14. h* Et sic plus continet quam actus, atque in eo vnum discrimen, 2. differt quod actus latitudo ab homine designatur, viâ autem certa est & lege determinata l. 8. R. P. Actus etiam esse potest si angustior locus, quam qua vehic. duci possit, via nequit l. 13. de ser. Cui. 22. obs. 35. *Capolla de ser. rust. c. 3. num. 2. Cor. ad l. 1. de ser. num. 97. Nec rectè *Rob. 4. Sent. 5. eadem omnino licere actum habenti quæ viam habenti, nec aliud esse discrimen, quam quod via significet rem certam & consistentem, actus factum incertum. Viâ certam esse latitudinem quam is cui debetur loco non nominato, in quâ parte velit, eligere possit, ciuili tamen modo Actum autem simpliciter, promissio serui non consistere quia nihil determinati in promissione, priusquam determinetur l. 13. §. 1. hoc ite. Quia verò actu promissio aliquando angustior locus constituitur, quam qui viâ promissâ ipso iure debetur inde fieri, vt interdum plus liceat habenti viam, quam actum. Nec melius *A. Fab. 1. Coni. 22. hoc vnum plus esse in viâ quod etiam ambulare, id est, solus ire, possit qui viam habet, quod nequeat actum habens, vid. s. l. E. Viam nihil aliud esse quam coniunctas seruitutes itineris & actus, & c. qui tamen postea, Subla-*******************

is itinere & actu sublatam esse viam l. 1. §. 1. de acceptil. con-
stitutus non constituit. Quae firma non sunt. Iisdem enim re-
bus aliquid constituitur & dissoluitur, eadem sunt in itinere
quae in ortu. Cur vero hastam rectam ferre non liceat actum
habenti vid. *not. Goth. in d. l. 7. h. t. Cuius. 2. 2. obs. 35.* putat l. 1. 2.
tab. de non cadendis arboribus veruisse forte & ne quis qua-
reficeret eas ac fructus decideret, quod sic facile eveniet.
Igitur putat supinam hastam demittere posse. Sed non erige-
re. *1. 1. Vnes. in Par. h. t. n. 1. Goth. ad d. l. 1. Aliter Hor. in pr.
1. de seru. c. 2. obs. 21. vobulam vindi retinens & pro ambu-
landi reponens auhendit. Sed lectionem receptam tueretur A.
Gentil. 4. l. 2. 4. dicens vobulam agendi hic latius comprehen-
dite quoque lapidis tractum & gestationem haste. Plus au-
tem esse in verbo ambulandi, quod non distinguitur vno lo-
co, cum quandoam variandi potestatem significet. Sic enim
ambulatoria voluunt. Et *M. Lyellama 3. Meimb. 12. verbum
vehundi magis actui continere, sed & itineri l. 7. pr. h. t. Viam
a rehendo dictam, sed publicam aut aliam quae non est serui-
tus. Ius vehendi supra solum esse ferre. via in solo. Viam
esse ius etiam scilicet non hominis, sed vehiculi & agendi vehic.
vel iumentum, quae verba ex definitione actus coniungenda
dicunt. Ire agere proprium esse viae l. 9. si seru. vind. agere ire
actus, ire ambulare itineris, & de quo *Bald. ad pr. 1. de ser-
num. 16. c. 12. segg. Coraf. ad l. 1. de seru. num. 120. c. segg.
fuitillimè Capolla de ser. rust. c. 4.***

C A P V T VII.

Seruit. rustica 2. generis.

2. QVAE EX ALIENO QUID SVMENDI
QVVS HABENT, si id in usu praedij nostri
consumatur, l. 5. in fin. c. seg. h. t. Siue transferatur ad
fundum: Vt aqua haultus l. 1. §. 1. h. t. Aqueductus
ex fonte alieno. Ius pedamentum fundi l. 3. §. 1. h. t.
cretae eximendae, calcis coquendae: arenae fodiendae,
lapidis eximendi l. 1. §. 1. l. 5. c. 6. h. t. §. inter 2. Inst. de
b. seru. Siue extra fundum conferatur vel ad usum pec-
corum praedio destinatum, Ius pascendi, l. 3. princ. h. t.
c. Pecoris ad aquam appulsus l. 1. in fin. h. t. d. qua-
do scilicet pecora praedij causa habentur. Vbi & hor-
um gratia iugurium habere licet l. 6. §. 1. h. t. Vel ad
fructus exprimendos, meliusve habendos. Vt in alieno
vvas premere, aream ad frumenta & legumina expri-
menda vti liceat l. *Mela 14. §. vlt. de alim. leg.* Obi. Immo
hae quatuor seruitutes sunt personales d. l. 14. §. vlt. 32.
Ibi vulg. lectionis sententia vitiosa est. Nam seruitus
personae vicinitatem non exigit, ac secum ipsa pug-
nans, quia in verbis extremis dicitur haec aqua perso-
nae relinqui. Sic autem interpungenda & restituenda,
e duabus litteris adiectis: est seruitus. Persona tamen eius
(pro ei) qui vicinus non est, &c. Atque totus versic. Nam
f & haultus, &c. vsque eo: exprimenda vtendi parentesi
includenda, vt confirmet obiectionem, quae in illis
verbis, quasi seru. praedij, non possessori vicina possess. relicta.
Cui obiectioni, finita parentesi, occurratur in verbis
vltimis: Hac enim aqua persona relinquitur. Sensus. Si per-
sonae relinquitur, nec praedio, non necesse est vt fidei-
commissarius praedium habeat, nedum vt vicinum.
Alioqui, si omnia vno contextu legantur, rationes se-
tum non coharebunt, immo ea quae in *vers. nam & hau-*
situs decitioni non conueniens erit, sed aduersa.

NOTATA.

a l. 5. §. 1. hoc tit. de qua *Coraf. ad l. 1. de seru. num. 126. c. seg.*
definiens ius hauriendae aquae ex puro vel fonte vici ad praedij
inici commoditatem, vti & *Sneid. ad pr. 1. de seru. c. de ser-
rust. num. 27.* de qua & *Capolla de ser. rust. c. 17.* b Quae si ad
vtilitatem rustici praedij rusticae seruit. si ad vrbani, vrbanae,
c vid. *Capolla de ser. rust. c. 10.* e de quo & de pascuis, pluribus
Coraf. d. lo. num. 135. c. segg. Sneid. d. lo. num. 28. c. segg.
Capolla de seruit. rustic. c. 9. Comar. 1. var. resp. 17. num. 11. c.
pract. 99. cap. 37 d de qua *Coraf. d. lo. num. 133. c. seg.*
Capolla de seruit. rust. cap. 8. vbi *num. 2.* tunc haec seru. praedij

dialem, esse quando pecora vel ad stercoreandum agrum ha-
beantur, vel per ea colitur fundus, vt si boues ad arandum ha-
beantur. Definit: ius appellendi pecoris per praedium vici-
ni ad fontem seu pureum. e Aliter corrigat *Coraf. ad rubr. c.*
de seru. num. 32. sic legens: Nam est haultus, &c. est serui-
tus persona: tamen ei qui vicinus non est vtiliter relinquitur,
vt sit sensus. Licet haultus, cum est seruitus praedialis, te-
quirat vicinitatem, non tamen cum personae relicta, vt ita
in *vers. nam &* non confirmetur, sed diluatur obiectione. Ibi-
dem in fin. d. §. vltim. pro aqua reponit aquae addens secum
sentire, *Longouall. ad l. 3. de iurisd.* Desperatus certe d. §. vlt.
morbus vstone vel sectione lenius remedium recipere vix vi-
detur. Quod si ea recipienda praefertim aliam correctionem,
quam aliquot ab hinc annis, ex ore viti *Cl. Val. Guil. For-*
steri. percipere me meminit vt legamus, est seruitus per se,
non tamen ei qui vicinus non est vtiliter relinquitur. Sic
enim sensus multo aptior ac concinnior quam vel ex *Coraf.*
si vel ex nostri lectione. Hic hauritus. Si haultus aquae, qui
semper seruitus & sui quidem naturae praedialis, potest tamen
personae relinqui, vt fiat seruitus personalis, quanto magis
vile fideico. aquae simpliciter relicta, vbi nulla seruitus, nec
personalis constituta, (vt apparet ex verbis: vt sit in fidei-
comm. quanto quis aquam sibi esse comparaturus.) sed reli-
ctum simile relicto alimentorum. Quid tamen si hic in-
genij vires periclitentur, sum interpretatione aliqua non ab-
surdum effici possit, vt sua vulg. lectioni constet sententia.
Constare vero videtur si dicamus in *vers. nam & haultus,*
vel remoueri tacitam obiectionem, ab haultu aquae petitam
hoc modo: Licet haultus aquae vicinitatem requirat, etiam
cum personae relicta, tamen eius diuersa ratio, quia ille est
seruitus, si non rei saltem personae. Hic autem nulla seru.
relicta. Vel (si cui hoc durissimum videatur, fateor enim vo-
culam tamen, non satis apte congrueret) Vp. ita obiectionem
redargueret vt primum aliquid concedat, & quidem
amplius largiatur, quam contradicentes ipsi intendunt, po-
sterea ostendat id omne non recte applicari, seu propositio ad-
uersari. Sensus hic. Quasi dicat Iurisconsultus. Non ideo in-
utile relicta, quia seruitus praedij vicinam possess. exigit,
largior quidem hoc, immo plus sponte concedo haultum
aquae, qui maxime huic relicto affinis, etiam tunc cum per-
sonae seruitus est, id est, cum non in vtilitate praedij, sed
domini, & quidem certe personae inuitu, constituitur, vici-
nitatem exigere. In eademque causa esse ius vvas premen-
di, &c. Verum haec nihil sententiam meam impediunt. Hac
enim aqua persona relinquitur, id est, non seruitus, quia est
aqua haultus: sed debetum personale. Dices. Sicque vici-
nitatem praediorum in seruitutibus personalibus exigit. Exi-
go, sed non in vsu. ac vsu, primariis speciebus, quae & in re
mobili & praedium non habenti constitui aptae, verum in qui-
busdam quae sui naturae praediales ex intentione constituen-
tium personales sunt, vt c. seg. Hoc probat mihi l. 5. §. 1. h. t.
vbi primo generatim ius haultus pecoris dicitur in alieno
esse non posse, & in seg. tractatur, quatenus eiusmodi serui-
tus (scilicet praedialis, quae in specie sic vocatur, vid. s. c. 1.
lit. D.) valeat. Vnde apparet priorem definitionem latius pa-
tere. Sed haec declaranda ex c. 2. s. b. lib. Vicinitas scilicet requi-
ritur, quae si abrit vsu seruitutis impeditur. Quomodo
enim est virtus personalis sic, vel pecus meum aquam ex
tuo fonte haurire, vel illud per tuum praedium ad fontem
vel fluuium appellere, vel vvas, frumenta, legumina expri-
menda areae tuae inferre potero, nisi iuxta d. c. 2. aut conti-
guum agro tuo praedium habuero, aut intermedia loca id
non prohibeant. Quis etiam cretae exemptae, calcis coctae,
arenae effossae vsus mihi erit, si ob eadem impedimenta, ef-
ferre vel euehere non licebit. Immo qui alias, vel exemptum,
coctum, effossum ire potero? Nisi si quis dixerit seruitute tali
personae constituta etiam aditum praedandum arg. l. 1. §. 1.
Si vs. per. c. corum qua s. lib. 10. cap. 7. lit. D. Sed cogit et
quam non conueniens sit, illi cui leuius forte ius concessum,
accessionis vice tribui aliud eiusdem generis, pluris plerum-
que constitutum vel plus damni allaturum debitori seruitu-
tis, quam ipsa principalis seruitus. Vsufr. diuersa ratio qui
omne emolumentum rei continet. Atque his sit asserta rece-
pta lect. d. l. 14. §. vlt. sententia. Quae si non facient palato
lectoris, studium tamen is animumque considerans bonam
horam non inaniter collocatam iudicabit.

CAPVT

C A P V T VIII.

Seruitus rustica 3. generis.

3. EXONERANDI FVNDI NOSTRI. Vt aquam
sulco aperto in vicini fundum educere liceat l.
qui 29. h. t. vt fructus in vicini villa cogitantur l. 3. pr. h.
ius lapides prouoluendi & inde exportandi d. l. 3. pr. Per
hoc enim fundi causa melior quo liberiore vti licet.
Primi generis seruitus de quib. c. 6. etiam vrbani praedij
constitui possunt l. 20. §. 1. v. p. l. 14. com. praed. SED ITA
HAEC OMNES praediales seruitutes NISI ID ACTVM
VT PERSONAE TRIBVERENTVR l. 4. h. t. Quod collig-
gitur vel ex verbis d. l. 4. vbi emphasin habent verba. cui
praefari voluit. scilicet nominatim soli, non si simpliciter no-
minauit. Semper enim persona a testatore demonstranda,
l. 4. de reb. dub. vel ex genere personarum, si pro effectu
sanguinis, necessitudine vel constituta l. pen. de seru. leg.

C A P V T IX.

Constitutio Seruitutum.

4. CAUSA EFFICIENTIS (de tertio vid. supr. cap. 2.)
CONSTITVITVR iisdem ferè modis quibus
vsufr. l. via 5. h. t. de ser. recte ferè, non enim omnimo-
do. Cum autem constituitur existere incipit, nec, vt
aliae res, esse potest antequam acquiratur. VEL NATV-
RA. Vnica illa vt inferior fundus aquam ex superiore
profuente excipiat l. 1. §. pen. c. vlt. vbi ratio ibi com-
pensare debere de aq. pl. arc. a Praeter hanc nulla. Nam alias
& domino quidvis licet facere iure libertatis in suo,
etiam quod noceat vicino: vt altius tollendo obscurare
aedes l. 9. v. p. puteum aperiendo venas putei vicini
b praedidit l. 26. de dam. inf. b ne tamen edificando for-
mam publicam excedat l. 11. v. p. nec ventum areae te-
c rendo frumento paratae auferat l. vlt. §. vlt. c. h. t. c Idem
nihil ab alio immixtum pati cogitur l. 8. §. 5. si ser. vind.
l. 17. pr. eod. Immo nec socio quidquam licet, intuito al-
tero, in re communi l. 8. l. 26. l. pen. v. p. Idem, alius in
suo vt versetur, pati non cogitur l. 16. h. t. VEL EX-
TERNO FACTO ET AVT ALIENO (aut vid. j. c. 11.)
IDQVE VEL A IVDICE in diuisor. iudicis l. 22. §. 3.
Fam. erisc. l. 18. com. diu. VEL PRIVATO A QVO OPORTET
(Persona constituentis) QVI DOMINVS §. 3. Inst. h.
d. t. l. 1. l. 6. in fin. pr. l. 8. com. praed. d Hinc monumento
imponi nequit, nec ab eo cuius sepulcrum est l. 4. d. t.
aedificio tamen futuro potest, vt infra SOLVS, non pro
parte indiuisa. Rei enim communi nequit locius serui-
tutem imponere, nec pro parte sua, l. 2. de seru. l. vnu 34.
R. P. l. 6. §. 1. com. praed. Nec enim postea quin simul o-
neraretur aliena. e Pro parte autem praedij diuisa po-
test d. §. 1. vbi ratio. Obiic. At vsufr. pro parte indiuisa
constitui potest l. 5. de vsufr. 32. Quia & vsufr. pro parte
etiam indiuisa diuidi potest, vid. lib. 10. c. 24. lit. A. Ser-
uitus autem praedij indiuisa, l. 17. h. t. quia consistit in
f solo vsu, & nec post vsu aliquid corporale, vti vsufr.
fructus relinquit. Omnes tamen socij simul possunt
imponere eodem tempore d. l. 6. §. 2. Sed si separatim,
nec pariter, cedant, quamdiu posteriores non cedunt,
pendent cessiones priores, nouissima autem cessione
superiores omnes confirmantur l. 11. R. P. l. vlt. com.
g praed. 8 vt posteriore cedente perinde sit ac si eod. tem-
pore omnes cessiones d. l. vlt. vbi tamen requiritur. 1. Vt
quis prius cessit tẽpore posterioris cessionis superstes,
partem suam habeat, tum enim non exigitur, vt denud
cedat, sed quod ante fecit habeat, fingiturque ac si
nunc fiat, cum & nunc per naturam fieri possit. Quod
si defunctus is, vel alienauit, posterioris cessio nihil ef-

ficit, nisi noui domini, successores prioris, iterum ce-
dant, quia tunc fictione locus non est, quasi nunc cedat
is, qui hoc tempore cedere non potest a 2. Vt qui
posterioris cessit eandem partem habuerit tempore pri-
mae cessionis. Item si separatim a duobus legata serui-
tus, si pariter eorũ adita hereditas vtile, si diuersis tem-
poribus nulli, legatum d. l. vlt. i Prodest tamen priorũ
cessio, etiam tunc cum seru. non constituitur, aduersus
eosdẽ vt pro constituta habeatur d. l. 11. Nam exceptio
vindicanti seruitutem obiecta repellitur pacti & doli
exceptione. & CVI OPORTET, (Persona acquirentis)
QVI DOMINVS PRÆDII. Nec enim debetur aut ac-
quiritur nisi praedio, l. 1. l. 6. in fi. pr. l. 8. com. praed. l. 34. R. P.
Obi. Imò seruitus itineris acquiritur sepulcro l. 14. §.
1. de seru. 32. Nec in eo exceptio aut ius singulare. Nam
dicitur ibid. quod iter iuris priuati maneat. Ergo in re
priuata, per l. 23. §. 2. R. P. intelligitur enim in extre-
mo sepulcri tantum relinqui priuato, quanto ad acces-
sum itineris acquisitionem opus, idque propter vili-
tatem loci religiosi. 1 Obiic. At futuro aedificio imponi
vel acquiri potest l. 23. §. vltim. v. p. cuius, vt necdum
exstantis, nemo dominus. 32. Acquiritur vel imponi-
tur areae exstanti, m cuius est dominus, si ex. gr. aedifi-
caturus promittat vicinio ius signi immittendi in eas
aedes, aut sibi stipuletur ius immittendi in aedes vicini.
Quaestio vel imposita areae manabit ad aedificium po-
stera extructum, quia illud soli conditionem sequitur
l. 7. §. 10. de acq. do. Ac ita seruitus antea constitutum
primum vim suam exeret. SOLVS. Socius sine socio non
acquiritur l. 5. in fin. com. praed. n Hinc regula. Per partes
seu pro parte domini nec imponi seruitus nec acquiri
l. 1. h. t. l. 6. §. 1. com. praed. Omnes autem simul recte
acquirunt d. l. 6. §. 2. Si separatim idem ius quod in im-
positione, vt nouissima acquisitio spectetur, eod. modo
quo (supr. dictum d. l. vlt. com. praed. Domini autẽ verbo in-
telligimus etiam quasi dominum, cui ius dominio fi-
nitimum vt emphyt. & superficiarius, ex ruitione ta-
men praetoris l. 1. vltim. de superfic. Nemo quoque duo-
rum praediorum dominus alterum alteri seruum effi-
cere potest l. 10. cum praed. Idem tamen vnus traditioni
eam legem dicere potest, vt vel retentum seruiat alteri
vel traditum l. 6. pr. c. §. 1. vers. plane c. §. vlt. com. praed.
l. 32. c. segg. R. P. quia licet dominus vtriusque tempo-
re constitutionis sit, qui imponit vel acquirit, tamen
in id tempus conferretur acquisitio, quo alterius res fu-
tura. Cumque consensu noui domini id fiat, ius ipse ac-
quirere vel imponere videtur. Qui vero duo praedia
duobus tradit simul, non potest efficere alterum alteri
seruum, ne imponat aut acquirat rei alienae, qui diuer-
sis temporibus, potest l. 8. com. praed. o

NOTATA.

a de qua *P. Greg. 4. Syn. 17.* Sed *Duar. de op. no. nunc. c. 3. a*
f. 585. c. ad l. 5. §. 9. eo. iii. hanc seruitutem non esse huius loci,
nec de ea ICtos tractasse, dum materiam seruitutum expo-
suerunt, sed de imposita, b modo tamen id principaliter fa-
ciat ad commodum suum nec ad emulationem vicini, & tan-
tum vt illi noceat l. 1. §. 12. de acq. pl. arc. l. 3. de op. plu. Gomez.
in l. Tauri 46. num. 8. adde not. s. lib. 9. c. 9. lit. B. c Est non con-
stituta fuerit seruitus non accendi ventum ab areae, vt *Hugo-*
linus contra Ioan. c. Axonem ref. Et 1. 8. obs. 20. in fin. d Quid
de eo qui proximè dominus futurus, & an heres rei legatae,
maritus rei dotalis, fructuarius, &c. & de similibus, vid. *Capolla*
de seruit. vrb. c. 14. c. Ant. de Padilla ad l. 3. c. h. t. e Per par-
tem imponi nequit ab vno socio vt valeat via ad fundum pro
eius parte. Quia pars illius non continetur regione certa,
sed sola per totum fundum, vt necesse sit seruitutem parti
acquistam in totum fundum diffundi Et seruitus est ius in
corpore, partis indiuisae nullum subest corpus, quia non
est, sed intelligitur ita *Cuius. 6. ad Afric. in l. 32. R. P.* sub-
dens haec tantum locum habere in fundo communi, nec pos-
se accommodari ad proprium. Quis enim sanus ad praedij
proprij partem, tertiam forte, pro indiuiso impositurus vel
acquist-

facquiretur servitute, vid. *Hot. 7. obser. 1. s. ita & Gouea. ut not. s. lib. 10. c. 24. lit. A. aliter Hot. 7. obser. 1. pr.* quia fundus partim liber partim servus esse non magis potest quam homo cuius status individuus *l. 9. de lib. ca. §. vid. Eg. Baro lib. 2. de diuid. & indi. oblig. c. 2. §. Quod ex æquitate vsu fore receptum, vt per ruitorem prætoris fidem in pactionibus datam seruantis seru. sustineatur, contra mei iuris rationem, qua stipulatio ius non ex incerto futuri temporis euentu vires capit, sed ex præsentis tempore ac statu *l. 17. §. 6. in fin. de v. o.* Et vltima cæssio æquæ ac prima infirma est, nec igitur prior rem confirmat, quia nec imponit cedens servitute pro parte sua, cum seruitus individua, nec pro parte socij simul, cum alterius conditio deterior per alium reddi nequeat *Hot. 7. obser. 1. vid. & Io. Superior in l. 2. de seruit. num. 8. A. Fab. 19. Coni. 16.* h. Nouissima enim cæssio non retroducitur ad priorem, sed prior ad posteriorem. Et fingitur qui prius cæssit etiam tempore nouissimæ cæssionis cedere. Necessè est igitur vt superstes in eodem statu permanserit ne fictio sit monstruosa aut impossibile cõtineat *Hot. 7. obser. 2. §. A. Fab. 19. Coni. 16.* Non retrofactio hic lectio quæ priores fictiones tantisper in suspensio retentas in tempus vltimæ cæssionis protrahit. Facilius fingatur omnes cæssisse tempore quo nemo superest qui iam non cæsserit, quam quò nemo, excepto vno, cæssit. Accedit quod sit in potestate nouissimæ cæssionis an cæssio prioris valere debeat. *Superior in l. 2. de seruit. num. 8.* Rursus igitur si in prioris locum alius successit, pendebit nouissima successio, dum nouus socius, prioris successor cedat. *i. de quo & cur magis requiratur vt vtriusque hereditas pariter adeatur, quam vt pariter vterque decedant, vid. A. Fab. 19. Coni. 16.* k. Nec enim æquum vt cuiquam liceat contra proprium factum venire eo prætextu quod alius modum fuerit id, quod fieri tamen postea potest. *A. Fab. d. loc. Alter autem locus vsu. seruitutem prohibere potest Cuiac. 6. ad Afr. in l. 32. R. P. Cui & hoc datur vt vicinus iusto pretio iter præstare à prætoris cõpellatur l. 12. pr. de relig. de quo Forner. 1. se. l. 9. m. At resistit quod in d. l. 23. §. 1. vt & in l. 10. R. P. dicitur ipsi ædificio acquiri vel constitui. Et quod, quia area, vacua ædificio non est prædium vrbianum, nec seruitutem vrb. ei quæri possit. *¶ Vult. in §. 3. Inst. h. t. disting. inter seruitutem ipsam quæ constitui possit non nondum extructis ædibus d. l. 2. & exercitium eius quod haberi nequit. Seruitus enim vt ipsa iuris fictio est ita & fingitur, ait, domum existere. Exercitij n autem vti facti nulla fictio. n Nec pro parte sua, quia fundus pro parte seruire nequit, nec pro parte sociorum, quia per liberam personam alteri non acquiritur *Hot. 7. obser. 1. Duar. ad l. 2. h. t. add. Coraf. ad l. 2. h. t. nu. 8. ¶ At cur socij adiectio vitari stipulationem, extranei non vitari, sed pro superuacuo, vt stipulans sibi soli solidam seruitute acquirat *Vital. 2. var. l. 3. §. 2. id ex natura seruitutis individuæ. Quando sibi & extraneo stipulatur, in sua persona stipulatio integra vilis, cumque extraneo nihil querere possit, nec sibi partem, totam sibi querat. Cum verò communi fundo stipulatur socio quoque stipulatur, cui non potest: Sed nec potest stipulanti seruitus tradi quin ob communionem socio quoque data videatur *l. 19. o. R. P. o. vid. Lud. Vital. 2. var. l. 4.******

C A P V T X.

Constitutionis modi.

ET QVOQVO OPORTET. (Modus constitutionis.) Constituitur à priuatis TESTAMENTO §. vltim. Inst. h. l. 16. com. præd. l. 5. h. t. iust. l. 3. princ. de vsufr. quæ statim sine traditione acquiruntur l. 16. §. 1. Quem seru. am. a ET PACTIONIBVS d. §. vlt. b SED TYNC ET CONVENTIO NECESSARIA: VBI HOC COMMUNE ALIIS CONVENTIONIBVS, QVOD FINIENDE TEMPS VEL CONDITIO, ADICI NEQUEVNT l. 4. hoc tit. ILLVD PROPRIVM: constituta c. l. seruitus non promissa. c Stipulatio enim omnis recipit conditionem *Lomna 7. dereb. cred.* At seruitute in stipul. deduci possunt §. vlt. l. h. via 17. D. h. t. Nam ex promissione nulla constitutio. Promittit enim se daturum. At qui constituit iam nunc imponit. Ac inde actio est in personam ex cõuentione. Quare non cõtra eam, Quin & viam promittere potest qui fundum non habet l. 25. §. 10. Fam. etc. vbi necessatio inest tantum temporis intra quod prædium acquirat, QVOD NEC

INCHOANDÆ l. 4. h. t. Quare nec constitui potest ex die; cum ita imponitur vt non debeat in futurum, sed statim sit constituta, verum ea vti non liceat priusquam dies venerit, exemplo oblig. in diem, vt oblig. præsens, petitio differtur. Nec sub conditione. Quod non idem est ac adiecta conditione, sub qua constituitur, non ante. Id enim licet significatio verborum conueniat, non tamen sententiæ I CRI, qui statim vindicationem concedit. Statim igitur constituta est. Sed vt Ioan. apud Accurs. quando iam nunc constituitur, sed in conditionis euentum vsus differtur. Sic: *Iter tibi nunc esto, sed vt ire liceat si nauis ex Asia venerit.* Obiic. Atqui Papin. de seruitute sub conditione constituta loquitur, non de dilato seruitutis vsu. d. §. 2. Vsu dilato eo ipso seruitus, cuius vis sola in vtendo l. 17. h. t. differri videtur. Quidam ita: Vt nulla sit seruitus nisi conditione existente, ac conditionem inutiliter adici dicunt, quia desit causa perpetua. Malè. Nec enim causa perpetua exigit continuum vsum d. l. 4. §. vlt. h. t. Et hoc modo seruitus eiusmodi nulla esset, nec ante conditionis euentum vindicari posset contra d. l. 4. pr. Hinc autem elucet ratio, cur ante diem & conditionem vindicari queat. Quia semel constituta debetur prædio non personæ l. 34. R. P. l. 31. §. vlt. de neg. gest. & sequitur eius conditionem l. 23. §. 2. R. P. e Quare vt dominus prædium ita & seruitus vindicare potest; & vt nulla pactione efficiat ne sit dominus, ita & ne vindicet, arg. l. pen. de pactione. tanquam naturæ dominij aduersa. Aliud verò est seruitus ex die vel sub conditione promissa, quia exinde nulla actio in rem, sed in personam. Sed hæc ita ipso iure. Si tamen adiciatur, pacti vel per doli except. occurreret vindicanti l. 4. h. t. Et ita ius Prætorium, (quod ipso iuri opponitur, vt aliis sæpe §. 10. l. de act. vbi vid. Don. noster quò se hic refert) hanc conuentionem seruat. Nec inter hæc nihil interest. Nam 1. exceptio in initio in lite contestanda opponenda. 2. Si postea conuenerit vt ante diem vti liceret, tum vindicatio efficax, exceptio per replicationem pacti repulsâ, quod non fieret si diei vel conditionis adiectio ipso iure vilis esset. 3. Si prædium ab alio vscapitum, efficax est seruit. vindicatio, licet dies vel conditio non venerint. Nec enim illi qui vscapitum prodesse potest pactum prioris domini, cui nec vniuersali nec singulari iure successit l. 27. §. 4. in fin. de pact. Hæc omnia contra in vscapitu, qui ex die constitutus ante eum nec ipso iure debetur l. 4. de vsufr. l. 1. §. vlt. *Quant. di. vs. leg. ced.* contra non tantum seruitutum, sed & omnium obligationum naturam l. 44. §. 1. de o. & A. Ratio. Quia cum in facto & fruitione consistat, ex die constitutus non potest natura sua vllus esse ante diem. Ante diem enim sibi non licet. Facta namque futura natura & iure suspendi possunt. Hinc & obligatione in diem quæ iuris est, non dilata, petitio tamen, quæ facti, differtur. Quare cum ante diem nullus sit nec vindicari potest. Quin nec debetur, quia res futuræ debentur, sub conditione si in rerum natura esse cõperint l. 1. §. vlt. de cond. & dem. Conditio autem facit ne antequam eueniat, debeat l. 21. 3. de v. s. Eademque ratione vsufr. ad diem constitui potest, de quo supr. lib. 10. c. 16. Seruitus autem cum sit in iure prædij illi cohaeret ac afficit, pariterque perpetua. f MODVS TAMEN SERVITVTI ADICI POTEST, ex. gr. vt quis pedes eat; certa pecora transducatur, certo vehicali genere vtantur, aquam tubulis non riuo aperto ducat l. 4. §. 1. h. t. vt nec ipso iure aliter vti liceat, & si alio modo vsus quis sit, non vtendo amittat l. 10. & seq. *Quem. seru. am.* Quia constituta ad certum modum vltra eum non constituta ante & post diem constituta intelligitur. Eodem referenda sunt & interualla

ualla temporum adiecta d. l. 4. §. vlt. h. t. ex. gr. vt aquam ducere liceat interdiu, non noctu, vel alternis diebus l. 5. §. 1. h. t. l. 7. *Quem. seru. am. l. 2. de aq. quot.* Nec enim hic tempus constitutionis inchoandæ vel finiendæ seruituti adicitur, sed pura est ac perpetua constitutio ac tantum intermedium tempus vtendi temperatur. Vfus itaque seruitutum licet indiuisus sit l. 17. h. t. id est, diuidi nequeat in partes discretas, secerni tamen potest temporibus d. l. 5. §. 1. Tempora enim vtendi diuiduntur, vsus ipse, ex. gr. itiones singulæ, in sese sunt indiuisæ. ET TRADITIO PÖSSESSONIS. Quæ tamen cum proprie in iura non cadat pro traditione hic interuenit patientia domini, pro possessione vsus l. vlt. §. h. t. l. 1. in fin. R. P. b Olim frequens in iure cæssio l. 9. h. t. l. 11. l. 14. R. P. l. vltim. com. præd. Quid autem si futuro ædificio imponatur vel acquiratur vt c. præced. lit. M. quæ tunc traditio? b. Inductio in aream, cui interim imponeretur seruitus, vt ibi dictu, vel, si per aream ædificio futuro acquireretur in ædes vicini, erit loco traditionis, vsus & patientia rei præsentis licet futuri seruitutis causa. Hinc & seruitus potest constitui in aquâ futura vt eam querere & inuentam ducere liceat ex Labeonis sententia l. 10. R. P. Inductio enim fiet in fundum eo animo vt illi, cui queritur seruitus, ius sit fodiendi & querendi. Obi. Imò Labeo hoc negat l. vlt. si ser. vind. b. Hoc negabat si simpliciter constitueretur aqueductus ex aqua nondum apparente, motus eo quod futuri aqueductus, qui solus sic constitueretur nulla traditio. h Paulus notat quia nec in aqua querenda tradi potest ductus aquæ quæ nec in aqua traditur aliud ex quo ad aqueductum peruenitur.

NOTATA.

a Et dies eius à morte cedit vid. *Moller. lib. 5. Semest. diff. 18.* Huc pertinet, *vir. D. de ser. leg. in quo obcurior l. 3. de qua Cuiac. 1. obs. 23. & 23. obser. 11. Hot. 2. amicab. 23. Henr. à Suerin. repet. l. 6. c. 24. b l. 33. R. P. l. 5. l. 6. com. præd. l. 19. Quom. seru. am.* scil. contractuum vel traditionum, adiectis in continenti, non aliis *Cuiac. 9. ad Afr. in l. 33. R. P. Postulat quidem & præcio, concedi l. 3. l. 15. §. 2. de præc. l. 12. pr. de relig.* Sed illæ non sunt proprie seruitutes, vbi quoad eumque liberit, concedenti liberum est agere interdiu de præcio l. pen. com. c. præd. *Cuiac. 22. obs. 37. & l. 98. de v. o.* ita & inter constitutionem ac promissionem seruit. distinguat *Cepolla de ser. vrb. c. 21. num. 1.* dicens promissionem non constitui ius in re, sed oblig. ac ius ad rem. *Gouean. 1. var. l. 5. Coraf. ad l. 4. (ipsi 3 de ser. n. 25. Nio. Valla de reb. tr. 7. m. 2. Et 3. quia & promissio obligat eum qui præstare acquirat id quo interest, vti & Vital. 2. var. l. 2. m. 11. Pac. 3. q. 51. Bronch. 2. aff. 2. Vult. in pr. l. de vsufr. n. 5.* Non autem placet quod idem in §. vlt. l. h. t. distinguit quoque constitutionem quæ fiat conuentionibus vel vltima voluntate, ab acquisitione seu translatione quæ per quasi traditionem vel patientiam domini. Nam quando constituta est seruitus vti que iam existit, Nec igitur fingi potest non acquisita. Rem autem promissam non est necesse existere, modo existura speretur. d Sic obiicit *Vult. ad pr. l. de vsufr. num. 5.* cum de constitutione seruitutis queritur malè interpp. respondere de seruitutis exercitio. e ita ferè & *Byss. lib. 2. de Solut. tit. de Acceptilat. pag. 377.* Constitutione, seruitutis aut, qualitas fundo imprimitur l. 86. de v. s. quæ semel iacta hæret, nostra vt voluntate non possit non iacta videri. *¶ Bronch. 2. aff. 3.* ita: In seruitute facto patientiæ præsentaneo opus, quo seruitus imponatur. Semel autem imposita habet causam continuam & perpetuam. vid. & *Coraf. ad l. 4. h. t. l. 1. de del. Castillo cõrr. quorid. de vsufr. c. 11. l. Flor. in l. 5. C. de vsufr. Quæ præsentem qualitatem imponunt, vt prædiales seruitutis l. 98. de v. s. l. 12. si ser. vind. nec differri, nec tempore finiri possunt l. 34. de adopr. l. 33. & seq. de man. test. Vltus autem non ad qualitatem prædij sed ius personæ refertur. Nec igitur dicendum, cum *Vult. ad pr. Inst. de vsufr. num. 5.* nullam differentiam rationem fuisse, quam quod Rom. ita placuerit, g atque hic exemplum esse l. 20. de ll. 8. De acquisitione quasi possessionis huius vid. *Coraf. ad d. l. vltim. (illi penult.) h. t. num. 10. & seq. Padilla ad l. 2. C. h. t. num. priorib. Menoch. de h. arb. c. 160. & seq. adde not. s. lib. 5. c. 6. lit. O.* h Sensus nostri hic videtur, si conuentionem constitueretur ius aquæ querendæ & inuentæ ducendæ, Labeo enim admisit seruitutem, quia*

hic traditio fieri posse iuris fodiendi & inuestigandi. Sin verò separati, vt aquam, quæ nondum inuenta, nulla eius quære mentione facta, ducere liceret, non admisit. Rectè opinor. Licet aliter *Gouean. 1. var. l. 5. iter aquæ d. l. vlt. ab aqueductu d. l. 10. separatis & ita pugnans dirimens.* Differre hæc probat, quia ex meo fonte tibi aquam cedere possum, licet per meum prædium iter aquæ tibi non dem *¶ Hot. 8. ob. 13.* Labeo enim negare d. l. vlt. quod iter, id est, riuus concedi possit, quia riuus certo in loco fundi cõstituetur. Incertum autem adhuc vbi aqua inueniatur, quæ forrè pluribus locis exquirenda. Et *Vult. ad §. 3. l. h. t. n. 4.* de seruitute ipsa loqui d. l. 10. quæ ex fictione iuris esse possit de itinere verò d. l. vlt. id est, loco per quem aqua ducitur, qui sine fundo esse nequeat. Quod qui ad rem faciat non video. Neque enim in d. l. vlt. deest fundus cui iter queratur, sed aqua quæ per illum eat.

C A P V T XI.

Quasi vsucapio seruitutum.

VT NOSTRO (vid. supr. c. 9. lit. D.) VSVCAPIONE, VBI TRES. q. expedienda: I. AN VSVCAPIO POSSINT Negare videtur per legem Scriboniam l. 4. §. vlt. de vsuc. a l. 14. pr. h. t. l. 4. §. 1. de acq. a do. l. 10. §. 1. de vsur. & ex natura vsucapionis quia possideri nequeunt, vsus quoque, qui pro possessione est, hic in plerisque non est continuus. Contra. Vsu & tempore eas acquiri probant l. 10. si ser. vind. l. 1. §. vlt. de acq. pl. l. 1. c. 2. G. h. t. l. vlt. in fin. C. de pres. lon. tem. Ac primo quidem dici posse videtur illas l. de vsucapione illorum temporum, quæ in prædiis & Italico solo biennij fuit, has de vsu diuturno & longa possessione decennij vel vicennij loqui [ac ita noster ipse conciliat hæc supr. lib. 5. c. 22. cir. fin. b addens licet & longi temporis præscriptio requirat possessionem, eius vice tamen hic esse vsum ac facere locum acquisitioni longæ quasi possessionis, quam sententiam hic tacite retrahat.] Sed non admittit d. l. 10. §. 1. quæ longo quoque tempore capi negat. Accedit quod non ab auctore, sed iustini. mente accipiendæ. Dicendum igitur, proprie vsucapi non posse per dd. l. prioris, sed, ex ipsis verbis dd. l. posteriorum longo vsu temporis acquiri quasi seruitutem, quæ vicem seruitutis obtineat & veluti imposita dicitur. Vnde nec directæ inde actiones, sed viles. Et ita quasi vsucapiuntur, quia & quasi possidentur e d. l. 10. pr. si ser. vind. cum vsus sit pro possessione l. vltim. h. t. Quæ tamen quasi vsucapio iustæ vsucapionis vim habet, vt & seruitutem vsucapi rectè dicamus, sicuti & in l. 2. C. h. t. absolute dicuntur tempore acquiri. II. AN OMNES? Hic vulgaris & vsu receptus error d. ex malè intellectâ l. 14. pr. h. t. distinguit inter seruitutes cõtinnuas, quas vsu acquiri volunt, quales sint Vrbianæ, item aqueductus, de quo d. l. 10. pr. & l. 2. C. h. t. & discontinuas, quas non item, vt iter. Constat autem à Longo *vall. ad l. 3. de iuris. Barone & Duar. ad l. 14. h. t. Connan. 4. comm. 12.* e Nam & directio erronea. Omnis enim seruitutis continua possessio, feriam tunc cum vsus intermitteretur, animo recepta, & sententia fallâ. Quia omnes seruitutes sic acquiruntur, cum generalis sit regula l. vltim. in fin. C. de pres. lon. temp. l. 1. §. vlt. de acq. pl. arc. g Et in specie hoc probari potest 1. de vsufr. d. l. vlt. in fin. cum tamen non magis qui perpetuò frui, quam continenter ire possit. 2. de aqueductu d. l. 10. pr. d. l. 2. Nam & huius vsus interrumpi potest l. 7. l. 16. *Quem. seru. am. l. 1. §. 2. de aq. quot.* 3. Immo & ipsum iter (quod exemplum d. l. 14.) sic acquiri probatur quod Interd. de itinere datur ei qui longæ possess. prærogatiuam habet l. 5. §. pen. de it. act. prru. At non datur alij quam cui ius seruitutis quæsitum l. 3. §. 1. 3. eod. Obiic. At vbi nulla continuatio possessionis, nulla vsucapio. b. Rectè. Sed eâ nec vlla seruitus definitur, cum hic non minus animo retineatur; eo magis

gis quod in corpore potissimum animus valet. Quod & conuincit. Interd. de itin. act. priu. tuenda, id est, retinenda possessioni proditum l. i. c. 2. de it. act. priu. Nam si ius seruitutis possideret cum quis per fundum l. vlt. d. i. etiam postquam exierit non relinquenda possessio sed reuertendi animo. Obi. l. i. q. pr. b. 3. Sed ne aduersetur iuris rationi, possessione animo retinenda, quae ibi habentur vel de possessione corporali accipienda sunt, quae in ipso actu eundi, vel, si hoc durius videatur, vrgenda vocula videatur, videtur interpellari propter actum eundi, qui continuari nequit, verè non interpellatur. Omnibus igitur seruitutibus continua possessio, ita tamen vt quae in superficie sunt, etiam habendi vsq; reliquae, in quibus vsus interruptitur, animo. Instant. Atrratio Pauli in d. l. i. q. propria est seruitutis rusticis. Ergo cessante ea, etiam dispositio. Sed subicit mox idem esse in vrbanis. Neque enim illa ratio sola, quae rusticis propria, vsucapioni impedit. Sed & alia communis, quia incorporalia sunt & possideri nequeunt. h. Obi. l. 28. V. P. vbi foramen pauimenti proluendi causa ideo tempore non acquiritur, quia causam perpetuam non habet. 3. Differt hanc causa perpetua & possessio continua i. Quae si eadem essent, nihil immò magis hanc distinctionem euerteret quam d. l. 28. vbi dicitur omnes seruitutes habere causas perpetuas. Foramen ibi tempore acquiri negatur, non quia seruitus sit sine causa perpetua & discontinua, sed quia planè non est seruitus, ex ea ratione quod non habeat causam perpetuam. Dicit enim IC. neque flumen id est, seruitus fluminis & esse neque tempore acquiri, quod posterior ex illo inferitur. Prius enim vt possit res esse quam vt acquiratur. Obi. l. 3. §. ductus aquae de aq. quot. & est. vbi in ductu aquae requiritur tempus memoriae excedens. 3. Immo Dd. ipsi agnoscunt aquaeductum longo tempore acquiri de quo apertè l. 10. pr. si ser. vind. l. 2. C. h. r. Sine igitur continuam faciant seruitutem discontinuam, constructi tenentur nec elabi possunt. Si continuam sequetur nullas seruitutes vsucapi, sin discontinuam omnes. Sed Bart. in l. 2. C. h. r. duplicem facit aquaeductum. 1. Cui sit causa perpetua de quo accipit d. l. 2. & d. l. 10. 2. Cui non sit d. l. 3. §. 4. Malè quia omnis seruitus habet causam perpetuam d. l. 28. V. P. & si causae verbo intelligitur possessio, ea quoque, in omni animo, retinetur. Sin vsus corporalis, eum omnis aquaeductus non habet, cum non semper ducatur aqua vt suprà. Denique ll. indistinctè loquuntur & generatim. Quae itaque licentia d. l. 3. §. 4. de alia specie accipere quam d. l. 10. d. l. 2. de qua si sensissent ICti non nisi ineptè exprimere neglexissent. Generalis enim oratio omnis species continet l. 66. §. 3. de leg. 2. l. 23. pr. V. P. Et vbi L. non distinguit, &c. Quid igitur ad d. l. 3. §. 4. Non si quid vno modo rectè acquiri dicitur, vt illic aquaeductus tempore immemoriali, altero negatur. Exemplum in l. 20. C. de pass. Neque sic inutilis adiectio temporis memoriae praetergressi. Alio enim modo acquiritur solo tempore, decennio vel vicennio, vbi requiritur vt nec vi, nec clam, nec precario vsus sit qui acquisit d. l. 10. aliter pro constituto habetur tempore immemoriali d. l. 3. §. 4. Sine vllà videl. alià conditione, non tantum sine titulo, sed & sine scientia domini. m

NOTATA.

a Quam plebiscitum fuisse vult Cuiac. in l. 4. §. vlt. de vsuc. in fin. Cic. in Bruto l. Scribonij Trib. pl. memini. Sed Reuand. ad lib. ad l. Scribon. c. 1. videtur hanc L. Confiliaris, cuius auctor L. Scribonius Libo, qui Consul tempore Tiberij Collega Statilij Tauri, cuius mentio Dionij lib. 57. Sed vnum antel. Scribon. vsucapi potuerunt? Ita vult Cuiac. d. loc. per d. §.

vlt. v. sustulit. † Rom. d. lib. c. 2. potuisse non ex subatur & verè, sed quadam fictione ex prudentum auctoritate. Quod c. 3. confirmat auctoritate Seneca 6. de benef. §. 5. & Cicero. pro Caelina. Qui tamen loci parum ad rem mihi facere videntur, maxime prior. Lata autem lege Scribonia vsucapionem seruit. ciuilem, (quam itid, biennalem fuisse vult. ex loco Aggeni Vrbici in Frontianum) exoleuisse in eiusque locum longi temporis acquisitionem fuisse scribit, ibid. c. 5. † Hot. 4. obs. 2. in fin. vsucapionem seruitutum lege 12. tab. nominatim de corporibus scripta, non permissam, praua & inueneratã consuetudine, quae ius faceret, inductam, abrogatam deinde l. Scribonia. Sed Rob. 4. Sent. 8. Lex Scribonia ait, sustulit seruit. vsucapionem, non, quod aut vsucapi potuerint, sed quia defuit non posse vsucapi, eo quod iuris regula ac natura vsucapionis impediatur. Obi. Ar libertas vsucapi semper potuit, contrariorum autem eadem ratio 3. Robert. Diuersitas inde: Negligentia continua esse potest, diligentia & vsus nequit: deinde non vera est vsucapio libertatis, nam nec bonae fidei, nec titulum requirit, sed receptio ex amissione seruitutis per non vsum. Quod non vsuequaque admittendum, vide j. r. vlt. † Putat Cuiac. d. lo. Scribon. legem ad solas seruit. vrbanas pertinuisse, quia & in illis solis vsucapio libertatis, & per l. 14. h. r. in verbis, idem obseruatur, scilicet non ex superioris ratione, sed ex lege Scribonia. Sed id refellit Rau. d. lib. c. 6. & ea omnium vsucapionem sublatam Coraf. 5. misc. §. num. 4. & ad l. 14. h. r. num. 2. b. Erit Cuiac. ad l. 4. §. vlt. de vsuc. Rau. ad l. Scribon. c. 5. Pac. 3. q. 53. ac ferè Hot. 4. obs. 2. (qui tamen 8. obs. 10. hanc distinctionem Saliorum carmen vocat) A. Gueib. lib. qq. cap. 18. num. 11. & seq. Vult. in pr. de vsuc. num. 23. A. Fab. 19. Coni. 9. & 10. c. ita & Conna. 4. com. 10. num. 11. Temporis praescriptionem vice seruitutis fungi & c. 12. num. 16. coniecturam duci ex diurno, vsu, sciente & patiente domino fuisse iure impostam, & eod. modo Rob. 4. Sent. 8. † Duar. 1. disp. 34. & ad l. 14. h. r. & in prior. com. de vsuc. & in post. c. 3. quia quasi possessio quasi vsucapio inde, quia verus possessio vice legis l. 1. §. vlt. de aq. pl. arc. & actio vtilis ac quasi seruitus, P. Grangian. Paradox. c. 46. Charond. 1. v. r. s. m. 5. Coraf. 5. misc. §. num. 5. & ex eo Io. Hennequin. in not. ad Accurf. in l. 2. C. h. r. non veram ac propriam seruitutem esse, quia daretur actio directa, dici autem quod acquiratur longo tempore d. l. 2. considerata effectus. & Gilken. de praescript. p. 2. membro 1. c. 10. n. 12. & seqq. scribit magis iure praesumptionis, quam praescriptionis acquiri. † Malè autem Gouean. 1. var. l. 14. non vsucapi seruitutem, ideo quia non sint in bonis l. 1. de vsu leg. (cuius longè alius sensus) tempore autem acquiri, id est, tempus esse modum acquirendi sicuti pactum stipulatio, legatum. Nam nupiam hic modus ita relatus, & tempus nullius rei acquirendae modus l. 44. §. 1. de O. & A. In vsucapionib. enim dominium Lex adiecit, non tempus M. Lyclama lib. 2. Memb. eolog. 6. d. Martin. Laudens. in repet. l. 14. h. r. num. 2. Capolla de seru. vrb. c. 19. num. 4. seruitutes discontinuas praescriptionem immemorialem tribuens Padilla ad l. 1. c. 2. h. r. Stich. ad d. l. 1. num. 2. Vafq. 2. ill. contr. 84. n. 6. Vital. 2. var. l. 13. & alij quos refert Gilken. de praescript. p. 2. memb. 1. c. 10. n. 3. & Parlador. 1. rer. quotid. l. 8. Bron. 1. aff. 92. Et reprobat eandem A. Fab. 19. Coni. 9. ac in Cod. Fabriciano h. r. de h. 3. n. 3. † Dissentunt tamen hic Hot. 4. obs. 2. Cuiac. ad l. 4. §. vlt. de vsucap. Vital. 2. var. l. 13. Nic. Valla de reb. dub. tr. 7. num. 8. A. Fab. 19. Coni. 9. qui admittunt alias seruitutes possessionem continuam habere, alias non item, causam tamen continuam omnes requirere ferè dicunt. Aliter Rob. 4. sent. 8. volens quasi possessionem in nulla seruitute posse esse continuam. Vfus enim ille est quasi possessio, ait, & ita illa quasi possessio non etiam iuris simul est, sicuti vera, sed prolixi facti & non continua quia factum vtendi perpetuum esse nequit. Ibid. probat, nec seruitutem vrbanae vsum semper perpetuum ac sine intermissione, per l. 20. §. 2. V. P. Quae & ferè Longouallij opinio fuit contententis omnes seruitutes esse discontinuas ratione vsus, relata à Coraf. ad l. 14. h. r. n. 4. Sanè vsum in vrbanis quoque non continuum requirit verius omnino videtur. Idque planè probat l. 28. V. P. Quia & seruitus tigni immittendi, cum foramen manet in pariete seruente, quamuis tignum nullum manserit immixtum: adhuc vtilis, quia quando libet licet immittere, M. Lyclama 2. Memb. 8. Neque enim hoc seruitus tigni immittendi continetur, vt necesse sit nobis tignum immixtum habere, exigente id huius seruitutis natura, vt continuus sit vsus, sine quo nec existat, sed vt cum libet, immittere liceat l. 16. si seruit. vind. Amplius dico hanc & alias eiusdem generis seruitutes iam acquisitas esse priusquam vsus exerceatur, vt in l. 23. §. 1. V. P. l. 10. R. P. vid. suprà. c. 9. lit. M. & c. 10. lit. H. Nec ideo ob vsum non assiduum possessio discontinua r. alias quando-

que

que possessio seruitutes planè nulla esset. Nec vsus simpliciter pro possessione, sed pro traditione eius, d. l. vlt. h. r. g. Quod & confirmat Gilken. de praescript. p. 2. memb. 1. c. 10. num. 12. & seqq. vid. Vluccio. Seruit. praeter iam ante laudatores Capolla de seru. vrb. c. 20. P. Greg. 40. Synr. 4. Pachin. 8. contr. 22. Vafq. 2. ill. contr. 65. num. 6. & 7. h. r. & Parlador. 1. rer. quotid. l. 8. num. 34. & seqq. quando in lege plures rationes satis est vnaa superesse vt dispositioni locus sit. i. Quod & scite probat Parlador. d. §. 8. num. 11. & seqq. A. l. 28. exponens & Accurfij ac vulgarem interpretationem refellens. Causa enim est id ex quo seruitus efficitur, vt in aquaeductu, aquahastu, causa est aqua. Et aliud est perpetuum quod semper permanebit aliud continuum, quod fit sine interuallo. vid. & k. suprà. c. 3. lit. B. k. l. 1. V. P. l. siffulas 13. si seru. vind. Nec rectè Accurf. flumen exponit lignum excavatum, in quo aqua pluvia vel alia colligatur, nec rectè Longouall. accipit pro canali seu fittula, ceterum refert & reprobat Parlador. d. §. 8. num. 20. & l. seq. 1. Quam Bartol. distinctionem quoque refert & refellit A. Fab. 19. Coni. 11. quia est aqua de caelo cadit, quo casu nullum factum hominis intercedit, quam aquaeductus speciem continuum vocat Bart. nec tamen semper expedit praedio dominantis aquam continuo duci, ne quidem si assidue plueret, &c. m. Conna. 4. com. 12. num. 17. accipit d. §. 4. de ductu aquae ex flumine publico, per §. 2. eiusd. l. vbi nulla potest esse domini scientia qui nullus. Post 100. annos verè non seruitutem constituit, verum naturae beneficio videri concessam; tanquam sua sponte eo aqua confluat, & ferè Robert. 4. Sent. 8. requirit ideo longius tempus, quia scientia domini exigi inaequae, cum flumen sit nullius ac Hor. 4. obs. 2. P. Gilken. de praescript. p. 2. memb. 1. c. 10. nu. 28. & seqq. Quod & ex l. 7. C. h. r. confirmat Vult. ad pr. l. de vsuc. num. 23. † Sed hoc displicet Rau. in Tribon. c. 9. quem vid. Aliter Cuiac. 18. obs. 28. immemorialem requirit d. §. 4. non vt acquiratur, sed vt iure constituti loco habeatur. & A. Fab. 19. Coni. 11. quia cum iure constituti loco est, nihil eorum requiritur, quae alias ad seruitutes tempore acquirendas, vt scilicet ius iure non vi clam precario, vsus sit Quod in effectu cum nostri sententia conuenit. Et probat Faber hanc distinct. ex l. 1. §. vlt. de aq. pl. arc. verbis longa consuetudine vel ex iure impostam, quibus vult separari acquisitionem decennalem a constitutione temporis immemoriali. Prior autem Respons. nostri ibi. Non si quid vno, &c. tura non videtur, quia si semel acquisitum ius seruitutis expleto decennio, non potest denuo requiri completo tempore immemoriali l. 14. §. vlt. de exc. rei ind. & sim. Aliter Parlador. 1. rer. quotid. l. 8. ad omnium seruitutum acquisitionem tempus immemoriale exigens. Temporalis autem praescriptionem, quam admittit l. vlt. C. de praescript. lon. rem. l. 2. C. h. r. non acquiri potest, nec inde acti oriri, sed tantum exceptionem. Aliter Hieron. Eleu. lib. 2. diatrib. c. 11. omnes seruitutes vsu 10. vel 20. annorum acquiri, modo bona fides addit. De qua si nihil probetur exigi tempus memoriae excedens.

C A P V T XII.

Modi quasi vsucapionis.

3. **Q**VOMODO. TRIBVS MODIS PRINCIPALITER. I. SI SERUITVS EX IVSTA CAVSSA BONA FIDE ACCEPTA; à praedij possessore, non domino l. vlt. §. vlt. C. de praescript. lon. rem. 2. Vt est in l. 1. §. vlt. de aq. pl. arc. l. 10. Si ser. vind. l. 1. & 2. C. h. r. SI QVIS SERUITVS VSVS, ipse sc. per l. vlt. Quem. ser. am. l. vlt. de it. act. priu. suo iure, quod & in dubio censetur l. pen. C. de euict. CONTINENTER & sine interruptione l. 2. C. de vsuc. a & DIV, id est, 10. vel 20. annis (quae tria vsucap. vera communia) NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO à praedij domino (quod huic acquisitioni proprium) id est, eo sciente nec prohibente d. l. 2. C. h. r. LICET SINE TITVLO, ex recepti prioris sententia b probata omnibus ll. quibus haec acquisitio adstruitur. Nam vbi titulus ibi non requiritur scientia domini d. l. vlt. §. vlt. Hic autem requiritur dd. ll. Et hoc conuincit d. l. 1. §. vlt. de aq. pl. ac. tripliciter 1. in verbis: vbi non inuenitur imposta, id est, vbi titulus deest, quo imponitur, qui acquirendi causa est. 2. ibi: in seruitutibus hoc sequimur. Proprium itaque aliquid seruit. refertur, non vsucap. rerum corporaliu-

commune. 3. ibi neque vi neque precario neque clam, quibus scientia domini exigitur. Ergo per d. l. vlt. §. vlt. Idem probat d. l. 2. C. h. r. Nam si ibi titulum habuit is aut à domino; & statim seruitus, non tempore, quaesita, aut ab alio; & non rectè requiritur vt sciente domino vsus fit, cum titulo praedictus etiam domino ignorante vsucapiat d. l. vltim. §. vltim. Denique l. 10. si seru. vind. ibi nocere de iure, id est, titulo, per seqq. veluti ex legato, &c. Diff. Duar. 1. disp. 34. c. exponens verba illa de iure ciuili & directo, quod non cogatur probare iura constitutum esse seruitutem. Sic enim dicitur iure imposta l. 1. §. vlt. de aq. pl. Sed haec expositio, nec verbis Vlp. conuenit, nec sententiae, qui quid illis verbis intelligi velit statim explicat, veluti ex legato. Legari autem potest seruitus ab alio quam fundi domino. Nec conuenit ea de legato domini accipere. Tunc enim indubium est statim acquiri. d. Deinde nec eadem sunt non habere iure constitutam seruitutem & non necesse esse de ea docere. Neque haec potest esse sententia, quod, quia vtilem habet actionem, ideo de iure directo docere non cogatur, quia de eo, vti planè expedito, inanis dubitatio. Obi. Regula generalis l. 24. de R. V. l. 2. C. de vsuc. pro herede. 3. Per tineret ad vsucap. rerum corporaliu; quae sola vera ac propria. Ratio diuersa, non, quae vulgò redditur, quia seruitus res minimi pretij, e sed quia domini patientia requiritur, quem non verisimile est tam diu passurum, nisi constitutam velle, arg. l. 6. §. 3. de aq. hered. 3. SI VSVS ORIGO MEMORIAM HOMINUM EXCEDAT, vbi nec titulus nec scientia domini necessaria l. 3. §. 4. de aq. quot. vid. cap. praeced. in fin. ET VNO PER CONSEQVENTIAM. Cum praedictis l. 10. §. 1. de vsuc. f [vbi tamen reuera nihil vsucaprum nisi praedij. Nam & sine vsucapionem esse debent praedij conditiones, haec ex c. seqq.]

NOTATA.

a Interruptio autem fit non quavis verbali prohibitione, a sed factis testata, vt vult A. Fab. in Cod. Fabr. h. r. de h. 1. c. 10. b Capolla de seru. vrb. c. 20. n. 6. Schar. ad l. 2. G. h. r. nu. 4. & seqq. Conna. 4. com. 12. num. 15. & seqq. Temporis, ait, diuini decursus solus faciat, vt censetur verum seruitus ius habere. Non enim illo vsu quaeritur seruitus, sed creditur debita nisi contrarium probetur. (Sed non puto hic contrariae probationi locum esse) & num. 17. Nullo titulo opus est dum sciente domino fecerimus, eius enim patientia certum praebet argumentum aliquando impostae seruitutis & Zouet. ad l. 2. C. de pass. int. empt. num. 167. Vafq. 2. ill. contr. 65. num. 7. & seqq. & c. 78. nu. 1. Vaud. 2. q. 3. num. 49. Zanger. de excepti. p. 3. c. 8. num. 40. A. Fab. 19. Coni. 10. qui eodem fore modo quo noster. Bron. 1. aff. 93. P. Gilken. de praescript. p. 2. memb. 1. c. 10. num. 12. & seqq. Piuurmiss. 1. de Iuris. d. 1. n. 26. † Nic. Valla de reb. dub. tr. 7. n. 14. tit. Specialem veluti pro legato, donato, &c. non requirit, sed sufficere generalem Pro suo, si bona fide vtatur, iusto errore motus vt seruitutem suam credat. † Cuiac. amplius ad l. 14. §. vlt. de vsuc. nec titulum nec scientiam domini exigit. Ideo autem in l. 2. C. h. r. verba ad scientiam haberi, vt sciamus eum non clam deduxisse, posse autem & ignorante domino duci, modo non adit celandi animus & P. Busius ad l. 14. D. h. r. n. 9. id ita in d. l. 2. ad speciem propositam rescriptum esse, aut clandestini actus excludatur, qui & ibid. n. 7. & 8. ineptam distinctionem habet inter praescriptionem decennalem quae tantum exceptionem & confessionariam vult; ac quasi vsucapionem ex iure constitutionum quae directam act. pariat. c. & ad d. l. 10. si ser. vind. c. quia ius non significat titulum, sed quid maius ac amplius videl. ipsam seruitutem. 2. §. vlt. d. l. 1. §. vlt. de aq. pl. apparet §. 3. de it. act. priu. & P. Grangian. Paradox. cap. 46. & Coraf. ad l. 14. h. r. n. 31. Ibid. Duar. scientiam non esse necessariam, sed sufficere si aduersarius patiar nec impeditur. Et Rau. ad l. Scribon. c. 7. quae d. l. 10. interpretatur ex l. 12. Quem. ser. am. & accipit de eo qui fundum bona fide emit, ac cum fundo seruit. possedit. Hic inquit, non cogitur docere de iusta seruit. origine, quomodo auctori suo seruitus constituta

tuta fit. Et Hor. 8. obs. 10. quia in l. 4. C. de preser. lon. rom. negatur prescriptio longi temp. sine titulo procedere. Et l. 8. C. de preser. 30. ann. ita dat act. ei qui diu possedit, si emptiois, legati vel alio titulo bona fide possederit. Idem male accipit d. l. 10. de seruitute tempore immemoriali acquisita pro reo teponeis centum, ac coniungendum dicit l. 1. §. vltim. de aq. pl. arc. quæ ex eodem libro. Sed nec in d. §. vlt. vetustas infinitam memoriam significat vt vult Cuiac. ad l. 4. §. vlt. de vsuc. Hottom. d. loc. 4. C. obs. 2. Sed tempus 10. annorum per verba seqq. diu & longa, vt rectius idem Cuiac. 18. obs. 28. C. Reu. in Tribon. c. 9. vid. C. Cornel. à Rombel. centur. 99. de possess. 9. 99. Mihi sic stat sententia. Semper hic titulum exigunt, neque ab eo, & generali regulâ iuris nec vel auctoritas vel rationes nostri & aliorum dimouent. Semper exigunt scientiam alterius, verum non domini l. vlt. §. vlt. C. de preser. lon. alioqui rarissima erit hæc vsucapio, de qua tamen tot iuris loci habentur, neque suis vsucap. dominiorum certitudo, possuntque amputatio in hac seruitute acquisitione attenditur. Quotus quisque enim ita facili suo vt prædio seruitutis onus sciens obrudi patiatur. Quod si patiatur, nosne apertus hic donandi animus se & factio (faciendi verbo & non facti ac patientia continetur) declaratus. Saltem nomine præsumptio donationis ac consensus domini breuiori tempore induci potest. maxime si actus quibus seruitus exercita, crebriores. Cuius igitur vicini possessoris, siue ab eo titulus habeatur, siue ille isti successerit, siue quavis aliâ ratione istius prædij possessionem adeptus sit. Neque aliud probat recte perpenâ d. l. 2. C. h. t. Verba enim, per possessionem conuincunt proprietatem eius fundi, ad Martialem, quo sciens aquam duxisse consulens proponitur, non pertinuit l. 113. de vs. Quia verba confestim subiuncta, exemplo verum immobilium, firmiter arguunt, nec facilius admitti hanc acquisitionem, quam si eadem requisita, quæ in rerum immobilium vsucapione ll. desiderant, inter quæ & titulus est, interuenerint. Dices. At rerum soli vsucapio non desiderat cuiusquam scientiam. Nec sic igitur similitudo conuenit. B. Nihil verò hic diuersum. Non enim scientia talis requiritur vt sciat vicini fundi possessor nullum ius aquæ ductus ex gr. competere vicino seruitutem vtendi (imò tunc maxime curret quasi vsucapio, quando existimat eum suo iure facere) sed satis est si sciuerit factio, iplo viciniam aquam ducere, si id nec se inuito nec occultè, nec ad tempus indulgente faciat, ac ita nec vi, nec clam, nec precario ab eo vtatur. Ideo autem hoc quia hæc scientia & patientia est loco possessionis l. 1. in fin. R. P. l. 11. §. 1. de Publ. in rem. Nisi igitur patiatur & sciat vicinus nec quasi possessio habetur. Belle igitur similitudo conuenit. Nam & vt ex traditione rei corporalis vsucapienti facultas sit, requiritur voluntas actoris à quo possidendi causa supr. lib 5. c. 18. Quin & si à domino imponitur seruitus, requiritur & titulus & scientia illius, l. 16. §. ser. vind. Eadem igitur & in personâ non domini interuenire debent vt transeat vsucapienti facultas §. 5. l. Per quas perf. Et hæc scientia est quam exigunt conuincunt alia l. d. l. 1. §. vlt. de aq. pl. l. 10. §. ser. vind. dum vsuum, nec vi, nec clam, nec precario habitum desiderant. Minimè enim sequitur scientiam veri prædij domini requiri. Pone dominum forte 100. millaribus abesse per annos 30. Alius (siue cum titulo siue, siue eo, quoad hoc non refert) aquæ ductum per illius fundum habuit interea, à nemine precibus obtentum, palam, nullo resistente. Quis dicit hunc vsuum clandestinum, violentum, precarium ve esse ob infcientiam domini absentis, de quo celando ne cogitare quidem potuit aquæ ductum vsus, qui alium, possessorem videl. dominum putauit hunc ignorauit. Clam verò facit is qui celat aduersarium à quo controuersiam timet l. 3. §. per. Quod vi aut clam l. 6. pr. de acq. possess. Neque igitur domini scientiam requiro, nisi eo casu quo titulus ab alio possessore habetur, & nondum expleta vsucapione dominus possessionem rei suæ acquisiuit vel recepit. De quali specie d. l. 2. C. h. t. si omnino de domini scientia loqueretur, accipere nihil vetaret. Rescripta enim ad propositos casus emanarunt. Nullus itaque est secundus modus quasi vsucapionis. Et cum nec tertius, quem uoster facit, propriè sic dici possit fatente eodem vna erit ac simplex seruitus quasi vsucapienti ratio, sicuti & rerum corp. quarum exemplo hæc inducta d. l. 2. Nihil iam obstat l. 1. §. vlt. de aq. pl. Nam 1. verè non imposita seruitus etiam quæ bona fide & iusto titulo à non domino accepta l. 6. in fin. pr. l. 8. com. præd. & ne quidem vsucap. expleta imposita propriè dicitur sed quasi imposita, per d. §. vlt. v. videatur. 2. Nihil hic peculiare habere seruitutis conuincunt, voculæ & ac hoc idem. Dicit IC. Et in seruitutibus hoc idem sequimur, id est, idem quod in corporibus obrinet trahimus ad seruitutes licet de his maior sit dubitatio. 3. Verba neque vi & c. non arguunt requiri scien-

tiam domini, sed possessoris l. 6. pr. de acq. poss. vt ex dictis patet. Quin vel ex his ipsis verbis Ran. de l. scribon. c. 7. tituli necessitatem adstruit. Quomodo, ait, ostendet se ipsum, non vi, nisi auctore nominato, non clam nisi denunciauerit domino (dicere debet possessori) l. 3. §. pen. Quod vi non precario, nisi doceat quâ auctoritate ius nactus fuerit. Quæ tamen an satis firma sint nolim asserere. Sufficit mihi si hæc verba tituli necessitati non aduersantur, est fortè nec eandem inferant. Neque enim si hinc non probatur, ideo nulla est, modo de eâ constet aliunde, vel ex iuris ratione. Semper supponendi sunt termini habiles. Nec obstat l. 10. §. ser. vind. Nam 1. ea accipi potest, iuxta expositionem, R. P. ut s. h. t. lit. 2. Nec Duan. interpretatio absurda. Qui immò ius quo aqua constituta est, incongruè exponitur de titulo. Nam verum non est titulum qui à non domino habetur constituit seruitutem l. 6. in fin. com. præd. Nec restant verba seqq. veluti ex legato, quæ interpretationem capiunt ex præced. Possunt accipi de legato alterius quam domini, possunt etiam de domino legante, & sic debent, vt exemplum conueniat propositioni, quia legatum alterius non est ius aquæ constituendæ d. l. 6. in fin. d. Nihil hæc obstat. Indubium est titulo à domino accepto statim acquirit. Verum hoc maxime dubium, quod tractat Vlpian. d. l. 10. an aliter quam statim acquiratur, & an diuturnus vsus quidquam proficiat, si non de iure constituta aquæ, id est, de eâ à domino accepta doceatur, e. ita Mart. Lauden. in l. 14. b. r. n. 7. Capolla de ser. vrb. c. 20 n. 6. quia non agatur de acquisitione domini, sed de conditione rei grauandæ. (Vnde aliud esse in vsu qui pars domini) quod & reprobat A. Fab. 19. Com. 10. Alia ratio Capolla est quia seruitutes hæc quarantur rei, quæ sibi prouideri non potuit de titulo. Nugæ: f. Vid. M. Lyclama lib. Membran. eclog. 6. f. qui in hoc differentiam quandam facit inter vibanas & rusticas seruitutes.

C A P V T XIII.

Iura seruitutum in prædijs.

IVS SERUITVTIS PERTINET PARTIM AD PRÆDIA vtrique. Nam & prædium, cui imposita, seruitur dicitur l. 13. §. 1. l. 21. l. 22. §. 2. R. P. l. 12. com. præd. a & prædio deberi ac ius prædij a d. l. 13. pr. l. 20. §. vlt. l. 23. §. 2. l. vlt. 34. R. P. Sequitur igitur fundum, mutato domino, etiam inuito domino, d. l. 23. §. 1. & cum illo vsucapitur l. 10. §. 1. de vsuc. multoque magis ad heredes transit l. 8. §. 3. in fin. de lib. leg. Hinc vno ex sociis de communi seruitute agente, sententia datur prædio non socio l. 21. §. vlt. de neg. gest. vt victoria etiam alijs proficit l. 4. §. 3. §. ser. vind. quod aliàs non fieret tit. C. Resint. al. ad. SED QUATE- NUS? Alia causa prædij dominantis, vbi omnibus partibus debetur, & omnes sequitur si particulatim venerit l. 23. §. vlt. l. 25. R. P. Alia seruitutis. Nam si certus locus demonstratus, per quem ex gr. iretur, cæteræ partes liberæ l. 13. §. 1. R. P. Sin generaliter constituta distinguo. Aut nominatim ita, vt totus fundus seruiret & omnes glebæ seruiant d. l. 13. §. 1. aut simpliciter, seu indefinitè, & seruiant omnes l. 1. §. 9. h. t. l. 21. R. P. ad electionem scil. id est, eligenda est initio quauis pars, per quam ire, agere & c. liberet. Atque sic electio est actoris ac, si testamento constituta sit, legatarij. b Obi. Immo heredis l. 1. §. 26. R. P. B. Ex verbis si modo nulla captio, & c. Partes quædam exceptæ sunt ex æquitate, quæ eligi à legatario non permittuntur, de quib. d. l. 9. h. t. C. l. 22. R. P. electio igitur tunc heredis si per partes illas exceptas legatarij ire agere ex gr. velit. Hoc enim non licet nisi tunc malit heres per earum aliquam seruitutem vsuum concedere. Sic enim nulla captio vel iniuria legatarij: Partes vero illæ tacitè, contra verba & generalis sermonis naturâ, exceptæ ex sententiâ ac sine seruitutum, qui non est oneratio vicini, sed commodum eius cui quaritur. Rectè itaque, in d. l. 9. habetur id licere ciuilitè, id est, bono more, sine captione, non malitiosè, vid. l. 38. de R.

de R. V. ibi, neque malitiosè indulgendum est, & c. Ad vsuum verò pars vna & certa seruitus. Semel enim electo loco non est ius mutandi d. l. 9. ibi, nec amplius h. t. d. l. 13. C. vlt. R. P. quia cum vna seruitus, non plures, constituta sit, directâ semel per vnum locum ibi cõstitit, cæteras partes liberat d. §. 1. Vacit l. apud. 20. de opt. leg. Sed quanta ea pars? Si sine demonstratione loci constituta, aut latitudo lege definita, eam sequimur vt viæ octo pedum in porrectum, in anfractu, id est, vbi vehiculum flexit, sexdecim, e. l. 23. pr. R. P. ait non definit vt in itinere & acta. & tanta accipitur, quanta vsui conuenire videtur, quod arbiter definit l. 13. §. 2. R. P. Sin demonstrato certo loco, tum si sit latior legitima latitudine, totus seruiet, sin angustior, quatenus patet, vt tamen si viam non recipiat actus vel iter tantum constitutus sit l. 13. h. t. l. 23. pr. R. P. Nec cõstitutio planè inutilis, quia cum via actum & iter continet, qui eam constituit etiam hæc. Quare & si coniunctim haberi nequeunt, singula tamen rectè habentur. a

N O T A T A.

a Hinc rem derelinquendo onus seruitus, effugere licet l. 6. §. 2. in fin. §. ser. vind. quod non liceret si homines deberent non res l. 7. pr. de ag. pl. l. 10. Sup. ad l. 1. h. t. n. 2. b Cõsentit Bron. 2. aff. 6. quia si in potestate heredis vel concedentis esset eligere, totus fundus non seruiret, C. Capolla de ser. vrb. c. 23. n. 3. dist. 1. inter simplicem concessionem d. l. 9. & generalè, vbi etiam variationem post factam electionem permittit. Et n. 4. interesse putat an verba directâ ad heredem, an ad legatarium, vt attendatur in cuius fauorem adposita snt. Cuiac. in not. ad d. l. 9. dist. inter seruit. legatam per vindicationem, vbi elect. datur ei cui relicta, & per damnationè vbi heredi. Qui dam volunt elect. primò heredis esse d. l. 26. Si verò is nolit vel negligat eligere, legatarij. Coras. ad l. 9. hoc tit. n. 6. Quod dist. Charondæ r. verisim. §. quia in d. l. nulla regulatio nis mentio. Ipse putat nihil, interesse vter eligat, modo heres sine captione legatarij, d. l. 26. legatarij ciuilitè d. l. 9. id est, sine seruitutis detrimento. Superior ad d. l. 9. n. 4. neutrius esse electionem, sed ad arbitrium tribui, nec vel legatario tribui, nisi vt heredis, vel heredi nisi vt legatarij causam agat. Sane solutio nostri ad d. l. 26. quam probat Bron. d. aff. 6. idem, si quid mei iudicij est, non perferit. Nam sic r. e. d. l. 26. de casu indubitabili, 2. de improbabili & rariis cõtingente. Quis enim facillè ita supinus vt per medias segetes vel vineas vsuum viæ potius concessurus sit, quam per aliam fundi partem, qua legatario ire liberet. Nec vlla quoque in eo vtilitas legatarij, cuius magis interese viam constitui per propinquiores & commodiores partes fundi, tamen non sint ex locis exceptis. Quare haud scio an non rectius sentiant, qui electionem hic heredi tribuunt ex verisimili testantis mente, qui minimum grauius heredem censent, & quia electio fieri debet minore seruitutis fundi detrimento, Vital. 2. var. lect. 10. (qui & hoc inde liquere scribit, quod est legatarij nequeat, dominus tamen variare possit si sine incommodo legatarij fiat l. 2. §. pen. de relig.) Pac. 3. q. 52. Idque eo magis quod, cum sine captione legatarij heres eligere debeat, & locum eius modi desinit, quo nihilo deterior causa seruitutis reddatur, quam si legatarij eligeret, inde patet rationi illi, quæ aliàs in legatus electionem dat legatario, vid. lib 8. cap. 19. lit. 1. C. c. hic locum non esse. Illic enim electio inter res diuersas & disparis pretij, vbi sape interese vnam habere præ altera. Quid vero ad d. l. 4. B. Rectè Pac. d. loc. non ibi desinuit cuius sit electio, sed eo supposito, quo casu est electio legatarij (fortè si à testatore nominatim concessa) qualis sit per quam fundi partem c. l. 8. R. P. Capolla de ser. rust. cap. 3. num. 4. vid. Coras. ad l. 1. de ser. num. 100. C. seqq. Ant. Aug. 2. Emend. 11. pag. 113. d. Hottom. 1. obs. 21. Rau. ad l. 22. tab. cap. 14. d. ita C. Duan. ad d. l. 13. Ratio dubitandi videtur nec iter, aut actus deberi, arg. l. 3. de reb. dub. R. decid. loquitur d. l. 3. de reb. diuersis; via autem iter vt minas maiori inest l. 110. pr. de R. l. vbi P. Fab. pag. 483.

C A P V T XIV.

Iura seruit. in personis.

PARTIM AD PERSONAS, ad quas à prædijs transfertur. Ius autem DOMINI SERUITVTI, cum nò

fit in proprietate l. 4. pr. §. ser. vind. necesse est vt sit in v. sv. Qui in duobus PRINCIPALITER IN IPSA SERUITUTE, tantum iuris, quantum constitutio conce- dit, quod ex quavis specie iudicandum. Duæ autè hic regulæ. 1. Generaliter cautum de omni specie accipitur l. 23. P. 2. Si seruitus emittur in ambiguo interpretatio fit contra venditorem l. 17. §. pen. V. P. PER AC- CSSIONEM IN REBUS ALIIS. Quicquid enim est sine quo vsus seru. inutilis, id tacitè concessum. a VT SERUITVS NOVA. Ex g. haustu aquæ concessio etiam iter ad hauriendum l. 3. §. vlt. R. P. l. 10. in fin. V. P. Et itineri ad fontem cesso, inest d. §. vlt. quia altè iter inutile. Sed in haustu ex fonte priuato. Si quis autem haustu ex flumine publico cesserit, & sic ex re non sua, nec priuati iuris b nihil agitur d. §. vlt. in fin. Vt scil. nec iter b debeatur, vti accessio sine principali non subsistens. Simpliciter autem iter ad flumen rectè ceditur, d. §. vltim. quia tum causa principalis in itinere & per se consistit, 2. REFLECTIO LOCI seruituti destinati, fo- diendo aut substituendo, id est, complanando & ster- nendo, l. 10. de ser. gradus & cliuos faciendi, in specie l. 20. §. 1. V. P. & quæ ad eam necessaria l. 11. in fin. pr. com. præd. Quæ verò ad commodiorem vsuum faciunt, ea licita si seruenti non noceant d. l. 11. C. l. Quintus 15. R. P. Si noceant non item, ne in suo quidem, vid. l. 20. §. pen. V. P. nisi naturaliter nec manu factio hædere pos- sint, vid. l. 20. §. 1. R. P. Quæ planè non faciunt ad vsuum seruitutis, ea nec licita, tamen non noceant: Vt ex aquæ ductu vicino commodare l. 24. R. P. vt et si per plurius prædia aqua ducatur, nulli haustum ex riuo cedere liceat l. 33. §. 1. d. r. Ratio in d. l. 24. ex natura ser- uitutis prædio ita cohærentis, vt intra eius vsuum con- sistat, nec longius producatur l. 5. in fin. cod. e. nisi id con- uenerit d. §. 1. non vt debeatur exinde seruitus, quæ seruitutis nulla est l. 1. de vs. leg. a sed vt exceptione pa- cti se tueatur qui cedit. Domino autem prædij ser- uientis eadè adimit seruitus, quæ alteri tribuit, l. 5. §. 9. de op. no. nunc. vt cogatur pati, aut non facere pro con- ditione seruitutis l. 15. §. 1. hoc tit. ne quid faciat quo v- sus impediatur l. 15. l. 20. §. 3. C. vltim. V. P. l. 13. §. 1. l. 14. R. P.

N O T A T A.

a Sic iure aquæ ducendæ concessio etiam riuu faciendi a Riuus enim iter aquæ. Aquæ ductus ius habendi riuu in præ- dio alieno, Cuiac. 9. ad Afric. in l. 33. §. 1. R. P. vid. Bronch. 2. aff. 4. b Nam ex flumine priuato haustus cedi potest, quo- modo accipiendâ l. 2. com. præd. Cuiac. 3. obs. 28. Bronch. 2. aff. licet Donell. noster accipiat de flumine publ. s. c. 3. lit. C. V. Vital. 2. var. lect. 9. n. 1. Qui haustum, ait, ex flumine publ. cedit, ideo nihil agit, quia id vnicuique ipso iure competit. Sub- iicit nec iter aut viam concessam censeri, quia ad publ. flu- men publicus aditus, ideoque non esse antecessens necessa- rium iter priuatum ad flumen publicum. Vt viciosa ratio. Sic enim nec simpliciter iter concedi potest. Et potest esse compendiosior via ad flumen per fundum vicini quàm publicus ille aditus. Rectè autem noster. c Adde quod nec possit haustus concedi alicui ex dominis prædiorum neque alteri. Quia si cedis domino tum fiet vt prædium, quo tuo fundo seruitutem aquæ ductus debet, ipsum sibi seruiet ad haustum aquæ, cum in eodem fundo aqua ducatur ac hau- riarur. Si verò cedis alij, quam domino, etiam ratio illa obstat, quod seruitutis conditionem efficit deteriorem, A. Fab. 5. Com. 11. Malè itaque Hor. 8. obs. 14. vocula meam ex d. l. 24. electa, & pro, contra contrahit, reposito: Proculum Labeo- nis sententiam, non reprobare, sed restringere. Quasi velit tum non licere, cominodare, si aqua fundum seruientem nondum egressa. Licere autem postquam prædium domi- nans ingressa. d Nou vt si seruitus prædialis aut personæ d- lis, quia qualitas qualitatis, accidens accidentis non est, sed obligatio personalis, quæ pertinet etiam ad heredes con- trahentiu. Quod idem obtinet si domino prædij id cõcessum. Nam sine conuentione dominus prædij seruientis haurire aquam

aquam ex ruo vel adpellere ad eum pecus non potest l. 2. de riuo. Quod si conuenierit, non iure seruitutis habet, quæ rei suæ nulla, sed conventionis, ita Cuiac. g. ad Afric. ad d. l. 33. §. 1. Male itaque Balduin. ad §. 21. l. de legat. n. 3. §. 4. seruitutem quidem personalem, quæ temporalis, non posse constitui seruitutis realis, quæ continua & perpetua. Nihil autem impeditur quo minus sit personalis seruitus seruitutis personalis, & realis seruitus seruitutis realis d. leg. 33. §. 1. & l. 2. de riuo.

CAPVT XI.

Actio Confessoria.

O Binendis his iuribus prodite ACTIONES DVÆ. I. CONFESSORIA sic dicta à re, non à formula l. 4. §. pen. in fin. h. t. §. ser. vind. vid. sup. lib. 10. cap. 2. lit. C. Quæ est vindicatio & actio in rem l. 1. pr. hoc tit. §. aquæ 2. l. de act. PRÆDIUM DOMINO de leg. 2. §. 1. et si, is pro parte dominus, tamen in solidum l. 4. pr. §. 3. & ult. l. 6. §. 2. h. t. etiam si possideat l. 6. §. 1. l. §. 8. §. 3. h. t. vid. d. c. 12. lit. D. SOLI d. l. 2. §. 1. Non igitur fructuario, neque eius seruitutis, quæ prædium debetur neque eius, quæ ei fruendi causa conceditur, licet vtræque vtatur & vtriusque nomine vsum vindicet d. l. 2. §. h. t. h. 1. pr. si vsu pet. At. Interd. de itin. datur fructuario. Resp. Vp. d. l. 2. §. ult. quia ibi non de iure, sed factio queritur, id est, non intendit seruitutem suam esse, sed se itinere, actiue vsum, quod quibus potest etiam non dominus de omni seruitute l. 4. pr. & ult. l. 6. §. 2. directæ de reliquis, vtilis de répoze quæ sita. leg. 10. hoc tit. & de seruitutibus rusticis exc. priorib. 4. arg. l. 1. §. vltim. R. P. ADVERSVS DOMINVM prædij seruitutis l. 6. §. 3. hoc tit. & omnem qui nos seruitute vti impedit quoquo modo l. 4. §. 1. §. 1. §. 10. §. vlt. hoc tit. Petitur autè vt seruitutis nostra declaretur l. 8. §. 3. hoc tit. ET PRÆSTETVR CVM CAUTIONE l. 8. hoc tit. (vbi distincta pro coniunctis, vt l. 53. pr. de V. S. V. r. r. que enim præstandum, quia seruitus non potest plene restituta dici, nisi cautio præstita) id est, & vñs liber l. 9. b. & caueat reus neque se, neque successores prohibitorios, sine quo non est plena restitutio, cum nihil præstetur certo mansurum. In seruitutibus oneris ferendi etiam de refectione parietis cauendum d. l. 7. & si reus non parer damnatur quanti in litem iuratur d. leg. 7. in fin. Sed & fructus acid quod interest, veniunt l. 4. §. 2. l. 6. §. vlt. l. 18. hoc tit. Eadem petitio & condemnatio, et si vnus ex pluribus dominis vindicet, vt tamen si condemnatio fiat in æstimationem tantum, quod sua interest consequatur leg. 4. §. 3. h. Si feruens fundus plurium ita aduersus quemvis actio, prout is nos vti prohibet. Hic verò vnus ex pluribus in solidum damnatur leg. 4. §. 4. h. t. etiam in solidam æstimationem l. 2. §. 2. de V. O. quia interest in solidum actoris. Aliud tamen in seruitutibus oneris si de refectione agitur l. 6. §. 4. hoc tit. quia hic est obligatio facti in qua pecunia præstanda, quæ diuidua.

NOTATA.

Vtilis tamen seruitutis petitio datur & quasi domino vt amphiteute, superficiario l. 1. §. vlt. de superfic. creditori l. 16. de seru. vid. Cifner ad l. 15. de op. no. nunc. pag. 10. & seq. Vital. 2. var. lect. 2. num. 5. & seq. b. videtur hic noster sentire quod aditus ille ad rem fructuarium, de quo vid. lib. 10. cap. 7. lit. D. sit seruitus, quod tamen dicitur negat d. l. 2. §. 2. Seruitus, enim seruitutis non est. Et cum prædium non habeat fructuarium neque seruitus prædij illi deberi potest l. 1. com. præd. Vital. 2. var. lect. 8. n. 3. Obi. l. vn. §. 4. de remiss. b. vid. s. lib. 10. c. 11. lit. Cod. & nor. e. Vñs seruitutis personæ cohæret, seruitus verò ipsa prædij. Hor. ill. q. 41. pag. 381. d. At obstat creditur d. §. 3. l. 6. hoc tit. §. Vital. 2. var. lect. 2. num. 5. & 6. valde eam §. torfisse ingenia interpp. scribit. Ipse etiam se torquet nec expedit. Cifner. in interpret. l. 15. de op. no. nunc. Speciale esse in act. de seruitutibus oneris ferendi vt deur contra solum dominum. Quia casu inquit, petitur non tantum vt onera fe-

NOTATA.

Quæ contraria l. 8. pr. h. t. quia vti vindicatur seruitus, ita contra vice versa libertas Duar. ad l. 15. de op. no. num. melius quam Cifner. in interpret. d. l. 15. quia ex contrario deur confessoria, sicuti contraria actio quæ opponitur directæ. Nam dissimilitudo inter hæc: Illa datur contra eum qui agit ut agere potuit directa ex contractu. Hæc non est contra eum qui agere potuit confessoria, sed cui seruitutis ius non est. b. In controuersis seruitutum reus non æstimator ex b. possessione, sicuti in controu. rerum corporalium, sed ex ratione conueniendi, Cuiac. g. ad Afr. in l. 15. de op. no. nunc. Expedit autem quandoque agere possidenti, priuquam aduersarius agat confessoria, si creatur ne eum coeperit ex. g. ædificare, nouum opus sibi nunciatur & opus interuptum maneat, Duar. ad d. l. 15. vid. & P. Greg. 4. Synt. 22. c. At cuius hic erit probare? Duar. ad d. l. 15. probandum sic ageñt dominium, quo probato libertas quoque; eo ipso quod non apparet constituta seruitus. Quod vulgo extendunt et si in quasi possessione seruit. si reus conuentus. Alij tamen hoc casu probationem dominij coniungunt. Menoch. 3. pref. 89. n. 8. Fachin. 11. contr. 5. c. A. Fab. in Cod. & abr. h. t. defn. 8. Cifner. verò in interpret. l. 15. de op. no. nunc. indistinctè probandum esse negatoriâ experienti pluribus contendit.

rat aduersarius, sed & vt parietem vel columnam reficiat d. l. 6. §. 2. Quæ reficiendi facultas soli domino l. 33. V. P. Quare singulariter hic constitutum ad alias seruitutes non est trahendum. Sed cum resistat verba extrema d. §. 3. feruit. caeterarum, &c. ea referenda vult non ad totam orationem, sed ad priora tantum verba, non alij quam domino. Sed nihil hic speciale, nec clausula postrema, sine manifesta vi sic accipi potest. Eccc bonæ fidei, filiusve possessor adiu feruentium non minus cogatur reficere parietes, quam dominus. Quasi verò soli domino sius reficiendi, etiam alio possidente, nec possit nullus reficere qui de dominio rei, quam teneret, non est certus. Immo nonne & prædo in refectione necessarias impensas facit. Certè, d. l. 33. nihil omnino ad rem facit. Crucem denique sibi ipsis hic Dd. sine vlla necessitate fixerunt. Neque enim dum actio competere aduersus dominum affirmatur, contra alium dari negatur. Immo verba non alij ad aduersus dominum trahi non possunt, ratione sermonis nec ferentis. Difficultas ea esset, quam singuli Dd. si hæc verba haberentur: & non aduersus alium quam dominum. Nunc nulla est, nec leuissima, e Item si qui nondum impedit metuitur impedit metuitur ne impediatur, Duar. ad l. 15. de op. nunc. per eam l. Sed si reus dicat se non impediturum non cogi suscipere iudicium arg. l. vlt. de R. V.

CAPVT XVI.

Actio Negatoria.

NEGATORIA a domino neganti se seruitutem a debere l. 2. §. 1. l. 4. §. 7. hoc tit. et si possideat libertate b leg. pen. §. vlt. si vsu pet. iunct. l. 2. pr. hoc tit. aduersus omnem, qui libertatem prædij inquietando detinet Exempla in l. 8. §. 5. & 4. h. seq. l. 17. pr. & §. vlt. hoc tit. Vt prædium declaretur liberum d. l. 8. §. 3. & restituitur libertas, id est, impedimenta remoueantur l. 11. l. 14. hoc tit. cum cautione l. 12. h. & fructibus l. 4. §. 2. h. ex. g. si ob inquietationem rei res minoris vendita. Vtriusque actionis executio aduersus præsentem, qui si sui copiam non faciant. Prætor causa cognita mittit in possessionem l. 18. h. t. Sunt & remedia communia. Tuendæ seruituti. Op. noui nunciatio vid. j. lib. 15. c. 45. & de quibusdam interd. possessoria d. l. 15. c. 33. Libertati eadem vti & Interd. Vti possid. l. 8. §. 5. h. t.

NOTATA.

Quæ contraria l. 8. pr. h. t. quia vti vindicatur seruitus, ita contra vice versa libertas Duar. ad l. 15. de op. no. num. melius quam Cifner. in interpret. d. l. 15. quia ex contrario deur confessoria, sicuti contraria actio quæ opponitur directæ. Nam dissimilitudo inter hæc: Illa datur contra eum qui agit ut agere potuit directa ex contractu. Hæc non est contra eum qui agere potuit confessoria, sed cui seruitutis ius non est. b. In controuersis seruitutum reus non æstimator ex b. possessione, sicuti in controu. rerum corporalium, sed ex ratione conueniendi, Cuiac. g. ad Afr. in l. 15. de op. no. nunc. Expedit autem quandoque agere possidenti, priuquam aduersarius agat confessoria, si creatur ne eum coeperit ex. g. ædificare, nouum opus sibi nunciatur & opus interuptum maneat, Duar. ad d. l. 15. vid. & P. Greg. 4. Synt. 22. c. At cuius hic erit probare? Duar. ad d. l. 15. probandum sic ageñt dominium, quo probato libertas quoque; eo ipso quod non apparet constituta seruitus. Quod vulgo extendunt et si in quasi possessione seruit. si reus conuentus. Alij tamen hoc casu probationem dominij coniungunt. Menoch. 3. pref. 89. n. 8. Fachin. 11. contr. 5. c. A. Fab. in Cod. & abr. h. t. defn. 8. Cifner. verò in interpret. l. 15. de op. no. nunc. indistinctè probandum esse negatoriâ experienti pluribus contendit.

CAPVT XVII.

Amisio Seruitutum.

CAVSSÆ AMITTENDI VEL ANTIQVIORIS AMISSIONES, ab initio constitutionis natæ & aut ex soluto iure auctoris, si ex. gr. rei legatæ imposita pendente conditione, eaque euenerit l. 11. §. vlt. hoc tit. Quem. ser. am. licet acquisita seruitus ab herede pendente conditione transeat trāseat ad legatarium d. §. vlt. Rat. vñsque in l. 39. de neg. gest. Aut, lege & pacto seruitutis prætorio l. 4. de ser. vñ. c. 10. lit. E. VEL NOVÆ

ET

PRÆSENTES ET AVT A CASV: CONFVSIO l. 1. h. tit. l. 30. pr. V. P. vbi. qui huius rei vsus. ex natura seruitutis quæ non est rei suæ. Sed ita si seruitus per vnum prædium debita, idque totum quæ situm. Non si debetur per plurium prædia, & dominus vnus ex illis acquisiuit. Tunc enim seruitus per omnia retinetur, vt si deinde alij vendat non noua impositione opus sit, l. 15. h. t. l. 31. R. P. Vna enim est quæ per plures fundos debetur l. 18. pr. R. P. Ergo nec amittitur, nisi omnes fundi confusi. Non etiam si pars tantum prædij acquisita l. 8. §. 1. de ser. l. 40. §. 1. V. P. Per partes enim retinetur a d. §. 1. Nec obstat quod per partes acquiri nequit. Quin immo hæc ipsa ratio quod nõ nisi toti prædio imponitur, facit nec possit amitti nisi à toto prædio recedat l. 35. de R. l. Vnde necesse est vt pro parte, quæ superest, tota retineatur b Ex, tamen, in specie l. 27. R. P. si prædium feruens fundo communi à socijs in commune redimatur, vbi ratio: cuius hic sensus, quia aliis cuiusque socij pars, quæ in seruiente acquisita, videretur seuire suæ parti quæ in dominante prædio. At hoc nequit fieri l. 26. V. P. AVT FACTO DOMINI, REMISSIO l. 6. l. 14. §. 1. h. t. Verbis vel facto declarata l. 8. hoc tit. modo animus remittendi adit vid. l. pen. com. præd. Obiic. At nudâ voluntate non constituitur. Ergo l. 35. de R. l. 32. Et hic amittitur voluntate ac amissione possessionis quæ sit solo animo leg. 3. §. 6. de acq. poss. Per partes autem diuisas, vt non constituit, ita nec remitti potest. Ad diuisam partem potest, d. l. 6. de seru. l. 6. §. 1. com. præd. Si tamen ex duabus seruitutibus vna remittatur, sine quâ alterius non remissæ vsus nullus, nihil agitur, Exempla in l. 21. V. P. d. l. 20. pr. R. P.

NOTATA.

Si iam constituta sit, & semel fundo inhaerit. Secus est in promissâ. Nam quæ vtilis ab initio stipulatio, parte alienata euascescit l. 11. de seru. Cuiac. 6. ad Afr. ad l. 32. R. P. b Per partes retinetur diuiso prædio seruitus tota ac in solidum, l. 18. R. P. nõ verò pars seruitutis P. Fab. ad l. 110. de R. l. 1. p. 483. Vital. 2. var. lect. 3. §. 1. vñsque in par. de ser. nu. 9. circ. fia Non pars seruitutis inquit, quæ indiuidua, retinetur, sed in parte fundi tota seruitus. Est enim tota in toto & in qualibet parte tota l. 9. de seru. l. 23. §. 2. R. P. de quo & Capolla de seru. rust. cap. 4. num. 13 licet id barbarè tradi scribat Io. Superior ad l. vñs 17 de seru. num. 3. Dicitur quidem pro parte retineri d. l. 30. §. 1. V. P. l. 34. R. P. scilicet fundi non seruitutis. §. Est tamen & aliis sepe alia constitutionis alia conseruationis ratio, de quo vid. Goad ad l. 85. de V. S. n. 2. Confer. Gomez. 2. res. fol. 10. n. 15. c. Obiic. tamen d. l. 27. l. 34. eod. t. 32. Pac. 3. q. 59. dist. Aut fundus feruens eadem tempore acquiritur vtrique & seruitus exstinguitur d. l. 27. quia vterque quasi pro vna persona. Aut pertinet ad vnus ex dominis prædij dominantis, qui deinde eum comunicat cum socio ac non perit. d. l. 34. Quod non probat Io. Superior in l. 2. de seruit. num. 7. d Cui non obstat l. 8. pr. h. t. vid. Pac. 7. q. 88.

CAPVT VLTIM.

Amisio per non vsu.

ET VTENDI INTERMISSIO l. 6. V. P. a VBI REQUIRITVR. I. VT NEMO VSVS SIT, id est, nec dominus, nec qui in possessione leg. vsu 20. hoc tit. Socius, fructuarium, (vritur, enim nomine prædij, cui debetur seruitus, non personæ) bonæ & malæ fidei possessor d. leg. 20. & 4. seqq. nec alius eius nomine vt mercenarius, hospes, colonus d. l. 20. l. 38. de V. S. pr. Si vel omnino non vsus, vel non vt suo iure leg. vltim. hoc tit. leg. 1. §. 6. de it. act. priu. vel non eo modo quo seruitus constituta l. 18. pr. hoc tit. quod declaratur in leg. 10. §. 1. leg. 11. pr. hoc tit. Esti casu prohibitus sit, vbi tamen in integrum restitutio leg. 34. §. vltim. & leg. seq. R. P. l. 14. pr. hoc tit. Vñs autem dicitur quoque; is qui ad vsu id positum habet in quo possessio restitatur l. 20. pr. V. P. Et qui in partem

vtitur totam retinet, id est, non seruitutis, cuius pars nulla, sed si vel specie suæ seruitutis. Vt si itinere vsus qui actum habet l. 2. h. t. vel parte loci seruitutis vsus, vt si via per plurium prædia debita, per vnum iter l. 18. R. P. Hinc si via mihi debetur per vnus fundum, ac is fundum in duas partes diuiderit, duos fundos efficiens, vtendo via in vna parte, totam retineo, siue per longitudinem siue per latitudinem viæ fundus diuisus: Quæ species l. 6. §. 1. vers. sed si ita hoc tit. b Nam si per longitudinem diuisus eadem omnia seruanda, & c. id est, sicuti ab initio via per plures fundos constituta, satis esset per vnum ire d. l. 18. ita & nunc sufficit si verò per latitudinem, &c. Hic versio obicitur. Videri potest, quasi velit Iuriconsult. hoc casu diuersum esse, per aduersariam si vero, & quia tunc vtraque pars fundi, partem viæ sibi adiunctam habet. Quare seruitus iam videtur vtrique adiuncta, non minus quàm antea vni fundo indiuiso. Sed contra dicendum est idem in hoc casu sentire Celsum quod in priori. i. per verba: manet idem ius seruitutis & per seqq. vñs & indiuiduum via eius. Atqui fundo adhuc indiuiso qui per vnam loci partem it, totius loci ius retinet. Ergo 2. per verba, nec vsu detineri, &c. id est. Qui vna parte vsus totam viam in vtraque eo vsu retinet; ac tunc tantum perit tota via, cum neutra parte vsus. 3. per exemplum subiectum ibi, nec si forte incidit. Sensus: Si ex illa diuisione factum, vt per vnam partem semita tantum, per alteram tantum loci, quantum viæ sufficiat, relinquere, & quis semitâ tantum illa vsus, tamen seruitus tota retinetur etiam in altera fundi parte, quam eundo non attingit. Nec obstat aduersat vocula vero, quia declarat, diuersas diuisiones viæ & fundi has esse. Ius autem in vtraque idem. Quod si seruitus per vnum prædium debeat pluribus, si quidem ad fundum cõmunem vnus sufficit. Sin ad proprios, licet per locum communem, quisque non vtendo sibi amittit leg. 16. hoc tit. Æstimator, enim seruitus ex prædio non quod debet, sed cui debetur. Quæ si plura plures item seruitutes, quæuis suam prædium sequens. II. VT PER CONSTITVTVM TEMPVS l. 6. V. P. l. 7. h. t. 10. vel 20. annorum leg. 13. Cod. de seru. Sed ita si tempus cõtinuum, quo seruitute vti potuit. Seu quotidianum d. leg. 7. cuiusmodi triplex. 1. Si perpetuò vti licuit 2. si certis horis alternis, aliusve, quotidie tamen. Ratio in l. 34. de V. S. 3. Si alternis diebus, quod dubium habet, quia videtur dies intermedius facere ne vsus sit quotidianus. Sed ratio hic, quia posterioris diei finis in initium sequentis incurrit. Vnde & in eum diem vsus seruitutis incidere videtur. Quod si non cõtinuum, vt si vsus seruitutis alternis mensibus vel annis cõstituitur, duplicatur tempus Ratio in l. 1. in fin. Cod. de ann. ex c. Facit l. 17. §. 3. de V. S. Intermediis enim interuallis nec vti licuit. Ergo non computantur. Quare si tertio quoque mense vel anno vti liceat triplicabitur tempus e ex ead. ratione, & sic in aliis interuallis, longioribus autem tempore cõputatur quoque quo dominus præcedens vsus non est l. 18. §. 1. h. t. Ex hac quoque ratione excipitur seru. itineris ad sepulcrum l. 4. h. t. non fauore religionis, sic nec remitti posset contra l. 14. §. 1. de seru. sed quia illi non, vt aliis, certum tempus præfiniri potest, cum non semper ad sint sepeliendi d. Ergo d. per d. l. 17. §. 3. Atque hæc vtrique seru. generi cõmunia. Cæterum in vrbani præterea requiritur vt qui eas debet per idem tempus libertatem vsu apiat d. l. 6. verb. præd. Quod efficitur tribus rebus. 1. Vt in suo aliquid positum habeat, quod vnus seruitutis impediatur d. leg. 6. 2. Vt illud motuum sit, non si arbor posita cuius motus naturalis, l. 7. V. P. e 3. Vt ædes per confluentum tempus possideat leg. 32. §. vlt. V. P. Ratio diff. f f

CAPVT IV.

Obligatio Civilis iusta.

3. CIVILIS IUSTA quae sola proprie est obligatio vid. sup. c. 1. l. E. & absolute in usu iuris, sine a dicto vocatur obligatio. CIVILEM autem generalius dicimus ut & praeiorum comprehendat. CONSISTITUR CAUSIS CERTIS. Quas quatuor refert in §. vlt. l. 1. Sed cum omnes obligationes ex iis non nascantur a nobis paulo aliter partio arcessenda. OBLIGATIONUM ALIA EX PARTE PUBLICA, qua privati tenentur Reip. non ex contractu, sed pietate l. 2. de r. & l. quae deinde sancita ll. & iure publico. Sic debentur tributio patrimonij, & opera in administratione ac munus publicorum susceptione, de quo in iure publico. Alia privata quae inter privatos. EA DUPLEX PRINCIPALIS, quae ex persona obligati, ET ACCESSORIA quae ex alterius, de qua vid. lib. 15. c. pen. & l. vlt. ILLA VEL EX SOLA CONDITIONE PERSONAE, siue villo facto a natura profecta, iure civili confirmata. SIC A PATRE DEBENTUR DOS filiae in potestate constituta civiliter, (caeteri parentes naturaliter tantum obligati.) Cogitur enim per magistratus l. 19. de r. mpt. ET ALIMENTA l. 3. pr. & f. 12. de agn. lib. l. vlt. §. 5. C. de bon. qua. ab utroque parente. Nam si pater non sit vel praestet, mater debet d. l. 5. §. 4. & si hi desint, avus, etiam materius d. l. 5. §. 5. e liberis cuiuscunque sexus etiam emancipatis d. l. 5. §. 7. f. & a matre etiam vulgo conceptis d. l. 5. §. 4. 8 non autem a patre d. l. 5. §. 6. egentibus tamen qui nec in bonis habent nec opificium edocti, vel ea valetudine h ut operis non sufficiant d. l. 5. §. 7. d. l. vlt. §. 5. h ET CAETERA ONERA d. l. 5. §. 12. ad exhibendos scil. & educandos necessaria ut sunt vestitus, habitatio, cura aegroti, quae alimentorum verbo generalius insunt l. 43. & i seq. de V. S. i non autem ad disciplinam pertinent l. legatis 6. de alim. leg. k pro modo facultatum d. l. 5. §. 7. & 10. Obligatio verè civilis quia pignoris captis pater a iudice cogitur d. §. 10. Exceptio vna, nisi filius male meritis d. l. 5. §. 11. I EADEM DEBENT LIBERI PARENTIBUS d. l. 5. §. 1. & §. 15. & seq. d. l. vlt. §. 5. Hoc enim pietatis ratio natura exigit m sola huius obligationis causa d. l. 5. §. 14. in fin. & §. 16. etiam filiae l. filia n 5. C. de pat. pot. n & nepotes ac qui non sunt in potestate d. l. 5. §. 2. etiam viles l. 5. §. 15. eadem conditione & modo d. l. 5. §. 10. & §. 13. Debita autem solvere non coguntur d. l. 5. §. 16. Quid si vel parens vel filius esse negetur? Summaria cognitione prius de statu cognoscitur o neque id sit contra formam iuris, quae praedictum pleno iudicio diiudicari exigit, cum non principaliter de statu, sed de alimentis pronunciet iudex: nec minus condemnato praedictis actio integra d. l. 5. §. 8. & seq. AC PRATEREA REVERENTIAM ET HONOREM omnibus parentibus vtriusque sexus in infirmitate l. 4. & seq. C. de pa. pot. l. 1. & t. d. de obseq. par. prest. etiam naturalibus l. 4. in fi. l. 6. de in ius voc. Quae tamen obligatio proprie non est, ut superior, neque enim vlla ad exigendam reverentiam. Et si quid contra factum sit obligatio est ex delicto l. pen. de in ius voc. l. 4. C. de pat. pot. SIMILIS OBLIGATIO LIBERTI p ad alimenta praestanda patrono, & liberis quoque eius ac parentibus, iisdem conditionibus d. l. 5. §. 18. vsque ad fin. de ag. lib. In aliis quoque obligatio plenior, de quib. sup. lib. 2. c. 17. & 18. sed in iis non proprie est obligatio. Patronus quidem ad eadem liberto non tenetur; nisi tamen praeter amittit successionem & libertatis causa impolita l. 6. pr. de ag. lib. ut operas l. 18. & 2. seq. de op.

lib. Alenda quoque vxor a marito. q Sed illa obligatio ex contractu societatis est. Extinguuntur haec obligationes persona sublata, nec ad heredes obligari transeunt, nisi summa eius qui alendus egestas d. l. 5. §. 17. r r

NOTATA.

a Neminem haec tenus reperit, qui itidem, ut hoster, causas a quatuor obligationum, contractus quasi contractus, & c. insufficientes arguat, excepto Vvalth. 2. mis 311. qui tradit esse obligationes quae proprio iure oriuntur, nec ex contractu vel quali, nec ex malefici vel quasi descendentes. Ut quod pater tenetur filiam dotare, non est, ait, ex contractu, & c. sed ex praeepto legis. Idem esse di. it. in obligatione necessarii heredis. Itemque casum ubi quis obligatur nec ex contractu, & c. sed ex sola aequitate, esse in l. si & me 32. de reb. cred. Sed terti possunt Imp. ac receptam causam obligationis partitionem. Aut enim onera sunt obligationi affinia aut obligationes naturales potius quam civiles, de quibus noster b. cap. Obligationem publicam, si proprie talis est sine vitio tamen omittit Imp. & IC Caius in l. 1. de O. & A. quando ius privatum exponit & tractant. Quin dici possit, nec illic obligat. esse sine consensu ac conventione, quia qui se civem gerit, est ipso in l. civitatis censetur, iisque se subiicit. Lex enim communis Reip. sponso l. 1. de v. s. lib. 1. c. 16. lit. D. Unde legem contractum esse pluries inculcat Valsq. lib. 1. ill. com. c. 28. num. 12. & c. 44. num. 5. & lib. 2. c. 52. num. 10. & c. 55. num. 3. ac passim. Et Aristot. 1. Rhet. pactum legem vocat ac legem pactum. Lex est pactum publicum: Pactum Lex privata, Rad. Fornerl. 5. rer. quodlib. 14. Obligationes autem illas ad dotandos, alendosque liberos, civiles non esse patet, quia obliitit mera iuris civilis ratio, fictio videl. vnionis, quae patrem filio, & vicissim, nihil civiliter debere sinit. Ac licet eadem praefandi praecise sit necessitas, non tamen actio civilis & ordinaria, peruntur sed iudicis officio l. 10. Bapr. Pontan. de alim. c. 1. m. 6. l. 10. Perr. Surdus de alim. lib. 3. q. 1. Nec hic iuris civilis regulas attendimus, quae licet ac iudicium civile inter patrem & filium fam. consistere non permittunt l. 4. de iudic. Sed ipsam veritatem naturae. Surd. d. qu. 1. num. 4. & §. 5. Qui tamen non recte num. 12. & seq. eadem nec naturali obligatione debet contenti, licet naturali quadam ratione & aequitate a natura insita ex qua officium iudicis, quod ex aequitate descendat etiam siue naturali obligatione: quod probari non potest. Certè causa omnis huius obligationis est ratio pietatis l. 1. pr. de obseq. l. 4. in fi. C. de pa. pot. quae iuris naturae est S. c. 2. lit. L. affectus paternus l. 5. §. 14. de ag. lib. ratio naturalis d. l. 5. §. 16. ipsa natura l. vlt. §. 5. C. de bo. quae lib. Plurar. li. de Homero f. m. 64. Parentes a liberis alitur Lex iubet. Unde contra naturales stimulos, contra ius naturale, contra pietatem facit, alimoniam iniuste denegans vid. P. Fab. 2. Semestr. 1. pag. 5. & 6. scitè Martin. Coler. lib. 1. de alim. c. 2. num. 4. & seq. Ac licet illi quoque alendos liberis imperent d. l. vltim. §. 5. ac iuris naturae quasi suppetias ferant, non ideo tamen obligatio civilis redditur, nec informatur ea a iure civili sed effectus illi accommodantur vid. not. S. cap. 2. lit. P. Coler. d. cap. 2. num. 8. Denique si maxime hic obligatio civilis agnoscenda esset, dicendum tamen foret eam vel ex contractu matrimonij, vel ex delicto patreus proficisci, alimenta soboli indigne negantis, vel vicissim, quo ipso necare videret l. 4. de ag. lib. Quod si ea libens praestet, non ex civili obligatione (neque enim tum vlli remedio aut exactioni civili locus) sed affectu naturali & igniculis pietatis natura iudicis compelli. Sed nec Vvalth. obiecta vident. Nam obligatio necessarii heredis non est noua, sed vetus, ex summi iuris ratione vid. S. lib. 7. c. 1. lit. M. & seq. In specie verò l. 32. de reb. cred. obligatio non quidem ex contractu in iuri, sed ex quasi contractu neg. gesti l. 2. de neg. gest. ut rectè noster ibidem b l. 6. de coll. Debetur pariter donatio propter nuptias filio l. vlt. Cod. de dot. promiss. Gomez. in l. Tauri 50 & 3. seq. num. 10. f. Vid. de hac necessitate dotandi A. Guib. de dotib. c. 3. Kaul. Cypria. de sponsal. c. 6. §. 2. n. 7. Ant. de Padilla ad aut. res qua C. comm. de leg. nu. 42. & seq. Pro modo verò facultatum constituenda & quae congrua, ne filiae conquerendi causa sit, vid. Menoch. arb. ca. 149. Quod si ill. municip. certa mensura dotis constituta, non inspicitur locus contractus celebrati sed domicilij mariti, Valsq. 1. com. vsu freq. 1. num. 20. Mater & avus materius quando dotare cogantur, Tirag. de iur. primigen. q. 62. Menoch. arb. ca. 460. Frater quoque sororem vtriusque coniunctam, si egena sit, dotare cogendus l. 12. §. pen. de admin. tur. Padilla. d. loc. n. 62. Tirag. d. q. 62. Lex Atheniensium ducedi vel dotandi pauperulas mulieres iniungebat proximo agnato, qui idem, si diuus foret illi heres fieret, ut ex Demosthen. & Terentio probat

CAPVT V.

Causa Obligationis Civilis.

probat P. Fab. ad l. 10. de R. I. pag. m. 66. Matrem quoque a filio dotandam si iuuenis sit & pulchra tradit Tiragu. in l. com. nub. 2. num. 9. Quid si filia locuples? Hanc dotandam esse non minus post alios A. Guib. d. ca. 1. num. 13. & seq. Contra Fabricin. 1. o. contr. 78. Non autem dotanda quae indigno nuptis, Tiragu. r. r. Cess. cap. lim. 2. 2. num. 10. nec quae inficio patre & si non indiguo A. Guib. d. c. 5. num. 19. & seq. licet contradicat, volens quoque quae & patre inconsulto, modo non indigno, nuptis dotandam, Couar. de marrim. p. 5. o. 3. §. 8. num. 8. Nec quae ingrata vel a Christiana religione desciuit Guib. d. cap. 3. Ex his verò apparer non rectè nostrum necessitatem dotandi tribuere iis solis qui in potestate habent, e de quo tract. 10. Bapr. Pontani & Martini Coler. de alim. plenissimus autem tractus 10. Petri Surdi. Quaedam etiam P. Frider. lib. 2. de Mandat. iud. cap. 54. d. An & quando mater alere teneatur Valsq. consulti. 92. 10. Bapr. Pontan. de alim. cap. 8. Coler. lib. 1. de alim. cap. 6. 10. P. Surd. de alim. tit. 1. qu. 14. vbi & de lactatione filii a matre ipsa praebenda, de quo, quod aliis non committenda, pulchre Plutar. de lib. educ. Favorin. apud Agell. 12. Noct. 1. Ant. de Guenarà in Horolog. Princ. lib. 2. c. 23. Mich. Hospital. lib. 3. epist. 2. Tiragu. de Nobil. cap. 20. num. 78. & seq. Quando mater alimenta impendens donasse censetur Menoch. arb. cap. 88. num. 20. & seq. e vid. Coler. lib. 1. cap. 8. 10. Petr. Surd. tit. 1. qu. 12. & seq. & qu. 16. f. Non autem filio adoptiuo extraneo, quia id onus est patri naturali l. pen. pr. C. de adopt. Et per d. l. pen. §. 1. ver. sed si quidem ibi: in hoc. tantummodo ei prodesse volumus, & c. Fach. 12. contr. 60. Diff. Mart. Coler. lib. 1. de alim. cap. 4. g De alimentis filio naturali debitis, vid. 10. P. Surd. tit. 1. qu. 9. Martin. Coler. d. lib. 1. ca. 3. Spuri & incestuosi quomodo alendi iure Canonico etiam in terris imperij seruandis; Surd. d. tit. 1. q. 10. Coler. d. cap. 3. n. 8. & seq. Gomez. ad l. Tauri 9. & 3. seq. n. 37. & seq. Couar. de marrim. p. 2. cap. 8. §. 6. h Non si manibus suis victum parere possit Tirag. de l. primig. q. 75. num. 2. Coler. lib. 1. cap. 2. num. 79. & seq. Excipit Tirag. de Nobil. cap. 20. num. 104. nisi nobilis sit, eiusve conditionis, quem non deceat operæ serviles i vid. Goad. ad d. l. 43. & seq. Scip. Gentil. lib. de alim. ad Orat. D. Marci cap. 2. fuscè 10. P. Surd. de alim. tit. 4. per aliquos prior. res qq. Coler. lib. 2. de aliment. cap. 1. Obi. immò habitatio & vestitus alimentorum verbo non continentur l. 8. §. 12. de transf. act. 32. Quando de alienatione & remissione alimentorum agitur, ut d. §. 12. angustior significatio, ut in materia odiosa, ut ad cibaria coarctetur. Aliàs, & in materia benigna, plenior interpretatio, Cuiac. ad d. l. 8. Baro ibid. P. Fab. ad l. 12. de R. I. pag. 81. Goth. in not. d. l. 6. de alim. leg. Menoch. arb. cap. 170. n. 28. & seq. Bron. 1. aff. 47. Aliter Goad. ad d. l. 44. num. 7. & 2. seq. k intellige institutionem liberalium artium. Institutio autem opificij, qua victus quaeritur, continetur; l. vlt. C. de alim. pup. prest. ita Goad. ad l. 44. de V. S. num. 10. f. Menoc. cap. 501. num. 8. teneri patrem ad erudiendum filium vel imbutiendum aliqua arte per l. 4. ubi pup. educ. aliàs, ait, filius patri deinde indigent non debet vitæ necessaria subsidia, per quem artem nullam edoctus, & Coler. lib. 1. cap. 5. num. 51. Non autem cogi patrem sumptus studiorum filio subministrare, post Barr. in l. 6. §. 5. de Carb. ed. Padilla ad aut. res qua C. com. de leg. hum. 92. Gomez. in l. Tauri 29. num. 18. Contra tamen videtur dicendum si facultates patris patiantur & circumstantiae alia id suadeant, per iex. d. l. 6. §. 5. & arg. l. 4. vbi pup. educ. vid. 10. Bapr. Pontan. de alim. ca. 7. num. 4. l. Causas plures ex quibus alimenta negantur habent 10. P. Surd. de alim. tit. 7. 10. Bapr. Pontan. de alim. cap. 5. vid. Menoc. 4. pr. sumpt. 191. n. 14. & seq. Quid si ad alimoniam praestita filius luxuriosè prodegerit? Non cogi patrem iterum praestare vult Valsq. 1. ill. contr. 35. num. 14. & seq. 1. Quia culpa illi filio, suo auctori non patri, nocere debet. 2. Quia obligationi plusquam semel satisfacere non tenemur, l. qui bis 18. de V. O. 3. Nec auxilio legis dignus, qui eo tam praue ante abusus. Diff. post alios nec sine ratione, Martin. Coler. lib. 2. de alim. cap. 2. num. & seq. m vid. P. Fab. 2. Semestr. 1. pag. 6. & 3. Semestr. 13. pag. 172. & seq. Henr. Steph. in iur. Civil. font. & riuo pag. 14. & seq. Hac de re dicebant ἀντιπαρρησιον. Et hinc ἀπαρρησιον νομοι, quasi dicat Ciconarum leges, H. Steph. d. lo. pag. 16. Hinc Hom. Iliad. v. 4. 746. de Simoio: ἔδδ' τοκοδοσι σπρωτα φιδιοι ἀπιδωκε, μινυω- 228. & δδ' ἰσπιδωκεντοροιοις ille rependit. Non alimenta suis, breue at illi congit ænum. De alimentis parentibus debitis fustius 10. P. Surd. tit. 1. qu. 17. & seq. Pontan. de alim. c. 9. Coler. lib. 1. c. 5. Alendus autem pater quamuis infidelis vel proscriptus, gl. in c. si qui filij 30. dist. ref. Loviot. ad l. 8. de R. I. & Menoc. de arb. iud. q. 90. n. 45. n. Mira fuit Egyptianorum consuetudo, quae filios parentes alendi nulla, filiabus summa necessitate, de qua Herod. lib. 2. Pompon. Mel. lib. 1. de fin. orbis. f. Caeterum de fratri ditiori alendam sororem inopem volunt D. d. per l. 4. vbi pup. educ. de quo Pont. c. 10. Col. lib. 1. c. 9. Surd. tit.

1. qu. 25. & 2. seq. vbi q. 27 de primogenito, quando fratribus in successione praefertur quatenus fratres alere teneatur. o de quo probatioe filiarum 10. Bapr. Pontan. de alim. c. 3. Martin. Coler. lib. 3. c. 1. & 2. p de quo 10. P. Surd. tit. 1. q. 51. ut & p in seq. de aliis quibus alendi incumbit necessitas. q Latè hac de re Coler. lib. 1. ca. 10. 10. P. Surd. de alim. q. 32. & seq. & de exceptionibus contra hoc mariti, tit. 7. q. 16. & seq. Quando gener vel nurus societum alere debeat. Surd. ibid. qu. 39. quando priuignus nosteriam, vitricus priuignos, ibid. qu. 40. seq. Coler. lib. 1. c. 4. n. 23. & seq. r Ut nec exheredatum iustè filium, heredi patris alendi sit necessitas Martin. Coler. lib. 1. c. 2. num. 61. & seq. Vidua quando ab heretibus alenda Coler. d. lib. 1. cap. 11.

VEL AB EXTERNO ALIQUO FACTO, ut restituta quae omnes obligationes praeter expositas. CIVISMODI FACTA QUATVOR. Contractus quasi contractus, Maleficium & quasi maleficium §. vlt. l. de Obl. non plura Pollicitatio enim quae obligamur reip. certis conditionibus l. 1. de pollicit. & votum, quo DEO obligamur, non sunt huius loci, sed ad ius public. referenda. Nec enim pollicitatio obligat priuato. a Quia a si ex pacto nulla actio minus ex pollicitatione, vnus scil. offerentis voluntate l. 3. de pollicitat. b Obi. Immo b nascitur & obligatio ex variis causarum figuris l. 1. prae. de O. & A. 32. Significatur qua contractus & quasi maleficia e de quibus postea egit Caius in l. 5. c d. r. quorum figuræ, id est, formæ ac species variae & infinitæ, licet nihil impediat ad certa & pauca genera referri. Nec nos moretur diuisio Modestini, octo diuersas causas ponentis in l. obligamur 52. de O. & A. Eadem enim non plura causarum genera continet. Nam quatuor priores species vni generi contractus insunt. Vltima Peccatum continet delicta & quasi delicta. Reliquæ tres non sunt facta ex quibus obligatio oritur, sed denotant ius obligationem constitutens. Caeterum illius diuisionis, quam & Accurs. in d. l. 44. verbo lege obligamur non esse solemnem, eoque nec in arbore actionum scribit d non quidem in rebus, sed in ratione diuidedi, cuius d peritia ad alias artes pertinet, vitia quinque. l. Quod haec membra lege iure honorario. C. distinxit a prioribus & posterioribus. Nam & cum ex contractu vel peccato obligamur, constituitur obligatio civilis vel praeroria, & cõtra. 2. Quod inter causas reulitius quo constituitur, inter quæ multum interest. Unde separatae de illis & distinctæ diuisiones §. 1. & 2. l. de obli. 3. Quod necessitatem distinxit a lege & iure honorario. Omnis enim obligatio necessitatem habet. Nec heres necessarius, quod exemplum est in d. l. 52. §. 7. obligatur nisi lege, saluum est quod in d. l. 50. §. 5. Nemo enim obtemperando obligatur lege sed contra faciendo. e E. g. Non teneret lege Aq. qui nulli damnus dat, Cornelii, qui neminem occidit, & c. Lex non iusto posita, sed delinquentibus. r. Timoth. c. 1. v. 9. Et si obligamur lege ad faciendum quod illa iubet, sequitur quod desinamus obligari postquam fecimus. Quod verò additur d. §. 5. aut contra facimus, & quæ quidem tum obligatio, sed id membrum a peccato non est distinguendum. 5. Quia omisit quasi contractum. Iustianea igitur diuisio reprobior & perfectior, quæ ita declaratur. Omnis hæc obligatio aut est ex facto obligari aut ex alieno. Facto suo obligatur quisque vel ex consensu, atque sic contractu; vel extra consensum & aut ex administratione rerum alienarum quasi contractu, aut delicto quod duplex Maleficium verum & quasi. Facto alieno, cum alius res nostras vtiliter gessit, vbi itidem quasi contractus.

NOTATA.

NOTATA

a Ita & Loricot. de iur. arse tr. 17. Et seqq. axiom. 12. Et seqq. addens tamen pollicitationem inter primatos doris l. 1. §. pen. de collat. dor. & salariz l. 36. §. pen. Mand. exactionem producere. **b** Est enim solius pollicentis promissio, Gouez. in l. 5. ad l. Falc. num. 3. non sequuta acceptatione Gomez. 2. resol. 9. n. 1. Differt. Vacon. 5. declar. 65. putans pollicitationem. quocumque habere duorum consensum, & post Comm. 5. com. 8. Fachin. 8. contr. 64. quia in d. h. 3. non dicitur solius offerentis consensus, sed promissum. Quid igitur si presenti & tacenti fiat promissio, pollicitatio erit an pactum? Incerti rem certantiauctoritates & rationes hinc inde adducit Andr. ab Exea lib. Pacto- rum. num. 12. Et seqq. accedens n. 78. probatori ceu refert sententia, quæ vult esse pactum, Et Ioan. Bapt. Caccialup. de Pact. qu. 5. num. 4. Contra Gomez. 2. resol. 9. num. 1. Fachin. d. d. c. 64. Parlad. 2. rer. quorid. 3. num. 4. Et 5. (qui & hanc receptorem esse testatur) quia non in hoc consistat discrimen, sed in eo quod ad pactum necessarius tractatus & vltro citroque conventio, non item ad pollicitationem. Turam. epist. academ. 13. hoc amplius, posse etiam presentem & consentientem fieri, Vti Procuratori recip. si is pollicitationem recipiat. Neque enim dici potest hoc casu pactum esse, quia id est consensus duorum in idem. Hic verò neuter consentit in pactum. Nec consensus Procuratoris vitiat pollicitationem, quia ei perfectæ accedit, ad exsequendam non ad perficiendam obligationem, neque eius substantiam ingreditur, quia non solet quæ abundanter vitare. Nec definitur pollicitatio in l. 3. b. e. sed docetur quomodo differat à pacto. Differt autem non in eo quod hic nequeat adesse consensus recipientis, sed quod is, si adsit, pollicitationem non ingreditur. Ita Turam. Quin & presentem fieri debere pollicitationem probat Cuiac. 26. obs. 19. ex vocula offerentis in d. l. 3. iun. l. 25. Depos. ex l. 9. de pollic. in verbis apud rempublicam, & quia per epistolam facta non valet l. 4. d. rir. c. Consentit Gifan. in d. l. 1. pr. m. 3. Vult. in §. vlt. l. de Obl. num. 4. Sed de contractibus innominatis ea verba accipit, Hor. in Conie. de præscript. verb. Hopper. li. 1. ad d. vlt. ad tit. l. de Oblig. pag. 3. d. Et Gotb. in not. ibid. confundi à Icto causas iuris cum causis facti. Gifan. ibid. num. 2. vocula obligationis non proprie & strictè à Icto sumi in d. l. 52. sed latius vt omnia facta contineat, alique effectum habentia. c. Sed Gifan. d. lo. n. 2. Et 7. huiusmodi exempla ponit. Testamenta condens, vxorem ducens secundum leges eo ipso facto se obstringit vt testam. matrimonium, iuxta l. dirigit. Ibid. num. 8. posse & sic accipi, quod ex iussu legis oriatur obligatio ad parandum legi, arg. §. seq. Et sic puto debere intelligi Ictum. Hinc enim quærit solet an il. obligent in foro animæ seu conscientia, de quo alibi. Hinc Lex contractus vocatur à Vajq. vt not. S. c. 4. lit. A. Nec obstat quæ hic nocet contra. Nam verba occupari non oportet in sententia aperta. Non hic sensus d. §. 5. quod obremperatio sit causa patiens obligationem, sed quod hæc vis legis, vt parere cogat ac necessitatem faciendi, quod iubet, omittendi quod vetat, iniungat. Atque sic facili solutu obiectio illa: At hac ratione postquam paritum est legi, obligatio sublata erit. Nam & sublata erit rectè. Si Lex aliquid semel tantum fieri exigat. Alia aperte ratio est Il. Aquilia & Cornelia, quæ non vt hodie non damnus detur, homo interituratur, præcipiunt, sed omni tempore isthæc vetant. Summa hæc sit: Postquam omnia facta sunt quæ L. fieri vult soluta est legis obligatio, quoad eum qui fecit, non autem si quid faciendum superfit. In quo nihil proprie diuersum à solutione proprie sic dictæ obligationis. Aliter sed incommode exponit d. §. 5. Cuiac. 17. obs. 18.

CAPVT VI.

Definitio Contractus.

a DE singulis DICAMVS ordine. PRIMò itaque DE OBLIGATIONE EX CONTRACTV, a vbi tractabimus de Causa illius & effectu. De dissolutione verò inferius in commune lib. 16. Causa illius. CONTRACTVS EST DVORVM PLVRIVMVE CONSENSVS. Est enim conventio l. 7. de pact. **c** IN HOC VT VNVS ALTERI QVOD det aut faciat vel vno verbo PRÆSTET. Seu, quod idem est in id vt obligatio constituitur l. 3. §. 1. de O. & A. quo differt à conuentione liberatoriâ, distrahendæ obligationi interposita, vt

pacta de non petendo. Contractus autem à contrahendo quod vna cum alio obligationem ad vnum alique tractat. d. IURE CIVILI COMPROBATVS. Quæd verba malè omittit Theophil. Argumento est nudum placitum permutationis, cui cætera definitionis verba conueniunt, contractus tamen non est l. 3. C. de rer. perm. In his autem tribus consistit substantia contractus, quæ singula distinctius consideranda.

NOTATA.

a Interdum latius accipitur & significat quodcumque cum alio gestum vt in l. 1. §. 2. cir. fin. de minor. & continet in se quasi contractum l. 1. §. de iur. i. de pec. cons. l. pen. in fin. de separ. Pac. 2. qu. 91. Videret contractus triplex acceptio reperiri. Latior vt & delicta comprehendat l. omnem 20. de iudic. Propria vt hoc loco, & strictior vbi tantum contractus consensu perfectos deotat, quando scil. opponitur gesto l. 19. de P. S. vel facto, vt in edito de Cap. minutis. b Hor. 1. amicab. 2. definit: quod sit. Conuentio iuris ciuili de negotio gerendo, quod ciuilem tum obligationem parit. c Cuiac. ad l. 7. de pact. ita. Conuentio (genus) & negotium (differentia) ex quo obligatio nascitur. Quæ verba superuacue adiecta contendit, Vult. in pr. l. h. t. num. 33. quia in voce conuentionis implicitè insit. Idem mauult sic. Conuentio habens causam, per leg. 15. de præscr. verb. Quomodo autem contractus causam vel negocia in se habeant, non item pacta exponit, ibid. num. 36. Vid. de definitione contractus P. Nicol. Moz. de contract. in genere art. 2. Goad. ad l. 19. de V. S. Forst. de pact. cap. 4. pag. 64. Et seqq. c Conuentionis nomen latius l. 1. §. 3. l. 7. §. 4. de pact. & pacto quoque conuenit l. 3. de pollic. Duar. 2. disp. 8. Rauar. 1. Greg. Lopez animadu. c. 8. num. 11. Diss. Tob. Parmest. lib. 1. de Iuris. d. cap. 23. m. 5. Et seqq. contractum & conuentionem Synonyma faciens, Et Fab. ad l. 23. de R. l. contractum idem esse quod pactio, scribens. d P. Fab. ad d. l. 23. ex auctore veruist. epitomes contractum initio inde dictum quod paciscendo diuersas, in idem contrahimus voluntates: Moz. de contract. in genere art. 1. num. 15. quasi contra actum.

CAPVT VII.

Contractum qua impediunt.

a OMNIS igitur CONTRACTVS CONVENTIO L. 7. pr. Et §. 1. de pact. Et nullus contractus qui non habeat in se conuentionem l. 1. §. 3. de pact. Neque enim ideo quidam consensu perfici dicuntur, quod soli consensum exigant, sed quod solum. Vt autem CONVENTIO, DESIT, FIT VEL QVIA VNVS tantum FACTVM INTERVENIT: vt in vlt. voluntate, pollicitatione, quasi contractu. VEL QVIA RES ITA GERITVR INTER DVOS VT TAMEN RE IPSA DISSENTIANT. DISSENSVM ARGVUNT VEL RES EXTERNÆ VT ERROR b l. 2. de iudic. l. 15. de iuris. siue in personâ eius cui promittitur, ad. l. §. arg. l. 9. pr. de her. inst. siue in re promissa l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. de V. O. Quid si non in corpore rei, sed materia erratum, vt si annulus aureus puratus, qui ex ere inaurato. Emptio non valet l. 9. §. vlt. de coner. empt. Stipulatio valet l. 22. de V. O. Ratio differentia, Illic emptori pro re pretium præstandum, in quod non consentit æs accepturus, quod tanti nemo emeret. Hic nihil vicissim stipulanti præstandum. Quare si æs illud petat, consequi debet, in quod consensere potuit. c Aliud si error in nomine proprio personæ vel rei l. 32. de V. O. Quod si in causa dandi obligatio oritur summo iure, sed doli exceptione eliditur leg. 36. de V. O. EXTORTA VOLUNTAS, VEL DOLO, l. 9. §. 2. de transact. vbi in bonæ fid. contractibus nulla obligatio ipso iure l. 7. pr. de dolo l. 3. §. vlt. Pro soc. d in strictis doli exceptio d. leg. 36. Et l. dolo pen. C. de imut. stip. VEL V1, l. 1. Quod met. ca. eadem tamen iudiciorum distinctioe d. l. pen. Si enim ob dolum bonæ fidei contractus nullus, magis ob metum, arg. l. 116. pr. de

e pr. de R. l. e Nam & metum inferens dolo fit l. 14. §. 13. Quod met. ca. Sed cur in strictis iudiciis obligatio ipso iure valida? Quia coactus voluit l. 22. §. 5. d. t. Maluit enim consentire quam vim pati, licet si liberum fuisset non consentire, noluisse. ET PROPOSITVM CONVENTIONI CONTRARIVM. Vt si quid gestum donandi causa l. 3. §. 1. de O. & A. iocandi d. l. 3. §. vlt. r veluti si in Comædia, docendi, si aliquam conceptionem stipulationis doceam, simulandi l. 21. C. de trans. l. 6. C. si cer. pet. t. t. C. Plus valere quod agatur. b Qui contractus imaginarij l. contractus 54. de O. & A. l. nuda 55. de coner. empt. vt tamen id tantum, quod simulatur non valeat, nec totum quod geritur irritum sit, vt exempla d. 1. C. Plus valere. VEL CONCEPTIO CONVENTIONIS. Impeditur sic obligatio in contractibus sub conditione; quæ si deficit, nulla obligatio l. 21. 3. de V. S. l. 9. pr. de peric. & com. Non idè tamen nihil agit, sed si existit contrahitur obligatio, rectè que saltem dicitur ab initio obligatio sub conditione contracta. [Sed de his vid. l. 16. c. 11. Et seqq.] Duæ autem conditiones statim inutilem contractum efficiunt, quia id actum ostendunt ne obligatio constituitur. Impossibilis l. 31. de O. & A. l. 7. de V. O. licet aliud sit in testamentis vid. supr. lib. 6. c. 18. lit. L. Et in voluntatem promissoris collata: si volam si volueris, si fuero arbitrar. l. sub hac 8. de O. & A. l. 46. §. vlt. de V. O. l. 13. C. de coner. empt. vbi ratio. Sed expressè; non si vi ipsa intelligatur. Vnde licet ad conditionem significandam nihil interfit inter si veneris & cum veneris, leg. 4. §. 5. pen. de V. O. valet tamen stipulatio cum volueris, cum illa si volueris non valeat l. 46. §. pen. Et vlt. de V. O. h quia hic exprimitur tempus ac per id intelligitur conditio illic contra leg. 22. princ. Quan. di. leg. Expressa nocent, & c. l. 19. §. de R. l.

NOTATA.

a Vt homines conueniunt qui ex diuersis locis in vnum, & flumina, quæ in vnum conflunt, sic qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt l. 1. §. 3. de pact. vbi Cuiac. Et Hor. ibid. verbo conueniendi à corporibus ad animos transfundat esse, b l. 116. §. vlt. de R. l. Error quis ac quando impediatur consentum vt non valeat quod actum est, vid. Zaf. ad l. cum fundus 31. §. 1. de reb. cred. nu. 14. Et seqq. Pac. i. enant. q. 59. Cuiac. ad l. 9. de coner. empt. Goad. de coner. stip. r. 3. n. 7. Et seqq. c Fab. de Monte tr. de Empt. q. 5. principali n. 57. Et seqq. c Ita & nos ter ad d. l. 22. num. 4. aliorum rationem quæ in eo quod emptio bona fid. stipulatio stricti iuris, vt Duar. ad d. leg. 22. Pac. 1. q. 59. refellens i. exemplo pignoris l. 1. in fin. de pig. n. 2. Quæ si in materia erratum; aut consentum est in corpus, & tanto magis contractus bona fidei ratur esse debet, aut non consentum & ideo non valet, quod actum est, (quia consensus abest, quem non minus stipulatio requirit) & ferè Cuiac. ibid. Et Vult. ad pr. l. de Empt. num. 18 ne nimia sit præcij inæqualitas à iusto rei valore, & Bron. 2. aff. 53. Alter Goad. de coner. stip. c. 3. n. 29. rationem reddens ex natura emptionis, vt pretium sit corpori æquiualens. Idcirco non tantum ad corpus, seu ad id quod in manu pretio est, sed & ad materiam bonitatem respectum haberi. Sed hæc ita si materia toto genere diuersa. Nam si non in totum erretur in materia, ex gr. si aurum, quod quis se emere putabat, æris aliquid admixtum habeat, consistit emptio l. 14. de coner. empt. vbi Gotb. Vult. ad pr. l. de Empt. nu. 19. item si inauratum sit, quando videl. æs auro immixtum, ac cum eo confusum, quia res quæ emittit licet non in solidum tamen ex parte aurea est, vid. Duar. ad l. 22. de V. O. Nec obstat l. 41. §. 1. de coner. empt. Ibi enim argentum non immixtum, insusum atque vnitum fuit ligno seu materie ex qua mensa confecta, sed mensa tantum operimento, seu lamina argentea tecta ac vestita fuit, Cuiac. 2. obs. 4. Quo operimentum mensa pars non est, Don. nos ter ad l. 22. de V. O. n. 5. sicut vestis non est pars hominis, Bronch 2. aff. 53. Goad. de coner. stip. cap. 3. num. 46. Quare in d. l. 14. erratum in materia bonitate, in leg. 41. §. 1. in eiusdem substantia, Baro lib. 3. manual. ad tit. de coner. empt. Alij volunt in d. l. 41. §. 1. nominatum actum fuisse vt solidum sit mensa, non item, in d. 14. Duar. ad d. l. 22. Curt. 2. Coniect. ad fratr. 31. Malè quia in contractibus bonæ fidei etiam quod tacitè agitur pro cauro haben-

dum, Cuiac. ad d. l. 22. Et 2. obs. 4. d. h. 16. §. 1. de minor. Sed si dolo causam dederit contractus, id est, si quis animum egn. trahendi, alienandi, promittendi non habens, fraudulenta persuasionem inducit vt contrahat, alienet, promittat d. l. 7. pr. in verbis si in hoc ipso vt venderet circumscriptus. Non si incidens, quando alias etiam contracturus in ipsa conuentione dolose decipitur, forte vt carius erant, vilius vendat. Oldend. Progym. cl. 6. art. 11. Sueduin. in §. actionum 28. l. de act. num. 22. Goad. de coner. stip. cap. 3. n. 13. Et seqq. Qui cum seqq. hanc quasi accuratè tractet & dissentit argum. maxime Roberti 3. animadu. 1. Et seqq. examinet, ed remitto, videti possunt præter laudatos à Goad. Zaag. de Except. p. 3. ca. 11. n. 11. A. Fab. in rational. ad l. 7. pr. de dolo. Est tamen in arbitrio dolum passi an velit contractum seruari, per rationes & auctorit. adductas à Goad. d. c. 3. num. 168. quibus adde lasin. §. actionum 1. de act. num. 41. Sueduin. ibid. num. 28. & c. qui alios refert, Tiraq. post l. l. Connub. gl. 8. num. 93. Et tr. Lemort saist le vis p. 7. declar. 1. n. 8. Et seqq. e Hic tamen plures & probabilis dissentunt, e quid distinct. tantum admittunt in dolo initis contractibus, non autem metu, quos sequitur Vult. ad §. vlt. l. de Obl. nu. 20. Sed nostro consentit Cui. ad l. 21. §. 3. Quod met. ca. Et ad l. 36. de V. O. Et 3. not. Merc. 3. & confirmat contra Robertum Goad. d. c. 3. nu. 156. Et seqq. Sane rationem nostri, contra metui dolo insit, veram non puto de quo alibi f. Goad. de coner. stip. c. 3. concl. 6. Licet Rau. 2. var. 5. vlt. & hic facti obligationem ipso iure tenentem, sed quæ prætorio auxilio per exceptionem elidatur. Quod refellit d. §. vlt. g de quo fuit Moz. de g Coner. in genere art. 4. num. 42. Et seqq. A. Fab. 1. iurispr. 9. pr. 5. ill. 21. Ern. Corthman. Iur. Resp. 8. num. 34. Et seqq. Vt nec iuramento contractus simulatus constituitur, vid. Ierem. Setser. lib. 2. de Iuram. ca. 18. lo. Vinc. Hondede. vol. 2. conf. 47. num. 31. Et seqq. Corthman. d. conf. 18. nu. 57. idipsum declarando restringendens num. 89. Et seqq. h De differentia inter si & cum vid. h Val. Guil. Forst. obs. succif. c. 11. Ceterum in arbitrium promissoris collata, nec traditione secuta robur accipit Goad. de coner. stip. cap. 4. num. 107.

CAPVT VIII.

Præstatio ex contractu.

a SECYNDVM exigat contractus, vt SIT CONSENSVS AD DANDVM ALIQVOD, VEL FACIENDVM l. 3. pr. de O. & A. non ne detur. Ea enim est conuentio distrahendæ obligationis. Non vt sua causa quid faciat l. 2. §. vlt. Mand. Alius igitur qui det, aut faciat debitor, alius cui detur vel fiat, Creditor. Non verò exigitur mutua præstatio, sed vnus sufficit; vt in mutuo & stipulatione. a Obi. Imò est vltro citroque a obligatio l. 19. de V. S. id est factum obligatorum mutuum, quod & vox *mutuum* significat, & distinctio ab actu & gestu. b. Definitur ibi contractus, non ex vltu iuris, aut significatione verbi, sed sententia auctoris specialius accipientis. Verba enim generalia, cum aliis finitimæ significationis iuncta, ad speciem certam restringi solent, Exempla in l. 1. de im. r. l. 178. §. 2. de V. S. Sed de his exactius ad l. 1. de reb. cred. TERTIVM est vt sit IURE COMPROBATVS §. 1. l. de Oblig. si omnia quibus constat iure constituta vel recepta sint. CVIVSMODI SVNT QVATVOR OBLIGATIONIS CAVSSÆ. Consensus vt efficiens. Finis & interdum forma: vt in stipulatione. Res vt materia & Personæ. De quibus nos hoc libro in commune tractabimus, nec eadem vt in P. & Cod. sit. in singulis contractuum speciebus inculcabitur.

NOTATA.

a Diff. Marq. Freher. 1. Parerg. 16. contendens nullam esse a contractum *mutuum* & *mutuum*, sed stipulationem quoque ad accipiendum teneri, cum nemo liberetur ingratius. Vnde apud Plant. in Epidico act. 1. se. 1. Thespio se adstringit ad accipiendam cœnam. Et creditor cui satisfactum, ad pignoris restitutionem, syngraphæ redditionem aut apochæ dationem tenetur. Sed vereor vt ex his satis istud adstruatur, Quæ enim acceptio rei solutæ præstatio. Quis dubitet neminem cogi debitum sibi, si nolit habere, oblatum recipere, maxime

mè si obligatione exfoluere debitorem paratus, nullam cer-
tè eius rei gratiã proditam actionem. Qui autem si vel effet
accipiendi necessitas creditorì, credere conuenit Labeonem,
in d.l. 19. ed respexisse, de quo vel nunquam vel rarissimè
queri possèt. Paratiores plerique ad exigendum quod non
debetur, quam ad respuendum quod debetur. Quin hac rati-
one creditor eo ipso quia creditor, debitor quoque foret;
ac oppositi respectus in eundem ratione eiusdem rei concur-
renter locatur verò Thelphio apud Plautum, & Iudic. Ad hæc
res ibi inter conseruos geritur. Et Epidicus dum audit ad
suam promissionem alterum spondere mirabundus querit.
Quid ostendens hæc planè non conuenire. Denique pignori-
s restitutor est ex propria obligatione, non murui, vt & syn-
graphæ &c Neque ad ea, agitur actione quæ ex mutuo. Dis-
sentit aliter vulgò D.l. qui hinc inde obligatorios proprie
contractus esse, reliquos largè & improprie Mox, de con-
tract. in genere art. 4. num. 4. & seqq.

C A P V T I X.

Conventionum vis & diuisio.

PRIMA. EFFICIENS (de 2. vid. infr. cap. 16.) CON-
SENSVS ET CONVENTIO, quæ non omnis ac-
tionem parit. Ex pacto enim nudo nulla actio l. 7. §.
1. D. l. 10. C. de pact. a At Prætor pollicetur se pacta ser-
uaturum l. 7. §. 7. de pact. [3. Quidam dicunt non nouam
act. cum dare sed veterem seruare & ratam habere. b [Quod
displect Don. nostro ad l. 10. C. de pact. num. 15. r. per l. 1.
Quib. mod. Vl. vbi dicitur V. usufr. valere tutionis Prætoris. 2.
Quid hac tutione Prætoris tutione esset opus. Seruare dicit non
cui adfuit se ipsum ab hostibus suis præditiis liberanti, sed cui suc-
curri, qui sine me erat periturus. Et Prætor non dicitur seruare
vim pacti, sed pactum ipsum 3. igitur noster ibid. n. 18. editio
vel additam fuisse conditionem, quod eius per leges licebit, arg. l.
1. Ex quib. ca. mai. vel suppleri & intelligi debere, arg. l. 12.
§. 4. de Publ. in rem. Prætor enim iuris ciuilis custos Cic. 2.
de il. l. 14. de testib.] Quare si liberandi causã interpo-
sita pactio sic seruat Prætor, vt paria liberatione, ip-
so quidem iure si potest vt l. 17. §. 1. l. 58. de pact. fin-
nequeat per exceptionè l. 7. §. 4. & seq. D. l. 13. C. de pact.
Sin obligandi; parit obligationem: hac conditione si
per ill. licebit. (Denique seruat Prætor prout res pos-
tulat vel per actionem vel per exceptionem hæc l. seq.)
[Obi. Aequum est omnia pacta seruari l. 1. de pact. §. 1. Si mo-
do verè fides data ac serid & ex animo quis pactus sit. Serid au-
tem videtur res geri, cum commercium agitur, aut qui promissit
prius aliquid pro eo accepit. Fieri quidem potest vt serio quis
promittat, sine superioribus causis, sed qua raro, non attendit-
tur. Plerique ex inconsulta leuitate, nec certo animi iudicio pro-
mittunt. c Sed cur magis valet pactum de non petendo ac libera-
torium? Quia non tam procliuus homines ad donandum & re-
mittendum l. 4. ad Vellei. Hæc & alia Don. ad l. 10. C. de
pact. num. 21. & seq.] Quod si non nuda sit conuen-
tio, oritur actio. CONVENTIO PRIVATA DVPLEX:
d IVRIS GENTIVM ET LEGITIMA l. 5. de pact. d non in-
de quod iure gentium vel lege inducta, sed quia pro-
bata & confirmata l. 6. d. t. ILLA PARIT ACTIONEM
SI NON EST NVDA l. 7. §. 4. de pact. quod cognoscit-
ur: Si vel transeat in aliud nomen, vel (2. nota.) Si præ-
ter conventionem dedi, quid aut feci, vt vicissim da-
res, faceres d. l. 7. §. 2. Hæc datio factumve vocatur
causã quæ subit, vt ita huius obligationis dux sint
causæ: Conuentio ipsa & præterea datum factumve
e Vbi neutrum horum, nuda pactio d. l. 7. §. 4. Nuda
scil. & re; quia nulla datio factumve interuenit & no-
mine, eodem modo quo nudus consensus, voluntas,
cui nihil accessit l. 1. de Perm. l. 3. l. 5. §. vl. de resc. vend. f Ac
non parit actionem nisi facta sit legitima. Hæc diuisio
attingenda nobis, & quia explicat edictum de pactis
ac vim conuenionis, & ne sequens diuisio aliquem
concurber, quasi ab hac distideat, Verum non sufficit

rei explicandæ, vbi causæ obligationis quærentur, sed
summa genera delibari leuiter, ad instituto seruiedum.
Edictum enim de pactis agit de vi conuenionis, non
de obligationibus. Conueniens verò diuisio, in §. vl.
vers. vl. l. de obl. & ferè in l. 1. & 2. de O. & A. Aut re con-
trahuntur obligationes, aut verbis aut litteris, aut con-
sensu scilicet solo. Quæ sic bimèbris redditur. g CON-
VENTIONES AVT PARIVNT OBLIGATIONES SO-
LO CONSENSV, (aut vid. infr. c. 11.) cum quibuscun-
que rebus inter quoscunq; declarata voluntas suffi-
cit. De quibus, vt pote simplicioribus, naturæque ac
intelligentiæ ordine prioribus, prius dicemus, contra
quàm in Institutionibus.

N O T A T A.

a Quid si geminatum sit? Id parere act. volunt. Dd. vul-
gò, quibus consentit Raim. Cor. 3. indagar. 5. nu. 4. quia similia
sunt stipulatio & pactum geminatum. In stipulatione enim
respondens videtur eadem verba interrogantis confirmando
repetere. Et si Lex impediret ex pacto geminato vtri actio-
nem, non moderari id esset, sed demoliri ius nature. Suffragar-
tur & ea ratio quod quæ semel, per facilitatem magis & ia-
ctationis causã, quam vt præstentur, dicta videantur, ideo-
que effectum iuris non mereantur: Quæ verò iteratò dicta à
certa & constante mentis constitutione profecta. Sed contra
Vacon. 5. declar. 67. num. 5. quia inutile additum inutile, non
facit vile, 10. Bapt. Caccial. de pact. q. 13. num. 6. Lorios. de Iur.
arte tr. 17. & seqq. ax. 38. & seq. Cur. 2. Coni. ad fr. 7. vbi a-
git de vi geminationis, quia non vbiq; in effectum iuris,
quicquid est verborum verborum trahendum & P. Gran-
gian. Paradox. c. 38. quia frustra diceretur pacto subiectãdam
esse stipulationem, quia iteratio non est causã vel negocium,
nec facit ne sit nudum & Hopper. lib. 3. ad d. d. pag. 99. f Cu-
iac. 22. obs. 7. scribens nec ceteris iuratum vel iteratum pa-
ctum parere actionem, & Ierem. Sester. lib. 2. de Iuram. c. 1. n.
8. Quid autem Iure Canonico? Vulgò actionem nasci ex pa-
cto per c. 1. de pact. ver. bis: suam obtineant firmitatem, Caccial.
d. q. 13. num. 7. & seqq. Mox, de contract. in genere art. 3. num.
24. & seqq. Gomez. 2. resol. 9. num. 2. in fi. qui tamen ita hoc
declarant. vt semper requiratur causã, sine qua nec iurata
conuentio valcat 2. resol. 11. num. 5. Parlador. 2. rev. quotid. 3.
num. 16. Marg. Freher. 1. Parerg. 18. in fin. Bronch. 1. aff. 39. Tob.
Paurmoist. lib. 1. de Iur. c. 23. n. 11. & seqq. (testans de com-
muni, moribusque ac visu seruati, vt ex serio ac deliberato
initis detur actio addes, quod & testatur Vves. in Par. de Pact.
num. 9. pag. 137. Giffan. ad l. 1. de O. & A. num. 9. tamen si diffe-
rentia adhuc videatur non obicit agnoscere Molest. Pist. p.
1. q. 49.) Contra Lorios. de Iur. arte tr. 17. & seqq. ax. 54. Cuiac.
ad c. 2. extr. de Sponsal. quia ex d. c. 1. Dd. opinio non proba-
tur. Nam & Prætor seruat pacta, non tamen datã actione.
Reliqua argumenta scribit silentio & contempu digna esse,
& Fachin. 2. contr. 100. quia & Canones litium mieuenda-
rum studiosissimi, vbi nec ex iurato pacto admittit, vt & Ser-
ser. lib. 2. de Iuram. c. 1. num. 5. & seqq. f A. Fab. ad l. 7. §. 7. de
pact. Legislator quoque Pontificus, ait, hoc agit vt lites mi-
nuat Exceptionibus autem datis lis non augetur, sed mi-
nuitur, cum actiones repellant, & Busius ad l. 1. de pact. n. 6.
& 7. b Charond. 1. verisim. 19. eam vim quam ipsi contra-
hentes dederint seruare prætozem. Forcat. dial. 69. num. 2. ser-
uare Prætozem, prout ius induxit, non perimere, arg. §. 3. l. de
l. Pers. quia multa Prætor seruat, alioqui vilitura, 3. 1. l. de bo.
poss. f Cuiac. 2. obs. 15. & ad d. l. 7. §. 7. Hot. ibid. seruare datis
exceptionibus. Et hoc est, ait Hor., quod dicitur aliquid vale-
re per tutionem prætoris, id est, ope exceptionis. Vnde ipso
iure & per exceptionem vbiq; opponitur. f A. Fab. ad d.
l. 7. §. 7. interdum dari act. vt in pactis contractibus in con-
tinenti adactis; item in pacto de constituã pecunia & de
hypotheca. Sed in his, ex nostri sententiã, actio potius ex
contractu, quàm nudo pacto. c Ratio hæc vulgò probata
quam declarat Vves. in Par. de Pact. num. 9. pag. 129. Coraf. 3.
misc. 15. numer. 4. Lex in nudis pactonibus non est certa de
promittentis voluntate, quem non credit ex proposito pro-
mississe, sed ostentationis gratia, dum putant alium non
accepturum & Vasq. 1. ill. contr. 10. num. 20. f Vacon. 5. declar.
67. num. 10. huius rei & multarum aliarum causã esse quia
nec à ciuitate nec à principe ita constituitur. Ratio hæc nul-
la est. Idem tamen 1. declar. 13. num. 3. ideo ex pactis dari non
actionem; quia si promissio sine causã non sequitur illa ini-
quitas, vt alter sit in iure indebito, alter in damno contra-
quitatem naturalem. Et ferè Raim. lib. 2. de Præiudic. c. 2. Præ-
tor,

ror, ait, act. nisi causã cognita & probata, non decernit. Pa-
cto nudo nulla subest causã cuius ergo Prætor act. decerne-
re possit. f Sed hoc refellit A. Fab. ad l. 7. §. 4. de pact. 1. quia
si sine vlla causã esset Prætor id nullo modo seruaret. 2. per
l. 16. de pact. vbi exemplum. Sic in pacto de non petendo ali-
qua causã vel quia volo liberalitatem exercere vel aliud à te
accepit. Sic in nudo permutacionis pacto. f Causã autem
in l. 7. §. 2. & §. 4. de pact. significat negotium quod geritur.
Id enim rectè subesse dicitur: Causã verò quæ mouet contra-
hentes, vel pacificentes præcedit non subest, vid. not. j. lit. E.
Fallax itaque argum. Ruardi ex ambiguit. vocis causã. f Ve-
rior ratio Fabri ad l. 1. prim. de pact. pugnare hic naturalem æ-
quitatem cum ciuili, ne omnia litibus replerentur, & ciuilibus
concordia, quã Reipub. salus continetur lædatur. In hoc
cõsistit Prætor tẽperamentum quoddam & quasi me-
diū sectatur. d In qua Raim. 4. var. 1. alteram vocem priuata
delet, itemque verba, cui iuris gentium, aut Tribonianus aut
interpretis esse contendit, quia omnes omnino conuentio-
nes, iuris gentium, publicæ quoque. Quo enim aliàs iure ho-
stis cum hoste paciscitur. Ciuilibus certè ll. peregrinus non
est alligatus. Erius gent. suas conuentiones nec numero nec
certis speciebus definitas habet. Nec in l. 5. de l. & l. habetur
conuentiones quasdam esse iure ciuili introductas, quod ab-
surdum, sed obligationes. Quia & conuentiones legitimæ
iuris gent. Si enim lege consumantur, necesse est etiam ante-
quam confirmarentur fuisse conuentiones. Hæc & alia Ræ-
uard. quibus non ita operosum est occurrere Sanè si quod es-
set recepta lectiois vitium, in grauius tamen sua correctio-
ne incidere Ruardi. Quia sit vt priuata pacta legitimis, tan-
quam species aduersa opponantur. & Hot. ad l. 7. de pact. Con-
tractus alios habere nomen tantum, vt emptio, locatio, &c.
qui solo consensu consistunt, alios causã tantum vt inno-
minati, alios verumque vt ceteri. f Cuiac. 2. obs. 15. Pactum
à contractu sic separatur. Pactum neque nomen neque causã
sam habet. Contractus aut nomen habet aut si nomine vacat,
certè causã habet. f A. Fab. ad l. 7. §. 1. de pact. Causã quan-
do subesse dicitur, non denotatur præcedens aliqua, quæ oc-
casione dedit. Nam & sic pacta habent causã, aliàs Præ-
tor ea reprobat l. 2. §. circa 3. de doli exc. iun. l. 4. de reb. cred.
sed negotium quod subest in ipsa conuentione, eiq; non
tam occasione quàm materiam præstat. Mattheus. lib. 1. de
via & vat. iur. c. 6. n. 28. causã exponit synallagma ac sim-
plex vel mutuum factum seu commercium obligatorium. &
Gœd. de contr. stip. c. 1. concl. 3. n. 29. tractatum hinc inde spon-
taneum vt exinde sit obligatio. Ex huius autem vt & Vult. ad
pr. l. de Obl. nu. 36. sententiã, etiam contractus consensu initi
habent causã; quia inquit Vult. si quis vendat, præter con-
uentioem adest causã, factum venditoris, non autem si ven-
diturum promiserit. Illic factum præsens, hic confertur in fu-
turum. f Nuda à causã, à nomine, à stipulatione, Vult. in pr. l.
de obl. n. 26. f Cuiac. ad l. 1. de pact. nuda vocari quod solo pla-
cito consent. nihilque præter audam cõuentioem habeant.
Vnde & Dd. definiunt pactum nudum quod stat in puris ter-
minis conuentioem Barr. in l. 7. §. 5. de pact. num. 14. probante
Greeg. Lopez. animadu. c. 9. n. 2. & 3. cum quo tamen nolim
duplex nudum pactum agnoscere. adde not. j. t. 11. lit. C. g Ali-
ter Vult. in pr. l. de obl. num. 39. Gœd. ad l. 12. de V. S. n. 6. Bodiu.
in distib. iur. vniu.

C A P V T X.

Contractus solo consensu constantes.

ATQVE ILLE VEL SVNT IVRIS GENTIVM,
vt Emptio, Locatio, Mandatum, Societas. l. de
obl. ex consl. 2. de O. & A. Et hæc solæ. Obi. Atqui & dona-
tio, permutatio, transactio speciale nomen habent.
Ergo actionem pariunt per l. 7. §. 1. de pact. 32. Rectè,
Sed in illud nomen non transeunt, re nondum secutã.
a Neque enim placitum permutacionis, donationis,
transactionis est permutatio, &c. Pariunt autem hæ
conuentiones solo consensu obligationem, non pro-
pter nomen, l. enim rebus non verbis imponitur l. 2.
C. com. de leg. sed quia continent commercia rerum &
officiorum, societati hominum tuenda necessaria,
(Vtilitas causã dedit obligationi constituenda, fecit-
que vt esset in vfu communi. Vfus nomen peperit,
bb quod indicium est ac nota vtilitatis c. præced. & ad l. 10.
C. de pact. num. 17. Valent tamen & pariunt actionem a-
liæ conuentiones quæ in continenti adiciuntur con-

tractui, sed ideo quia pars sunt illius, eiq; insunt.
vid. j. lib. 15. c. 1. V E L LEGITIMÆ l. 6. de pact. Quas
quidem prætermisit Caius, in l. 2. de O. & A. quia illius
ætate vnica tantum fuit Constituti, eaq; ipsa non le-
ge verã, sed edicto Prætoris comparata. & Imp. d. tit. l. de
obl. ex cons. quia est aliã dux ex constitutionibus acces-
serunt, satis tamen ratas hic ponere, quod apud Cai-
um inueniretur. Eiusmodi tres è de quib. vid. lib. 13. ca. c.
vlt. Constitutum, Contractus Emphyteuticus & Pa-
ctum donationis verbis præsentibus. Quas conuentio-
nes, licet nudæ sint tamen cum iure confirmatæ actio-
nes pariunt contractus vocare ne dubitemus. Nullæ
præterea. Non sponsalia & Nuptiæ, quæ sunt Iuris
gent. & referuntur ad societatem lib. 13. c. 18. & seqq.
Nec promissio dotis, quia ibi obligatio re contrahitur,
vid. infr. c. 14. lit. A. Sunt quidem stipulatio & litterarum
obligatio, conuentiones legitimæ, sed quæ solo con-
sensu non contrahuntur. Consensus verò aut suis indi-
ciis exprimitur, verbis, scripto l. 2. de pact. nutu arg. l. 22.
de leg. 3. aut re & facto colligitur. Vt si pretium acci-
piam ex causã venditionis ab alio factæ vendidisse ip-
se videor, l. quidam 12. de euict. quia probato consequen-
te, &c. l. illud 77. in fin. de acq. her. Nec enim possum ac-
cipere, nisi prius emptionem esse velim. d Sic societas d
re coitur l. 4. Pro soc. Nihil autem hic præter consensum
requiritur l. 2. §. 1. de O. & A. id est, nec stipulatio, nec
traditio siue impletio contractus & nec scriptura l. 4. de e
supr. lib. 9. c. 13. lit. H. & infr. lib. 13. c. vlt.

N O T A T A.

a Hinc autem sequi videtur quod Permutatio, itemque do-
natio re traditã sit contractus nominari licet non solo con-
sensu perfecti. Sed verius est contractum nominatum non esse,
vid. Coraf. 2. Misc. 25. Vasq. 3. contr. v. se freq. 59. nu. 4. & seqq.
A. Fab. 6. Coni. 9. pag. 285. quia, ait, nomen Permutacionis non
tam contractum significat, quam causã ex qua constituitur.
Non est contractus permutacionis, sed sit permutacione
rerum. f Heidecc. in l. naturalis 5. de præsc. verb. ax. 13. cuius
ratio arguta fortè magis quàm congrua Quia inquit, est con-
tractus omnium primus. Ergo si antiqui, tempore fuisset no-
minatus, fuisset alius etiam inominatus, ad cuius discrimen-
sic dictus esset. Quia igitur nominatus non fuit sua sponte se-
quitur quod hodie inominatus sit accensendus. & Gœd. de
contr. stip. c. 1. num. 51. ex ratione quæ lit. seq. b Sed A. Fab. b
ad l. 7. §. 1. de pact. Non propter frequentiam nomen habent.
Quid enim frequentius contractu do vt des, do vt facias, &c.
Sed quia certam sui naturã formã & legem habent quæ vno
nomine possit exprimi; non æquè inominati. Et Gœd. de
contr. stip. c. 1. num. 49. & seqq. duas notas contractuum nomi-
natorum refert. 1. vt peculiare nomen inditum habeant, nec
in generis appellatione subsistant. 2. Vt certi eorum sint ac de-
terminati fines, nec confusã generis formã contenti vt Per-
mutatio. Adde Vasq. 3. contr. v. se freq. 59. num. 4. & seqq. Vult. ad
§. vlt. l. de Mandato. c. Imò plures. Quæ tamen contractus, c
mea sententiã, non rectè statuuntur, vt nec hic recentitæ exc.
contractu emphyteutico, qui an rectè vocetur conuentio legi-
tima nuda æquè, ac multò magis dubito. Sed omnia hic
expedire non licet. Vid. de pactis legitimis Baro Cuiac. Hot. &
imprimis A. Fab. ad d. l. 6. Raim. 2. var. 1. & 4. var. 1. Val. Guil.
Forst. de pact. c. 4. membro 1. d Non igitur sola præsentia id o-
peratur, neque hic tacitus vel præsumptus consensus, sed aper-
tus vid. Nic. Valla de reb. dab. tract. 10. num. 1. e Perficiuntur e
hi contractus solo consensu; impleuntur autem & consumman-
tur traditione rei, numeratione pretij vel mercedis, &c. Cuiac.
23. obs. 15. Errat itaque Harmenop. lib. 3. Promptuarij tit. 3. qui
cõtractum à consummatione illius nesciens distinguere em-
ptionem contrahi scribit, cum hiac res traditur, illinc autem
solutur aut de eo fides habetur. f Consensus autem re-
quiritur præsens, non in futurum collatus. Pactum enim de
contrahendo ex gr. emendo diuersum ab ipso contractu em-
ptionem Vult. in pr. l. de contr. empt. n. 12. laud. P. Anton. de Petra
de fidei. ex prohib. al. q. 8. n. 136. & multis seqq. Gœd. de contr.
stipul. cap. 8. num. 35. A. Gemil. 2. ad Nupt. 10. Hinc venditio-
nem ita factam: vendo tibi rem istam 10. aureis, si volue-
ris hoc pretio habere, reuocari posse dicunt, si non statim
acceptata sit Beust. in l. 5. §. vltim. & ll. seqq. de Iurei. num. 6.

B b

Quam

Quamquam verius forte hic nec contractam esse venditionem, ob defectum consensus vtriusque quia non eodem tempore in idem ab utroque consensus, sed idem sensum diuersis temporibus. Consensus autem idem est quod simul sensus, quod vocula cum in compositione significat, vt notant vulgo in l. 1. de pact. res. Valq. 2. ill. contr. 6. n. 9.

C A P V T X I.

Contractus consensus solo non contenti.

AVT (vid. sup. c. 9. lit. G.) SI QUID CONSENSU ACCESSERIT. EA TRIA IVRE COMMUNI, quorum duo veteribus cognita. RES ET VERBA. l. 1. §. 3. de pact. l. 1. de O. & A. tertium à Iustin. adiectum. LITTEAE, vid. l. 14. c. vlt. Vnum iure singulari insurandum in persona liberti, vid. s. lib. 2. c. 18. lit. I. quod quia singulare & rarum, omisit Imp. QVAE VULGO vocant VESTIMENTA FACTORVM. Accus. & Dd. ad l. 7. §. quin imò 5. D. l. 10. C. de pact. eò quod quæ non pariunt actiones vocentur pacta nuda, vnde has pactiones vocant vestitas. Imperitè. Nudum enim opponitur vestito, cum propriè usurpatur vt in homine. Hic verò nuda dicitur pactio per metaph. quia sola & opponitur non soli. Falsò quoque illi plura vestimenta præter superiora statuunt, videl. d. 4. 1. Consensum. Malè quia quæ solo consensu contrahuntur, eo contentæ nullam requirunt vestimentum. Ipsa enim conuentio est consensus. Nec vlla res sui ipsius vestis aut confirmatio. 2. Cohærentiam contractus in pactis in continentia adiectis. Sed hæc non distinguenda à contractibus suis, quorum pars sunt l. 7. §. 5. de pact. l. 31. §. vlt. de edil. ed. 3. Rei interuentum, cum dedi aut feci, vt vicissim dares aut faceres. Verè quidem; sed hoc non aliud est quam res interueniens, e. l. 4. §. de pact. iun. l. 1. D. l. 3. C. de rer. permut. 4. Operis promissi initium seu inceptionem l. 1. §. de pollicit. Sed ibi ius singulare in causa publica ad priuatas conuentiones non pertinet l. 1. §. ceteris 28. C. de pact.

N O T A T A.

a De vi iurisur. in conuentionibus, vid. l. 24. c. 9. seu de l. iuris c. 1. b Coras. i. mis. i. insipide & insulse Dd. loqui Cur enim non dicunt vestitam voluntatem, consensum, proprietatem, vsum, possessionem, interrogationem. Sic Horat. nudam veritatem vocat, id est, non fucaram nec palliatam. Sic purus locus dicitur: qui nec sacer, nec religiosus, neque tamen propterea locus religiosus impurus. Foreat. dial. 70. num. 4. Morbi quidam dicuntur acuti num ideo alij dicuntur obtusi, Cuiac ad l. 1. §. 1. de pact. add. Forst. de pact. c. 4. membro 2. Tamen Dd. rei intuitu non valde in usurpatione vocis vestiti, licet apud iuris auctores non reperitur, errare velit Busius ad l. 7. §. 5. de pact. nu. 5. post Costal. in d. l. 7. & docendi causa distinctionem retinendam, Partador. 2. rer. quodid. 3. n. 2. c. Nudum variè quid dicitur scil. quod nudum est ab eà re quæ illo loco requiritur Donel. de usur. c. 3. & cui ad complementum aliquid deest. Traditio nuda quæ sine voluntate transferenda l. 31. de acq. do. Voluntas, sine traditione l. 17. §. 3. Com. mod. Pactum in l. 20. C. de pact. eodem modo. Consensus, sine verbis vel scriptura l. 14. Locati, Proprietas, sine usufructu. Possessio sine dominio l. 66. de cuius Est. ad §. inter d. 44. (ip. 32.) l. de acq. do. §. Baro in §. 1. l. de obl. ex cons. Nuda pactio, pro materia subiecta, nunc pro conuentione nec nomen nec causam habente, nunc pro ea quæ sine traditione, nunc pro contracta ex consensu, qui sine verbis & litteris, l. 1. de Permut. nunc pro pacto absque stipulatione, est in contractui vt mutuo l. 5. de nau. for. Vid. idè in §. 44. l. de acq. do. & in §. 1. l. de usur. & ad l. 7. §. 4. de pact. d. Zas in Parat. de pact. n. 11. §. addit & in vniuersum octo refert: Rem, Consensus exuberantiam, Verba, Cohærentiam contractus, Litteras, Rei interuentum in contractu innominatis, qui ab initio inualidi. Executionis principium & auxilium legis §. Sanè legitima pacta quod nuda non sint verius puro, cum Ræu. 2. var. 1. Greg. Lopez. animad. cap. 8. num. 12. & A. Fab. ad l. 6. de pact. licet vt rectè Faber nisi adiuarerentur lege nuda essent) tamen diff. Cuiac. ad d. l. 6. §. 11. obf. 17. & noster Donel. cap. preced. & ad l. 10. C. de pact. & quos refert ac sequitur Forst. de pact.

c. 4. membri 2. pag. 63. Vide de pactis nudis ac vestitis Vacon. s. declar. 13. Io. Bapt. Caccial. de Pactis q. 6. e. Duff. Gomez. 2. e. resol. 8. vt not. j. lib. 14. c. 10.

C A P V T X I I.

Contractus reales.

RES (de 2. vid. infr. cap. 1. §. 5.) VBI nos, posthabita tractatione Caij l. 1. §. 2. de O. & A. & Imp. tit. 1. Quib. mod. re contr. quæ minimè sufficiens, & nec definitionem habet, quæ res vel tenèter explicetur, nec diuisionem perfectam, cum innumerat species omittat & duo summa genera. 1. Vbi data reuocantur. 2. Contractus incertis, seu innominatis. operam dabimus a vt rem ex principis arcessentes, quæ hinc inde hæc nūs vagata ad suas sedes & certa genera reuocemus. Itaque DICEMVS I. QUID SIT RE CONTRAHI. Cum res tradita aut factum ad conuentionem accedens initium præbet obligationi l. 1. §. 2. de rer. permut. vel explicatius: Cum dedi tibi aliquid aut feci voluntate tua, vt vicissim mihi aliquid dares vel faceres, id quæ tunc cum noù nascetur obligatio, nisi datio vel factum præcessisset. Vt ita requiritur & conuentio & res coniuncta, seu quæ accessit, quæ causa vocatur in l. 7. §. 2. de pact. Et tunc non est pactum nudum, sed nascitur obligatio d. §. 2. l. 1. §. 1. de prescr. verb. l. 10. C. de pact. Exceptæ tamen vsuræ inter priuatos & in strictis iudiciis l. 17. pr. de pact. Ac dicitur re contrahi quia initium verè est in re, quæ nisi interuenisset, nihil proficeret consensus, b Quare in contractibus consensus solo contentis, est res secuta & statim interuenierit, non tamen dicitur obligatio re contrahi. Ex gr. Est res vendita confestim in ipsa vèditeone tradatur, non ideo ex traditione obligatio, nec contractus in aliud genus transit aut fit realis l. 5. §. 1. de prescr. verb. Tamen verò veteres cum dixerunt obligationes re contrahi, specialiter significauerunt contractus in quibus de eadem re in genere, vel in specie restituenda agitur, tit. 1. Quib. mod. re contr. l. 1. de O. & A. l. 17. pr. de pact. nimis tamen angustè, nec satis conuenienter. Nam & vbi de re alia præstanda agitur, verè re contrahitur vt in contractibus incertis, quia & hic non nasceretur obligatio nisi res conuentioni accessisset l. 1. §. 2. de Permut. Rectè quoque re contrahi dicimus, est non datio, sed factum præcessisset. Nam & obligatio ob rem dati vocatur, quæ ob factum l. 5. pr. de prescr. verb. l. 52. de Cond. ind. Id quæ conueniens significationi vocis rei, quæ & facta intelliguntur l. 38. §. si quis dolum 1. l. 73. de Verb. Oblig. l. 1. pr. in verbis ex eà re, id est, deiectione vel effusione, de his qui detec. Distinguuntur aliquando facta à rebus §. vlt. l. de Verb. Oblig. non significatione verbi, sed loquentis instituto, verbum generale ad speciem certam restringis, vt sæpè fit. 2. Iuris auctoritatis, ne aliàs quadripartita diuisio §. 1. l. de obl. manca sit, si has species non contineret. Vt merito reiciatur quintum genus interpp. quando obligationes contrahi dicunt rei interuentu, vt c. preced. in fin.

N O T A T A.

a Vult. ad pr. l. de Obl. num. 43. de contractibus innominatis a altum in Iustit. silentium sine incuria Triboniani, seu quod ea doctrina intricatior, quam vt tyronibus proponi debeat, quod magis placet. §. Sed & Caius in l. 1. §. 2. de O. & A. videtur diuisionem tantum certorū contractuum tradere voluisse. Quod facilius probari poterit si verba ex variis figuris d. l. 1. pr. accipiamus de contractibus incertis, cum Hor. & Hoppero vt not. s. c. 5. lit. C. Fortè etiam visum est, quia confusa ac indigesta eorum forma, certa nec definitio nec diuisione posse comprehendi. Nec eadem penitus ratio horum quæ contractuum realium certorum. Hic enim semper conuentio traditioni rei coniuncta, illic potest implementū rei subsequi. Vt

Ve si conueniat de manumittendo Stichò vt mihi Pamphilum dares, vel vt P. manumittas hic est post interuallum ali- quod manumisso, ex tempore illo initium præbetur obligationi, &c. b Vult. in §. vlt. l. de obl. num. 3. vbi nisi res ipsa tradatur contractus imperfectus & Alex. Picenard. ad rub. l. Quib. mod. re. vers. nota primo. Ac necesse est vt res sit corpore suo præsens Quod in emptione necesse non est, sed potest Ephesi vendi res Romæ sita, Vult. in pr. l. Quib. mod. re. num. 4. §. 6. vlt. & A. Fab. ad l. 1. §. 3. de pact. Moz. de contr. tit. Quæ veniant appell. rei num. 4. & seqq.

C A P V T X I I I.

Contract. realium prius genus.

HORVM contractuum GENERA DVO. I. VBI AGITVR VT IDEM REDDATVR. Quando traditio quidem semper aperta, sed conuictio sæpè verbis non expressa tacitè, ex fine tradendi, intelligitur, & vel ex nomine contractus, quo restituito inclusa: vt sunt Mutuum, Commodatum, Depositum, Pignus tit. 1. Quib. mod. re. item dos & donatio propter nuprias. Significatur enim his verbis omnibus res data ad certum modum & finem, quo cessante desinet effectus. Vel ex sententia contrahentium per ratiocinationem. Vt datum ob causam præteritam solutio indebiti vel futuram vnde Cond. dati ob causam item Cond. sine causa & Precarium vid. l. 14. c. 10. & seqq.

C A P V T X I V.

Posterius genus.

VBI AGITVR VT ALIVD PRÆSTETVR & vel traditio ac conuentio aperta vt in quatuor speciebus do vt des, &c. vid. lib. 14. c. 35. Vel alterum obscurum, vt quæ species, vbi vel factum incertū. VT SVNT. I. DOTIS PROMISSIO, etiam ab extraneo facta, sine stipulatione l. ad exactionem 6. C. de ad. promiss. quia hic non est nuda pactio a nec speciale est fauore dotis, vt ex pacto actio datur, sed præcedit factum obligationem vxoris ductio. Vnde hæc conditio promissioni inest, si nuptiæ sequantur l. 21. de l. dor. & ob hanc causam promittitur l. 6. de cond. ob. ca. (cum dos datur ob onera matrimonij l. 20. C. de l. dor. s. c. 10.) Pertinet itaque ad speciem facio vt des, licet non inde fit actio præter. verbis, sed ex stipulatu, ex l. vn. §. 1. C. de rei vx. act. b Id quæ ideo quia mariti finis principalis non est vt dotem accipiat. Est tamen hic finis quoque, saltem secundarius. 2. SALARIJ POLLICITATIO, l. salarium 7. l. 56. §. 3. D. l. 17. C. Mand. c. Nec enim debetur ex causis mandati, quia actio Mand. contraria non est, nisi de eo quod per mandari causam abest, sed ex proprio contractu reali, quia & hic factū procuratoris: negotiorum domini gestio. Est enim Salarium merces operæ præstitæ. Datur tamen hic extraordinaria actio l. i. in §. c. d. l. 7. Mandati, quia propriè exsequitur mandatum vt illud impleat, neque hic finis Mandati, quod gratuitum, est principalis, sed per consequentiam accedit. VEL CONVENTIO ORSCVRA. VT SVNT: I. IVDICII ACCEPTIO. Vnde iudicati obligatio l. 3. §. 11. de pec. l. 9. C. de O. & A. Quæ ex dero contractu; d Conuentio enim hic adest licet tacita cum suscipiente iudicium declarent litigantes sententiam facturos. Non vt Accus. ad d. §. 11. ex quasi contractu. Quia Vlp. iudicio contrahi dicit simpliciter non quasi contrahi. Ideo autem vocat iudicati velut obligationem quia propriè non est ex iudicato, sed ex iudicio accepto, in quo conuentio tacita, cuius ea conditio si iudicatus vel condemnatus fuerit reus. e Nam & sic actio iudicari, non tam quod ex iudicato quam de iudicato faciendi. Poteft, & in d. §. 11. vocula velut

accipi pro tãquam vt notet modum & causam ex quâ ibi aduersus patrem agitur ex condemnatione filij. 2. IVS VRAMPDVM. Quia & exinde actio l. 8. C. de reb. cred. quæ ex contractu l. 5. §. 2. de pecul. f vbi verò quasi non impropriè denotat, sed causam & titulum, vt in l. 3. §. 11. in verbis quasi defensor. d. t. Iurat enim actor vt sibi detur aut fiat, quod petit, reus deferri iusur. vt præstet, si actor iurauerit. Atque ita hic adest vera conuentio l. 25. l. 26. §. vlt. de iurei. negotij transgredi causâ l. 31. in fin. d. t. Et est facio vt des aut facias. Quia verò conuentio hæc tacita, datur actio prætoria d. l. 8. C. de reb. cred. 3. PRÆSTATIONES EXTRAORDINARIE, pro opera præstitâ, sine aperta conuentione. Petitio enim mercedis tributa professoribus aduersus auditores, medicis, obstetricibus, ludimagistris & aduocatis, non tamen philosophis & ICris. de quibus agitur l. 1. totâ de extr. cognit. Est quæ hæc actio non ex quasi contractu. Nam qui negotia gerit non habet actionem nisi de illo, quod sibi eo nomine de suo abest l. 2. de neg. gest. sed ex vero. b Opera enim hic aperta; Conuentio verò intelligitur, illinc ex instituto eorum, qui illas operas tractant, nec gratuitam artem exercent; hinc ex studio ac voto eorum qui vtuntur; Vnde mutuum deprehenditur consensus mercedis præstandæ & accipiendæ. Exinde autem non datur actio præsc. verbis, aliâve ordinaria, sed extraordinaria persecutio, quia tria hic singularia, præter ordinem iuris veteris. 1. Quod conuentio dubia pro certâ accipitur, quod datur pudori exercentium istas operas, ne de mercede certâ initio conuenire cogantur. b 2. Quod vtilis conuentio sine certa quantitate; quanquam non omnino incerta res in obligatione, sed quæ certa fit æstimatione iudicis l. 1. §. 10. de extr. cognit. Facit l. 59. pr. de re iudic. 3. Quod Prætores ipsi & Præsides de eo ius dicunt l. 1. pr. & §. vlt. de extr. cognit.

N O T A T A.

a Ita & noster ad l. 10. C. de pact. n. 16. Atqui vocatur nuda rub C. de dot. promiss. Quin & hic pollicitatio efficit obligationi pariendæ, quæ contractus non est, quia nec conuentio. Est igitur pacti legitimi species hæc promissio si pacto fiat, non contractus, Forst. de pact. c. 6. pag. 46. & seq. Quia non hæc causa est. si nuptiæ sequantur, sed conditio. Causa enim quæ subest in contractibus incertis, præcedit aut in ipsa conuentione interuenit. Ac in conditionali quoque contractu tempus interpositæ conuentionis spectatur l. 78. pr. de v. o. Qui igitur dici poterit factum, hic præcedere aut interuenire in contractu. Quin non iure Lex fingit stipulationem interuenisse d. l. vn. pr. & §. 1. Cum quæ fictionis eadè sit, quæ veritatis operatio, est actio & obligatio ex contractu stipulationis ficto. † Vlp. in fragm. tit. 6. §. 1. dotem aut dari aut dici aut promitti. Dicitur nudo pacto. Promittitur stipulatione, Charon. i. verisim. 1. Rau. de auct. prud. c. 4. b Quidam voluerunt b fingi tantum stipulationem in repetitione dotis respectu vxoris, non in petitione respectu mariti. Quos refellit And. ab Exea tr. Pactorum p. 3. rubr. n. 401. & seq. add. Lovio. tr. de aut. axiom. 57 c Neque hic contractus verus, quia & expolli citatione vnus debetur, aliàs enim locatio potius operæ, aut si factum locationem non recipiat aliquis contractuum incertorum celebratus. Obligatio igitur remuneratoria per l. 6. pr. Mand. atque naturalis non ciuillis, quæ actionem parit à lege adiuta, sed non ordinariam vid. l. 13. §. 1. c. 10. lit. F. & G. d Gad. ad l. 36. de v. s. n. 22. Litis contestationem esse quandam contractum, per l. 19. de nouat. l. 83 §. 1. de v. Obl. l. 11. n. 11. consensum cum non impediti quod hodie per interlocationem solet pronunciatu litem contestari oportere. Qui enim recusat, obiectis except. videtur eâ conditione vt & tacitè concedere, quod si illæ releuantes iudici non appareant, nolit litem fugere. vid. idem de contr. siip. c. 5. n. 76. & seq. Sed Briff. lib. 2. de solut. tit. de Nouat. pag. 390 iudicio quasi contrahi, non si iudicij origo, sed ipsa iudicati obligatio, spectetur, vt deinde non antiquâ actione, sed iudicati agatur & vsuræ debeantur, non ex pristina obligatione, sed ex iudicati causâ. Sanè contractum hunc verè & propriè non esse constat ex d. l. 83 §. 1. de Verb. Oblig. Nam initium cuiusque contractus liberum & spontaneum, hic autem necessarium. Contrahi autem dicitur d. l. 3. §. 11. largo modo vt l. 20. de

indie. e. **Quærit Horten.** *lib. 1.29. de Notat. pag. 568.* cur per litis contestationem dicatur contrahi, cum noua actio demum habeatur à re iudicata. Responder: Totius litis, à contestatione ad rem iudicatam usque, continuato animo rei suæ persequende, vnum tempus, vnum contextum videri (vtriusque in vscapione.) Atque ita rem iudicatam videri, iam in continenti litis contestationis à quâ statim mutatur natura actionis, & quæ temporalis, perpetuatur, morte rei peritura, ad heredes fieri transitoriam. § **Conferi** iureiur. quasi contractum, **Benst.** in l. 2. de iurciur. num. 24. Verum contractum non esse probat aperte §. 4. l. de except. iur. l. 27. §. 2. de pact. quia non tollit obligationem civilem ipso iure, sed tollit tantum naturalem, sicuti & nudum pactum l. 95. §. 4. de solut. cuius vim habet l. 35. §. 1. de iureiur. Et est actio ex iureiur. in factum d. l. 8. & prætoriam, cum tamen iusur. iuris prætorij non sit. Facit d. l. 26. §. ult. in verbis potest videri. Sanè hic quædam adest conventio, non autem quæ habeat negotium seu causam. Vel si conventio de iurando fortassis contractus aut ei maxime adest, non tamen ex eâ datur actio, quæ ex iureiuran. sed ex ipso facto iurantis, quod est potius executio & consummatio præcedentis conventionis. Denique contractus falsi & simulati nulli sunt. Iurandum non item; vbi tantum quaeritur an iuratum sit, verè an falso nihil interest. g. Immo rectè **Fruesin** *Par. de extr. cog. in pr.* Non fluunt, inquit, ex ordinario iure pacti, obligationis, actionis, sed citra conventionem & act. ordinariam ex æquitate & privilegio proponuntur, & c. Si verus contractus vera hic & ordinaria actio, verus iudiciorum & cognitionis ordo. **Quin** nulla igitur hic quàm naturalis obligatio ex beneficio, cui hic plenior vim l. l. tribuunt. *vid. s. not. c. 2. lit. P.* Id probat clarè l. 1. *pr. si men. fal. mod. verbis:* Operam beneficij loco præberi & id quod datur ei ad remunerandum dari; & inde honorarium appellari. Quia videl. quodam antidoto beneficium compensatur, non de operâ satisfit. Nec cum sponte dant e. g. ægroti medico accipit is ex contractu, (vbi cum ex. g. res vendita sponte traditur) sed inmutuâ benevolentia vitur, cum sciat se tantò plus præstitisse *vid. Fr. Pollet. l. 2. hist. fori c. 11.* h. Vendere enim operam & pretio tanti beneficij auctoritatem eleuare sordidum, cum pleraque hoc ipso vilia videri possint, quod pretio præstantur. Hinc Hippocr. suos iureiur. obstringi voluit vt autem suam facerent *de v. iur. c. 1. v. 1. v. 2. v. 3. v. 4. v. 5. v. 6. v. 7. v. 8. v. 9. v. 10. v. 11. v. 12. v. 13. v. 14. v. 15. v. 16. v. 17. v. 18. v. 19. v. 20. v. 21. v. 22. v. 23. v. 24. v. 25. v. 26. v. 27. v. 28. v. 29. v. 30. v. 31. v. 32. v. 33. v. 34. v. 35. v. 36. v. 37. v. 38. v. 39. v. 40. v. 41. v. 42. v. 43. v. 44. v. 45. v. 46. v. 47. v. 48. v. 49. v. 50. v. 51. v. 52. v. 53. v. 54. v. 55. v. 56. v. 57. v. 58. v. 59. v. 60. v. 61. v. 62. v. 63. v. 64. v. 65. v. 66. v. 67. v. 68. v. 69. v. 70. v. 71. v. 72. v. 73. v. 74. v. 75. v. 76. v. 77. v. 78. v. 79. v. 80. v. 81. v. 82. v. 83. v. 84. v. 85. v. 86. v. 87. v. 88. v. 89. v. 90. v. 91. v. 92. v. 93. v. 94. v. 95. v. 96. v. 97. v. 98. v. 99. v. 100.* id est, sine mercede & pactione seu sine mercede conuenti. Perceptionem n. mercedis non venit sed pactionem. *Fr. Pollet. lib. 2. hist. fori c. 11.* Vbi & iustit. hanc acquirendi rationem vocat ac ex labore honestissimo, cum & hæc ipsa opera causas orandi, & c. tempusque alienis negociis datum facultatem aliter acquirendi recidant.

C A P V T X V.

Oblig. verborum & litterarum.

VERBA (de i. vid. *supr. c. 12.*) verbis contrahi dicitur obligatio cum ad conventionem verba accesserunt, eaque non quæuis nam & verbis pacificimur, sed concepta, ad meditatam consensum idonea, iure ciuili recepta per definitionem stipulationis l. 5. §. 2. de v. o. de quâ plenius infra *lib. 14. c. 36. III. LITTE- RÆ*, id est, cautio scripto comprehensa, vnde obligatio post biennium de quo *infr. l. 14. c. 37. & 2. seqq.*

C A P V T X V I.

Regula. Obligatio per alterum non quaeritur.

SECUNDA OBLIGATIONIS CAUSSA (de i. vid. *supr. c. 9. de 3. infr. c. 20.*) FINIS qui summus est. Vt quid datur aut fiat, id est acquiratur quod nostra interest l. 2. pr. l. 38. §. alteri 17. de v. Oblig. CONTINENS PERSONAS DVAS. PRIMÒ ACQUIRENTIS (de 2. vid. *infr. c. 19.*) DE QVO REGVLA; & Lex obligationis: QVEMVE RECTE STIPVLARI SIBI ALTERI NON POSSE. §. si quis alij 3. §. alteri 19. l. de iur. stip. l. 38. §. 17. l. 126. §. 2. de v. o. l. i. c. Per quas pers. a Ratio in d. §. 17. quia alteri dari nostra nihil interest. Quæ ad omnes contractus pertinet. Nam vt est in l. 1. de o. & a. Quæcumque gerimus ex nostra persona obligationis ini-

tium sumere debent. Aliàs inutilis stipulatio, vt nec stipulanti quaeratur actio, quia noluit, neque ei cui stipulatus est, quia non potuit l. 6. in *fin. C. si quis al. vel sibi l. 26. C. de i. dor.* Obi. Imò alterius conditionem meliorem reddere licet, etiam inuiti l. 39. de neg. gest. itemque possessio super eam dominium, potest per alterum acquiri. *supr. lib. 9. c. 7.* & liberatio ab obligatione d. l. 39. §. 2. [Ineptè quidam eam rationem reddunt, quæ contentos nos esse iubent, quia negocium inter stipulantem & promittentem geritur l. 83. pr. de v. o. b. Ibi quidem ratio est illa conueniens, vbi quis promittit alterum facturum, agitque de alio obligando d. l. 83. Hic nihil minus, imò nec alia est à questione, quia hoc ipsum expediendum, cur negocium, quod inter duos geritur, alteri geri nequeat. Nec enim ideo quia inter aliquos geritur, non potest geri alteri. **Quin** & solutionis ac possessionis negocium geritur inter tradentem & accipientem & tamen liberatio, possessio quaeruntur alteri. Nec ratio reddenda ex l. 53. de acq. do. quia stipulatio ciuilitate acquiritur, & quia emmo & ratio d. l. 39. ciuilit. Nec discrimen inde quod illa res natura sua aliis possint acquiri, obligationis verò natura id non patitur. Nam & stipulatio res facti est & liberatio non minus in iure consistit quam obligatio; denique hoc modo nec seruus domino, nec tutor pupillo, & c. vt c. l. eq. possent acquirere obligationem. Verà itaque ratio, quia illa acquiruntur alteri, sine cuiusquam onere. Nam possess. qui tradidit, eandem, etiam si nulli acquireretur, amissurus, postquam constituit se non posse fidere l. 18. §. i. de acq. poss. vid. lib. 5. c. 13. Sicuti nec leditur qui solutionem ab alio quam creditore recipit, cuius nihil interest vnde cumque suum consequatur. Obligatio autem alteri non acquiritur; non quia illi consultum velimus, sed quia eodem facto simul obligare promissorem, sine nostro commodo intendimus. Quæ re eius conditio deterior redderetur, contra d. l. 39. Inhumanum habetur officium, quod, cum alterius onere committitur, ita Don. noster ad d. l. 38. §. 17. n. 4. §. 6. ex quibus quædam hic.] Ideo autem in obligatione quaerenda requiritur, vt obligantis interest, quia à regula naturæ de non operando altero d. l. 39. de neg. gest. non est sine iusta causâ recedendum. Ea adest vbi quis alium sibi obligate vult, ad hoc enim contractus & commercia inuenta, non vbi alteri.

N O T A T A.

a l. 9. §. 4. de reb. cred. l. 11. §. pen. de pig. att. *Vasq. 3. vsu freq. 58. n. 32. l. 73. §. ult. de R. l. vbi P. Fab.* Idem est iure Canonico *Vasq. 3. contr. vsu freq. 58. n. 1. & 3. & Fachin. 3. contr. 1. 9. per c. quæquam de Vsur. in 6. vbi exigitur persona publica aut stipulatio alteri fiat; & discrimen nullibi expressum, & iure quoque Canonico auditur exceptio: Tunc non interest e. cum inter extraneos de elect. ¶ Quid si ex pacto datur actio iure provinciali, num hæc stipulatio valebit? **Affirmat** Gomez. 2. *resol. 11. n. 15. Parlador. 2. rer. quæst. 3. n. 28.* volentes cum iure Hispanorum regio ex pacto datur actio, dari etiam ex hac stipulatione. Contra *Vasq. lib. 3. de success. creat. §. 30. n. 26.* nec valere hanc stip. iure isto, quia nec sit pactum. Licet enim postea superueniat rati habitio illius cui stipulatio facta est, non tamen habetur tunc duorum consensus, sed vnus voluntas. Ex quibus non inconcinna ratio depromi potest, cur hæc stipulatio nihil valeat, quia conuentionem in se non habet, cum hic consensus duorum in idem tempus, vid. *not. s. c. 10. lit. E. in fin. de sit. illorum videl. amborum;* inter quos debet consistere obligatio. Vnde & liberanti illis accesserim, qui nec naturalem obligationem hinc orti renatur, vt **Donel. noster**, vid. *c. seq. lit. 2. Gifan. ad l. 14. de o. & a. n. 22. Eman. Soarez. in annot. all Gomez. 2. resol. 11. lit. N. Vasq. 1. contr. vsu freq. 11. n. 2. & lib. 3. c. 58. n. 32.* scribens naturalem non orti, vel si oriatur, carere omnibus effectis à iure Ciu accõmodatis. & pluribus lib. 5. de success. creat. §. 30. n. 6. & seqq. quancumque vix secum ipse probè conuenire videatur. ¶ Licet enim naturæ non inconueniens sit cum qui se obligare vult, teneri tamen naturæ impedimentum obstat, quod alter qui stipulatur non velit sibi acquiri. Obligatio autem cum sit ex genere reatorum, consensum requirit obligantis & obligati, quorū alter sine altero considerari acquiri. Nam & **Dd. fecer** qui com. dissent. natura-*

lem

lem obligationem tertio cui quis stipulatus est; non acquiri fatentur, sed stipulanti, inaximè si verba obligatoria in illius personam concepta ex. gr. Promittis mihi quod dabis Titio 100. vid. *lo Bapi. Cacciai. de pact. q. 11. n. 4. & 5. Vasq. d. c. 58. n. 2. add. Comar. in c. quamuis de pact. in 6. p. 2. relect. §. 4. b. quomodo Cuiac. in d. l. 38. §. 17. de v. o. c. Gifan. ad l. 11. de o. & a. n. 3. Vasq. 3. vsu freq. 58. n. 14.* quia obligatio non acquiritur per actum naturalem vt possessio. Et imò hanc rationem reddidit ipse **Donel** ad l. 1. c. Per quas pers. n. 15. & seqq. vbi n. 17. ciuilitate acquiri quæ apprehendi non possunt, sed in iure & intellectu consistunt, vt est obligatio Ac eodem tendit **noster**. *lib. 9. c. 7.* Quæ ratio cum in ipsa l. 53. de acq. do. habeatur, dextrè accepta conueniens est.

C A P V T X V I I.

Exceptiones Regula.

STIPVLATIO IGITVR ALTERI FACTA INUTILIS EST STIPVLANTI nisi eius interest dari alteri. Tunc enim obligatio quatenus interest d. l. 38. §. 1. stipul. 20. & seq. de v. o. §. sed est 20. l. de iur. stip. Neque in eo exceptio, sed hoc est ex regulâ quæ ibi explicatur, nam tunc magis sibi stipulatur (hic & add. l. 38. §. 17. num. 12. & 18.) EORVM, quorum sic interest, duo GENERA: I. QVI IBI STIPVLANTVR, QVOS IN POTESTATE HABENT, l. dominus 39. de v. o. vbi nō ex alia causa valet, quàm ex hac quod interest ex. gr. patris filio dari [Non enim coniunctionis personæ habetur ratio, sed tantum cõmōdi quod patri acquiritur ad d. §. 17. n. 16.] Nam si quod stipulatus est pater, in personâ filij consistat, nihil agit. Quod fit. r. si ire agere licere l. 130. de v. o. 2. Si quid ad causam peculiij castrensis, aut proprietatem aduentitij, pertinens stipuletur d. l. 39. 2. QVI EXTRANEI. Vt sic interest fit. I. Si is cui stipulatur nobis de eâ re obligatus, vt sic re postea ad nos redeat, vt si stipulemur nostro procuratori, tutori curatori d. l. 38. §. 21. 2. Si nos ipsi de eâ re alteri præstandâ iam ante obligari, vt nisi promissor pro nobis præstet, in pœnam, aut faltem id quòd interest incidamus, vt probat exempla d. l. 38. §. 20. 22. & seqq. de v. o. §. 20. l. de iur. stip. ET EI IN QVEM COLLATA EST. QVOD NON PERPETVVM. NAM ALIAS ACQVIRITVR EI RECTA EX IISDEM CAVSIS QVIBVS ALIQVIBVS IURE PRO EADEM PERSONA, cum stipulante, vt si natiam verb. significationem spectes, in his sunt exceptiones, non si iuris rationem & interpretationem (hic & add. §. 17. n. 10. 19. 20.) QVÆ TRES. I. POTESTAS. Filius patri, seruus domino d. l. 38. §. 17. l. 45. de reb. Oblig. vbi ratio §. si quis 4. §. 19. l. de iur. stip. Siue in dando sit, quod promissum siue in faciendo, ex. gr. Vt patri ire agere liceat, licet factum in suam personam filius cõferre nequeat, l. 130. in *fin. de v. o.* Vnde etsi quid ex castrensis aut aduentitij peculiij causâ nominatim stipuletur patri, ei acquirere in solidum, non quoad vsum tantum. [Quia de castrensis pro libito statuit & in extraneum conferre potest. Ergo magis in patrem. De aduentitiis potest statuere consensu patris l. ult. §. 5. C. de bon. quæ lib. Ergo & patri donare. Et si alienationem rerum stipulatione acquirere potest, magis suarum vel sui iuris. Et patri indubie acquireretur ista obligatio, si sibi stipulatus esset, cum non possit acquiri filio, nec quidquam redderet inde ad filium. Quare idem erit si filius ex hac causa stipulatur patri. Obi. §. 4. in fine l. de iur. stip. 32. Imò hæc stipulatio est ex iis rebus quæ patri acquiruntur. Instas. At ibi inuitur regula: quod vox filij vox patris, aliquando locum non est. 32. Rectè vbi filius scil. sibi stipulatus: in castrensis omnimodo; in aduentitiis ratione proprietatis. Obi. pr. l. Per quas pers. obl. acq. 32. Non loquitur de oblig. vbi filius stipulatus est patri, sed vbi sibi. Quod prob. 1. Quia cum patri stipulatus est, nequit acquiri proprietat filio, neque per se, quia noluit, neque per patrè, quia sic non potest. Et reuocat nos *Imp. ad l. ult. §. vbi 3. C. de*

bon. quæ lib. 2. Quia ibid. dicitur pater mouere actionem, quod ridiculè caueretur. Nam in nostro casu filius non habet vilam actionem. 3. **Mouetur actio ex consensu filij** d. l. ult. §. 3. At quomodo nisi actio sit filij. Hæc **Don.** noster ad d. l. 38. §. 17. n. 25. & 2. seqq.] **VBI ACQVIRITVR ETIAM VETANTI DOMINO AVT PATRI** l. seruus verante 62. de v. o. [Idè, absolutè, non, vt quidam interpretantur, sub conditione si mutata domini voluntas. Nam id refellit d. l. 62. vbi pura oratio, nec aliud tempus obligationis, quàm promissionis intelligendum & l. 32. de acq. do. Obi. At quod seruus acquirat est ex coniecturâ voluntatis dominicæ. 32. Etiam seruus relicta quæ natura tribuit hominibus vt accipere, facere, cõstrahere & c. Ex his igitur cum seruus fecerit, obligatio nascitur, quæcum ipsi nequeat, domino acquiritur. Obi. *l. inuito 69. l. 156. §. ult. de R. l. l. 19. §. 2. de donat. 32.* Sed hic nihil datur præstatur domino inuito, sed is seruo prius quaesitum, & in numero reru suarum inuentum, suo iure occupat, sicuti imposita solo domino soli cedunt. Quod in seruum cõfertur liberalitatis est, quod ad dominum transit, necessitatis, non quia seruus velit, sed quia retinere nequit. Neque hoc domino iniuriosum, qui potest aut reum liberare aut rem acceptâ alienare vel proicere. Hæc noster ad d. l. 62.] Adde ex lib. 9. c. 6. *supr.* Inuito nihil acquiritur dd. l. scil. principaliter, multa verò per consequentiam. Sic fundus non acquiritur inuito, quod autem d. illi acquisito accedit per alluionem, vtrique & inuito. [Pertinet ad hanc 1. causam etiam serui fructuarij, sed in duabus tantum causis: liberi bona fide possessi l. 126. §. 2. de v. o. Seruus autem communis siue publicus vniuersitati quidem re- cte stipulatur l. 3. de stip. ser. non singulis ciuibus. At *Dd. vulgò etiam notarios publicos rectè stipulari ciuibus & absentibus in iis rebus quæ coram ipsis transiguntur, & quia scil. sint serui publici. Mald. 1. Quia sunt liberi homines l. 3. C. de tabular. lib. 10. 2. Ne quidem veri serui publici alteri possunt stipulari, præterquam pupillo in duobus casibus, iure singulari, non tanquam tabelliones, sed tanquam quibus priuati, iussi à magistratu. Sed tamen *Dd. opinio inualuit ac in mores regionum peruasit.* Hæc noster ad d. l. 38. §. 17. n. 29. & seqq.] **II. SVCCESIO.** TESTATOR HEREDI ¶ d. l. 38. §. 12. de v. o. l. a. uis 33. def. pact. Nec tantum si sibi & heredibus d. l. 38. §. sue 14. vbi quod acquiritur prius in persona stipulantis consistit, sed & si solis heredibus vt ab iis obligatio incipiat. [Idè, non tantum iure nouo l. vn. C. vt act. ab her. sed & veteri. & Nam ex d. l. vn. sequitur veteres tantum repudiare stipulationes post mortem conceptas, quæ ipso conceptionis genere videntur impossibiles §. 13. l. de iur. stip. At quomodo heres obtinet obligationem, quæ nec defuncti nec iacentis hereditatis. 32. Heres cum defuncto eadem persona, vnde fit vt vel defunctus sibi, vel heres sibi stipulatus videatur. Ad d. l. 38. §. 17. n. 35. & seqq. & partim hic] Accedit quod obligationis prima causa in stipulatione & opera defuncti. Cuius operæ successio esse potest, eiusque utilitas transferri. Quin imò etsi quis stipulatus post mortem sibi dari, habetur ac si heredibus stipulatus esset l. scrupulosam 11. C. de contr. stip. §. 13. l. de iur. stip. d. l. vn. C. vt act. ab her. [quod non alia ratione defenditur quàm quia testator natura mortuus, viuus in persona heredis ad d. §. 17. num. 39. Sed an & pacisci potest, ne petatur quod heres debet alteri suo nomine, non hereditario, vbi videtur exceptio acquiri heredi vt extraneo. **Affirmat** noster *ibid.* num. 41. 1. Quia cuiusvis rei, etiam alienæ, actionem stipulando acquiri heredi testator. Ergo exceptionem debiti non alieni l. 47. de o. & a. Ac licet hic obligatio non hereditaria, exceptio tamen hereditaria, à defuncto profecta.] **ET SI PLVRES HEREDES VNI TANTVM,** l. a. uis 33. de pact. h. siue in faciendo stipulatio, siue in dando, si prius videl. sibi stipulatus non est. Tunc enim cæteris, nec ex defuncti, nec ex sua persona acquiri potest; quia neque ipsi sibi, ne quisquam eorum nomine stipulatus. Quomodo verò ex stipulatione agent, quâ non comprehensu *lib. 99. de v. o.* imò*

verbis exclusi hic & ad d. §. 17. n. 42. [Obicitur l. 137. §. vlt. de V. O. & ibi generaliter quidem dicitur, quod dari stipulemur impersonaliter tamen. Quare id ita accipitur si prius sibi stipulatus, seu sibi & heredi, non si heredi soli. Sic enim ex usu iuris accipi necesse est l. 38. §. 5. §. 10. & §. 17. de V. Obl. 2. Faciunt vocula etiam & comprehendit ad d. §. 17. num. 43.] Quod si verò suam personam adiunxerit ita: Mihi heredique meo Titio dari, distinguitur l. 137. §. vlt. de V. O. Si in dando stipulatio acquiritur omnibus, etiam non nominatis. In in faciendo vni tantum, licet factum sit diuiduum, contra quam Barr. & se- K quaces & licet ceterorum heredum interfit. Male enim Barr. si quis stipuletur ire sibi & Titio licet hoc factum licet in diuiduum, ceteris etiam acquiri, quia omnium heredum inter- fit ad fundum hereditarium posse. Nam d. l. 137. §. vlt. gene- ralis est nec distinguit inter personas heredum quorum interfit potest vel non, sed inter res & facta. 2. Quia nec casus dari potest quo non omnium interfit. Dant quidem exemplum si quis ita stipulatus sit: insulam adficari in fundo vni ex heredibus prelegato. In appo- sitè. Nam & in illo fundo quem heres iste precepit, non est heres ultra portionem hereditariam, sed legatarius. Nec igitur ultra eam actionem habet. Sic & inconcinna est species vie ad fundum vni prelegatum, ita promissa, cum & stipulatio seruitutis non sit faciendi sed dandi l. 19. de seru. rust. Hæc ad d. l. 38. §. 17. n. 46. & seq.] Ratio diuersitatis, quia in stip. dandi quaerita est prius defuncto obligatio, in quam necesse est heredes succedere, licet nihil de iis tantum sit, nisi sit ius personale, quod ad heredes non transit. Cuius- modi est in stipulatione faciendi §. sed cum 2. l. de stip. seru. [Hinc & ex pacto testatoris ne a se & Titio vno heredum petatur liberatio soli Titio l. 33. de pact. quia & hoc pactum personale l. 7. §. 8. de pact. ad d. §. 17. n. 47. Hæc autem ratio verior quam illa quod vni heredi in stipulatione dandi ideo 10. e. g. acquiri nequeant, quia ultra portionem hereditariam se ex- traneus ad d. §. 17. n. 44. Sed an non ceteri exceptione pacti re- mouebantur? Non: quia conventionis tacite ne ceteri petant, con- ditio desit si Titio non debeantur.] Neque hanc distinct. tollit l. veteris l. 3. C. de contr. stip. quæ cauetur vt & obliga- tiones faciendi ad heredes transeant. Non enim gene- ratim, sed duobus casibus. Si aut sibi quis simpliciter stipulatus, omnia omnium, aut adiuncta omnium he- redum persona [& nouum ius in eo tantum, quod iubet sti- pulationem faciendi transire, cum quis nulla mentione heredum, sibi quid fieri stipulatus, idque, vt est in fin. d. l. 13. ne cadant hominum voluntates, quia videtur sensisse de heredibus, modo non aperte exclusit. Cum autem quis sibi & Titio stipulatur, ani- mus eius ne ceteris acquiratur. Sed si vni tantum, quaeritur an in solidum, an verò pro portione hereditaria? In solidum, siue factum sit diuiduum, de quo constat, siue diuiduum vt vni frui licere, siue sit stipulatio dandi. Idque probatur ex l. 137. §. vlt. de V. O. ita: Non potest vni acquiri quando necesse est acquiri omnibus. At hic non necesse est imò nec potest omnibus acquiri. Ergo Deinde dicitur ibid. vnius persona rectè comprehendit & ex l. 33. de pact. Vni heredum consulere licet. Ergo necesse est rem totam acquiri, nisi aliquid impediatur ceterum concursus. Obi. At ultra portionem hereditariam est extraneus. 2. Totum quod ac- quiritur est in eius portione hereditaria. Nam id demum ultra eam, quod inter plures heredes diuidi potuit & debuit ad d. §. 17. n. 48.] III. AVCTORIS ADMINISTRATIONIS. I Tutor, curator syndicus l. 5. §. 9. de pec. conf. Qui cum loco domini sint vtilem actionem non directam pu- pilli, minori, ciuitati acquirunt, item Magistratus pu- pilli in duabus causis. Satisfactionis exigendæ, vid. l. 3. c. 11. l. B. & arrogationis pupilli l. 18. de adopt. (hic & ad d. §. 17. num. 50. & 3. seq. & procurator militis l. si pe- cumiam 26. de reb. cred. EXTRA HOS NULLI, in l. quacum- que 11. de O. & A. Non Procurator l. 1. C. Per quas pers. l. 5. n. §. 6. de const. pec. Nec libertus l. 126. §. 2. de V. O.] vbi ne solui quidem potest patrono. Ergo nec natura de-

betur ad d. §. 17. n. 58.] Nec filius patri in cuius sacris non est matrice l. 26. §. 4. de pact. dotal. Nec mater filia l. pactum 4. C. de pact. conuent. Nec pater filio l. si genera 26. C. de l. dot. Vt nec vtilis actio acquiritur, contra quam vulgò volunt P quia dicitur stipulatio ea ni- P hil agi. [Verbis enim hoc esse legem imponere non rebus, per l. 47. de neg. gest. Et Dd. refellit ratio l. 6. C. si quis al. vel sibi. Falsè quoque interpp. obligationem naturalem hinc oriri, q Nam neque pactum verum hic adest deficiente consensu, imò q solutum repeti potest l. 126. §. 2. de V. O. Hæc ad d. §. 17. n. 9. & 2. seqq. Obiciendum l. 5. de op. lib. 2. n. est ius singula- re in operis, deinde quod patronus stipulatus est sibi & liberis, non peruenit ad liberos, quia stipulatus est illis, cum & sibi sibi soli stipulatus esset, non minus ad eos perueniret, vid. lib. 4. c. 18. lit. D. atque ita superuacua liberorum adiectio. ad d. §. 17. n. 59. Obi. l. Caius 4. §. sol. mar. l. 7. C. de pact. conuent. 2. Ibi stipu- latur pater non rem quamlibet, sed dotem reddi filie, cuius nomi- ne data erat. d. l. 45. vel filiae liberis d. l. 7. Et causa specialis fauor nuptiarum. d. l. 45. in fin. Vtrobique etiam vtilis actio quaerita est patri. Quare nulla in eâ specie exceptio, quia obliquè viâ tran- sit vt iam dicitur, ad d. §. 17. n. 60.] ALIAS (vid. sup. h. ca. lit. B. OBLIQA VIA & per consequentiam.) IN MY- TVO si numeros meos quasi tuos alteri mutuo dede- rim l. 9. §. 8. de reb. cred. Vbi tamen dici potest id ex re- gula fieri, quia ex eo quod facio principaliter tibi pos- sessio numerorum ac per eam dominium quaeritur. 2. ALIIS IN CAUSIS. Si quis sibi stipulatur, simul tamen agit vt id ipsum praestet alteri [dicitur enim in l. 11. de O. & A. Si initium sumat, & c.] vbi stipulator semper habet act. directam, alter ille quandoque vti- lem. ET HIC ALIUD IN PROCURATORE. Vbi domino datur actio vtilis sine aperta conuentione tri- bus in causis: 1. Si sibi dari stipulatur ex re domini e. g. fundo domini vendito sibi pretium dari l. 68. l. 27. §. vltim. & l. seq. de Proc. 2. Si praesente domino licet non t ex re illius l. 79. de V. O. 3. Vbi neutrum horum, sed u res domino aliter salua esse nequit l. 18. §. vltim. de dam. inf. l. 5. de pret. stip. l. 1. in fin. l. 2. de inst. act. 2. ALIUD IN EXTRANEIS vbi requiritur aperta conuentione de re illa alteri isti praestanda, & causâ contrahendi eiusmodi, vt quis det rem ea lege vt alteri restitatur, exem- pla in l. pen. C. ad exhib. l. 3. C. de don. qua sub mo l. 7. C. de pact. conu. l. 45. sol. mar. l. 13. in fin. pr. de pig. act. [Neque enim noua actio pacto illo alteri acquiritur, sed quæ prius in persona pacif- centis ritè consistit, in alium ita transfertur d. l. 3. inter qua multum interest, nam si ille alter ipse sibi acquiri ad d. §. 17. n. 63. Receptum enim vt ex omni causa venditi legati, & c. actio ad alium transire possit. vid. lib. 5. cap. 43. Donel. no- ster d. l. q. num. 65.]

NOTATA.

1 Conualescere quoque stipulationem etsi postea interesse a coeperit communiùs placet Vasq. 3. usu freq. 58. n. 31. Tiraq. de retr. lignag §. 1. gl. 9. n. 132 De quo aliquis non abs re dubitauerit, per not. j. lit. F. b. A. Fab. 33. err. prag. 9. pag. 442. Valet hæc stipulatio pactum ve in persona patris perinde ac si sibi stipu- latus d. l. 39. l. 56. §. 2. de V. O. Non in persona filij, vt illi com- modum vel actio quaeratur, ne quidem patre mortuo & ne quidem si pater conuulerit stipulationem in tempus quo ipse erit mortuus, vt in specie l. 23. de pact. dotal. Vt nec tunc act. habeant, nisi heredes sint, quo casu eam & extraneus iure he- reditario habere; quia quisquis sibi stipulatur vel pacificatur, intelligitur etiam heredibus l. 9. de Probat. 7. Ibid. refellit Dd. quærentes an si pater sibi & filijs stipuletur, acquiritur his ob- ligatio vt filijs, pro viribus, an vt heredibus, pro hereditariis portionibus, si aequaliter forte instrui, quia non licet sti- pulari filius ita vt stipulatio consistat in eorum persona. Re- ctius autem Faber hoc loco quam ad l. 21. §. 2. de pact. in verb. ne à Titio petas, vbi discrimen inter pacta & stipulationes quoad hoc agnoscit quia stipulationes contineant iuris vin- culum, pacta non nisi voluntatis. Et quia in pactis filij perso- na non habeatur pro patris persona, vt in stipulatione, cum in iis quæ facti sunt fictione locus non sit, vt & Hot. ad d. l. 2. §. 2. quia pacta, inquit, spectantur naturaliter, stipulatio civiliter

liter & Cuiac. 7. ad Afric. in l. 23. de pact. dotal. ita: Aut factum confertur in personam filij, vt iteare, ire, agere licere, & nec patri est actio, vt sibi facere liceat, cum facere filium noluerit, id cuius rei capax est. Nec filio, quia si illi, esset & patri, ideo- que nihil agitur d. l. 130. Aut ius vt si pater stipuletur filio da- ri & patri actio est perinde ac sibi stipulatus esset. Item si ius possessionis confertur in personam filij, vt filio tradi restitui, & c. Sed hæc ita si simpliciter stipulatus est filio. Nam si post mortem vel emancipationem filio actio est; non directa, quia initio in eius persona non constituit, sed vtilis l. 45. §. 2. de V. O. item si ex causa qua filio acquiri potest, videl. caltr. pecu- c lij e Siue impersonalis sit locutio, siue in personam filij (e. g. Promittis mihi quod patri dabis) siue in patris personam (vt Promittis patri quod illi dabis) concepta Valq. 3. contr. usu d freq. 58. n. 1. d. Barr. ad l. 39. de neg. gest. per quãdam consequen- tiam posse confertur inuito, vt cum alius pro alio soluit, non directò, & Accurs. ibid. directò nõ dari inuito, concedi autem per obliquum. P. Fab. ad d. l. 69. non confertur inuito nisi per interpositam personam. Gifan. ad l. 32. de acq. do. n. 3. regulæ isti locum non esse in iis quæ sine nostro facto ipso iure ob- ueniunt. Male autem Accurs. ad d. l. 69. restringit eam regula- lam ad priuilegia, cuiusmodi ex. g. fit exceptio fori declina- toria, cui renunciat potest, l. pen. C. de pact. quod ferè probat Briff. lib. 1. de solut. pag. 301. scribens quæ il. beneficio praestan- tur initio non tribui. Nam imò & ad hominum beneficia per- tinet d. l. 19. §. 2. de don. e Guido Papa decis. 49. Gomez. 2. resol. 11. n. 18. Vasq. 3. usu freq. 58. n. 6. An. Massa tr. ad Form. Cam. oblig. p. 2. q. 3. Sed nostro quoque cõsentit Tiraq. hæc de re fu- sã & exactissime, variis opinionibus & distinctionibus relatis, ægens de Iure const. possess. p. 3. limit. 30. ferè tota. Vbi n. 19. & seq. hoc non probari ex iure communi ostendit & il. obiectas distulit. Sed n. 45. testatur aliter consuetudine seruari (qui & notarium non dici seruum publicum in l. scribitur de No- bil. c. 30. n. 9. vti & Forcat. dial. 98. n. 3.) & Hot. 4. ob. c. 5. quia etsi tabelliones sint publici conscriptores instrumentorum, non tamen si quis publicus ideo singulorum seruus. Syndici quoque, ait Hor. quamuis vniuersitatis actores, tamen ad sti- pulationis interponendas datâ operâ constituti, l. vlt. Quod cui. vniu. & Gifan. ad l. 11. de O. & A. n. 14. & A. Fab. 47. err. prag. 2. & 3. Quid facit quod nec librorum munus olim pu- blicum, sed priuatum, vt probat. P. Fab. ad l. 92. de R. l. pag. 426. Denique obseruantiã istam potius ex consuetudine quam iure firmatam fatetur, laudato Donello. Tessa. decis. 70. n. 2. ¶ An notarij stipulatio acquiritur ante ratihabitionem, vid. & Cachernan. decis. 33. Andr. ab Exea lib. Pactorum n. 187. f. seqq. Fachin. 8. contr. 91. f. Non item legatario, vid. Fachin. 6. contr. 71. Nec si cauero alteri extraneo, obligatio per id conualescit, si is postea mihi heres l. 17. §. 4. de pact. vbi ratio (& in d. l. 29. de R. l. vbi P. Fab.) Quem locum insignem no- rat Hot. in d. §. 4. in pactis statum personarum spectari tem- pore pactiois, q. Diff. omnino Gifan. ad l. 11. de O. & A. n. 11. 1. Quia ill. tantum de coniunctâ formulâ agunt, non de seiun- cta soloque herede. 2. Quia obstat regula: Act. ab herede non incipere, quæ subleata quibusdam casibus l. vn. C. vt act. ab her. non in eorum. 3. Quia nec exceptio huiusmodi pacto ac- quiritur l. 17. §. 3. de pact. (quæ tamen hoc non probat.) Atque hæc opinio, iure veteri inspecto, vana non videtur, licet no- ster dist. iure nouo autem non item. h. Diff. Cuiac. ad d. l. 33. de pact. & ad d. l. 17. de V. O. putans, quia pacta facti sunt, pacifici vni heredum licere d. l. 33. stipulari non item d. l. 137. §. vlt. quia obligatio, quæ à defuncto capiti, necessariò ex 12. tab. inter heredes diuiditur: nec potest valere pactum de con- struenda obligatione in vnum heredum, quia est contra 12. i tab. Alter Bron. i. aff. 37. vid. Gomez. 2. resol. 11. n. 15. i Nec con- guntur coheredes suas partes, quas acceperunt, restituere he- redi nominato Fam. ercisc. iudicio, quia solemnia requisita in k vltima voluntate habent Gomez. d. num. 15. k & Gomez. de. 11. n. 15. qui & contra si in stip. dandi res promissa indiuidua, non omnibus, sed nominato acquiri vult. Vt si quis stipule- tur vsum vni ex heredibus, argum. l. 19. de usu & hab. Sed re- ctè noster l. vid. Vasq. 3. contr. usu freq. 58. n. 5. A. Fab. 1. iur. isp. 12. princ. 6. illat. 33. m. Tameñ 20. in vniuersi huius regulæ exceptiones habet Vasq. 3. usu freq. 58. inter quas & illa n. 19. quod ecclesiæ pauperibus & pijs locis quibus stipulare possit, de quo & Tiraq. nõ omnino admittens priuileg. pia causæ l. 14. Sed si obligatio est, opinor, ea ex pollicitatione vnius, etsi ne- mo stipuletur. Et aliæ exceptiones auctoritate magis quam n. l. fundamentis aut certis rationibus niuntur. n. Ideoque nec vasallus domino, nec ciuis sui ciuitati, licet quidam contra velint, eo quod patria fit maior parens: nec subditus etiam ratione iurisdictionis Gæd. de contr. stip. c. 10. num. 2. & seqq. Vasq. d. c. 58. num. 1. Quam l. non de emancipatis lo- qui, sed de naturalibus ante contractum matrim. ex eâ mu-

liere conceptis contendit Muret. obs. iuris 6. p. Diff. quoque p. Hot. 4. obs. 8. Cuiac. 7. ad Afr. ad l. 23. de dotal. volens filio em- mancipato indistinctè, siue factum, siue in eum confera- tur, siue simpliciter, siue post mortem, siue ex causa castri peculij siue extra eam, posse per patrem parari act. vtilem, vt & per animum maternum nepti l. 45. sol. matr. & per pa- truum filio fratri, l. cum quis 37. §. 5. de leg. 3. per matrem filio l. 26. pr. Depof. Idque dare affectioni & voto parentum ac qui illorum loco. Non itidem viceuersa dari hoc affectio- ni liberorum, l. 59. §. vlt. ad Treb. l. 26. §. 4. de pact. dotal. Sed contrarium firmat A. Fab. 1. Coni. 4. & 19. Coni. 17. & 2. seqq. & 33. err. prag. 9. & 10. ¶ Mianus autem fratri, quis aut ami- co stipulari poterit licet dissentiat Tiraq. depen. temp. ca. 22. num. 14. & seqq. q. de quo vid. not. c. preced. lit. A. ita & no- q ster ad l. 9. §. 8. num. 2. & ad l. 2. C. Per quas Pers. Idque Vasq. 3. usu freq. 58. num. 13. & seq. non speciale esse scribit in mu- tuo, sed in quæuis contractu in quo interuenit numeratio per actum naturalem & corporeum l. 6. C. de Cond. ind. & similit. de quo & Andr. ad Exea lib. Pactorum num. 129. Et num. 15. idem obtinere si nummi illius sint cuius nomine alter illos credit, l. 4. C. si cer. per. vbi licet videatur ratio dubitationis nulla, cum vna tantum ratio videatur abnormis, in priori autem casu duæ, re tamen rectius pensã non leuem esse ostendit, quæ ex illo petenda, add. Andr. Cius. de Cond. c. 2. n. 35. & seqq. Si autem alteri tantum stipuletur nec actio vtilis. Re- f quiritur enim vt ab initio stipulatio constituit, saltem in per- sona stipulantis. Vbi autem domino soli Procur. stipulatus neque constituit vnquam in persona domini nec procuratoris. Don. noster ad l. 1. C. Per quas pers. num. 19. & seqq. e Vbi tamen d. §. vltim. vers. vlt. & licet & c. Triboniano assignat A. Fab. 12. Con. 4. & audacius totam eam §. in rationali ad d. l. 27. u Cuiac. quidem ad d. l. 79. de V. O. coniunctim requi- u rit vt & domino praesente & ex re illius stipuletur, sed inter- pretatio ea neque d. l. 79. neque d. l. 68. de Proc. conuenit A. Fab. ad d. l. 68. x A. Fab. ad d. l. 68. excipit stipulationes præ- x torias, quæ interponuntur non tam vt nouum ius acquiratur quam vt vetus conferretur ¶ Rob. 2. roc. l. 4. distinguit inter Procuratores veros, qui nec mandanti stipulari possunt l. 1. C. Per quas pers. l. 11. §. pen. de pig. act. ex d. regulâ: alteri stipulari non licet. Nec alter, ait, hi negotium gerere pos- sunt, quam in suam personam id conferendo l. 5. §. 6. de const. pec. l. 1. C. de sent. & interloc. nec obligatio aliter quam conf- sione in mandatum transit l. 8. §. vlt. ad mand. Et eos, per quos, quasi internuncios ac ministris negotium ipsi gerimus, nu- dum illis ministerium præbentibus, qui & Procuratores vo- cantur, licet minus propriè l. 43. §. 1. de furt. Ac per hos nobis acquiri potest obligatio d. l. 5. §. vlt. l. 14. §. vlt. & l. seq. de pec. conf. l. si inter 21. pr. de pig. Vide & de obl. per Procur. quaerita Gomez. 2. resol. 11. n. 18. Pac. 2. q. 35.

CAPVT XVIII.

Effectus stipulationis alij facta & cautio.

Sed ad hoc inutilis stipulatio vt obligatio, vel actio, S acquiratur d. l. 38. §. 17. de V. O. d. l. 11. de O. & A. VTI- LIS TAMEN AD DVAS RES. I. AD POTESTATEM SOLVENDI §. 4. l. de inut. stip. [Solutio confertur potest inuti- lium licet obligatio nequeat. a Et ius tantum vetat obligatio- nem acquiri. Don. noster ad d. l. 38. §. 17. num. 68.] Vt si mihi aut Titio disunctim sibi stipulatus. b Tunc enim b promissor potest soluere Titio, si volet l. 12. §. 1. de solut. non tamen eius successoribus l. 55. de V. O. e Non autè c cogitur d neque si soluerit quidquam acquiritur Titio d ex stipulatione, sed ex promissoris voluntate (hic & d. n. 63.) Aliud si cõiunctim. Mihi & Titio. e Tunc enim e summa pro numero personarum diuisa l. 56. de cond. & dem l. 11. §. 1. de duob. reis, & stipulatio in mea personâ valet ad 5. in Titij inutilis §. 4. l. de inut. stip. l. 55. §. seq. de V. O. f De qq. quæ hic incidunt vid. lib. 16. c. 10. 2. AD F ACTIONEM RETINENDAM, quam aliàs sine pactioe nostra alter erat amissuram. Ex. gr. si creditor pignus vendat hac lege vt si debitor refuderit pretium emptori, liceat ei recipere rem suam l. 13. de pig. act. Ne- que enim hic acquiritur debitori rei vendicatio, sed quam ante venditionem habuit, retinetur, cum ad- mi potuisset hic & ad d. §. 17. num. 69. [Atqui tribuit d. l.

13. etiam actionem in factum quam prius non habuit, & intelligitur actio utilis, quae prius creditor quaesita eius voluntate transit in debitorem, vid. c. praeced. cir. fi. Aliud exemplum, in l. si quis 24. §. vlt. de Vfur. ad d. §. 17. n. 70.] **INVENTA QUOQUE à ICTIS CAUTIO;** quae consequimur ut aliquid praestetur alteri, in pœnae adiectione d. l. 38. §. 17. Cogitur enim promissor non actione, sed metu pœnae, quae & triple maior esse potest. Promittitur enim pœna sub conditione, nec nisi ea extiterit, debetur. Nec exigitur ut intersit stipulantis dari, aut fieri aliquid alteri, sed ut intersit eius pœnam committi, quam sibi acquirit. Obi. At quomodo principali oblig. inutili accessoria subsistit l. 61. l. 69. de V. O. & Stipulatio pœnae non est accessoria, cum & per se sine illa consistere possit l. ita 115. de V. O. & Quin imò generatim numquam stipul. pœnalis inutilis inde, quod talis praecedens cui subiecta est, sed si proprio vitio laborat. Cuiusmodi triplex. 1. Si impossibili stipulationi subiecta, quia tunc & ipsa impossibilis d. l. 69. 2. Si turpi nam & tunc ipsa talis d. l. 61. 3. Si vtili quidem, sed in fraudem vfurarum l. 13. §. ibidem 26. de act. em. Interdum & tacitè conuentione fit ut pœna, summo iure commissa, exigi nequeat, vt in l. 8. si quis caut.

NOTATA.

a Quia obligatio iuris, solutio facti vult. in d. §. 4. n. 2. & actus planè naturalis, qui rectè in alterius personam conferitur Hopper. d. lib. 3. pag. 86. vid. Gomez. 2. resol. 11. num. 20. Quid si ita: Quod mihi debes Titio solvere spondes: Hopper. lib. 3. pag. 87. non rectè collatam esse in Titium solutionem, quia solutio est sui natura accessoria ad obligationem, ac nisi sita quae vim accipiat stipulatio, adiectio nihil valere potest l. vlt. §. vlt. de V. O. Denique illa verborum forma magis respicit ad delegationem quam ad collationem solutionis in aliquem. † b Nec refert adiectus priori, an posteriori loco referatur: vt si dicam Titio aut mihi quia alternativè orationis natura parem in utroque vim constituit. Nec ordo scripturae in stipulationibus tantoperè attenditur, vid. Henr. Suerin rep. l. 6. c. 4. c Quia hæc adiectio est personalissima, inquit Vult. in §. 4. l. de iust. stip. n. 4. Facta enim non transeunt ad heredes. Curt. 2. Coni. ad fr. 3. Gomez. 2. resol. 11. n. 20. addens quod adiectus equiparetur mandatario Mandatum verò morte finitur. d Unde firmiter inferitur verba illa, quae instrumentis ferè inseri solent: eive qui hanc syngrapham feret, si ex iuris ratione magis quam ex opinionibus & vfu iudiciorum res æstimanda, non proficere illi tercio, qui ipse non contraxit; si syngrapham consecutus fuerit, ad hoc ut act. experiri & debitum exigere possit, non probata cessione actionis. Sed tantum ut sponte illi solvens liberetur obligatione. Quia nec quidquam amplius vel expressa designatio ac nominatio, iuris ratione inspecta, operaretur. Vfu tamen probatum est ex illis verbis, quemvis agere posse Curt. 1. Coni. ad Vtu. §. ac si instrumentum sit executiuum possessori illius, omnia remedia, ipsi creditori prodita parata esse, licet nec de titulo nec de bona fide ipsius edocetur tradit Coler. de Proc. c. exsec. p. 2. c. 2. n. 63. & seq. e Coniunctio facit nos pares, distinctio dispares. Solutioni potest adplicari Titius quasi Procurator, non obligationi quia nec agere, nec novare, nec acceptum ferre, nec fideicom. pignusve accipere, nec ei nomine suo constitui potest. & c. Cuiac. 7. ad Afr. in l. 38. pr. de solut. Foid. j. lib. 16. c. 10. f Secus si ita: Mihi decem & Titio decem. Tunc enim eadem decem repetita, l. 38. §. 19. de V. O. non quod tunc sola stipulanti debetur, vt Cuiac. ibid. Sed vt Donel. noster ibid. vt promissori potestas sit soluendi illa 12. Titio & per id se liberandi, vt non necesse sit, cum Coraf & Charondà ibid & Hot 1. amic. 24. alteram voculam decem delere. g Hopper. lib. 3. pag. 100. ita: Quando Lex prohibet, subiecta stipulatio pœnalis habet conditionem illi improbatam & sic impossibilem. Hic autem non est conditio impossibilis, sed extra potestatem contrahentium. Non est contra legem, sed præter legem, quæ non verat alteri stipulari, sed declarat secundum naturam fieri non posse, vt quis alteri obligatio nem acquirat. Sed Vafq. 3. vfu freq. §. 8. n. 33. & seq. ita: Toties vitiaâ principali obligatione, non valet pœnalis, quoties quæ ratio in illa prohibendâ veritur, eadem in hac vt in l. 61. de V. O. Sed hic non est eadem ratio, verum ratio illius quod alteri dari mea non intersit cessat in pœnali. qua agit, vt mihi decur, tantumque interest, quanta est pœna. Sanè in effectu hic vnica est stipulatio, in solius stipulatoris persona

consistens Prior enim est posterioris conditio vt hæc ex illius euentu confirmetur Goad. de contr. stip. c. 10. concl. 3. n. 40. Quid si iuramentum stipulationi alteri factæ accesserit? Confirmari eam volunt Vafq. 3. vfu freq. §. 8. n. 16. Panfichman. lib. 1. q. 10. num. 61. Covar. in c. quamuis de pact. in 6. p. 2. relet. §. 4. num. 17. Fachin. 3. contr. 19. Setfer. lib. 2. de Iuram. c. 13. quia iuramenti non minor efficacia quam pœnae adiectæ; quia naturalis obligatio hic adest (quod negandum, vid. not. s. c. 16. lit. A.) quia valet fauore pœnae causæ, quia ius ciuile non reprobat huiusmodi stipulationem, sed tantum non adfistit seu efficaciam denegat. Quia Deus, cui praestetur iuramentum, patris praesentiam supplet. Quibus ego rationibus minimè moueor.

CAPVT XIX.

Promissio facti alieni irrita.

SECUNDÒ (de i. vid. sup. c. 16.) DANTIS AVT FACIENTIS VBI HÆC REGVLA: EVM DE SE PROMITTERE DEBERE NON DE ALIO l. 38. pr. & §. 1. l. 83. pr. de V. Obl. §. 3. l. de iust. stip. l. sicut 65. de fidei. Non quod conditio rei promissæ obster alieni facti promissioni, aut quod hæc aliquid impossibile contineat, vt vulgò. a Id enim falsum, cum possit ex. gr. faber quem ædificaturum tibi promissæ mercede conduci vt ædificet; sed quia inter stipulatorem & promissorem negotium, id est, res seu causa dandi faciendive, ea de quibus conficitur stipulatio, geritur d. l. 83. pr. Et nec obligat hic promissor alium, quia non potest l. 34. de neg. gest. l. 3. in fin. C. Ne vx. pro marito, nec se, quia non vult, aut certe verbis non ita cauet. b Rectè tamen aliquis promittit se curaturum vt alius det vel faciat d. §. 3. l. de iust. stip. l. illa 67. §. 1. de V. O. Si verò simpliciter factum alienum promissit, nec ad id tenetur vt curet. Nec obstat l. in illa 50. de V. O. quia illic non promittitur factum alienum, sed suum, culpa sua factum non in quò minùs mihi ire liceat. Culpa autem etiam in eo si qui prohibere potest, non prohibeat, arg. l. nullum 109. de R. I. (hic & ad d. l. 38. pr. n. 8.) Quare si prohibere nequeat non tenetur l. 24. §. 6. de dam. inf. Nisi hoc agant contrahentes, vt sub alieni facti promissione de suo promittere intelligatur. Quod receptum in stipulatione dominum ratum habiturum, vbi, ratum non habente illo, praestetur quod interest. Videatur quoque receptum cum quis constituit Titium pro se fideiussurum apud creditorem in l. 14. §. 2. de pec. const. [Atque sic putauit ipse Donel. ad d. l. 83. n. 5.] Sed verius dicitur nihil hic singulare esse. Nam in specie d. §. 2. constituit debitor se daturum certam personam quæ fide iubeat & ita factum suum promissit. Constitueret enim pecuniam vel quid aliud dicitur, qui eam se daturum promittit l. 1. §. 1. §. 5. vlt. l. 3. §. 1. l. 1. §. 1. l. 12. de pec. const. [Sed nec stipulatio aditicia seruum furem non esse, & c. excipienda, quia est de presenti conditioe seruus, nec de facto alieno, nisi præterito. At est qui promittat, vti potest l. 3. C. de æd. act. seruum in posterum non fore vitiosum, tamen etiam est de conditioe rei, mores videl. seruus in deterius non degeneraturus, ad d. l. 83. n. 6.] Sed & hic eadem cautio obligationis sustinendæ, in stipulatione pœnalis l. 38. §. 2. de V. O. c

NOTATA.

a Gomez. 2. resol. 10. n. 23. quem taxat ibid. Eman. Suarez. in annot. l. 5. b Cuiac. 12. obf. 36. Si nihil de se aliquis promittat, iam non negotium cum eo gerimus, ideoque quasi ex negotio cum eo non contracto nulla aduersus eum obligatio. Hinc apud Homer. Odyss. 8. Vulcanus Nepuno, promittenti Mattem praestitutum quod deberet, non acquiescit, vid. Goad. de contr. stip. c. 6. concl. 16. c Quæ committitur, nisi promissori nulla culpa cur ab alio factum sit vel non, imputari possit, Goad. ad l. 69. de V. S. num. 5. imò & si ferio ad modis omnibus conatus est vt fieret ab illo de quo promissit vid. Fachin. 3. contr. 20. † Sed num adiectio iuratur. firmat. promissionem facti

facti alieni? Quidam putant ac committi oblig. ad id quod interest scribitur Gomez. 2. resol. 10. num. 23. contra Eman. Suarez. in annot. ibi. lit. T. quia hic iurandum in promittente maiorem temeritatem arguit, ideoque nec fortiori vinculo illum obstringit ad d. Ierem. Setfer. lib. 1. de Iuram. c. 17. num. 31. Goad. de contr. stip. c. 6. n. 203. & 2. seqq.

CAPVT XX.

Res que deberi possint vel nequeant.

TERTIA obligationis causa. (de 2. vid. sup. c. 16. de 4. infr. c. 22.) RES, sine qua nulla obligatio l. 8. de contr. em. QVA DVVM GENERVM. RES ET FACTA, verbis ad speciem contractis. Nam & facta, res sunt, a vid. sup. c. 12. cir. fin. & qui dat, facit l. 218. de V. S. a Hinc stipulationum alia in dando, alia in faciendo l. 2. de V. O. RES in obligationem deduci potest OMNIS, QVA CONDITIOE SVA DARI HABERI POTEST l. 35. de R. I. Impossibilem enim nulla obligatio l. 18 §. 1. QVA NEQVEVNT TRIVM SVNT GENERVM. I. QVA NON SVNT IN NATVRA, homo mortuus, nauis submersa §. 1. l. de inutil. stip. l. si homo 69. de V. O. l. donum 67. & seq. de contr. em. v nec æstimatio debeatur, nec pœna d. l. 69. si nec esse possunt. Non quæ extituras sperantur, vt fructus, b partus, foetus nascituri, captus piscium, i. missilium l. 8. de contr. em. l. 7. de her. vend. l. 73. l. 75. §. 4. de V. O. 2. QVA AVT COMMERIO EXEMPTA & VEL IN TOTVM LIBER HOMO, res sacrosanctæ, religiosæ l. 6. per l. 34. §. 1. & 2. de contr. empt. l. 83. §. sacram 5. de V. O. §. 2. l. de iust. stip. c. huc ab initio res talis, sine euentu esse cepit d. §. 5. item d venenum l. 35 §. 2. de cont. empt. d Excipiuntur res factæ mobiles, vid. lib. 4. c. l. lit. V. & libe r homo interdum, e vt l. 2. c. 9. lit. N. VEL CERTES PERSONIS. e Mancipium Christianu Iudæo & pagano. sit. c. ne Christ. marcip. Eiusmodi veid rem stipulans nihil agit, promittens tamen nihilo fecius obligatur, si commercium rei sit stipulanti. l. mutum 34. de V. Oblig. ne quod pœnae causa constituitur ei lucro cedat. [Obiic. regula l. impossibilium 185. de R. I. v. exceptio est nisi præstatio fieri nequeat vitio promissoris, vt tunc debeatur æstimatio. Deinde non est hic præstatio impossibilis. Potest enim promissor sibi rem eam comparare. & quia non retenturus per id in pœnam non incidet, arg. l. 42. de leg. 2. Hæc ad d. l. 34. de V. O. num. 6.] AVT ALIENARI VETITÆ VEL OMNI MODO: prædium dotale 42. de V. suc. l. 2. l. 4. l. 13. de fun. dor. res soli donata propter nuptias. Nou. 61. c. 1. Seruus fugitiuus, exceptis coheredibus & sociis l. 6. c. ad l. Fab. de plagiar. l. 35. §. 3. de contr. empt. tigna ædibus iuncta l. 41. pr. de leg. 1. vel exempta l. 52. de contr. empt. l. 2. c. de ad. priu. Eunuchi l. 1. & 2. c. de Eunuch. res litigiosa t. D. & C. de litig. vid. & lib. 9. c. 11. lit. P. & seqq. VEL TANTVM VENDI: Vt sal nisi à mancipibus, id est, salinarum conductoribus & quibus hi permiserint, l. si quis 10. c. de vetit. & comm. actio nes, quarum venditio non latius consistit quam ad quantitatem pretij soluti & vfurari l. pen. & vlt. C. Mand. vid. infr. lib. 15. c. 43. purpura l. 1. c. Quæ res vendi, fericum §. l. 2. c. d. t. f Sed hodie alio iure vtuntur. Atque hæc ita si principaliter res relate in obligationem deducantur. Possunt enim per consequentiam. 1. Emptioni cessionig ve maioris partis accedere l. 22. & seqq. de contr. em. § 2. Per vniuersitatè successio nis lib. 62. de acq. do. Ius etiã proprium emptionis, vt propriuatis inter ignorantres venire possint, l. 4. de contr. empt. item si emptor ignoret l. 70. d. t. vbi non tenet veditio l. 62. §. 1. d. t. c. per omnia & in totum quoad ipsas res; ad hoc tamè valet vt præstetur id quod interest, act. ex empto d. l. 62. §. 1. h Aliud in stipulatione l. 83. §. sacram. 5. de V. O. 3. QVA NOSTRÆ l. nemo 82. de V. O. l. sua rei 16. de contr. em. l. 20. C. de Locato. l. neque pignus 45. de R. I. Sempex enim agitur

de transferendâ vel re vel vfu rei. Quæ si facta ante nostra, denud acquiri nequeunt §. 14. l. de act. Nec hic in emptione distinguere emptor sciuerit, an nesciuerit d. l. 16. quia vtrobique nihil eius interest. Aliud si vfuus, i factum noster d. l. 16. in fi. vel si proprietate auocari queat l. 4. c. de contr. empt. k vel possessione aut vsum l. 34. §. k rei 4. de contr. empt. Vnũ speciale in re furtiuâ si quis eam stipuletur tanquã furtiuam à fure (à quo & cõdici potest) l. si re 29. §. vlt. de V. O. secus si simpliciter. ARQUE DE HIS REBVS OMNIS CONVENTIO IRRITA VT NEC ÆSTIMATIO DEBEATUR. Vocant enim sup. ad. ll. emptionem nullam stipulat. inutilem. Ac ipsa res in obligationem venit non æstimatio, [quæ non debetur; siue quod eam debere noluerit promissor, siue quod sine verbis non potuerit Don. ad l. 34. de V. O. n. 4.] Ne res debeatur iuris prohibito obstat, nec æstimatio defectus voluntatis, NEC POENAS COMMITTATUR lib. 69. iunct. l. 35. de V. O. Nam pœnalis stipulatio non ideo inutilis, quia inutili subiecta vid. sup. c. 18. cir. fin. [nec ideo quia deficiat in eã consensus, nam id si defendi potest in iis qui rei conditioem ignorant, certe non potest in iis qui sciunt, Don. ad d. l. 69. n. 5.] sed quia ipsa quocumque impossibilis. Non quod pecunia præstari nequeat, sed quia nequit vt pœna præstari, culpæ coëscende gratia, quæ nulla est in omnia præstatione impossibili. Alia ratio est stipulationis alteri factæ vel de alieno factæ. NEC TEMPORIS CONVALESCIT stipulatio si postea res in eum casum venerit vt præstari possit. Nō enim pendenti est obligatio, sed protinus inutilis, §. 2. l. de iust. stip. l. 83. §. 5. de V. O. Nam regula Caroniana ad conventiones translata l. 41. §. 2. de leg. 1. Ac licet alia impedimenta obligationis sublata sint, deest tamen voluntas & cõuentio hoc tempore, & iuris ratio facit ne tractu tēporis solo quod initio vitiosum est. Quod si sub cõditiōe heres promissæ, ex. gr. si res nostra vel dotalis esse deficiat, valet conuentio l. 31. l. 98. de V. O. l. 61. l. 35. §. 3. de cont. empt. quia ad conditionalia non pertinet regula Caroniana: vt non initium promissionis, sed tempus existentis conditionis ac euentus quo stipulatio vires habere incipit spectetur. [Cum de rebus quaeritur spectatur euentus, cum de personis tempus interpositæ conuentiones, noster ad l. 31. de V. O. m. 8.] Exceptæ tamen res penitus cõmercio exemptæ, vt ex. g. liber homo, vbi initium promissionis spectatur l. 83. §. 5. h. t. §. 3. l. de iust. stip. l. 34. §. 2. de contr. em. quia turpe & ominosum huiusmodi casus expectare. RELIQVA RES OMNES DEBERI POSSVNT, l. 35. de V. O. etiam incorporales, seruitutes, actiones, hereditas l. 2. C. de O. & A. t. D. & C. de her. vend. l. pe. C. Quan. sise. vel priu. m etiam alienæ l. 137. §. 4. in fi. de V. O. Possunt enim redimi, & si n nolit dominus vendere æstimatio præstanda. n Neque enim ideo impossibilis præstatio, sed incommodum personæ non impedimentum naturæ, quia res per se, naturâ & conditioe sua dari potest d. §. 4. Excipiuntur res furtiue in emptione l. 34. §. 3. de contr. empt. vtroque vel emptore solo sciente; o si ignoret valet emptio vt cõsequatur id quod interest. arg. l. 62. §. 1. cod.) 1. Quia veditio flagitiosa quæ se furti adstringit. 2. Natura emptionis resistit, qua transferendum dominium vel saltem vsucapiendi cõditio. Hic autè nequit. Idem igitur trahendum ad res vt possessas, pupilli, & præstati contra l. Iul. repet. datas, ex eadem ratione. Item excipitur frumentum publici canonis & quod exercitui mittitur, l. pen. & vlt. C. Quæ res vendi. Stipulari verò has res licet. Nam in verbo dandi inest conditio, vt aut dentur ipsæ, si possunt, aut æstimatio §. 4. l. de leg.

NOTATA.

a Verbum facere variè accipitur. Strictè & propriè, quando aliquis rei faciem, vt ait Varro s. de ling. lat. imponit vbi refertur

quæ plerique confundunt, declarationem prodigi, interdictionem & curatoris dationem coniungenda statuant. Vnde rem quadrupli distinctione totidemque conclus. sic expeditio: I. Prodigus est & constituitur suis actibus, ipsa nim. profusione perulanti que in facultates suas grassatione. Quia enim vitium est, ideoque habitus prodigialis non aliena cuiuscunque declaratione, sed propriis actibus acquiritur. II. Declaratio prodigi semper, & antiquissima decem viorum & mediâ iuriprudentiâ ætate, facta sententiâ, magistratus, præcisa causâ cognitione. Ea enim res cum ex circumstantiis dependeat facti non iuris est, proinde nullatque aut iuris regula definiti potest, atq. leg. 32. de Vfur. Nec de eo statui quidquam potest nisi probè perpenis facultatibus, consideratisque aliis, in quos vsus profusiores impensæ erogata, &c. Quia prodigalitas, vt rectè Gæd. d. lo. numer. 148. ex tali ex facto proficitur, quod pro varia personarum, temporum, rerum, causarum, qualitate, quantitate, euentum, locorum circumstantia virtutem sapere potest. Declaratio itaque efficiet non vt sit prodigius, sed vt habeatur ac sciatur, vtque de facto constet. III. Concl. Constitutio ita & declaratio prodigo fit interdictione & olim & hodie leg. Atque hætenus nostro assentior, sicque tex. l. 1. de Cur. fur. & leg. 18. de testam. exaudito. Interdictio, adhuc hodie in præsentia, lege ipsa. Incommodè Gæd. d. lo. numer. 53. id est à prætorie speciali concessione legis non iure magistratus. Hac enim ratione dici potest lege dari tutorem qui à magistratu, per l. 6. §. 2. de iur. Quod quis admittet? Deinde nec probatur hoc à lege specialiter quibusdam magistratibus concedi. Denique nec aduerfat. vocula sed in d. l. conuenit, prodigo se. quem talem esse constat. Neque enim: Lex ipsa definire potest quis sit prodigius, nec in thesi, nisi generalissimè d. l. 1. pr. ubi quis neque tempus, nec & multo minis, in hypothesi, quod Titius, Caius si prodigius. Rem simili gemino illustro. Mora perpetuat obligationem, certissima est iuris definitio leg. 88. de V. O. & quidem ipso iure. Quis autem moram commiserit Lex definire nequit leg. 32. de Vfur. certè non in hypothesi. Sed id ex re iudicij æstimandū. Sic est certo iure cautum ob infioriore Vasalli ingratitudinem, feloniam vocant, Feudum domino aperiri, non tamen certis regulis concludi potest quifnam omnino ita sit ingratus. Et si aliquo modo in thesi id definitum, certè non in hypothesi. Vnde sententiam declaratoriâ requiri feudifficè interp. contendunt, non qua fiat vt iure suo cadat, sed qua commissam feloniam constet vt iuris dispositioni locus sit. Quare & hic non est ea vis prætorie sententiæ per se, vt luxurioso adimatur administratio, sed postquam ex decreto illo constare de facto cœpit, ipsa L. sua vi bonis interdicit d. l. 1. de leg. 18. Ac licet solenne Prætorij vt & ipse sua sententia interdiceret, 3. Sent. Pauli 4. §. 8. Vnde interdictione ad prætorium referunt leg. 10. leg. 15. pr. leg. 16. §. 1. de Cur. fur. tamen si eam declaratione sua exprimere negligeret, solum pronuntians. Titium prodigium videri nullatenus dubitandum, interdictionis legis nihil secius locum fieri IV. Concl. Administratione bonorum iam prohibito dabatur curator olim lege, proximus agnatus, hodie à prætorio d. l. 1. pr. Atque in eo quoque cum nostro facio, quamuis is quadatenus à se dissentiat, vt S. lib. 3. cap. 19. lit. E. Discrimen hoc probant illa Horatii 2. Sat. 3. Interdicto huic adimatur ius Prætorij & ad sanos abeat tutela propinquos. Quibus ita positis operosum non est obiecta nostri diluere. Et 1. quidem responsione non egere ex dictis liquet. Ad 2. Resp. licet L. non dicat conuictio tamen sententia legis alia non est, quam vt ei interdicitur non quem hic vel ille prodigium esse existimet, sed quem esse prodigium liquet. Paria enim sunt, non esse & non apparere. Planeque diuersa est ratio deprehensæ in adultetio d. leg. 43. §. pen. quam certè adulteram esse constat, est nec rea postulara sit; & prodigi qui ex vno vel altero profusiori actu æstimari nequit. Quid quod Don. probationem poscit ab afferente prodigium fuisse, quod cum contractum est. Quæ verò alia suppetit probatio. Non hic locus instrumentis, nec duorum triumve, licet non dubie fidei sint, assertionibus credi potest. Quis enim constanter hoc asseuerabit, quam scientiâ rationem reddet? Curiosum certè & inuidiosum priuato in aliorum facta & fortuna inquirere. Quin & harum sæpeniqui æstimatores, qui ipsas tenent §. 3. I. Quib. ex ca. man. l. 10. Quæ in fr. cred. At nisi his cognitio prius, nisi aliis etiam perpenis, quis sibi priuatus hanc licentiam alioquod prodigium declarandi sumet. Sed nec communi rumorri (ferme) disperso, cui malignitas plerumque initium dat, credulitas incrementum Quintil. lib. 5. cap. 3.) ac indiffereti vulgi iudicio nimium hic tribuendum, atque ita notorietati, vt vocant. Quia vix est vt non illud multis modis variet. Sint

plures quibus hic prodigientior, aut aliis liberalis ac munificentior habeatur. Brunt fortè & qui iusto tenaciorum putabunt, Ad 3. Resp. inuertendo. Imò res hæc magni præiudicij, & ex parte contrahentium cum illo ob iustam ignorantiam, quia non aspectui ita expositum & obuium hoc vitium, & non conuenit de aliis esse curiosum. Et ex parte prodigi, tum ne temerè à libera rerum suarum dispositione remoueat, tum ne exiltimationis notam incurrat, quæ hic veritur. Nam & olim decoctoribus, quasi maculosis, certus locus constitutus nec ex lege Roscia, in ludis & consellu theatri iis sedere licuit in 14 ordinibus, Cic. Philip. 11. Ho. 4. obs. 6. ab Hadriano, auctore Actio Spartiano in eius vita, caramidiari iussi in amphitheatro, id est, publicitus deridiculo haberi, vt Brasim. ib. Coma. 9. com. 4. numer. 11. Tirrag. ad l. 8. C. de reuo. don. v. bona numer. 6. exponunt. Nec fauor & commiseratio prodigi, qui odio ob perditos mores dignior, causam dat huic iuri, sed publica vilitas, vt l. 1. de his qui sui iuri: ne quis re sua malè vtatur. At æquè publicè expedit ne quis bona fide contrahens indignè decipiatur. Quin est beneficium esse prodigi, tribuendum tamen sine cuiuscunque iniuria l. 4. C. de emanc. Ad 4. Resp. Largior ego in eo conuenire, quod æquè vtrique ipso iure interdicitur, sed cum iam constitit illum esse curiosum, hunc prodigium. Furor ob oculos obuectatur, nec quenquam latere potest, nec vlla in eo agnoscendo discretione ac iudicio opus. Deinde nec in omnibus comparatio firma. Neque enim prodigus delinquens fert impune. Ad 5. Resp. Facilius ætas alicuius potest explorari, & certè cognosci aditus propinquus, &c. quam profusi mores. Quin inò si minor se maiorem mentiarur, contrahente inficio, valet quod cum eo agit. Obiici quoque solet. Interdictio sine decreto magistratus tollitur, l. 1. pr. de Cur. fur. Ergo per leg. 35. de R. Iur. Resp. 1. vt not. S. lib. 3. cap. 22. 2. Est nulla sententia esse necessaria, vt Tirrag. tr. Cess. causâ p. 1. numer. 123. & 2. seqq. tamen promptior est rei reditus ad suam naturam & facilior absolutio leg. 47. de O. & A. 3. Quis prodigius prius indicatus frugalitatis mores recuperet facilius à quouis dignosci potest, quam quis prodigius fiat à priuato statui. g. Imò in Gorb. editione G. vocula sed abest §. 3. sic incipit: A prætorio constituitur, &c. Sed nec hæc meæ sententiæ aduersatur, qui in hoc Donello consentio. h. Esto, At ponamus ex. g. aliquem bona fide rem à prodigo nondum à magistratu declarato, iusto pretio emisse, data illi pecunia & male consumpta. Anne venditio facta erit vt prodigius ad traditionem obligetur? Vtique 2. 8. Pro empr. Nec obstat leg. 19. de R. Iur. Nam nego nondum sententia declaratum, licet reuera sit, esse prodigium quoad iuris effectum, Quid quod Cuiac. 7. obseru. 56. & Raur. ibid. eam regulam ad statum referunt, Nego æquius esse vt indemnis seruetur prodigius, quem malè mores inculant, alio quem iusta ignorantia excusat. Nec ob defectum sanæ mentis nulla obligatio prodigi, aliâ nec ex delicto oriretur, sed sanorum morum, ex causa vilitatis publicæ: Nego facilius ignorari decretum magistratus. Est enim non omnes forum frequentant, huiusmodi tamen res in vulgus citò disseminat. Ex factis profusiois nihil certi haberi, ac inferri potest, vt ex sententia magistratus, i. ita & Hor. in d. §. 10. Aliter Cuiac. in not. poster. ibid. quia cessat vilitatis ratio. Filius enim patri acquireret, pupillus non tutori, sed sibi & Baro ibid. volens cum hodie stipulando sibi, acquirat proprietatem & obligati promittendo auctore patre ref. Hart. Piff. lib. 4. quæst. 11. numer. 14. Aliter Hopper. lib. 3. æd. v. pag. 97. quia patria potestas, quæ iuris domesticæ, non pertinet ad ea quæ iuris communis. Incongrue: ¶ Si tamen peculium filij. impuberis locupletius, naturaliter eum obligari, vult, Cuiac. 22. obs. 23. alioquin pater non teneatur act. de peculio l. 1. §. 4. de pec. k. Gomez. 3. ref. 1. numer. 57. Quamuis hic alij non vnis modis variet. Cui. ad c. continebatur 6. de spons. impub. puellam pubertati proximam quæ agit vel expleuit 11. annum per d. c. 6. & c. 21. de spons. Puerum qui gerit annum 13. Cr. uic. de spons. & Res. ad l. 111. de R. I. qui annum 13. ingressus teste Seruio ad Virgil. Eclog. 8. Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus, & P. Fab. ad l. 5. de R. I. Alij qui 14. annum attingit vel ingressus Rob. 2. rec. l. 17. qui tamen 3. anim. 32. videtur proximus pubertati definire qui nuper pubertatis annos prætergressus. Alij cui semestre deest ad pubertatis annos, Cuiac. 17. obseru. in fin. & 3. not. Marc. 12. Loriot. ad l. 2. §. 1. de R. I. §. 21. In criminalibus hoc admittit, in civilibus autem Bar. & Gomezij, &c. definitionem probat, Castellia. Costa in Memor. d. v. Pupillus. Denique Coraf. 6. misc. 23. numer. 7. & 8. Gouar. de matrim. p. 2. cap. 5. num. 7. Vigl. in §. testis 6. I. de testam. num. 11. iudicij arbitrio relinquunt, quia pætorum alius alio pæcociore est intel-

intel-

intellectu, citiusque dolum caput. Et ita post varias opinione examinatis Menoch. 2. arb. cap. 37. num. 20. & seq. Gæd. de contr. stip. cap. 7. num. 185. & seq. Phil. Marth. ad l. 108. de R. I. num. 31. & seq. Saffer. lib. 4. de Iuram. cap. 2. num. 13. & seq. I. Et nouè Horrens. ad l. 1. de nouat. Alij tamen inter proximis infantia & pubertati distinguunt, Gomez. 2. ref. 14. numer. 1. Rob. 2. rec. l. 17. & 3. animadu. 21. m. ita & Baro in §. 1. I. Quib. mod. vt contr. Dufre. de O. & A. cap. 2. Bronch. 1. aff. 32. Adit Baro in §. 9. de l. de inutil. stip. quia iidem iurif. consulti quia pupillum obligari negant, si solus, obligari dicunt auctore tutore, quod infanti non conuenit, n. Cuiac. in d. l. 127. & 21. obs. 33. & 22. obseru. 23. v. ac. 4. quæst. 9. P. Fab. ad l. 5. de R. I. vult. 1. diff. 16. Gæd. de contr. stip. cap. 7. num. 212. & seq. Hopper. lib. 2. æd. v. pag. 22. Phil. Marth. ad l. 5. de R. I. num. 20. & seq. Forst. de pact. cap. 5. p. 96. & seq. Rad. Former. 1. rer. quotid. 19. Et ita quoque Gouern. ad l. 1. §. 17. ad l. Falc. numer. 17. & seq. quia cum locupletior, natura æquum est teneat, vbi tamen numer. 18. interdu natura debita dicit, quæ reipsâ credita & promissa, tametsi ad solutionem nulla æquitas iuris vigeat. Sic accipit l. 1. de Nou. l. 9. §. 3. de solut. leg. 25. §. 1. Quam di. leg. in quibus speciebus non locupletior proponitur. Non quod iure gent. teneatur, sed quod re ipsa mutuo accepit. Et inter naturalem obligationem quæ ex omni consensu, sed nullius effectus, etiam iure gent. deferta & iuris naturalis vis affectus cogendi infir. ac iustum distinguit hac in re Coraf. 6. misc. 22. num. 4. & A. Fab. 8. Cont. 5. neminem ære se id dixisse iactans, quem & refellit Niell. disput. fend. 2. th. 4. lit. C.) Melius aliquando idem ad l. 28. pr. de pact. ¶ Res. ad leg. 84. §. 1. de R. I. controu. fuisse sentit inter Prætorianis qui non tam ius gent. nudum expenderit quam æquitatem naturalem & Sabinianos qui ad nudum ius gentium reuerti. quod oblig. inducit nullâ personarum ætate, sed sola rei habitacione. ¶ Baro ad l. 1. del. & l. 1. & ad l. 7. de pact. & tit. I. Quib. mod. vt cont. in §. 9. I. de iur. stip. in manu. ad leg. 13. de cond. ind. & passim, distinguit inter ius naturale & gentium. Sed melius in r. I. de aut. tur. pupillum qui capit intellectum, natura quidem ex promissione obligari, sed illam obligat. semper infirmam habitam circa commercia, nimirum quod æquum gentibus visum non fuerit tam infirmum iudicium huic ætati nocere. Sic & A. Fab. ad d. l. 28. pr. Licet æquitas naturalis siudeat pacta seruari, maior tamen contraria æquitas non patitur vt qui nature vitio sibi prospicere nequit, nocere possit. ¶ Duar. de Cond. ind. cap. 6. obligari eum vel non prout æquitas (ex qua omne hoc æstimandum, vid. not. S. cap. 2. lit. B.) id exigit. Quare in his que nullum aut leue incommodum afferunt obligari eum vt fideiusor accedere possit, nonatio valet. Et de O. & A. cap. 2. consulendam hic philosophiam scribit, nec philosophum, de officiis differentem, hic simpliciter responsum. Nec tantum an consentit, sed an ex firmo iudicio & consilio spectandum vid. l. vlt. de man. vind. Obligari itaque in his que nihil vel minimum offiunt. Non autem vbi de retentione rei soluta agit nisi locupletior factus. Quæ eodem in effectu tendunt, quod Don.oster. Cum quo magis conuenit Voes. in §. pupillus 9. I. de iur. stip. num. 2. ¶ Pacius quoque d. lib. 4. g. 9. quando non locupletior naturalem oblig. in persona pupilli consistere, non respectu ipsius, sed aliorum, in quibus cessat æquitas. Nec est quod in Don. sententia erudenda anxie labore Gæd. d. lo. nu. 225. & seq. eum eam ipse aperit prodiderit. Absit verò vt vquam absoluti. I. C. de duplici obligationis vnus realis, alterius personalis concursu in eandem personam vel omnari. Aliter Balduin. ad pr. l. de aut. iur. num. 11. Bronch. v. aff. 32. Guierrez. in repet. l. 5. de leg. 1. num. 146. & seq. Loriot. ad l. 2. §. 1. de R. I. fol. 523. & aliter idem de Iur. arte trad. 17. & seq. axiom. 40. o ita & arguunt Rob. 2. rec. l. 17. Loriot. ad d. l. 2. §. 1. de R. I. f. 523. Sed in hoc à nostro recedo, quia potest & actio oriiri ex obligat. naturali, vid. not. S. cap. 2. lit. P. non tamen ordinaria & directa. Quin obligatio civilis ex contractu requirit conuentionem. Quæ deest non tantum vbi planè nullus, sed & vbi non integer consensus vt hic l. vlt. de man. vind. Nec certè idio perfectior consensus, si à nullo suppletur, quando locupletior redditur impubes, quia nec hoc ipsum ageant rem an imminuat, plenè intelligit. Quod quod nos ter ipse l. 64. ad Treb. & leg. 22. ad l. Falc. de locupletior reddito accipit, quæ tamen ille per naturalem obligationem vocant. P. Cuiac. ad leg. 127. de V. O. (not. à Rob. 1. rec. l. 17. contra quem se defendit 17. obs. 4.) & Pac. 4. qu. 9. Mercor. in Conciliat. p. 707. Rad. Former. 1. rer. quotid. 19. Andr. Clud. de Iure sequestr. cap. 12. num. 10. Vult. 1. d. d. l. 16. Cuius emendationis vanitas ex ipso contextu liquet vt & Goth. notat. ibid. Vnde aliam responsionem querit d. cap. 7. num. 149. & 1. seq. quafi

naturalem obligationem statuat ibi I. C. non ex iure, sed opinione testatoris, qui cogitauerit pupillum fortè locupletior redditum, aut cum suæ ætatis, obligationem ratam habiturum. Quæ probatur à Forst. de pact. cap. 5. p. 98. & seq. conuellit ab Aruino. de Mora cap. 6. num. 15. q. Est & hæc Quæstio multum disceptabilis, in qua nostri consensum & pluribus hanc opin. adstruere nituntur. Rob. 1. anim. 12. & 1. not. ad Merc. 12. Mercor. 1. op. 6. Gæd. ad l. 21. de V. S. & de contr. stip. cap. 7. concl. 14. Val. Guil. Forst. de pact. cap. 5. p. 103. & seq. non nihil tamen in expositione d. l. 101. & d. l. 3. variantes Mihi sanè contraria Cuiacij ad d. l. 101. & 19. obs. 33. & 21. obs. 23. sententia semper probabilior visa est, quam firmant Vult. 1. d. l. 16. Bron. 1. aff. 33. Henr. à Suerin. rep. l. 6. cap. 41. Phil. Marth. ad l. 2. §. 1. de R. I. num. 15. & seq. Arum. ex l. 3. th. 17. Nam d. l. puberes 101. clarior & apertior sententia est, quam vnterpretationibus quas comminiscuntur nos ter & alij, eludi elidive queat. Accedit l. 43. de O. & A. vbi verba, sue potestatis, ita exponere vt significet adolescentem à cura liberum, inconueniens. puro, cum curatoria potestas, non personam minoris, sed illius res respiciat. Denique nec defectus consensus impedimento est huic obligationi, quia dicitur minor stabilitate iudicij præditus §. vlt. I. Quib. man. non lic. postulare potest l. 1. §. 3. de postul. hereditatem adire, &c. & testamentum condere l. 5. Qui testam. fac. nec effectus curatorie potestatis, cum nec patria potestas, quæ indubi maior, eidem obstat. Ex quo etiam patet ab administratione rerum non commissa ad obligat. incapacitatem argum. duci non debere. Nam si filius iam iure veteri, quò nec vlla bona habebat (nisi castrensia) nec administrationem, nisi peculiariam, extra causam tamen peculiarem obligari potuit, ad hoc vt sui iuris redditus efficaciter conueniri posset: Quidam etiam facilius minor durante cura personam suam efficaciter obstringat, ita vt quidem soluendo rem promissam ac debitam se liberare nequeat, ob alienationem ipsi inhibitam, annos tamen lætorie legis egressus (vt loquitur l. 2. C. Th. de do.) ad impletionem & perfectionem contractus teneatur. Vnde Cuiacij illa restrictio nem non admitto 19. obs. 33. & 1. not. Merc. 12. quasi ex causa venditionis obligati nequeat, sed ex aliis causis quæ solennitatem iuris desiderant, &c. Sed hoc fortè alio loco plenius excutiam. Hic accuratè singula persequi non licet. ¶ Atqui ex his ipsis verbis arguit Vult. d. loc. contractum ipso iure tenere cum seruari & non seruari de eo quod nullum est non dicantur. ¶ Rectè equidem hæc d. l. 101. expositio que Accursij est, ceu vana à Cuiac. Rob. & Don. hic per voculam suis rellitur. Vt ea placeat, Merc. 1. opin. 6. qui ita: sine curatoribus, id est, qui non habent curatores suis, id est, proprios ad differentiam curatorum, qui ad certas aliquando res dantur & Gæd. ad leg. 21. de V. S. numer. 18. & de contr. stip. cap. 7. num. 270. vocula suis referenti ad creditores commate (,) post voculam curatoribus posito. Non rectè tamen nos ter hac ratione vtitur. Quæ falsa opinio est. Imò vovocula sine sæpe iungitur nomini. Cic. de Petri. Consulatus. Homino iners sine officio, sine ingenio. Et Orat. pro M. Cælio sub fin. Clodium vocat hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortuna: Sic. Spurtij sine patre filij, §. pe. 1. de Nupt. Simileque loquutiones legenti occurrent. Sic nuptias sine nuptiis dicere licet, ex Cæso. 1. Inst. 4. §. 1. Regem sine regno, vt & in nostrati lingua phrasæ hæc crebrius hæc err obno Land & similes. ¶ In eo rectè nos ter vt & Rob. 1. ani madu. 12. & 1. adnot. Merc. 12. Miror verò quod Cuiac. 19. obs. 33. scribat nolle se ex his obligationem minorum adstruere, falsò id sibi imponi, verum ea protulisse vt ostendat quæ inter pupillum & minorem etiam in aliis differentia sint. Nam si modo verum esset, vt Cui. sentit. posse hæc sine curatore fieri, non video quod argui. illius sententiæ obtinendæ firmus esset. u Sed rectè Cui. curatoris auctoritatem ad additionem absolutè inuilem esse, quia hereditatis aditio est actus solennis & legitimus leg. 77. de R. I. E. per leg. 19. de aut. iur. Hinc est tutior certæ rei vel causæ dari non debeat l. 14. de test. tur. datur tamen impuberi ad hereditatem adeundam leg. 9. de tut. dat. non ex alia quam hæc ratione Marc. Vertra. Maurus de Iure liberor. cap. 31. pag. 120. A. Fab. 1. Iurijur. 12. pr. 4. ill. 13. ¶ Sanè mulieres olim adultæ cum in perpetua tutela essent, finita pupillari, incipiente tutela muliebri vid. not. S. lib. 3. cap. 14. lit. C. add. Verri. Maurus. d. cap. 31. sine tutorem auctoritate non obligabantur. Quod & Græcorum Il. caurum Trruqui. l. commub. 1. num. 72. ¶ Iure Hispanorum regio nullus vxoris contractus firmus sine consensu mariti, Covar. p. 2. de matr. cap. 7. §. 1. Gomez. in leg. Tauri 54 & 5. seqq. Vafq. 3. ill. contr. 104. & 1. contr. usu freq. 10. Itemque ex consuetudine Picardiarum

C c 2

Tiraq post l. *Comnu gl. A. & seq.* ubi gl. s. eam à pificis temporibus ac variatum olim gentium moribus comprobata ostendit, (licet aliud sit iure nostro civili *l. uellus 6. C. de re uoc. don.*) add. P. Greg. 11. *Synt. 4. nu. 23 & seqq. Duor. ad rub. Sol. matrim. tit. de Nupt. c. 1.* ubi inuubas tamen mulieres si iusta ætatis sunt, liberè contrahere scribit. † Statutu multorum Italiae locorum nullius fœminæ obligatio sine consensu duorum consanguineorum proximorum rata de quo *Memoch. arbit. c. 211. & seq.* (ubi quæ iusta causa negandi consensus) 10. *Vinc. Hondede. vol. 2. cons. 5.* Quæ & ratione naturali niti, *Pantfchman. l. 2. qu. 5. n. 5. & seq.* Iure quoque Saxoni nullius mulieris actus, in iudicio vel extra id celebratus, siue maritorum aliorumve curatorum auctoritate, illis officere potest, vid. *Nom. Elect. Sax. 15. p. 2.* ubi fusè *Moll. x.* Per signa enim vel corporis motus animi sentia declarare possunt. Distinguit tamen inter furdos ac muros à casu & à natiuitate. Hos siquidem nullos contractus inire posse statuunt cum nihil intelligere dicantur, infantibusque comparantur *l. 65. §. 3. in fin. ad Treb. Tiraq. priuileg. p. 1. causa 9. Gomez. 2. resol. 14. n. 29. Gaud. de contr. stip. cap. 7. concl. 1. §. nu. 283.* ubi tamen exempla non deesse scribit eorum, qui ita aati intellectu eximie pollent, quid agatur optime percipere possunt. Vnde in iis distinctio hæc non recipienda, vid. & de contractu mui *l. 10. Vinc. Hondede. vol. 1. cons. 37.* y Videtur enim dari gratis eius corrupendi gratia, ut libidinofam (cei vocat. Cic. pro domo) sententiam dicat vid. *Er. Pollot. lib. 5. biff. fori cap. 9. ibi in Corollar. Philip. Broide. n. 1.* Significatur itaque in d. *l. pen. qui acti iudex & accipit ab eis inter quos iudicat l. 3. §. 9. 75. licet aliam eidem sensum affingat. Andr. Clud. de Condit. certi cap. 3. n. 67. & seqq. 2.* Quid in Principibus is ex contractu cum subditis in iure efficaciter obligatur. Omnino. Nam in contractibus iure primatorum vitatur. Quia imò firmitus archiusque cum obligari conuenit qui mutua fidei vindex, vid. *Bohin. 1. de Rep. 8. p. 156 & seq. P. Gregor. 8. de Rep. 8. Zaf. ad l. 1. §. eodem tempore 10. de O. 1. num. 21. Greg. Lopez. num. cap. 35. num. 8. & seqq. Vafq. 1. ill. controu. cap. 3. & ca. 26. num. 16. & seq. & cap. 35. num. 13. & seqq. Cof. in l. 1. de pact. Bron. 1. aff. 11. Georg. Aca. Emenkel lib. 3. de Priuileg. ca. 8. Vinc. Cabot. 2. dipt. 12. & seqq. & quos citat. Rauchb. p. 2. q. 11. n. 5.* Non obstat quod tradunt Contractus Principum habere vim legis, per leg. 15. *D. de public. l. pen. Cod. de don. int. vir. Gail. 2. obs. 127. n. 8. Valaf. l. ur. Emphy. q. 5. num. 10.* Princeps autem il. Tolutus. Nam id cum eo sensu à Od. non asseritur tum à multis negatur, *Eman. Soares. in annotat. ad Gomez. 2. resol. 1. lit. A. Lopez. d. cap. 35. nu. 1.* Vicem equidem legis obtinet d. *l. pen.* sed ad hoc vt lege repugante subsistat, vique quem priuatus non legitime iniret, pro iusto & legitimo habeatur *China. 26. obs. 35. Lopez. d. c. 35. num. 11. 2.* atque sic vt eod magis non vt minus feruetur ac valeat. At in d. *l. 15.* uocula legem significat pactum vt alias sepe Lopez ibid. num. 13. non legem Principis, promulgatam post locationem, vt *Soarez. d. loc. minis* autem legem Consulium vt *Former. 1. Select. 25. pro Cesar* reponens *Confor. †* Quatenus contractus principum teneant succelliores vid. *Tiraq. de iure primigen. q. 35. nu. 20. & seq. Deian. vol. 1. Resp. 25. & vol. 2. Resp. 35.*

CAPVT XXIII.

Oblig. acquirenda incapaces.

SECUNDO EIVS CUI PROMITTITVR. Nam si hic nec sibi obligationem acquirere possit nec alii, nihil agit. QUI VEL NATVRA CONTRAHERE NEQVIT, furiosus & infans, quibus consensus deest, *l. 1. §. 12. & seq. de O. & A. §. 8. & seq. l. de inut. stip.* licet in speciem stipuletur: ille dum in conspectu inumbratæ quietis; hic, verba aliis præcibus. Prodignus autem & infans maior possunt, vt *cap. pract. lit. D. & I. VEL IVRE* in eâ specie quâ de agitur. CAVSÆ PROHIBENDI AVT A PERSONIS, cum inter eos actio nasci nequit: vt inter dominum & seruum obligatio naturalis esse potest, a ciuilibus nequit *l. 64. de cond. ind. A.* loqui cum domino statim acquiratur, fieret sui ipsius creditor & debitor. Inter patrem & filium siue peculium non habeat, siue habeat, sed quod sit patris *§. hi qui 12. l. de oblig. ex del. l. 4. de iudic.* non propter personam filius, *leg. 39. de O. & A.* sed patris, ob fictionem vnionis, b quia sic sibi ipse obligaretur, b Nisi ex causa castren-

sis peculii *d. l. 4.* vel aduentitii in quo filio proprietas, per *l. 6. & ant. ubi inserta C. de bo. que lib. c.* Vterque tamen alteri obligatur naturaliter; *l. frater 38. de cond. ind. vid. l. lib. 14. cap. 19.* Item inter fratres qui in eisdem potestate, quia non acquiri potest fratri obligatio quin eodem momento transeat ad patrem. Quare & hic perinde sibi obligaretur pater. d. AVT A RE DE QVA AGITVR. VT I. QUI CERTAS RES PARARE VETANTVR. Præsides prouinciarum donationis causa accipere aut emere res mobiles omnes præter victualia *l. vn. C. de comr. ind.* Soli omnes præter prædia paterna à fisco distracta *d. l. vn. l. 62. de contr. empt.* vt res maneat eius qui tradidit, ætimatione fisco illata *l. 46. §. 2. de l. fisci* item dos data ab vxore ibidem ducta nisi vetus sponsa fuerit, fit caduca *l. 38. §. 1. de r. nupt. itaque fisco vindicatur* et per *l. 20. §. 7. de pet. her.* Item negotiari, mutuū dare, fœnes exercere *l. 33. de reb. cred. f.* Sed si temporales sint hi magistratus non si perpetui, per *l. 34. pr. de reb. cred.* Item qui sunt cum præsidibus *d. l. 33. corum sc. domesticis, d. l. vn. vers. vlt.* Qui alterius officii temporalis (non perpetui *d. l. 34.*) causa in prouincia agunt, prædia in eadem emere vetantur *d. l. 62.* non autem res mobiles, nec prædia donata accipere nec mutuari. Ex officio tamen quod gerit, si quid emat, quadrupli pœna statuta *l. 46. de comr. empt.* Milites prouinciales emere prædia nequeunt *d. l. 62. g.* & palatini à priuatis principis *l. vlt. Cod. de res. vend.* id est, à comitibus seu præfectis rer. priuatar. principis eorum comites & alleclæ, vt *Alc. ad d. l. 33. tutores & curatores, nisi palam, &c. vt sup. lib. 3. cap. 12. c. v. fin.* procuratores & qui negocia aliena gerunt *l. 34. §. vlt. de contr. empt. II. Quibus rerum alienarum conductio interdita:* vt tutoribus & curatoribus, de patrimonio principis *l. 49. locati* in vniuersum autem militibus *l. 3. l. vlt. Cod. de loc. ecclesiasticis Nou. 123. cap. 6. curialibus l. curialis 30. Cod. de loc. b. fabricensibus leg. vltim. Cod. de fabricens. lib. 11. tit. 9. h*

NOTATA.

vid. not. c. *prac. lit. A.* Quin & à seruis in dominos beneficia proficisci ac, vt Seneca 3. de benef. 18. serui dominos beneficii sui facere possunt, de quo *Gruter. 1. suspic. 13.* Liber autem bona fide seruiens ex promissione quidem obligatur ei cui seruit. non autem eundem sibi obligat, *l. 118. pr. de V. O. Gaud. de cond. stip. c. 7. concl. 7.* Hæc vera & genuina ratio, nec alia inuestiganda, cum & habeatur, in *l. 16. de iur. l. imp. 52. ad Treb. l. si quis 56. §. 1. de fidei. qua & vulgò reddi solet & conuenit Loric. de iur. art. de consangu. ax. 11. (qui & n. 22. rationem Fulgosi reicit, quia filius sit patris. Nulli verò sua res obligetur. Nam sic nec naturaliter filio pater obligatur) & *Gaud. de contr. stip. c. 7. nu. 38. & seqq. A. Fab. 20. Coni. vlt. in pr.* Aliam tamen rationem reddit *Coraf. 4. misc. 3. nu. 6.* quia lex, inquit, naturæ imitatrix noluit obligationem producere, quæ nullius effectus futura Inutiliter enim filius obligaretur patri, cui omnia acquirit. Quare ubi non inanem futuram obligationem. Lex prospexit, vt in castrensis eam non grauatur induxit. Cuius verba, quæ plura sunt, referat auctore non nominatim, sed generatim tantum laudato & loco non adsignato, *Io. Hennequin. in not. ad Accurs. in l. 3. §. 4. de minor. vt & alias solet in magna cura & laboris, ceu ipse vendit, opere, toto fere ex aliorum operibus, maxime Coraf. miscellaneis, confarcinato, totis vbiq; paginis ad verbum, sine delectu & iudicio, ex scriptis. Cuiusmodi vel dupondio siue conficere facile siue confutare, ex non meo sed P. Fabri, qui eum satis rusticatim tangit 3. *Semestr. 24. pag. 396. & seqq.* iudicio. Sed mittamus hæc. † Alta ratio est *Vacon. 1. declar. 9. num. 4.* quia videl. Lex ciuilibus illis potitur in quibus & iniustitia & iudicium esse potest. Quæ si inter quos esse nequeat, inter eos nec actio. Sed inter patrem & filium non potest esse iniustum, quia omne acquiritur patri, iniustitia verò ad sua esse non potest. Quia autem filiusfam. miles non acquirit patri, ideo inter eum & patrem est iudicium & actio. Sicuti & naturalis obligatio, quia iure naturæ filius non acquirebat patri. Verum hæc valde conatorata sunt & longe petita, & si queratur cur omne acquiratur patri per filium, necesse est confugere ad patriam potestatem, cuius effectus illa vnio. Quæ vique ex fictione est *Zoon. ad l. 2. C. de pact. int. emp. num.***

h. 21. Vnde in iis quæ sunt iuris obtinet, non quæ facti, *Alex. Trentacing. de subtit. p. 1. ca. 5. n. 5. & 6.* Nec partum ex veritate, vt *Tiraq. de primigen. q. 40. n. 31.* Nec ex iure naturæ, vt *Vacon. d. decl. 9. & 3. declar. 50. n. 1.* Sed ciuilib; vt & *Bart. Bald. Caslr. l. as. & alij in l. frater à fratre.* Nam ius naturæ numerat tot personas quot capita sunt, parique omnes iure æstimat, *Hotom. in disp. l. frater à fratre.* Quin & ipsa nomina patrisfam. & filiasfam. sunt ciuilia. Hæc enim non hominum, sed ciuim Roman. diuisio, *l. nam cõium Rom. 4. de his qui sui.* Cessat autem in emancipatis vnionis fictio, (licet iure naturæ non minus sint filij) per *l. no. de opt. leg. & apparet ex omnibus vnionis effectis.* Non inuat *Vacon. uocula natura in l. vlt. C. de impub. subit.* Rectè enim occurrit *A. Fab. i. iurisp. princ. 7.* ex verbo intelligatur. Non habetur *d. l. vlt.* naturæ eandem personam esse, sed intelligi. Quare non naturam solam iuratur, sed commentum ac imaginem quæ à natura non est *l. 23. pr. de lib. & posth. c.* Dissentit *Gaud. de contr. stip. c. 7. n. 43. & seqq.* quia nec ius verus, quoad hoc correctam, nec ius familiaritatis in aduentitiis filiofam. tributum. d. Et inter omnes fratres eiusdem familie inducta eadem vnionis fictio, per necessarium consequentiam, vt ex *§. 9. & 10. l. de testam. probat Flor. in l. frater à fratre & consentit Gaud. de contr. stip. c. 7. n. 85. per l. 67. §. 3. de r. nupt. An. Fab. 20. coniect. vlt. c. l. 61. de r. nupt. Cuiac. 1. obs. 11. Rad. Form. 4. rer. quotid. 17. Diss. Brisson. de l. comub. p. 561. volens vt à fisco auferatur proprium esse incestuarum nuptiarum *l. 52. d. tit. & A. Fab. i. iurisp. 9. pr. 1. ill. 12. per leg. 63. in fin. de r. nupt. f.* Quæ ratio pete ex *com. Dom. ad d. l. 33.* quorum fortè epitomen, si res inere ferent, posteriori parti subiungantur, ideoque hæc de re nihil hic aduocato. g Nec equum militarem extra prouinciam ducere licet *l. 12. §. 1. de re milit. Brisf. 4. antiq. 4. †* Nobilibus quoque negotiatio prohibita *l. 3. C. de commerc. vid. Tiraq. de Nobil. c. 33. Noll. disp. feud. 2. tit. 6. lit. A. h* vid de his *P. Nicol. Mozz. de Locat. emp. 3. de his qui possunt locare, &c.**

CAPVT XXIV.

Senatusconsulti Macedon. prohibitio.

REdeundum nunc ad filiosfam. & mulieres. FILIOSFAM. itaque OBLIGATVR *l. 39. de O. & A. l. 57. de iudic. a* EXCIPIVTVR duæ causæ: VOTVM in causâ publica *l. 2. §. 1. de pollicit.* b quod non est huius loci, ubi de obligationibus priuatis & ex contractu. ET PECVNIA CREDITA OB SC. MACEDONIANVM, cuius summa in *§. pen. l. Quod cum eo.* Sic dictum non à Consule vt cætera feret, nec inuene luxurioso, vt *Theoph. in d. §. pen.* Sed improbo fœneratore, ex ipsis verbis Senatusconsulti *l. i. pr. h. t. d. EIVS TRIA CAPTA. I. PROHIBITIO,* quinq; continens, quorum priora duo ad personas, reliqua ad rem pertinent. NE QVTS cuiuscunq; conditionis, etiam ciuitas *l. nihil 13. h. t. c. & fiscus. FILIOFAMILIAS, & filiasfam. l. 9. §. 2. h. t. per l. 1. & simit. de V. S.* etiam nepoti vel vteriori *l. 14. D. l. pe. C. h. t.* Filiusfam. enim in vfu iuris omnis, qui non patet. *l. 4. de his qui sui, & in Senatusconsulto est v. parentis non patris.* Nec igitur obstat *l. 6. de test. tut. & simit.* Et si industrius sit aut frugi, vel cuiusvis dignitatis *l. 1. §. vlt. h. quia & hic profusus esse potest, & ille fieri. Nisi sit miles, olim ad quantitatem castrensis peculij *d. §. vlt. l. 2. h.* hodie generatim, licet nec castrensia habeat, *l. vlt. §. vlt. C. h. t.* vt & patet teneatur ad vites peculij, perinde atque ex alio contractu, & ipse filiusfam. miles in solidum. Miles autem togatus adhuc tenebitur ex mutuo ad quantitatem quasi castri. peculij ex ratione *d. l. 2. non generatim,* quia de eo nihil immutauit *d. l. vlt.* Ratio quoque differentia, Miles armatus non censetur in aliud acceptum expendere quam causas castrenses, quia non ei liber luxus & conuictus vrbanus, nec ex veteri disciplina castris, nisi comæatu imperato, illi abesse licet. Quid si pater apud hostes ubi inpendenti est an sit filiusfamilias? Interim denegatur actio *l. 1. §. 1. h.* Cæteris verò filiis qui sui iuris sunt mutuari licet, arg. *l. 20. §. 6. de test.* tametsi sint luxuriosi, quia SC. potissimum voluit cõdere parentibus *l. 3.**

§. is a. 3. h. quod sepe filius, onerati ære alieno vitæ parentum insidiarentur *§. pen. l. Quod cum eo. f.* Duo igitur f causam dedere SCto, Luxuria ac corruptela filiorum: & periculum quod inde nascitur parentibus & vitæ & existimationis. Probrosi sunt patri luxuriosi filij mores, siue sciat, ob indulgentiam; siue nesciat, ob negligentiam. Emancipatus verò & timidius mutuo semet, sciens quod de suis bonis, quæ habet, dependere togatur. Nec inde turpitudine tantâ patri, quia monere potest, cogere nequit, nec damnum, quia pro filio hoc non tenetur. *l. C. Ne fil. pro patre* nec vitæ periculum, quia versatur in aliena domo. PECVNIAVM numeratam sc. vt veteres acceperunt *l. 7. §. 3. h.* quia licet significet hæc vox alias quoque res fungibiles, tamè ex adiuncto uocula *mutuum* contrahitur significatio. b Aliàs Senatus d. dixisset vno verbo *mutuum.* Et peric. profusionis in aliis vino, oleo, &c. non æquè, quia nec earum rerum mutuum ita latet, aut clam patre est, nec illis ita ad luxuriam vt licet. Nisi tamen fraus SCto quaesita, vt fructibus distractis veteretur pecunia *d. s. 3. M. V. T. V. A. M.* Quocunq; verò alio modo contractum sit vel filiusfam. fidem suam obstrinxerit valet obligatio *l. 3. §. 3. h. t.* et si non vtiliter gesserit, vt si fideiusserit *l. item 7. pr. h. t.* vel mutuum alij datum in se nouandi animo succiperit *l. 13. h. item si,* quod prius ex aliâ causa debuit, conuenit vt retentum sibi mutuum haberet *d. l. 3. §. 3. D. l. 3. C. h. t. ubi ratio,* & alia ratio quia hic corruptioni non est locus, h. Et generaliter in aliis contractibus nihil filius accipit quod consumat, nihil habet amplius ex conuentione quod non prius haberet. Sed nisi fiat fraus Senatusconsulto vt si creditor rem vendat, quod ex eâ filiusfam. pecuniam conficiat, pretiumque habeat in mutui vicem *d. l. 3. §. 3. in fin. l. 7. pr. & §. r. hoc sit.* DEt licet sine vsturis *l. 7. §. siue a. 9. h.* Si vero promiserit, prius creditor daturum, se, non spectamus quod tempore promissa sit pecunia, sed quo data *l. 3. §. vlt. l. 4. §. 6. D. h. t.*

NOTATA.

Cur contrahere potest qui testari nequit *z. Gomez. 2. a. res. i. n. 2.* quia ad contractum sufficit spes acquisitionis probabilis. Et licet nec emancipetur tamen personam habet quæ carcerari potest si iudicatum condemnationis facere nequeat *l. 1. l. pen. C. Qui hoc ced.* in verbis ne patiantur iniuriam *Hor. ad l. 6. C. de iudic.* Conuenitur igitur & patre viuente, licet condemnatio contra eum facta ad bona paterna, non pecuniarum, non extendatur, *Nic. Sudor. lib. 1. disp. ciuil. pag. 14. b B* Vide *Seru. in illud Virgilij.* Ipse pater voued famulam. Bene paterybquit, quia volendi potestatem non nisi patres habent, ref. *Andr. Clud. de Condit. ca. 3. n. 49.* Quæ ratio. Eadem quæ facit ne testari possit: quia nō habet quæ voueat, ita post *Ale. 5. Pararg. 9. Irem. Sotser. lib. 1. de iuram. c. 13. n. 4. & §. 1. Hap. per. li. 3. arabarū pag. 93.* licet quia vorum personam vouentis, quæ in dominio patris, non rem quæ vouetur obligat ac afficit *d. l. 2. pr.* Vtraque ratio contractibus communis, ideoque inconueniens, vid. *Goth. ad d. l. 2. c.* Factum autem id tempore Vespasiani *Sueton. in Vespas. c. 11.* tametsi & aliquid ea de re cautum tempore Claudij, Senatusconsulti. tamen hoc plenus, *Duar. h. t. c. 1. Diss. P. Fab. 1. Semest. 25. pag. 168.* volens Claudio Imp. & Vitellio Coss. conditum *A. V. C. 799.* Fuit & antea eius sententia Rom. in vfu, ex lege Solohis *Vroes. in Par. h. t. nu. 1.* Quod & *Tarent. in Phorm. ad. 1. se. 5.* videtur alluere, vid. *Alex. lib. 1. gen. dier. cap. 7.* a qui credebatur incertis nominibus *d. l. 1. pr.* Incerta nomina quæ sunt varij variè. Accur. referat ad debitorum personas, quia incertum & ex casu mortis patens pendens an aliquid recepturus Quamuis autem simili sensu Horat. Cautos nominibus certis exponere nummis, tamen hoc ei loco minime conuenit. Neque enim odio sed commiseratione dignus fuisset Macedo. *Buda.* intelligit causas titulosque credendi, quos cautionibus non adscripsit, ne turpitudine eius manifestaretur *Et Vroes. in Par. num. 2. ac Hor. 6. obs. 19. ex Cic. Frumentaria & Quiniiana.* Quod reprobatur *Forc. dial. 98. nu. 1. & 2.* exponens chitographa siue cautiones, quibus non factū certū solutioni tempus, vt subinde debitorē creditor vexare possit. Aliter *Ren. ad l. 2. de R. I.* Vbi dubium mouit quod vetosimile non sit administratores e

f ciuitatis uelle filiosfam. corrumpere. *Duar. h. t. c. 1. f. Expectata eorum morte d. l. 1. in fi. pr. Expectari enim dicuntur parentes, item filij parentibus, Terent. in Adelph. Porius quam ubi te expectatum, eiecisset foras: quorum mores in dies singulos exoptatur, Sc. Genil. 1. Parerg. 13. Hinc Abb. P. norm. in c. quia plerique de immunit. eccl. hodie inter Christianos non esse locum SC. Macedon. quia ratio illius deficiat, cum huius religionis filiosfam. non credatur inuidias vitæ paternæ moliri, ref. & reprobante Gomezio 2. resol. 6. n. 2. & cap. 25. num. 10. g Quæ strictissima acceptio est vid. Gædd. ad l. 4. de V. S. n. 35. & seq. h Duar. hoc tit. cap. 1. Zang. de except. p. 5. cap. 10. num. 8.*

C A P V T XXV.

Pœna Senatusconsulti.

2. P OENA CREDITORVM l. 9. §. pen. h. t. liberatio actionis. Quæ & ipsa beneficium est liberatis, a DE QVO SIC SC. NE CUIQVI DEDISSET MUTVVM. Quod generaliter interpretari iurisconsulti, de omnibus, quibus, remoto Senatusconsulto, esset actio vt sunt heredes, qui stipulatus est pecuniam creditam sibi reddi, reus credendi vel stipulandi l. 7. §. 6. & seqq. Obi. At hi non dederunt mutuum. R. Dandi significatio duplex. Naturalis: hoc modo solus creditor dat mutuum & Ciuilibi cū iuris interpretatione perinde habetur ac si dedisset. Hanc autem significationem accepit Senatus, per verba extrema d. l. 1. pr. ACTIO scilicet in personam vt conditio certi, adu. filiumfam. & fideiussores ex stipulatione, actio de peculio aduersus patrem, mandati, aduersus mandatores, PETITIOVE scilicet in rem, de pignore nempe; si quod mutui nomine obligatum sit, ETIAM POST MORTEM PARENTIS, vel si filius alio modo sui iuris factus §. pen. 1. Quod cum eo l. 7. §. 4. & seq. h. t. Est enim exceptio peremptoria ac perpetua leg. 40. de cond. ind. data, non quia nunc est filius. sed quia fuit cum daretur illi pecunia. DETVR et si nummi adhuc sint in peculio l. 9. §. 2. h. t. Adimitur enim ob pœnā; ac Lex ipsam mutationem coërcet, non euentum. Inde vocatur seueritas Senatusconsulti d. §. 2. quia benignitati hinc non est locus; nec ratione ne locupletior, & c. l. 14. de cond. ind. attenditur. DENEGATVR autem actio aduersus omnes, in quos aliās actio daretur, tanquam principales reos. Vt sunt heredes, pater de peculio l. 7. §. 10. l. 9. §. 3. h. Aduersus accessiones autem vt fideiussores, mandatores, cōstitutæ pecuniæ reos, pignorum possessores, ita denegatur, si conuēti regressum habeant contra filiumfam. d. l. 9. §. 3. Secus si non habeant, vt si donandi animo intercesserunt d. §. 3. Accedere enim potest fideiussores naturali obligationi l. 10. h. t. iunct. l. 16. §. 3. de fidei. Mortuo autem filiof. accipi nequit l. 18. h. t. ubi ratio, quia omnino obligatio principalis perempta, nec in heredem transit, quem is nullum habuit olim: Hodie igitur in casibus quibus filiusfam. habet heredem Nou. 118. c. 1. etiam fideiussores recte accedat. Item nec liberatur dominus mercis qui institorē habet filiumfam. d. l. 7. §. 11. SC. enim filio tantum parenti prospicere voluit, eaque illius aperta sententia, licet verba ne actio daretur omnem act. contra quemuis negare videantur. Et VEL IN TOTVM, b ubi creditor faceret se dedisse filiofam. arg. l. 9. pr. de iur. iunct. l. 7. ubi similia verba Prætoris, quæ in hoc & Velleian. Senatusconsulto: neque actionem dabo sod. tit. VEL DATVR EXCEPTIO, cuius passim mentio l. 7. §. 10. l. 11. l. pen. D. l. 1. c. h. t. l. 40. de cond. ind. si controuertum an data sit pecunia contra SC. Obicitur. At verba sunt Senatusconsulti ne detur actio. Resp. exceptione additā datur actio sub conditione, si exceptio falsa; non datur sub contrariā: si vera. Singulare autem huius exceptionis & quæ ex SC. Velleian. quod contra quam alia l. 2. C. Sem. res. non pos. etiam in executione

iudicari opponi possit. Vnde si filiusfam. conuētus, exceptione hac omisa, cōdemnatus, nihil nocet ei sententia et si non appellauit. Nam cum aperte renunciare nequeat huic beneficio, non in gratiam filiorumfam. sed odium creditorum prodito, e minus silentio & diffimulatione. Aliās facile corrumpti possent filiosfam. ne opponant exceptionem & fieret fraus Senatusconsulto.

N O T A T A.

a Non tamen in fauore filiorumfam. hoc remedium proditum, vt & noster h. in cap. in fin Quo enim fauore digni qui pecunias, profundunt, sed in odium fœneratorum, licet respiciat quoque fauorem parentum. Duar. ad tit. de Cond. in d. c. 5. f. 907. col. 2. Gomez. 2. resol. 9. n. 2. b vid. not. l. c. 30. lit. A. c & quia respicit publicam utilitatem. Aliās occasio delictorum nascetur, & quod recta via prohibita ad id obliqua peruenire liceret. Quæ sententia communis Fachin. 2. contr. 61. Zanger. de except. p. 3. ca. 10. cir. fi. Scilicet lib. 1. de iuram. c. 13. num. 7. Andr. Clud. de condit. c. 3. n. 45. & seq. P. Bynius ad l. 1. h. t. num. 2. Diff. eo refer. Zaf. 2. sing. resp. 28.

C A P V T XXVI.

Exceptiones ex creditoris persona.

3. C A Y S S A in quibus mens Senatuscons. cessat l. 2. c. 2. Cod. hoc t. DVCTA EX PERSONA VEL CREDITORIS, si iusto errore ductus. Tunc enim vitiosa actio l. 3. pr. h. quia nulla pœna sine delicto. QVOD ESTIMATVR AVT EX ETATE, si minor per in int. restituit. d. l. 3. §. 2. AVT CAUSSA EXTERNA. Vt sunt vulgata opinio, non vanus rumor, sed exactioibus debitoris, se palam pro patref. gerentis, natus, d. l. 3. pr. D. l. 2. C. h. Et mendacium illius, si iustā ratione creditur l. 1. C. h. si scilicet non sciuit aliud nec scire potuit l. pen. h. t. Potuit autē si filiusfam. patrem habuit eo loci, vel cognatos, quos adire debuit & exquirere, arg. l. 5. §. 1. Quib. ex ca. in poss. eat. iunct. l. pen. in fin. Vnde cogn. Qui si de iure interroget ipsum filiumfam. Cui non confestim affirmati se sui iuris esse fidem habeat, sed vltius qua ratione exierit è potestate quærat. Quam si & hic mentiarum facti ignor. iusta Sollicitudine itaque comparāda probatio creditori, quæ illi incumbit se nescisse. Quod si eiusdem pecuniæ duo sint rei credendi, & si alter tantum sciuerit, in vtroque locus Senatusconsulto l. 7. §. 7. h. t. Nocet enim alteri incio non licentia alterius, contra reg. iuris, sed conuēctio obligationis, quia liberatus ab vno reo credendi, liberatus ab vtroque §. 1. l. 1. 2. C. de duob. reis. Sed si duo filiosfam. rei debēdi & vnus creditor, isque vnus filiumfam. esse sciuit, alterum nesciuit, disting. ad quem pecunia peruenit d. l. 7. §. 8. At cur si eius ad quem peruenit statum nesciuit, tenetur etiam correus? Resp. Quia est loco fideiussores. Ergo per l. 7. pr. h. t. & ratio Senatusconsulti in eo qui ipse pecuniam non accepit. Obicitur, At vno reo debēdi liberatio, alter quoque d. l. 2. Resp. Nisi liberatio vnus sit personalis l. 2. §. 1. de pact. Hic autem est personalis, quia pecunia huic data contra Senatusconsulto. quem filiumfam. esse noui, non alteri.

C A P V T XXVII.

Except. ex patris persona.

V EL PATRIS scilicet in cuius potestate est, vid. l. 14. h. t. 1. SI VOLVNTATE EIVS DATA EST l. 7. §. 11. D. l. 2. C. h. id est, vel mandante patre l. 1. pr. Quod iussu, licet reuocauerit mandatam ignorante creditore leg. 12. h. vel sciente patre & patiente d. leg. 7. §. 11. in fin. leg. 12. h. quia prohibere potest & ex officio, debet. Nam qui scit nec vetat consentit leg. 13. §. 1. de his que nor. inf. l. vn. in fin. Furti adu. naut. l. 3. l. 4. de nox. aff. Vnde non obstat leg. 142. de R. I. & similes a vel ratum habente l. vltim. C. h. t. Vnde regula Ratihabitatio nis mandato comparari, & retrotrahi d. l. vlt. cap. ratihabit. 10. de R. I. in 6. Quæ olim & obtinuit l. licet 56. de iudic.

induc. sed inter Sabinianos & Cassianos Proculianis b dissentientibus, vt arguit l. 1. §. 14. de vi. arm. b Vis hæc est Retrotrahendus habetur quasi ab initio res vtiliter gesta esset, mandatūque interuenisset. c Nec obstat regula Catoniana l. 29. de R. I. quia non pertinet ad conditionalia. Hic autem res geritur sub cōditione. ex gr. Si pater confentiat. Vis itaque existentis conditionis hæc efficit l. 8. de peric. & comm. l. 11. §. 1. Qui pot. in pig. Siue ratum habeat verbis, siue re & facto, vt si soluere d ceperit l. 7. §. pen. h. a siue silentio: si filius mutuo accepit litteras emisit ad patrem mentitus in iis de mandato nec is cōtradixit l. 16. h. t. non quia legit litteras, vt Bart. Sed quia mendacio fauens filij, in necem creditoris, in dolo est. Consequens autem est dictæ regulæ vt rati hab. secuta petitio sit non tantum contra patrem, sed & ipsum filiumfam. aliofque; quia eā efficitur vt nec vnquam filiof. exceptio quaesita censetur. Nec igitur verendum hinc ne alteri alterius facto exceptio quaesita adimatur hic & c. seq. II. SI IN REM PATRIS VERSA d. l. 7. §. 12. e ubi tamen non consilium, sed euentus spectatur, ideoque verba in eam rem l. 2. C. h. t. accipiuntur cum effectu. Si vel liberationem ei acquisiuit. Vt si patris debiti soluit d. l. 7. §. 14. d. l. 2. nō si proprium d. §. 12. si dotem dedit pro sorore l. 17. h. t. vel fecit nequit decederet patri, cum impedit in eam rem in quam pater de suo impensurus. Vt si filius studiorum, f vel legationis (vel alia probabili; hæc enim exempli causa posita) causa absens l. 7. §. 13. D. l. 5. C. h. t. Sed si probabilis modus non excedatur, id est, quantitas quam pater subministrare solitus d. §. 13. & quos patris pietas non recularer d. l. 5. ex. gr. in medicinam ægroti atque in necessarios vsus, non in luxuriam, cum euentus, vt edictum, spectetur, conuertatur, per d. l. 7. §. 12. h. t. l. 3. §. 9. de in rem verso & arg. à contrario ex d. l. 5. ubi nec in quos vsus. Non verò si ob turpem causam absit, vel animi gratia, iniussu patris, nisi in egestate succurrerit, aliās perituro, arg. d. l. 5. Imò ne quidem si studiorum causa inuito patre absit. Nec enim causa sola dat repetitionem hinc, sed voluntas aut utilitas patris. Ac opera studiis impensa per se laudanda; non si tenente patre. Quin nec hoc casu ignorantia creditori proderit si filius mentitus se volente patre studiorum gratia abesse, modo scire potuerit. Quid si creditor seruās modum dignitati convenientem exceiserit quantitatē a patre suppeditari solitam. R. SC. to locus est per d. l. 7. §. 13. & arg. l. 22. Mand. quia patri hoc estimandum, cuius affectu nullus maior, non alij. Quid si modum eum non exceffit, sed filius perditē prodegit? Si creditor id ignorauit tutus est, & non quia ignorantia alieni facti probabilis, vt Accurs. ad d. l. 7. §. 13. quod in hac materia falsum, sed quia videtur adhuc ex voluntate patris fecisse, si ea nō reuocata arg. l. 1. pr. & §. 2. de exer. aff. & quia initium spectandum l. 12. in fi. h. t.

N O T A T A.

a Silentium & patientia quando loco consensus variè tractant Foror. dial. 52. num. 3. Rob. 2. rec. l. 26. Hoto. 5. obs. 7. & ad l. 1. c. de remiss. pig. Nic. Valla de reb. dub. trañ. 10. P. Fab. ad l. 3. de R. Iur. Donel. nos. ad l. 6. C. Mand. n. 7. & seqq. P. Gilken. de prescrip. p. 1. c. 6. nu. 225. Fachin. 13. contr. 50. remissuē, plū res veterum citans Tac. Scultet. in addit. ad Modest. P. l. p. 1. 9. 130. num. 25. † Hot. d. c. 7. putat non posse tradi certam regulam, sed species notandas esse. Sed Don. d. lo. scit hanc rem ita definit. Si patitur aliquid fieri quod sit nostra causa, totum que ad utilitatem nostram plenè pertinet, silentium pro consensu est. Ex. gr. Si pro me præsentem alium fideiubere patiar d. l. 6. C. Mand. 2. Si non quidem sit nostra, neque plenè ad commodum nostrum, sed si rectè factum nobis prodest vel ad affectionem nostram pertinet, non rectè factum nocet, & cum possumus prohibere non prohibemus consentire censetur. Exemplum in l. 7. de sponsal. Contra silentium pro dissentio si quod fit pertinet ad nos onerandos vel obligandos. Ex-

empla in l. 8. §. 1. de Proc. l. 5. de ser. vrb. l. 8. §. 1. Quib. mod. pig. sol. Nisi euident ratio cōtra suadeat, vt in quatuor speciebus. 1. in his quæ pater facit in persona vel re filij iure suo, ubi tamē filij quoque cōsentus requiritur. Hic filius tacens confentit, vt in adoptione l. 5. de adop. in specie l. 2. §. vltim. Sol. mar. tum quia ad filij existimationem id pertinet, ne relictetur patri, tum quia ad utilitatem, cum nullus affectus vincat paterni. 2. Si colonus impleto cōductionis tempore maneat in fundo, domino patiente l. vlt. Locati. 3. In re trium fratrum cōmuni, quam vnus donat alterius vxori. 4. In decurionau filiosfam. delato. Reliqui loci ab Accursio relati ad rem non faciunt, b & contentionem magnam fuisse Cuiac. 17. obs. 20. Tima. Fab. 1. annot. 19. e Quantum ad hoc scilicet vt qui ratum habuit improbare id non magis possit, quam si mandasset. Non autem vt inde mandati sit obligatio & actio, quæ verū mandatum, non fictum requirit, sed est actio neg. gestorum, ita A. Fab. ad l. 9. de neg. gest. per eam l. in fin. Sed quæ vis ratihabitiois & retrotractionis huius scit Tima. Fab. 1. annot. 19. d Item consensus præsumitur ex consuetudine si filius solitus creditum accipere & pater pro eo soluere, arg. l. vlt. D. Quod cum eo qui in al. pot. Gomez. 2. resol. 6. num. 2. e Vbi actio de in rem verso, quæ datur quatenus in rem versa est ac vberior est act. de peculio, competens etiam illa deficientē l. 1. de in rem verso. Non sufficit quidem si in eum finem accepit filius nisi vere versa sit, sufficit tamen si vtiliter inceptum negotium, licet successu caruerit l. 7. d. t. Duar. ad t. D. de in rem verso. f vid. Gomez. 2. resol. 6. num. 2. Zanger. de Except. p. 3. c. 10. n. 19. & seqq. 10. Guiterrez in repet. arth. sacram. puerbum n. 71. & seqq. g Præsumptio enim est quod filius vtiliter impendat, arg. l. vltim. C. h. t. Nec igitur probatio creditori in inneganda dist. Zanger. d. c. 10. num. 20.

C A P V T XXVIII.

Exceptiones ex persona filij.

V EL FILII. 1. Si miles, vel quasi castrensē habeat, vid. sup. c. 24. lit. F. 2. SI SVI IVRIS FACTVS (secus si adhuc filiusfam. a & ex verbis SC. quia nouum mutuum & sententia ne ei fraus fiat) DEBITVM AGNOVERIT l. 2. C. h. t. quia nouum mutuum cōtrahitur, per l. 9. §. vltim. de reb. cred. l. 9. §. 5. de acq. do. Quod fit vel solvendo etiam patrem tantum l. 7. §. vlt. h. t. ubi in totum esset SC. per d. §. vlt. iunct. l. 9. pr. h. ubi vocula sed notat speciem contrariam 2. Quia pars non nisi totius est. Quare qui partem soluere dicit, totum se eo ipso debere proficitur. VEL ACCESSIONIBVS CAVENDO, si dedit fidei, vel pignus, sed vsque ad quantitatem pignoris d. l. 9. pr. b Dubium enim an dederit pro toto debito, an pro parte. Ergo pro debitore respondendū. VEL IN EAM REM SE OBLIGANDO, si nouationis causa promittat l. 2. C. h. t. aut pacto constituat se soluturum, nisi in facto errauerit, putans se patremf. fuisse l. vltim. h. t. Ex. gr. Patre peregre profecto & rumore falso pro mortuo habito, filiusfam. mutuum accipit, putans se patremfam. Postea cum iam vere obiisset pater filius pecuniam expromisit, sed perseverante errore, dū putat se semper ab initio efficaciter debuisse. e Idem est si errore iuris, vt Accurs. in d. l. vlt. vt si filiusfam. non rite emancipatus, putans emancipationem ratam, accepit & deinde vere sui iuris agnouerit, per l. 8. de I. & fac. ign. d. Ceterum non vti agnitio patris nocet filio, ob ratihabitiois, vim, ita & vicissim, sed soli filio. Nam vt mutuum filiof. datum consistat requiritur consensus vtriusque, patris & filij. Is adest cum pater ratum habet. Cum verò filius agnoscat, pater nec antea nec nunc cōsentit. Quid si filius vltro soluerit? Ipse non repetit l. 9. §. vlt. l. 10. h. t. Pater autem ita, si ex cast. vel in quibus nihil sibi iuris, solum est, item si pecunia ad hoc donata vt soluere d. l. 9. §. 1. Sin ex aduentitiis vel profectitiis, pater repetit l. 3. §. 2. h. t. exstantes nummos vindicat, consumptos, condicit. Datur & conditio ex omni euentu d. §. 1. id est siue consumpti sint, siue exstant sc. furtiua. Nec enim alia exstantes condici possunt

sunt. l. vltim. ff. quem cau. Quod si bona fide consumpti nulla patri conditio l. 14. de reb. cred.

N O T A T A.

a Renunciari enim Scto nequit vid. s. c. 23. lit. C. Sed ad iuram si accesserit excluditur Scti exceptio. Variæ sunt sententiæ, vid. Vasq. lib. 3. de success. creat. §. 28. n. 44. & num. 50. & seqq. Couar. in c. quamuis de pact. in 6. p. 2. relest. §. 3. n. 6. Fach. b 2. contr. 62. Sesfor. lib. 1. de iurum. c. 13. num. 10. & seqq. b fidei autem vt in solidum teneatur, nisi in partem acceptus, ita & cum dando solidum agnouisse censetur, Zanger. de excepti. p. 3. c. 10. num. 17. c. Exemplum hoc disconuenit. Quia in hac specie semper ab initio sumitur obligatus filius. ob iustam ignorantiam creditoris, vid. s. c. 26. Nec itaque questioni de agnitione locus. Certè vix casum dari posse puro quo ignorantia status ipsi filiosam. probabilis & iusta creditoris iusta non fit, & per consequens S. C. deficiat. Ideoque ignorantiam facti in d. l. vltim. non ad potestatem patriam refero. sed ita accipio si errore ductus putauerit se ex alia causa, illo tempore quo non habebatur tantum, sed & erat sui iuris, acceptisse & obligatum teneri. d. Dissent. noster, & rectius, lib. 1. comm. cap. 21. in fin. vid. sup. lib. 1. cap. 18. & seqq. coniunct. lit. H.

C A P V T XXXIX.

Senatusconsultum Velleianum.

remittatur, &c. Vbi *Hot. 4. obf. 21.* negatione adiecta legit non pertinere quam & quosdam libros habere testatur *Pantischman. lib. 1. q. 1. n. 6.* Sed non necesse est ita legere. Nam affectationis idem sensus quem exigit *Hot.* scil. ipsum quidem semen amissum non posse repeti a domino, nec id quod interest ratione impediendorum, sed tantum ex ea causa remittendam esse mercedem, ut vox s. referatur ad verbum declaratur s. videl. in §. 2. *vers. sed nisi labes e Vbi Rad. Form. 5. rer. quotid. 5. pro ut reponit aut volens dupl. ibi tradi except. 1. Nisi contra conuenierit. 2. nisi mos sit regionis, ut etiam citra conuentionem casus fortuitos recipiat conductor. Male, quia & obliquit parenthesis cui inclusa verba, ut mos, &c. nec facile consuetudo istiusmodi sustentaretur, cui irrationabilis, per *l. 28. C. hoc tit. d.* Acque tamen idoneo & ad eundem finem, arg. *l. 1. §. ult. de Vfus. l. 7. de Vfu & hab.* Tenetur autem secundus conductor primo act. personali, non autem domino pinto locatori, tamen si res ipsius pro pensione obligata sint *Gomez. 2. resol. 3. num. 17. & seq. e Vid. Cuiac. 8. ad Afr. in l. 35. h. r. Pac. 5. q. 16.* De denunciatione casus quando fieri debeat domino locatori, per *l. 3. §. 7. h. tit. Testaur. decif. 108. Pantischman. lib. 1. q. 4. f.* Vulgo tamen distinguitur an a sciente res aliena locata sit, vbi omne quod interest praestetur, an ab ignorante, vbi sola exoneratio mercedis per *l. 35. pr. h. tit. Vnde A. Fab. 2. coniect. 5. ibidem verba, per fraudem ceu irreptitia expungit, notatur a Vinc. Cabot. 1. dist. 26. quem Vide §. ut probat aperte *l. 6. §. 4. de arb. em. h.* Emptor non tenetur stare colono. Vnde vulgatum *Rauff gehet vor miche.* vid. *Gomez. 2. resol. 3. num. 9. Conar. 2. resol. V. q. 3. vsu freq. 57. num. 13. Cacheran. decif. 82. Vult. in pr. l. h. r. num. 47. Meiler. 4. Semestr. 1. 4. Forst. 1. de success. 45. num. 30. & seq. rationem reddens r. quia obligatio personalis non sequitur singularem successorem *l. 1. §. 16. ad Trebel. 2.* Solutio iure dantis soluitur ius accipientis *leg. 31. de pig. Idem est in fructuario *l. 19. §. 1. de Vfus. & legatario *l. 120. §. ult. de leg. 1. Io. Cap. lib. 2. de fruct. tit. 3. cap. 5. sub fin.* Heredes autem iure civili ex locatione defuncti obligatur *l. 19. §. 8. D. l. 10. C. hoc tit. Secus esse iure Sax. per Landr. lib. 3. art. 77. Beust. ad l. 7. 8. & 9. pr. de Iurci. num. 14. Sneiderin. in §. ult. l. hoc tit. num. 2.* Sed ius Sax a ciuili non discrepare aliis communis visum est, quod & approbavit Augustus Sax. Elector *Non. sua 37. parte 2. vid. Reu. i. fuer. lib. 1. decif. 14. 1.* Exceptiones alias habet *Forst. h. c. 45. num. 3. 2. & 3. seq. 1. in locatione fundi dotalis a marito, per *l. 7. §. 1. l. 25. §. ult. sol. matr. quae hoc vix satis probat, & communis opinio aduertatur, Conar. 2. resol. 15. num. 5. in locatione tutoris arg. *l. 8. de adm. tut. Sed hic non est vera successio, Tutor enim domini loco & perinde est ac si pupillus ipse locasset. 3. in locatione ad longum tempus, per not. cap. praec. cod. lit. M. 4. Si colono omnia bona obligauerit locator, ita & Beust. ad loc. num. 14. Vaf. 3. vsu freq. 57. num. 13. itemque si locatio facta cum hypotheca rei locatae, Gomez. 2. resol. 3. n. 9. Tirag. de retr. conuen. §. 3. gl. vn. n. 4. Conar. d. c. 15. n. 3. Aliud verò in creditore misso in possess. ex secundo decreto Castell. Corta. in Memor. v. Successor singularis. 5. fundo a fisco locato vendito *l. ult. de l. h. tit. item in fundo ecclesiae. Quod tamen negat Fachin. 11. cont. 21. f. Colonnus quaque partiarium non posse ab emptore expelli donec fructus collegit. tradit *Zoon. rer. quotid. c. 42. k.* De damnis vitio rei conductae contingentibus *Lopez. animadu. c. 16. n. 8. laud. Pantischman. lib. 1. q. 5. f. vid. Gomez. 2. resol. 3. n. 20. Valasc. Iur. empir. q. 26. & omnino Meno. de arb. ca. 215.**********

CAPVT VIII.

Obligatio Conductoris.

CONDVCTOR DEBET I. CVRAM boni patrisfam. SERVANDAE REI *l. 18. C. h. ne & factio suo noceat *l. 42. & seq. l. 2. §. culpa 4. b. & summâ diligentia^a caueat ne res perdat, aut deterioretur. §. b pen. l. 1. 25. §. pen. 40. D. h. l. 23. de R. I. b.* Vnde res furto ablata ipsi petit *l. 60. §. 2. k.* si re deseruerit sine iustâ causâ, tenetur & ad mercedem *l. 27. §. ult. & id quod interest *l. 55. §. ult. l. 13. §. exercitum 7. h. & si ante tempus deseruerit statim in solidam mercedem conuenitur *l. 24. §. 2. h.* Sed & casum fortuitum praestat si illi culpa causam dedit. Ut imperitia *l. 9. S. Celsus 5. hoc. tit. inimicitia *l. 25. §. culpa 4. hoc. tit. d.* factum contra conuentionem ut in *leg. 11. §. & ult. hoc. tit. tempestiua denuntiatio aut defensio omisa *l. 17. §. 7. inductio ho-******

spitum & custodum non idoneorum *leg. 11. pr. l. 1. 4. r. b.* Eadem cura ad iura rei locatae *l. 11. §. 2. hoc. tit. E T RECTE HABENDAE, ut recte versetur *l. 3. C. h. ut colonus opera necessaria suo tempore faciat, inquilinus ædibus non ad alios vsus vtatur. Pœna contrafacientis vt expellatur impune *d. leg. 3. Cod. l. 54. D. hoc. tit. c.* Non autem extra rem progreditur onus. Vnde vehiculo conducto portorij onus est rhedarij *l. 60. §. pen. h. II. MERCEDEM f* Aded vt etsi conuentio de non f expellendo intra tempora locationis conductor sic accipiatur modo pensionibus paruerit *l. 54. §. 1. h.* Debetur autem non ab initio locationis, sed cum fructus fuerit, tempore elapso, & aut suis quæque temporibus, lege locationis praefinitis, et si domus vitium fecerit, eamque deserere licuit, modo ea vsus *l. 28. pr. & §. 1. l. 15. §. 7. l. 30. §. 1. l. 33. hoc. tit. Secus si sua voluntate vt si sine causa deseruerit vt sup. Hac. ex ca. seq. quæ hic commodius.] III. RESTITVTIONEM REI finita locatione *h. l. 48. §. 1. D. s. pen. l. h. & accessionum, vt in h. strumentorum fundi, supellestilibus ædium. Quod si casu perierit aut deterior, non tenetur; si in culpa tenetur, *l. 18. C. h.* siue ea in faciendõ, siue in negligendõ *l. 13. §. 7. & 8. l. 30. §. 1. & 2. h. vid. lib. 16. cap. 6.* Quod si non restituit, siquidem potest, aut dolo posse delinq. quanti in litem iuratur *l. 48. §. 1. in culpa perit, quanti res est vel interest *l. 2. §. 1. l. 5. pr. de in lit. iur. l. 68. de R. V.* Si verò fundo locato instrumentum æstimatum acceperit colonus, non ipsum, sed pretium debet *l. 3. h. r.* Non autem restituit quæ occasione rei adeptus, vt actione furti *l. 6. h. r.* & quia factum eius periculo est, & id agitur, vt fruatur id est omne ex re lucrum percipiat conductor. Aliud in pignore, vid. *infr. lib. 14. c. 3. Sunt & res inquilini illatae pignori obstructæ, de quo suo loco.******

NOTATA.

Non tamen exactissimam, sed exactam ac mediam diligentiam requiri, leuèque culpam praestari vult. *P. Fab. ad l. 23. de R. I. pag. 135. & seq. & in d. l. 25. §. pen. diligentiâ accipit pro diligenti. M. Anton. Deiro ad d. l. 23. c. 11. p. 198. & p. 203. & seq. vbi speciale casum esse, in d. §. pen. tradit cuiusque rationem exponit, & Vult. 1. dist. 15. b.* An incendium a conductore praestetur vob. *Gal. 2. obf. 21. Men. arb. cap. 390. num. 10. & seq. Nic. Sudor lib. 2. dist. ciuil. p. 141. & seqq. Fach. contr. 87. Ioan. Lubler. tr. de incendio cap. 2. nu. 62. & seqq. Andr. Runchb. p. 2. quest. 10. & cap. 4. num. 53. & seqq. & cap. 5. num. 18. vsque ad num. 53. Alex. Randens. decif. Pisana 6. c.* Aliud igitur si ex iustâ causâ belli, pestis similibus. *Pantischman lib. 1. quest. 13. num. 23. Mozz. de Locat. c. de Accidentibus. num. 5. & 6. Conar. praet. qq. cap. 30. num. 3.* Vnde & si quis ædes conduxerit animo recipiendi aduenas vel studiosos in academiis, exorto deinde bello, vel contagione aeris, remitti mercedem debere *Menoch. arb. cap. 440.* modo eo animo ac proposito domum conductam appareat, quod iudex ex re desinit. Quid si ædes nocturnis phantasmatis & illusionibus infestentur, vid. *Con. 4. resol. 6. d.* Quia est forte non causam dederit inimicitias, hæc tamen culpa illius, quod non dat operam vt componantur *Donell. noster ad l. 6. C. de pig. act. n. 30. e.* De iustis expellendi causis, vid. *Gomez. 2. resol. 3. n. 6. Valasc. Iur. Empir. q. 21. & seq. Menoch. arb. cap. 78. & seq. f.* Nisi remittenda sit, vt cap. praec. lit. A. f. Non autem augetur merces nisi tanti calis benignitas vt plus altero tanto fructuum, quam solebat, colonus perciperet, vt contra Acc. Fulgof. per *l. 25. §. 6. h. t. ibi: cui immodicum lucrum non auferatur Cuiac. 26. obf. 33. B. Mozz. de Locat. col. 3. de substantialibus. num. 23. Renat. Choppin. lib. 2. de priuile. russ. p. 1. cap. 8. f. Gomez. 2. resol. 3. num. 13. Spectandum hic primò quid conuenierit. Si nihil conuenit quid mos regionis postulet, si nec de eo appareat in fine anni soluenda merces, quia nec ante contractum locator ex sua parte impleuit, arg. *l. 13. §. 8. de arb. em. f. Cui. 8. ad Afr. in l. 9. qui pot. in pig. & vult. in pr. l. h. t. n. 27.* olim mercedibus soluendis solennes fuisse Cal. Iulias, per *d. l. 9. item Martias, per *l. 8. de vsufr. f. Tima. Fab. 1. ann. 12. dist. inter locationes ædium & fundorum. In illis finito tempore, per *l. 10. §. 6. in fin. h. t.* vbi quæ medio tempore praestita dicitur praerogata,***

ad est, ante diem. Quia in iis non nisi lapsu anni fructus, in habitatione & vsu consistens, perceptus dici potest; nec ante locatione actio quam conductor praestiterit vsu, arg. *d. l. 13. §. 8.* In his quo tempore fructus percipitur ex pascuis, vineis, aruisque etiam priusquam dies locationis exeat. Confirmat hæc distinctio. *1. arg. ex l. 7. §. 9. & ex §. 2. d. l. 7. Sol. matr. 2. per l. 58. pr. de vsufr. 3. & maxime qua in rusticis praediis fructus pignori sunt pro pensione. Cuius pignoris vt aliqua intelligatur vtilitas, necessitatem praestanda mercedis referri oportet ad tempus, quo extant fructus, cum si consumpti vel distracti sint, nulla eorum aur difficultis sit persecutio, h. vt propria auctoritate expelli possit, vid. *Coler. de Proc. exsec. p. 1. c. 2. num. 204. & seq.* Quando autem finito tempore tacita videatur reconductio facta, vid. *l. 13. §. vltim. h. r. Gomez. 2. resol. 3. num. 13. & seq. Menoc. 3. praesumpt. 85. Pantischman. lib. 1. q. 18. num. 57. 1.* Cui verò probandum casu rem, culpave perditam *Gomez. d. cap. 3. num. 22.**

CAPVT IX.

Obligaciones Locationis operarum.

IN OPERARVM LOCATIONE LOCATOR, OPERAS NISI PRESTET, non tantum merces non debetur, pro rata temporis, sed & TENETVR IN ID QUOD INTEREST per *l. 1. pr. de act. empt. iunt. l. 2. h. r. 2.* CONDVTOR MERCEDEM DEBET, si opera praestita: Si non praestita aut casu obstitit vel culpa locatoris, & non debetur, *l. 15. §. 8. aut per conductorem, cui operæ debentur, stetit, & totius temporis merces debetur, ac tum verè dicitur per locatorem non stetit *l. 19. §. vlt. l. qui operas 38. pr. h. r. b.* Et curam. Vnde si quid operis imperitia eius perierit de eo tenetur *l. 9. §. pen. h. r.* Idem propè seruatur cum quid faciendum locatur, vbi et si opere inspecto, qui dat locat. *l. 13. §. 1. & seqq.* si tamen operam intemur appellatio conuenitur. Conductor itaque nisi operas praestet ad id quod interest, locator autem ad mercedem tenetur. Item ad restitutionem rerum, quibus opera impendenda æquè tenetur conductor, et si ex culpa amissa *d. l. 13. §. 7. & seqq. l. 60. §. 2. h. r.* Aliquando tamen ex conditione rerum hic dispar obligatio. Duæ enim species notatu dignæ: 1. rerum sic locatarum, in quibus quid faciendum, duo generum. Aut idem reddendum: vt si vestimenta curanda, do fulloni & res domini manet, *l. 39. h. r.* aut eiusdem generis, vt ex argenti vas fieret & in creditum itur, id est quoddam mutui generis, & periculum est Fabri, *l. in nauem, 31. h. r. d.* Atque hæc prior species, 2. si opus captum aut perfectum intercedit priusquam probaretur ab eo quilo-cauit dist. Aut in singulorum dierum opera constituta, ita vt fiat arbitrio domini, & nihil praestatur domino de bonitate operis, ac si vitiosum opus, periculum locatoris, non artificis *l. 51. §. vlt. in fi.* quia si quid vitij est domino arbitranti imputatur. Aut opus a uersione locatum *l. opus 36. h. r.* quando totum fieri vult dominus arbitrio artificis, sic tamen vt facti bonitas, sibi postea probetur, quia nominatim auertit a se periculum, e quod ex vitio rei contingerit ante approbationem, per *d. l. 51. §. vlt.* Nam & actio oneris auerfi *l. 31. h. r.* contra naturam vel auerigam qui quid auerterit seu furto subduxerit. Et tunc si res perit vitio operis, priusquam approbetur, periculum est artificis *d. l. 36. Ratio in l. 9. §. pen. fin. vi maiore, locatoris d. l. 36. d. l. 51. §. 1.* Itemque si post approbationem perit, et si vitio operis, propter rati habitationem & arg. *l. 26. §. 2. Mandati.**

NOTATA.

Non autem præcisè quia hæc faciendū est obligatio. Multa itaque peccat *P. Busius ad l. 3. de sta hom.* operas perceptas per omnem vitam locari posse scribens, ita tamen vt si grauior impedimenti ratio praestatione eius quod interest

famulus liberetur. Sed tunc id ad minimam summam redigi, arg. *l. vlt. de praescript.* quia hæc res, ceu odiosa, restringenda. Vicia hic tria. 1. in sententia, quæ falsa arg. *l. 1. §. 5. & seq. Quar. rer. aut. non det. 2.* Quod tunc demum præcisè praestandi necessitate liberat operarium, si graue impedimentum, cum tamen generatim omnem facti obligationem praestatio eius quod interest dissoluit. 3. Quod malè applicat *d. l. vlt.* quæ dicit ad exiguam summam deduci fore quod interest, propter inopinatam probationem b. Quid si qui operas locauit, forte ad annum, certis artificij, aliquo tempore vultudine impeditus aduersa praestare eas nequeat. Vulgo volunt eius temporis, quo operæ non exhibitæ, nihil mercedis deberi, refer. *Vand. 1. q. 7. & reprobantur t. nead afflictionem corporis accedat afflictio rei familiaris 2. per l. 4. §. 5. & seq. sed vsi de statu lib. Facit *l. vlt. §. pen. ad l. Rhod. de inc. Denique per d. l. 19. vlt. c.* Huius vero locationis proprium hoc esse sentit, *Rad. Form. 4. rer. quotid. 11.* quod cum alias in contractibus mutæ praestationis, alter conueniri nequeat, nisi agens prior impleuerit, hic tamen operis redemptor, vt Festo vocatur *(Horat. 2. Epist. 2. & in ll. v. s. c. 6. lit. 1.)* etiam non praerogata mercede, cogatur opus perficere, contra locator, opere demum absoluto, possit conueniri, per *l. 80. §. ad. l. Fal. Nisi in sing. operas merces constituta, quæ nondum perfectio opere, pro modo praestitarum operarum potest exigi, arg. *l. 30. §. pen. h. r. l. 42. de V. O. Ita Forn. quæ per ad. l. parum probati Videtur. d.* Non tamen ideo absolute mutuum heri, cum operæ merces intercedat, sed locationem manere, ex qua dominium transit contra communem locationis naturam, Cuiac. 7. obf. 39. *Vult. in pril. h. r. num. 15.* Nec quis putetur resagari *l. 34. de auuo & arg. leg. ne dum dicat cum *Hot. 4. obf. 10.* a peram ICTorum diffensionem sine calumnia dissimulari non posse. Nam ibi verb, ita vt ex eo conuincunt nominatim actum fuisse, vt ex illo ipso auro, quod aurifici datum in specie aliquid fieret, non ex alio eisdem bonitatis. Aliter *Cuiac. 8. obf. 15.* Auerfione dici conductam rem *d. l. 36. & l. 1. §. exercitorem 15. de exerc. aut. vel venditam *l. 62. §. vlt. de contr. empt. l. 4. §. vlt. de peric. & comm. quæ Gr. & quædam in vniuerso, quod quasi auerfi ita locent aut vendant & ad *l. 35. §. 1. de contr. empt. quæ confusè & acerrimum pretio infimul dicto non in sing. res constituto, quomodo & *Ren. 2. v. 7.* scribens auerfioni contrariam esse sectionem itemque omnem, cum auctio fit, solere auerfione aut sectione vendi *f. Aug. 3. Emend. 6. p. 146.* sic cum numerus, mensura, pondus aut quid aliud his simile dictum non est. Auerfio sic opponitur numero *l. vit. in fi. ad l. Rhod. de inc. Per auerfionem nouis conducta *d. l. 1. §. 15.* Si vt totum, non vt in sing. amphoras, aut res importatas merces detur. Seu vt non singul. dierum, aut mensium lucrum soluat, sed certa mercede constituta conductoris sint fructus, domini nauis merces. *Ibid. p. 148.* sic dictam quod emptor aut conductor periculum auertat a venditore aut locatore (non a se, vt nofter) idque in se recipiat, tamen si verbis expressum non fit. Aliter *Gouean. 2. var. lect. 14.* Quoad cetera rectè opinor, *Augustin.* quoad nominis rationem rectus nofter. Auerfione itaque opus locatum, quando vna merces dicta exsoluenda opere consummato, non vel in sing. dierum operas vel in pedes mensurasve Ex. gr. Locati domus adificanda. Si vna merces dicta est pro integro adificio perfecto praestanda foret. 100 aurei, auerfione dicitur facta locatio. Secus si conuenit vel dierum, vel in sing. septimanas vt ferè fieri solet, vel menses operariis mercedem praestari, itemque si certa in pedes mensurasve merces dicta. Illo casu periculum quodcumque etiam vis maioris, casusve fatalis est eius qui extruendum recepit, ante perfectionem adificij, perfectique accessionem, seu approbationem. Hoc autem locatoris postea quam si in pedes mensurasve locatum fuerit, ad mensum est. Antea autem artificis quatenus non ad mensum, nisi locator in morâ fuerit ne ademerit *d. l. 36.********

CAPVT X.

Mandatam.

HI duo Contractus notiores. SEQVITVR MANDATVM. Quod imperitè quidam contractum aut officium gratis susceptum a definiunt, quia est solius mandantis factum, per se non pariens obligationem Officium verò est in eo qui operam praebet. Et potest quis mandare, nec tamen esse qui suscipiat. Nec, vt Emptio, Locatio, ita & Mandatum pro toto contractu vsur-

Et usurpatur, cum non necessatio coniuncta ei sit susceptio. Quare contractus hic ex duarum rerum coniunctione, Mandati & susceptionis. MANDARE dicitur quod manu detur, vt gerat b est COMMITTERE vel verbis quibusvis l. 1. §. 2. h. e iubentis, eme mihi fundum, iubeo &c. l. 2 §. de acq. her. rogantis d. l. 1. §. 2. desiderium significantis: Spero fore &c. mihi gratum facies. Vel re & silentio si quis quid faciat me prae-sente & patiente, ex. gr. fideiubeat l. 6. §. 2. l. 18. b. d. ALIQUID GERENDVM l. 2. b. i. Non si commendet amicum l. 12. §. 12. b. Nisi verba forte huiusmodi adiecit. Si quid in eum contuleris aequè gratum erit ac si in me collatum sit. e GRATIS aliàs locatio est l. 1. §. vlt. h. vel do, vt facias l. 5. §. 2. l. 22. de pr. verb. Remunerandi tamen causa honos accedere potest l. 6. pr. h. Nec enim ea merces verè nec ab initio constituitur, f sed gratuita operæ vltroea remuneratio. f Nec ex euentu mutatur contractus, cuius initium & causa spectatur l. 8. pr. h. nec datur vllà obligationis necessitate, sed donatur, nec idèd accipitur, vt perficiatur mandatum, quia eadem abique eo mandatarij obligatio. g HINC OBLIGATIONES MYVA. Exceptæ duæ causæ. 1. Mandatum actionum, de quo j. lib. 1. §. c. 43. 2. Solius mandatarij causâ pr. l. 1. §. 2. vlt. d. h. t. vbi ratio quia id consilium magis, cuius non fraudulentum nulla obligatio, l. consilij 47. de R. I. Res enim tota arbitrij tui, l. 21. C. h. nec si putas tibi non expedire, aut si non vis, habet mandator quod te cogat, quia nihil ad eum redire potest etsi optimè geras. Quare si paruisi & malè cessit de te ipse queraris. Etsi conuenierit, vt sic mandatum sit periculo mandantis l. 48. §. vlt. h. t. (vbi h. P. Florent, malè habent mihi pro tibi, h. Nam si vt mihi emas mandatum, sine dubio consistit,) quia nec vilis contractus hic est, quem conuentio informet, & est ea bonæ fidei contraria, per l. 10. de R. I. Obstat l. 6 §. 5. h. t. g. Valet mandatum eius mea non interfuit, si tamen interfuit alterius, veluti si mandauit, non vt foeneres indefinitè, sed vt Titio foeneres §. 6. vers. & adeo i l. h. t. i Quod si fraudulentum istud mandatum actio de dolo. Exemplum in l. vlt. de dolo. Nam quod vulgò afferunt si mentitus sim eum soluendo esse qui facultatibus lapsus, vt ei credas, non conuenit. Licet enim k & ibi actio de dolo l. 8. de dolo k non tamen si mandauit credere, qui sic mentitus. Tunc enim vera mandati obligatio l. 2. §. pen. h. t. Potest autem mandari meâ tantum causâ, meâ & tuâ, alienâ & tuâ l. 2. pr. & §. 8. seqq. D. pr. & §. seqq. l. h. t. item alienâ tantum §. 3. l. 2. §. 2. h. At cur ita magis valet quam si tuâ tantum causâ. g. Quia explorare debet mandatarius quid è re sua sit, in personâ autem alterius curiosus esse non debet, l. 19. in fine de Nouat.

NOTATA.

a P. Nicol. Moz. de Mandato c. 1. n. 7. Officium ab eo qui gratuito suscepit exhibendum. Rectè hoc reprobat nos. At non probandum, quod eos infectatur, qui contractum definiunt. Sic Vult. in pr. l. h. t. num. 1. Contractus ex consensu quo quis negotium expressè seu tacitè in se suscipit expediendū gratuito. Gadd. de contr. stip. c. 1. num. 61. qui consensu de negotio alicuius gratis gerendo perficitur, Cuius in Par. C. h. t. Conuentio qua qui rogatur Procuratoris animo in se recipit gratuitè daturum, facturum ve. Nec rectè negat Don. mandatum sumi pro toto contractu. Aliud toti tit. D. & c. Mand. conuincit. Dicitur passim Mandatum contrahi, mandati obligationes & actiones &c. Quin & notatio conuincit significare totum negotium rogantis & recipientis. Imò & in recipientis persona dicitur mandatum, vt quâdo vocatur gratuitum, non certè quod gratis quis mandat, sed quod alter suscipiat. Denique vt iustus verè non est nisi cui parendi necessitas, ita nec mandatum, nisi cuius recipiendi in eo cui committitur voluntas. Quare duarum hic rerum coniunctio, non mandati & susceptionis, hæc enim in illo includitur, sed obligationis & receptionis, vt rectius Cuius in Par. C. h. t. b

Quod in committendis negotiis, alter alteri manum daret. Idor. 5. Etymol. 24. P. 1. ad l. 60. de R. I. Apud omnes enim fere gentes manus fidei symbolum Vnde Virgil. fallere dextras id est, fidem. Torens. Andr. a. 1. §. 5. per dextram, per fidem &c. & Haec mihi manum dat id est, fidei meae committit, add. Chiff. lib. 1. de i. fideic. c. 4. A. Gub. de matrim. c. 4. n. 7. Gadd. de contr. stip. c. 3. num. 18. Facit Prou. 6. v. 1. & c. 2. v. 26 e Moz. de Mandato col. 3. de substantial. num. 7. & seq. Mandatum enim non est verbum imperatum sed precarium §. vlt. de sing. reb. per fid. vel. Vnde pro fidei committente, in l. 77. §. 3. de leg. 2. Chiffet. lib. 1. de i. fideic. c. 1. Mandatur enim libero homini, & à Cic. 1. de Orat. opponitur verbum imperandi Cuius in Par. C. h. d. l. 40. l. 53. h. t. semper. 60. de R. I. Vbi P. Fab. d. vid. Pafq. 2. ill. contr. 62. num. 7. & 8. & not. l. lib. 1. c. 27. lit. A. e At ego putarem nullam esse huiusmodi verbi nisi naturalem obligationem oriri, vt beneficij debitor fiat, cuius commendatio pondus habuit. Neque enim hic vlla res certa in obligatione, quam debitum civile requirit. f Rectè ergo hic non est peculiaris contractus ex quo salutum debeat, ceu vult. nos. s. lib. 12. c. 14. lit. C. g Imò non post susceptum tantum, sed perfectum & iam expeditū negotium præstat. Remuneratio enim est beneficij compensatio Beneficio vero affectus non dicitur, cui id promissum, quid enim si aureos montes pollicitus nihil præstat, sed cui exhibitur. Non igitur rectè Vves. in Par. h. t. n. 3. Mandatum aliud esse gratuitum, aliud mercenarium, h. ceu habet, vulg. & Haloand. lectio. recta & apta sententia. Fortè tamen Florent. Idè. salua sententia per voculam quemuis. Quod non consistat mandatum de emendo mihi, quouis, fundo ob nimiam generalitatem & incertitudinem negotij commissi, arg. cor. que s. l. 8. c. 19. lit. H. i ita & Vult. in d. §. 2. n. 2. quia hoc casu habet similitudinem fideiussionis. Sed vix conuenit hæc expositio propter. §. præced. d. l. 6. vbi hæc species vt Titio credas, Atin §. 5. alia species tractatur. Quare rectè Dd. excipiunt ex d. §. 5. nisi non esses facturus, quod tua solius gratia mandatum, si ego non mandassem Moz. c. 2. de diuis. Mand. cir. si Vves. in Par. h. n. 7. Quod tamen sic accipi velim, si certè id appareat & de eo testatus sis. Pose. Constituiti emere fundum. Ego dissuasi emptionem mandans vt foeneres potius, Tu aperte profiteris non nisi mandato meo permotum te foenerare. Si res malè cessit mandati tenor. k Nulla autem obligatio iure nostro, k si eum qui mutuum poscit soluendo esse incensus affirmes l. 7. §. vlt. de dolo. Secus iure Lubecensium lib. 3. tit. 10. art. unico. quo si adstant emproxi peregrino dicar. Fide potes illi habere de pretio non cures de solutione, ac deinde emptor non soluat conueniri potest, qui aduenam laudauit.

CAPVT XI.

Obligatio Mandatarij.

2. MANDATARIJ, qui & Procurator l. 1. de Procur. præstatio DVPLEX MANDATI EXSECVTIO l. 22. §. vlt. l. 27. §. 2. h. Ni faciat, ad id quod interest & quatenus (cei obligatione faciendi. Quare si nihil interit actio nulla l. 8. §. 6. l. 27. §. 2. ni si renuntiauerit, vel impeditus, vid. infr. lib. 16. c. 23. ET EIUS QVOD PER CAVSAM & occasionem MANDATI PERVENIT RESTITVTIO litemque io. §. 1. & 2. l. 20. pr. h. licet præter & contra mandatum: vt si iustus credere sine vluris foenerauit d. l. 10. §. 8. exigere 100. à Titio, plus cõsecutus l. 64. §. 3. de Proc. c etiam actionum l. 48. pr. & §. quoties §. h. t. Vbi tamen singulare restitutionis genus. Horum enim trium vnum eligit mandator: Vel actiones cedi poscat l. 45. §. 5. vel delegari debitorem sibi allive cui voluerit l. 10. §. 6. vel debitorem, si ira mandatori videbitur, accepto liberari d. §. 6. quia & hic perinde habetur ac si mandator restituta prius actione ipse liberasset. Tenetur autem de dolo & omni culpa, etiam leui, d. textus clari & disertid in l. 13. vbi vox omnem & solum excipitur casus fortuitos, nec de solo Procuratore in lit. loquitur, sed generatim, & l. in re mandata 21. C. h. t. Obi. At hic nulla debitoris vtilitas. Ergo per regulam l. 5. §. 2. comm. & similit. g. Exc. Nisi iusta causa culpæ præstandæ. Vt in eo qui se deposito obtulit & negot gestore, vid. lib. 6. c. 7. Ita hic negotium suscipiens, eo ipso de industria

ac facultate, sine quâ geri nequit profiteri ac spondere intelligitur, vt rectè Cyn. Dyn. & Dd. vulgò. e Præter itaque quod conuentum est l. 18. de ad. ed. Cumque hoc periculum vltro receperit conqueri nequit, quod officium sibi sit damnosum contra l. 61. §. 5. de iur. Obi. l. 8. §. vlt. h. t. ibi aut si lata culpa. Bz. Sed sequitur ibidem si dolus non interuenit nec culpa. Ergo & leuis præstat. Obi. l. 29. §. 3. h. t. ibi dolo proximum est. Bz. Sed non sequitur. Ergo si dolo prox. non fit, nec tenetur. Nam ibi argum. à maiori. Si culpa acti leui peccasset, teneretur d. l. 13. quantò magis si lata. f Obi. l. 10. h. t. Bz. Imò hoc ipsum est ex bona fide & placitis conuentionis vt omnis culpa præstatetur. g

NOTATA.

a Differunt tamen vt genus & species. Omnis Procur. mandatarius, non contra. Qui ex mandato meo alteri dat pecuniam, pro me fide iubet, mandatarius est, non Procurator Andr. Clud. de Condit. certi c. 6. num. 61. b Sufficit tamen interesse tempore quo agitur, licet non interfuerit tempore contractus. Et sic accip. l. 6. §. 4. h. t. Cuius. 17. obs. 29. & Pac. 4 §. 82. Necin eâ neg. delenda vt Hotom. 5. obs. 10. e & arg. l. 8. §. 1. de neg. gest. vid. Gifan. in d. l. 46. num. 20. & seqq. d. & leuissima. (Quod & nos. adderet nisi eam à leui non distinctam putaret, vid. j. lib. 1. c. 7. Duaren. h. t. c. 2. Moz. col. 4. de natural. n. 26. P. Fab. ad l. 23. de R. I. p. 139. & seq. M. Ant. Delrio ibid. p. 161. & seq. Cuius. 2. diff. Modest. ad l. 23. Depof. Gadd. ad l. 23. §. 1. de V. s. n. i. Arvina. Inst. 1. §. 10. e Et ita quasi ex conuentione culpæ leuissimè nomine tenetur Cuius. d. loc. Don. nos. ad l. 11. C. h. n. 43. Nam vt Cic. pro Roscio. Mandati violatio violat duas res sanctissimas, amicitiam & fidem. Idcirco qui res mandatas non modo malitiosus, sed etiam negligentius gesserit, admittit summum dedecus. P. Fab. d. loc. f Aliter Duar. h. t. c. 2. f. 101. i in d. l. 29. mandatum esse negotium quod indultum non requirit, fideiubere, vbi non locus regulæ de omni culpâ præstandâ, quia illius ratio cessat g Duar. d. c. 2. bonam fidem in d. l. 10. non opponi dolo sed significare quod æquum est. Contra fidem enim facit qui negligentius, & Pac. §. q. 83.

CAPVT XII.

Obligatio Mandatoris.

2. MANDATORIS. VT SI QVID MANDATARIO IMPLETO MANDATO, quod ex verbis ac forma mandati æstimandum. Si mandatum vt fiat, postquam fecit, licet nihil dum eo nomine dedit l. 45. pr. Sin vt detur, postquam dedit, vel ad dandum condemnatus d. l. 45. §. 4. Quod si mandatum dandi de summa incerta, eo eligenda, qua minima l. 46. ad exsequendum defungij potest, nec vltra eam actio l. 52. h. t. Diligenter autè fines mandati custodiendi, a ne aliud faciat l. 5. h. t. Aliud factum esse etfi excessit summam præscriptam, vel intra minorem substituit, Sabino & b Cassio placebat §. 8. l. h. t. Nerua autem & Proculus rectius act. mandati esse etfi excessit, sed eam summam quæ mandato inerat d. §. 8. l. 3. in fin. l. 4. h. Qui enim amplius impendit etiam id, quod rogatus est. Quod amplius inutiliter est, reliquum vile non vitians l. 1. §. pen. de V. O. si iustus emere 100. emit 120. actio ad statum pretium e idque multò magis, si in ampliore summam fideiussit l. 33. h. Sin intra eam substituit distm. Si sine incommodo mandantis, catenus actio, vt si in minore summam fideiussit l. rogatus 33. h. quia ea maiori inest. Contra si minoris fundum vendidit, nihil impletum & res ab emptore repeti potest, nisi quod d deest accepto supplet l. 5. §. 3. h. t. d Non possunt retineri partes prædij pro pretij portione, ne inuitas in comunione incidat, VEL SI PERINDE HABETVR quasi impletum esset, aut sine ratihabitione, si casu perficere impeditus, aut Titius, ex. g. noluit vendere l. 50. §. vlt. aut ea sequuta, vt si iustus emere Seianum fundum emit, Titianum, idque deinde adprobem, quia

ratihabitione comparatur mandato vid. supr. lib. 12. c. 27. lit. B. & C. Nisi ea inutilis. Vt 1. in aditione hereditatis l. 25. §. 4. de acq. her. 2. Si ratum habet cum mandare nequit, l. pe. pr. Rem rat. hab. 3. Si comprobat id quod gestum mutari nequit. l. 13. pr. de his qui not. insa. ABSIT l. 20. h. t. PROPTER MANDATVM. e Vt impendia, sum. e prus bonæ fidei necessario facti l. 27. §. 4. l. 56. §. vlt. D. l. 4. C. h. e etfi negotium ad finem perduci non potuit d. §. vlt. ac etfi inutiliter gestum l. 4. C. h. f Item damna quæ vel ex re commissa, si præuidere potuit mandator l. inter 26. §. pen. vel externa & solum præstantur, quæ contingunt iis rebus, quas mandati exsequendi causa habuit mandatarius. Vt si in latrones incidit, tantum repetit eosnummos quos ex causa mandati erogaturuserat d. l. 26. §. non omnia 6. g Er obligationes abest enim id de quo aliquis obligatus l. 28. in fine neg. gest. Quare petitur vt mandator eas in se suscipiat l. 45. pr. & §. 5. h. Ni fiat actio in id quod interest. INDEMNIS PRÆSTETVR l. 20. pr. l. 26. §. 2. h. t.

NOTATA.

a Vid. Agell. 1. Noct. 13. Moz. col. 4. de naturalib. num. 6. & seqq. Tirag. tr. de iudic. in reb. exig. fer. vers. ostendit septimo. Cuius. 12. obs. 34. vbi similem legem ex Tragedia Sophoclis refert. Et hanc licentiam transcedendi limites notauit Ouid. lib. 1. de arte. Inde Procurator nimium quoque multa procurat. Et sibi mandatis plura videnda putat. Sub specie amicitie, ait enim sic per amici pomen fallere freques esse mandatarij enim amici dicuntur l. 1. §. vlt. h. t. 56. de neg. gest. l. 23. de reb. aut. iud. l. 1. Quib. mod. pig. Cic. pro Rosc. Nec quisquam, ait, ferè mandat nisi amico. f Quid si mandatum non sit finibus circumscriptum. Reducendum id ad præsumptam mandantis voluntatem, eiusque vilitatem, nec quidvis agere licet, sed bona fides nõ definitur definit. per l. 35. l. 46. l. 60 §. vlt. h. vlt. in §. 8. l. h. t. num. 2 b Quos mera iuris ratione niti vult Cuius. 12. obs. 34. Quia enim sic excessit finibus, mandator non habet act. contra mandatarium rei recipiendæ causa est paratus sit superfluum, quod plus dedit mandator, soluere, quia sola ratihabitione nihil agit, sed concurrat necesse est vtriusque cõsensu, vti que nec mandatio debet act dari contra mandatorem. Quare cum ex humanitate detur actio iuxta Proculi sententiam, mandatario, dabitur & mandatori vtilis act. ad rem recip. si ratum habeat etiam altero inuito. ita Cuius. Quæ vix probanda. Nam quin eo casu quo ratum habet mandator id in quo excessit procurator, sit actio contra mandatarium & quidem directâ, puto nec Sabianum & Cassium dubitasse, quando scil. antea illius nomine & mandati implendi causa gestum est. Neque tum deficit alterutrius consensus. Voluit enim mandato parere qui gessit, & in idem tempus ex vi ratihabitionis quæ retrotrahitur, cõcurrere censetur voluntas mandantis etiâ ratione eius, in quo fines mandati excessit sunt. c Nunquid autem ad reliquum actio neg. gestorum? Negat Hopper. lib. 5. vlt. vlt. pag. 180. quia qui mandatum finibus certis circumcladit, reliqua, quæ extra fines istos posita prohibere videtur. Ergo per l. 40. h. t. & similit. d vid. Cuius. in not. 2. sent. Pauli. 15. §. vlt. e item vluris eius pecuniæ, maximè si eam aliunde sumpsit mutuo, quam repetere non potuit sine vluris l. 1. C. h. vbi Don. n. 3. At vluris non debetur sine conuentione vel mora. Bz. Hic non præstantur vt vluris, sed vt res principalis, ceu id quod mandatario abest. f Nam hic mandatori non fit iniuria, nec fraudatur qui consensit. Secus in neg. gestis, quia ibi nulla gerendi causa, nisi vilitas negotij. Consilium autem gerentis, quamuis bona fide & sedulo accesserit, non potest alteri esse damnosum l. 36. de neg. gest. Don. ad. d. l. 4. num. 4. Non obstat l. 5. §. 6. l. d. solui. Ideo enim ibi expensas litis non recipit fideiussor, quia iustus erat fideiubere non litigare, excessitque fines mandati per §. præced. Pac. 4. q. 95. aliter Costal. in l. 10. de neg. gest. g Hinc inferunt legatis quæ amiserunt in itinere equos, &c. non esse restituenda de publico, ideoque suadent vt priuquã se in viam dent res ad protectionem necessarias de publico possant Moz. col. 4. de natural. n. 25.

CAPVT XIII.

Actio Fideiuss. contra mandantem.

DE FIDEIVSORE cui si mandatum accesserit, est mandati actio §. 6. l. de fide. Q. hic INCIDIT AN ET

AN ET QUANDO HIC AGERE POSIT? PRVS QVAM SOLVIT AGERE NEQVIT VT LIBERETVR l. Lucius 38. §. 1. D. l. 10. C. b. r. Atqui impleffe mandatum videtur, postquam fideiussit, arg. l. 45. pr. & §. quorties 5. h. r. Sed hoc proprium mandato fideiussionis, vt non sicuti aliorum contractuum d. l. 45. contrahendo impleatur, sed soluendo l. 47. de cond. ind. Agitur enim hoc vt se obliget pro debitore id est, personam eius in se suscipiat, non tantum vt obligatus sit, sed & vt soluat. NISI IVSTA CAUSA ALIV SVADEAT, cuiusmodi quinque b. r. Si fideiussio ita accepta d. l. 10. C. b. r. Si fidei. iudicio condemnatus d. l. 10. d. l. 38. §. 1. l. 45. §. 4. h. r. quia tunc nullo pretextu potest differri solutio, ac licet intra tempora iudicari constiterit, tamen ea humanitatis causa indulgentur, & pudori eius parcitur, si praeuertere velit 3. Si debitoris profusio merum iniiciat ne facultatibus labatur d. l. 38 §. 1. d. l. 10. §. 4. Si diu id est non minus decennio, arg. c. l. 16. §. 3. Qui & quibus, debitor solutionem extraxerit d. l. 38. §. 1. §. 5. Si inimicitiae captales extortae, arg. l. f. sane 23. h. r. VBI AVTEM SOLVERIT, HABET ACTIONEM ID EST SI DEBITOREM, qui vere sit, secus si ab initio vere non fuit l. 29. §. 2. h. r. vel reus principalis ante soluerit, fideiussore confcio d. l. 29. §. 2. vel exceptione tutus fuit d. l. 29. pr. nam & ea fideiussori competit l. 1. §. 7. de exc. Quid si non artema exceptione, fidei conueniatur. Aut desiderat vt reus principalis iudic. suscipiat, suo vel procuratorio nomine, l. 10. §. pen. aut ipse suscipiat & exceptionibus vtatur d. s. pen. d. l. 29. pr. et si iniuria victus, appellet, l. 10. in fi. C. l. 8. §. 8. D. h. litem vtramq; suis sumptibus persequens. Excusatur tamen ne appellet, vel denunciatio- ne tempore sua, vel paupertate d. l. 8. §. 8. Excusatur et si ignorantia, non tamen iuris, except. omisit d. l. 29. pr. & §. 1. vel sciens quidem, sed quae sunt de apicibus iuris d. l. 29. §. 4. id est quae ex ritu & solemnitate iudicij omisit, debito liquido. Metaphora ab apicibus literarum, § qui ad ornatum aut faciliorem cursum interleruntur, sententiae verò nihil detrahunt vel addunt. Vt est exceptio procuratoria. Nam si cui fidei. soluit ea exceptione non obiecta postea vere appareat fideiussor, iure solutum repetet. Si autem reus principalis effaciter debuit non nocet fideiussori, quod exceptio ex sua persona competentem omisit l. 10. §. pen. l. 29. §. vlt. vbi ratio h. Vt si fideiussit in annos quinque iis elapsis, item moratoria praescript. impetrata, aut si h. exc. pacti in suam personam concepti. Neque enim sic soluendo contra bonam fidem facit, sed fidem implet d. §. vlt. LIBERAVERIT, siue naturali solutione siue alia satisfactione, vel delegatione l. 26. h. siue ipse, siue alius eius nomine l. 12. pr. l. 26. §. 3. h. Nisi autem liberetur debitor, nihil ista fecisse prodest. Exempla l. 26. §. 1. 47. §. 1. h. ET SIBI EO NOMINE RECVNIA ABSIT l. 26. §. 2. h. Solum enim agitur ne damnum sentiat l. 20. h. r. Absit aut factio suo, si soluerit l. 38. in fin. ob signauerit l. 36. §. 1. compensauerit l. 26. §. 3. debitum suum delegauerit, licet is non soluendo d. l. 26. §. 2. vbi ratio. Aut extranei, si is illius nomine soluerit, licet animo donandi l. 12. §. 1. h. quia videtur prius pecunia ad fideiussore, deinde ab eo ad creditorem peruenisse arg. l. 3. §. vlt. de don. int. vir. Aut creditoris, quocunque eius factio liberatus sit, vt hereditatis translatioe l. si ei 11. h. quia pecunia abest, ob confusionem obligationum quam, si sine ea esset, habiturus; dotis permutatione l. 47. pr. h. acceptatione; ne, sed ita si vel si vel fideiussor aliud pro eo praestet, arg. d. l. 47. vel remunerandi causam fiat, itemque mortis vel legati l. 10. §. vlt. non si principaliter donandi d. l. 12. pr. quia tum nihil omnino abfuit, abest, abfuturumve ET SIGNIFICET DEBITORI SE SOLVISSE, ne is ignarus iterum soluat l. 29. §. 3. h. Quo tamen ca-

su si pluries solutu, fideiussor repetet a creditore conditionem quae illi a reo cedenda, d. §. 3. in fin. vel sine causa arg. l. 1. in fin. de cond. sine causa.

NOTATA.

Reddi potest & haec ratio, quia alias vix profutura debitori mandanti fideiussio, si confestim ea interposita agi posset, vt liberetur fideiussor, id est, vt soluat creditor. Alia ratio est emptionis d. l. 45. pr. aliorumque contractuum. Prodest enim mandanti emptum esse fundum, suo nomine eo pretio quo emi voluit, et si ipsi pretium exsoluendum. b. ita & nosser ad l. 10. C. b. r. Sed quatuordecim casus refert Meno arbit. c. 41. quorum tamen quidam his inclusi, quidam regular non conueniunt videntur, exceptis casu quarto si ex necessaria vel vtili, puta studiorum, causa abesse velit fideiussor, & octavo in fidei. de iudicio sistendo l. 45. §. 3. h. r. Sed Don. ad d. l. 10. num. 4. cam §. non de fidei iudicio silti loqui, sed de eo qui solus promissit, cum reus ipse non promiserit. Fideiussor enim promittit se futurum reum, sed aliter vt est in l. 2. §. vlt. Quisat cog Alias iniuris fideiussio. Eadem enim obligatio fideiussoris esse debet, quae principalis. At hic non promittit vt a fideiussore sisteretur, sed fore, vt se ipsum sisteret. Videt de his causis Gomez. 2. resol. 13. num. 10. Gaill 2. obs 29. Bousf. in l. admonendi 31. de Iurei. nu. 2. 14. & segg. Coler. de Proc. ex fac. p. 1. c. 10. num. 317. & segg. Agitur autem ex his causis, ad id vt debitor soluat, si nolit condemnari ad interesse Don. ad d. l. 10. num. 25. Tanti vero interest, quanti est summa, in qua fidei. obligatus l. 28. de neg. gest. c. & nihil ei cur condemnatus imputari potuit, per ea quae j. h. c. Don. ad d. l. 10. num. 8. Vid. Meno. arb. ca. 41. nu. 17. & 3. segg. d. vid. Meno. d. ca. 41. num. 13. & 3. segg. Don. ad d. l. 10. num. 9. & segg. vbi scite quomodo hoc probandum sit & Marg. Freher. lib. 2. de Fam. c. 13. nu. 8. e ita & nosser ad d. l. 10. num. 14. & segg. reprobas Barr. opinionem, qui biennium vel triennium requirit & Accurs. qui iudicis arbitrio id definiti vult, quia non expressum, nec male vt & Gomez. 2. resol. 13. num. 10. Meno. arbit. c. 41. num. 4. f ita & nosser ad d. l. 10. num. 20. & 3. segg. Bartolom in d. l. 38. & cordatores, ceu vocat interpp. secutus r. per d. l. 23. quia datur ob profusio- nem ex ea ratione, quia iusta mercedi causa l. 10. C. b. Quae & hic est. Requirit autem r. Vt non fiat leues. 1. Vt earum causa non nata sit a fideiussore, alias esset in potestate eius ne soluere cogatur, adde ex Meno. d. cap. 41. num. 23. ne ex delicto conditionem meliorem reddat q. Rad. Forner. 4. rer. quotid. 18. scribit omnes falli qui de apicibus iuris putant esse quae de rebus arduis & subtilibus. Et esse spinosam disputationem, quae res ad vitium referatur, maiore summi iuris, quam aequi & boni habita ratione. Sed significari id quod de rebus contemnendis ac leuibus, de quibus contendere hominis periculis. Cuius generis except. Procuratoriae quae differunt tantum, non causam perimunt. Hoc esse in d. §. 4. non congruit de apicibus disputare, id est, non deet iuanes dilaciones & perugia querere, Alias apex tenuiss. punctum in scriptura, & apex fastigium rei significat Marius Nizol. in Thesaur. Ciceron. Vnde apex sententiarum auctoritas Cic. de senect. sect. 60. Et Ioan. Episc. Rom. in l. 8. C. de S. S. Eccle. Serenitatis vestrae apices suscepimus, certe non contemptim loquens. Sicuti & vobis adu. significant rescripta, Carol. Laba. in obs. Synops. Basil. lib. 60. tit. de Calumniantoribus c. 37. Et ita sacri apices pro litteris Imperatoris, in l. 6. §. vlt. C. de aduoc. 2. l. 3. in fin. pr. C. vbi senat. vel clar. l. pen. in fi. C. de emancip. Quin imò non est contra bonae fidei opponere except. procuratoriam quasi ea sit inane dilacionum dispendium. Potest quippe quandoque maximè esse necessaria Quid enim si falso Procurator soluerit fideiussor. Vtique nulla illi mandati actio, quia debitorem non liberauerit, sed tantum repetitio ab eo cui soluit. l. 26. §. 5. h. r. Sed hoc bonae fidei non congruit reum principalem qui vere liberatus, eo casu quo verus fuit, Procurator, qui egit, nec tamen mandatum Procuratorium exhibuit, repellere fideiussorem, mandati agentem, ob non obiectam Procuc. except. litis extrahendae ergò. Atque ita malo quam, cum Pacio 4. q. 92. d. §. 4. restringere ad eam exceptionem qua negatur i doneus esse Procucator ex gr. miles, fomina, quasi aliud sit in ea, qua negatur ipsi mandatum esse h. item ex. SC. Vellei. l. pen. ad Vellei. Nec igitur dist. inter except. honestam & inhonestam. Haec enim vti & prior imò sunt honestae. Nec obstat d. l. 10. §. pen. 3. enim ex verbis qua reus vti non potuit vid. Donel. ad l. 10. C. h. num. 64. & segg. Dist. haec est. Ex persona sua quam habet fidei potest non obicere quacunque sit. Quo si eandem & reus habeat tum si honesta, impune l. 2.

omittitur, vt moratorie exceptiones contra ius tributa l. 2. C. de prec. Imp. off. Item iurifur. si iurauit reus se nihil debere ex testam. deinde id emisit, facit Quintus 48. in fin. h. r. Aliter Cuiac. 11. obs. 40. i. Quid igitur si creditor falsus sit se a fidei accepisse, nec aliunde solutio probari possit. Vulgò & hic act. mandati dant. & probat Gomez. 2. resol. 19. num. 13. Sed Vasq. 1. contr. vsufreq. 28. num. 4. sic distinguit: Aut vere accepit & res expedita, aut non & vel falsus animo donandi fideiussori, & perinde habetur ac si soluisset per d. l. 10. §. vlt. aut animo simulandi & nihil agitur, aut spe future numerationis, & tum quia intra 30. dies confessio non nocet, interea mandati actio cessat. arg. l. 14. §. 2. C. de non. num. pec. aut per errorem, & si confessio non nocet vel reuocari potest, mandati actio non datur, ita Vasq. in quo praesupponit si donare fideiussori voluerit creditor, (est non remunerari) act. mandati esse, quod nosser per lib. 12. pr. negat. Sanè durissimum videtur quod donatio vni facta, eiusque intuitu, non illi, sed alteri prodesse debeat. Quare haud scio non rectius d. l. 12. pr. exaudiatur, de eo qui fidei. remisit actionem, vt etiam principalem reum obligatione liberet, quod id innuat vocula principaliter; id est, habita ratione obligacionis principalis potius, quam personae fideiussoris. In quo tamen nil asseuero.

CAPVT XIV.

Actiones Mandati.

HINC & ACTIONES DVÆ DIRECTA, quae recta persequitur mandatum & principaliter est de eo. Vnde dicitur rectum iudicium vide infra lib. 21 c. 2. cir. fin. & mandati secundum excellentiam l. 8. §. 6 h. r. CONTRARIA l. 12. §. 2. contrario 7. h. r. Hinc in scripto tit. D. & C. Mandati vel contra quia non persequitur id quod debet, dicitur tamen simpliciter mandati, l. 10. §. pen. & vltim. l. 12. pr. l. 29. l. 45. & passim, quia est de mandato per consequentiam, persequens quod ob eius causam abest. Cur sic vocetur, vide infra lib. 21. cap. 2.

CAPVT XV.

Societas.

SOCIETAS EST DVPLEX ALIA RERVM (alia vid. inf. c. 18.) in specie sic dicta tit. D. & C. Pro soc. l. eod. QVAE COMMVNIO l. 3. §. 1. h. r. a MVTV hinc donationis causa non contrahitur si alter nihil conferat l. 5. §. vlt. RERVM, siue conferantur vtrique res & bona, siue illinc opera, siue vtrinq; opera l. si non 29. lib. 71. h. PLYRYM & vel vniuersorum vel partis bonorum vel vnus l. 5. pr. l. 63. h. vlt. c. seg. INTER ALIQVOS CONSENSV l. 31. & seg. Est enim voluntarium consortium l. 52. §. 8. h. non casu b vt inter coheredes collegatarios b SOLO siue rebus collatis in praesentia, siue id actum vt postea conferantur, & sic tacita conuentione r. & facto declarata. d Quo sensu dicitur societas re coita l. 41. pr. h. d Sic enim res accipitur l. 95. de acq. her. l. 2. de pact. vt si negotiati sine conuentione lucrum postea inter se diuiserunt e siue inter absentes per nuntium aut epistolam d. f l. 4. pr. f SVSCEPTA LVCRV ne addas & damni i. propter propositum contrahendum. 2. communicatio damni non est de substantia societatis. Potest enim ita coiri, vt damnum ferat vnus §. 2. l. 1. 29. §. 1. h. non tamen vt solùm nulla specie lucru vi c. segg. COMMVNICANDI GRATIA. Non si materia confusa §. 27. l. de R. D. nec si res à duobus simul empta l. 31. h. nisi conuenierit de societate. Sic accip. l. 2. Com. diu. b

NOTATA.

a Sed Cuiac. in Par. C. h. r. Societ. non esse communionem aut per eam induci communicationem lucru ac damni. Ipe loco generis ponit conuentionem, vt & Dur. h. l. c. 1. Mozz.

de societ. c. 1. num. 4. Sed id genus remotius, Vult. in pr. l. h. r. 1. definit contractum ex consensu initum de fortunis & operis, ad vberiore quæstum, vsuque commodiore inter se communicandis, b Quam Dd. vocat societ. incidentem b P. Nicol. Mozz. de societ. c. 2. de diuis. num. 3. quia in communionem incidunt, quos non voluntas sed fortuna iungit l. 31. h. r. Dicitur & voluntaria societas alio sensu in l. 63. §. 8. h. r. vt opponatur non incidenti huic, sed societati vestigalium quae ad heredes in fit & voluntaria fur cum defuncto necessaria cum herede, vid. Cuiac. 10. obs. 25. c. Omnium quoque bonorum societ. tacite contrahi si ex factis de consensu appareat Facchin. 12. contr. 14. contra Meno. vol. 1. conf. 12. n. 10. citante Treutl. p. 1. disp. 27. lib. 8. lit. F. Arum. ex Iustit. 15. th. 1. quia tum simpliciter contracta. Ergo per ea quae c. segg. d. Aliud est contractum re fieri, vbi necessitas interuenus rei significatur, aliud re fieri posse, id est posse rem ad consensum accedere, vel ex re declarari consensum, Don. ad rub. C. Mand. num. 2. Cuiac. in Par. C. h. Mozz. c. 1. n. 2. c. Ex cohabitatione & communione negotiationis praesumitur inter fratres Mozz. col. 4. de natural. num. 37. latè Meno. 3. praesumpt. 56. Non verò exinde quod indiuisam heredit. paternam aliquandiu retinet, tacite contracta societas l. 39. §. 3. Fam. cr. l. 52. §. 6. h. r. vbi Gosh. in not. Meno. arb. c. 127. num. 15. Vaud. 1. q. 16. & 2. q. 36. Arum. ex Iustit. 15. th. 1. f sub conditione l. pen. C. h. licet de eo apud veteres (quosdam scil. Paulus enim de eo non dubitauit l. 1. pr. D. h. nec Celsus l. 75. h.) dubitatum. Exinde quia societati mancipatio conditionem non recipit l. 77. de R. I. inest. Fingitur enim ea interuenisse ad id vt bona communicentur, Cuiac. Per. C. h. Vult. in pr. l. h. r. n. 10. & seg. vbi reprobat rationem dub. Gab. Madaui ad l. 1. h. num. 2. quod societas, ius fraternitatis, certo animi iudicio initi debeat; Condicio verò omnia faciat incerta. Quae tamen ratio, meo iudicio, elegans nec aspernanda, latè Meno. 3. praesumpt. 56. Don. in d. l. pen. n. 1. dubium inde veteribus, quia videtur hic in potestate socij esse, an velit obligari. Pendente enim conditione poterit societati summae renunciari, cum & praesenti possit, quod in aliis contractibus non euenit. Ratio verò decid. Non debet in debitoris voluntate esse, an velit debere, expressè scil. Tacite potest vt si promittat ro. Si in Capitol. adscenderit Nec verò in d. l. 1. pr. verba vel sub conditione. Tribunal inferuit, vt Hor. 7. obs. 7. alias eidem quoque tota l. 75. h. r. tribuenda foret, q. Sed b quando res à duobus simpliciter empta vel condita eo ipso societatem contrahit, per d. l. 2. & per l. 2. C. h. r. vult Baptista de Hieronymis conf. 1. subiecto tract. Mozz. de societ. n. 34. Sanè in d. l. nulla specialis conuentionis mentio, quam vtrouique subaudire diuiniatio est. Probabilius d. l. 31. ex verbis non affectione societatis, incidimus, accipietur, quando aperte apparet de alia simul contrahentium intentione.

CAPVT XVI.

Communio lucru & damni.

HINC OBLIGATIONES, VBI I. & summa Q. QVAE LVCRV COMMVNIA? EA QVAE EX SOCIETATE PENDENT, seu ad eius causam pertinent l. 52. §. 2. l. 38. l. 12. h. r. quod ex genere eiusdem aestimandum. CONTRAHITVR AVT NOMINATIVM OMNIUM BONORVM quae in omni ferè Gallia recepta inter coniuges, b nisi quid dotalibus exceptum. Vbi b veniunt in societatem etiam bona futura, quacunque ratione quaesita, opera sociorum l. 7. & segg. alieno beneficio, hereditates, legata, donationes l. 3. §. 1. vel delicto si quid vnus ob iniuriam damnumve sibi suisve datum consecutus l. 52. §. 16. l. 73. pr. h. & quae in nominibus sunt per l. 49. de V. V. Sed non sine cessione ea communicantur l. 3. pr. h. quia citra eam non possunt act. ab aliis exerceri l. 49. §. vlt. de acq. poss. Quia personam non egrediuntur, nec ius patitur vt qui non emit ex. gr. agat ex empto. c Vtiles tamen actiones etiam non cellas suo nomine rectè exercebit socius, arg. l. 5. C. de her. vend. & simil. vid. lib. 15. c. 43. In corporibus autem quae iam coeuntium sunt, statim communicantur sine traditione verà l. 1. & 2. h. r. vbi ratio, quia traditio tacita, cum constituat alter alterius nomine possidere l. 18. pr. de acq. pos. d Quae verò postea d. acquir-

acquiruntur in commune redigenda, societatis iudicio
 l. 73. §. 1. c. nisi lege vel moribus inducatur, ut
 societas coniugum de qua superius, quia tum dominium
 recta transit. Ex maleficiis tamen quaerita, quia rei tur-
 pits nulla societas l. 57. b. non item, quia nec in bonis
 sunt arg. l. 52. de atq. do. sed si sponte collata, lucrum
 inde redactum commune, vid. l. 52. §. 1. c. §. 5. h. segg.
 h. t. AVT SIMPLIITER, nulla designatione rerum l. 7.
 b. ubi coita videtur vniuersorum quidem, sed quae ex
 quaestu, id est, operâ & negotiatione cuiusque non
 quae ex alieno beneficio d. l. 7. §. 1. c. AVT NOMI-
 NATIM VNIVS REI, ubi eorum tantum quae ex qua-
 estu quae causa descendat l. 52. §. 5. h. II. QVA DAM-
 NA COMMVNIA? QVA EX SOCIETATE PENDENT
 l. 12. l. 38. ut impendat ut eius causa melior fieret ad
 g. l. 38. vlt. l. 67. pr. §. pen. s. Omne aas alienum l. 12. l.
 omne 27. l. 67. pr. amissa per causam societatis in rebus
 gerendis. Ut si socius vnus in latrones incidens ab illis
 expulsi vel ipse aut ferui vulnerati, ac in curatione
 quid impedit l. 52. §. quidam 4. l. 61. b. Non item quae
 extra causam societatis, licet per occasionem l. 60. §.
 vlt. In omnium tamen bonorum societate & ea quae
 extra societatis causam praestita modo necessaria,
 veniunt vt in l. 62. §. vlt. h. nisi turpiter impendat ob
 maleficiam l. 52. §. vlt. l. 58. §. vlt. ne pœna alios quam
 auctores teneat, vel ex culpa, vt si, qui bonam causam
 fouebat, ex contumaciâ damnatus d. l. 52. §. vlt. in fi.
 Quare & dos filiae data, quia ex necessitate l. 19. de vi.
 nup. in societate omnium bonorum ex communi
 praestanda, h ideoque in societate coniugum, vt s.
 siue vir dotet filiam etiam prioris matrimonij, siue
 vxor (quia & illa, saltem naturâ, dotare tenetur)
 erit vtriusque onus. In particulari autem societate
 fecerit, nisi conuenit l. 81. h. t. Quod si in honorem li-
 berorum quid collatum ex. gr. in apparatu nup-
 tiam, non est communis impendij ne quidem in
 societate vniuersali, nisi conuenit vt estet quicquid
 ierogetur l. 73. §. 1. h. t. III. PRO QVIBVS
 K P A R T I B V S? Si nullae adiectae ex æquis & Singu-
 llaris conuentio seruanda §. 1. c. 2. l. 29. pr. D. h. t. Nisi
 sic placuit vt alter tantum damnum ferat, nec de
 lucro participet quae societas leonina d. l. 29. §. vltim.
 m Erasim. in adag. m valet tamen si ita ne vnus de dam-
 no teneatur, modo tanti operae eius quanti damnum
 d. l. 29. §. 2. in fin. l. h. t. Item ita vt Titij sint duae
 lucris partes, damni tertia, Seij vna lucris, damni duae
 n §. 2. l. h. ex Seruij sententiâ. Nec obstat l. 30. h. t.
 ubi Seruius sibi ipsi non constare videtur. Sensus
 enim d. l. 30. hic: Si conuentio sic intelligitur, vt eo-
 dem tempore alter habeat duas lucris partes, vnam
 damni, alter contra, irrita est, quia hoc natura non
 patitur cum lucrum, non sit nisi deducto damno, &
 contra. Ita verò rata est, si vt diuersis temporibus vt
 res tulerit. Si lucrum tantum superfit vt T. duas partes
 ferat. Sempronius vnam, sin damnum tantum Sem-
 duas, Tit. vnam. Caeterum quibus socius non amplius
 quam pro sua parte conuenitur, si tamen omnes solu-
 uendo. Alias si tres socij A. B. C. & A. quid impendit,
 ac à B. nihil consequi potest, illud onus ad C. pertinet,
 iure communionis l. 67. pr. & econuerso si vnus ex
 tribus damnum dederit l. 63. §. 5. h. t. IV. QVA
 SINT MVTVÆ PRAESTATIONES? ALIÆ
 IN REBVS QVASITIS. Vt quicquid ad vnum
 ex causâ societatis peruenit in commune conferat
 l. 38. §. vlt. l. 37. §. 1. h. 2. Vt si socius damnum in iis
 rebus dederit, id faciat, non actus furtaui l. Aquil.
 sed pro socio l. rei 45. §. 6. segg. l. 39. l. de illo 23. b. ubi
 dolus & culpa praestatur l. 52. §. 1. tum in faciendo; om-
 nis, etiam leuis l. 21. l. 23. tum in negligendo l. 25. §.
 seg. sed lata solum l. 72. D. §. vltim. i. h. vbi ratio vid.
 lib. 16. c. 7. Causa non item, nequidem si res aestimatae

curandae traditae l. 52. §. 1. c. damna 3. b. ALIÆ IN AC-
 QVIRENDIS I. Si quid non acquisiuit, dolo aut negli-
 gentia, id praestatur pro rata, vt si hereditatem repudia-
 uit, opportunitates gerendi omisit. l. 23. §. 1. l. 25. §.
 segg. 2. Vt si societas dissoluitur, dum spes quaerendi
 pendet, caueat se pro portione restitutum. Ex. g. Si
 quid ratione societatis promissum sub conditione, quae
 pendente ea dissoluta est l. 38. pr. h. ALIÆ IN DAM-
 NIS P quae quisque passus est, vel meruit. Praesentia & p
 praeterita locij pro portione faciunt l. 38. §. vltim. l. 52
 §. §. 4. l. 6. pr. & §. pen. de futuris & pendentibus exigi-
 tur cautio, vt idemnem praesent l. 27. in fin. l. 67. pr.
 h. t.

NOTATA.

a Varias & per plures diuisiones recenset Mozz. de societ. a
 c. 2. de diuisione b alibi tamen omnium omnino alibi omnium b
 mobilitum & ex rebus soli stante matrimonio quaestorum,
 de quo testantur, Tiraq. de retr. lignag. §. 20 gl. un. num. 4. Ba-
 ra. in §. 1. l. h. t. Duar. ad h. t. C. Ne vx. pro marito. Cuiac. 4. ad
 Afric. in l. 17. §. vlt. ad SC. vell. in c. 1. 2. §. 3. C. de don. int.
 Vir. Cop. lib. 3. de fruct. tit. 2. c. 10. referens ea inter maritum &
 praemortuae vxoris heredes, ac contra, diuid. Nic. Valla de reb.
 dub. tr. 13. Bald. in ad l. Romul. in l. 13. Cont. 2. subsc. l. 19.
 num. 2. Bonat. Chopp. lib. 2. de priuil. rust. p. 2. c. 2. Forner. 3. rer.
 quodid. 29. in fin. Quae & in ducatu Sclavici omnium bo-
 norum P. Cypra. de sponsal. c. 5. §. 14. num. 4. §. 35. num. 5. §.
 de matrim. c. 8. num. 5. Apud Brugenses commune est quicquid
 illatum, aut hereditate, quaestu, labore vel donatione partum
 Curt. 1. con. ad Vir. i. & in pleraque Belgica Badius ad l. 3. §. 1.
 h. t. nu. 2. Apud Hispanos omnia stante matrim. quaerita, Go-
 mez. 2. in l. Tauri. 50. §. 3. segg. Couar. de matrim. 2. c. 7. §. 1.
 n. 7. §. segg. Alex. Rauden. decis. Pisana. 1. num. 2. §. segg. Ini-
 qua tamen & inaequalis ista consuetudo, praesertim si mulier
 pecuniae non plus conferat quam maritus. Operæ enim la-
 borum & industria vt tantum conferat ratiu. est. Costal. ad l.
 1. de don. int. vir. leoninam eam vocans, & Se. Gentil. lib.
 1. de don. int. vir. cap. 15. c. Quia debitori inuito alius creditor
 obrudi nequit, Vult. pr. l. h. t. num. 13. f. Com. 7. Com. 13. nu. 8.
 Licet, aut, quoad socios, nomium & actionum societas:
 consistat: quoad debitores tamen nihil de statu & conditione
 obligationum mutatum est, qui nec dum mutatur debi-
 torem, nec igitur ab alio conueniri possunt, donec cessae
 sint actiones. Quia nec formulae act. & iudiciorum id patiun-
 tur, Duar. h. t. c. 1. Aliter Goth. in d. l. 3. pr. d. & ita per clausu-
 lam constituti, vt vulgo Gomez. 2. resol. 5. num. 3. Tiraq. de
 iure const. possess. p. 2. ampl. 32. n. 6. e. Couar. 3. resol. 19. num. 1. c
 Quae scilicet quaerita nomine proprio Tiraq. d. l. 10. n. 8. Interim
 igitur socius eas res efficaciter alienat, tanquam suas
 Don ad rub. C. h. t. num. 14. f. Quae titulo oneroso quaerita, f
 non quae lucrativa. Et si societas occasio sit donationis. Vt si
 quis ex causâ societatis Principem accessit qua illum mune-
 ratus est, Gomez. 2. resol. 5. num. 4. §. Vid. Menoch. de arbit. §.
 casu 127. P. Bupius in l. 67. §. 2. h. t. num. 4. Io. Petr. Surd. de
 alim. tit. 6. q. 13. h. ita & nos ad rub. C. h. t. num. 19. Meno. h
 c. 1. 27. num. 3. hanc receptiorem vocans opin. Fachin. 8. con-
 tr. 4. Bapt. de Hieronymis in Conf. tract. Mozz. de societ. subie-
 cto ex quo vt & ex conf. Mamentis Casse, qui dist. Mozz.
 11. subiecto & ex ipso Mozz. col. 4. de natural. num. 42. apparet
 rem hanc magna contentione apud Dd. agitari, & vt ferè
 nesciatur quae sententia sit comprobator, cum quaeris à se-
 ctatoribus vocetur communis. Ipse Gomez. partes septem
 modis componere tenat, praeterens eam distinct. Vt si dos
 parua & magna sociorum facultates obtineat affi. sin magna
 contra, quod iudic definiendum relinquit. Quae distin-
 vix congruit. Q. enim est de dote ex necessitate praestita
 pro modo facultatum. Sed offi. omnino probat l. 73. §. 1. h. t. i
 Imò & hæc Mozz. c. 2. de diuis. nu. 10. vers. quare inferunt ubi
 & studioso filio vnus socij ab omnibus fuitus submini-
 strandos contendit, quod ipsum, & nos ad rub. c. h. nup. 18.
 admittit si ante contractum initum filius studij destinatus,
 quia, ait, negocia libere inchoata, necessario perficiuntur.
 Adde quod eo casu socius imputari possit, quare si de eo
 teneri noluerunt, sibi non aperte cauerint. Est certe hæc na-
 tura vniuersalis societatis, vel appellatione ipsa inuente,
 vt quæcunque tum lucra tum impendia sint communia.
 Erga & quæ in honorem liberorum, honestè tamen & decen-
 ter, non profuse, non dolose ac in fraudem sociorum, (bo-
 na enim fidei ratio semper hic habenda) erogata. Fortè
 etiam

etiam post initam societ. natorum quia cogitare debuit hoc
 euenire posse. Et vbi fortuiti casus par in vtramque partem
 ratio, neuter laeditur l. 2. C. de inof. Denique cum quando libi-
 tum, liberum sit discedere permanendo in praesentem condi-
 tionem, socij & quæ ei consequentia sunt, consentit. Nec ob-
 st. d. l. 73. §. 1. Semper enim in societ. vniuersarum fortunatum
 ea, saltem tacita, conuentio vt quicquid erogetur vel quære-
 retur, communis lucris arque impendij sit. k. seruata tamen
 proportione Geometrica, Meno. arb. cap. 125. habito respectu
 ad inaequalem sortis sine bonorum collationem dist. Hopp. li.
 5. p. 169. §. seg. 1. Est ita vt partes aequales sint, cum
 res collatae inaequales, Meno. d. c. 125. n. 6. Sed Gomez. 2. ref. 5. n.
 5. quando res collatae aequales non valere pactum vt inaequa-
 lis fiat diuisio, nisi vnus opera vel industria maior, cum in-
 ter fratres seruanda sit aequalitas. Societas autem habet ius
 fraternitatis. Non autem vitare hoc pactum contractum,
 sed vitari, tanquam substantia illius repugnans, arg. l. 14. pr.
 de precar. Fluctuat hic Mozz. col. 5. de accidental. n. 4. m. Quia
 socius quasi leo prædo ac deuorator est. Sic Lactant. li. 4. Infi-
 c. 25. Facta est mihi accipiens sicut leo Ren. ad l. 10. de R. I. cir-
 ca fin. Male autem & contra ipsa d. §. vlt. verba Gomez. 2. ref.
 5. n. 5. hic non contractum societ. nullum esse sed conuentio-
 nem solum adiectam vitari, re ad aequalitatem reducta. Pro-
 beb. autem inferri nihil agi si quis crediderit nummos ea le-
 ge, vt ex illâ muruo accipiens nequitur, & si lucratur ha-
 beat partem lucris, sin damnum sentiat pecunia ipsi salua sit,
 n de quo susus Couar. 3. resol. 2. n. 3. §. 4. h. Dist. Goth. in rer. d.
 o §. 2. emendando sententiam inuertens. o De fructibus nec de
 societatis vid. Io. Cop. lib. 3. de fruct. tit. 3. c. 1. p. Computatio
 damni vt faciendi inter socios, si vnus pecuniam altere ope-
 ram contulerit & num damnum satis amissæ pertineat pro
 rata ad eum qui operam contulit (quod negotia sitanti ope-
 ra, quanti damnum) vid. Stich. ad l. 1. C. h. t. n. 5. Couar. 3. resol.
 2. n. 2. Fr. Munoz de Escobar Varar. computat. cap. 22. Arri-
 ma, ex l. in fin. §. 1. h. 2.

CAPVT XVII.

Actio pro Socio.

VNA harum rerum nomine ACTIO PRO SO-
 CIOL. 31. h. t. & rub. D. ac C. SEMPER DIRECTA
 & eadem, non vt in prioribus contractibus altera
 contraria, quia omnium sociorum officium & obli-
 gatio eadem. DIFFERT AB ACTIONE COMMVNI
 DIVIDENDO I. REBVS. Illa tantum de rebus com-
 munitibus. I. in fi. l. 6. pr. Com. diu. hæc nostra maximâ ex
 parte de pecunia, vel fructibus perceptis: & de re
 quoque nondum communi vt communicetur. l. 73. §. 1. c.
 seg. h. Illa de rebus tam ex societate quam citra eam
 communibus l. 31. §. 2. segg. h. l. 2. Com. diu. hæc de rebus
 non vt communibus, sed vt ad societatis rationem
 spectantibus. 2. PETITIONE. Illa agit vt diuidantur
 res, ac discedatur à communionem; hæc verò tantum est
 de Personalibus praestationibus, nec ad diuisionem spe-
 ctat l. 4. 3. h. l. i. Com. diu. Illa sublata diuisione cessat d. l.
 1. hæc dirempta societate manet l. 27. l. 67. pr. h. t. 3.
 EXITV IVDICII. Illic in solidum damnatio; hic in
 id quod facere potest l. 63. vbi vox magis electiue non
 comparatiue accipienda, vt Accurs. vt in l. 12. §. 12. l. 26.
 §. in fi. Mand. vid. l. 27. Illi damnatus non fit infamis, hic
 fit vid. lib. 18. c. 8.

CAPVT XVIII.

Obligatio ex Nuptiis.

HINC OBLIGATIO MVTVÆ, quam male vulgo
 Hexnuptiis oriri negant, IN DVABVS REBVS: CON-
 VICTV INTERIORE. Obligamur enim cum iure præ-
 stare iubemur l. 2. de O. & A. Quae adest hic res præ-
 standae, factum scilicet vt cohabitent nec alter alterum de-
 ferat, & necessitas praestationis. Potest enim refracta-
 rius à magistratu compelli a remediis praetorij. Et

MVTVÆ OFFICIORVM COMMVNIALIVM PRAE-
 STATIONE: QVA VEL COMMVNIA. VT COMMVN-
 CTIO CORPORVM l. i. Sol. matr. Math. 19. i. Cor. 7. v. 3.
 §. segg. Vbi tamen nulla actio vel cogendi ratio, quia
 probatio deficit, nec pudor patitur secreta tori pro-
 palari. Et COMMVNICATIO REBVM DIVINI IY-
 RIS, id est, vt restè Duar. b sacrorum gentilium, dum b
 quisque suos lares veneraretur. c Christianis nulla è
 diuini cultus communicatio. q Praes in commune d
 fundi possunt, sed in eo nihil proprium. Pietas autem
 & religio communicati nequeunt, doceri possunt,
 non infundi. ET HVMANI. QVA AVT IN DIGNI-
 TATE PERSONÆ, cuius vxor particeps fit ipso iute
 l. 8. de Senat. e & domicilij actori mariti l. mulieres 13. c
 C. de dignit. manetque etiam dirempto matrimonio,
 quoad inferiori nupterit d. l. 13. f Non autem maritus f
 ab vxore dignitatē accipit, quia eam ex se femina non
 habet g praeterquam regina aut princeps. AVT IN
 BONIS EXTERNIS. Fir enim vxor consors bonorum g
 mariti, socia humanae rei l. 4. C. de crim. expil. her. l. i. Rer.
 amor. vt iis vti possit, h sed vt communibus, modo ne-
 quid dolose amoueat, vt suum priuatum faciat d. l. 11.
 quamdium is non aperte refragatur. Sicuti & marito
 vxoris quoque parapherna communicantur eadem
 conditione l. hac lege 8. in verbis vxore prohibenti C. de pat.
 conuent. Tacita igitur, initione matrimonij, fir bono-
 rum communio, sed à qua; voluntate coniugum mu-
 rata, discedere liberum, quae & natura societatis. i
 Ita tamen, vt cui sunt facultates coniugi egent pra-
 stare alimenta cogatur. Nec tantum maritus si dotem
 acceperit, leg. 22. §. 8. Sol. matr. l. 29. cir. ff. C. de l. dor. sed
 & si non acceperit, quia cum secum habere cogatur, ne-
 cesse est vt alar. Cumque in officio sit mariti ad ope-
 ras praebendas vxor l. sicut 48. de op. lib. ad eodem alen-
 da l. 18. d. t. Facit l. 28. de relig. Bari. & Cypus in l. alimenta
 r. i. C. de neg. gest. Specul. tit. Qui filij sint legit. vers. videamus de
 alimen. k Item vxor marito si ex causâ dotem recepe-
 rit d. l. 29. cir. fin. Refragantem compellit magistratus
 vt supr. lib. 12. cap. 4. VEL PROPRIA Vxor: VT MA-
 RITO SIT SVBIECTA l. 14. §. 1. Sol. matr. in eius offi-
 cio l. 48. de op. lib. Ephes. 5. v. 21. Colof. 3. v. 18. ad Tit. 2. v. 4.
 §. 5. i. Pet. 3. v. 1. §. 4. l. Hinc mariti domum sequitur,
 ibique domicil. & forum habet l. 13. C. de dign. l. 65. de
 iudic. m Neque tamen refractaria, nedum infamitatis
 peccans, plagis afficienda. n Quia vnice diligere iubetur m
 amore perfectissimo, vt proprium corpus & vt ec-
 clesia à Christo Ephes. 5. v. 25. §. segg. o omnis amari-
 tentia absit Colof. 3. v. 19. nec venia solum sed & honor
 illi debetur i. Pet. 3. v. 7. Denique socia à marito susce-
 pra est, licet inferior ac infirmior. p Quod si monitis p
 blandis si verisque nihil commota contumax esse per-
 gat, denegatione rerum necessariorum cogenda arg. l.
 18. §. 2. segg. de op. lib. c. placuit 33. q. 2. Pernicax certe in-
 genium pugnis non flectitur, sed exacerbatur. q Regit q
 vxorem maritus c. duo 23. q. 4. sed & episcopus plebem
 r. bid. non ideo vt verberet. Sex tamen causae excep-
 tae à Iustm. ex quibus flagellis aut fustibus caedi potest,
 velate Nou. 117. c. 8. iunct. c. 14. Quae ipsae regulam con-
 trariam arguunt l. 12. §. 13. de inst. leg.

NOTATA.

a cap. 1. in fin. de sponsal. cap. litteras 13. de restit. spoliat. a
 Best. de matrim. c. 55. Couar. p. 1. c. 7. n. 1. Mozz. de matrim.
 cap. Quae actio pro matrim. Cum enim ex latere sumpta sit
 vxor eam à latere discedere non oportet. Vnde & vir illam
 adiecta causâ vindicat arg. l. 1 §. 2. de R. V. Couar. d. c. 7. nu. 3.
 Manser. pag. 325. Best. c. 66. p. 223. Cumque hoc factum as-
 mationem non recipiat, praeserta hæc obligatio Gæd. de contr.
 stip. c. 9. nu. 63. Ac deserto causam praebet diuortio, de quo
 E e Best.

b *Beuf. c. 26. & 1. segg. Reufner. l. 3. de cif. 8. b. ad rub. Sol. matrim. tit. de Nupt. ca. 1. & A. Gent. lib. 2. c. 19.* De quibus facris priuatis *Cic. 2. de l. Plin. in Panegy. Valer. Max. lib. 2. cap. 1.* Hinc in familiam adscitus in sacra tranfire dicitur *Val. lib. 7. cap. 7.* Et filiusfam. in sacris esse dicitur & sacris dimitti ac absolui cum e potestate exir, in pluribus *ll. 2. Duaren. ciuitis. c. Quos & Fatales Genios vocabatur, vid. Eryc. Putean. lib. genial. Serm. pag. 22. d. Cyp. tamen de matr. cap. 2. §. vn. numer. 7.* id non absurdè nostris moribus ad huiusmodi iura referri, vt eidem parocia subit vxor in eadem æde sacra orandi, conciones frequentandi, Sacramentis vtendi, itomque sepulchrorum ac aliorum commodorum ius habeat, à quo non alienus est *Alb. Gent. lib. 2. cap. 19. e. l. vltim. C. de incol. matic. radiis coruscet Nou. 105. cap. 2. pr. & priuilegia etiam personalia illi communiuntur lib. 6. ibi ubi una cum vxoribus C. de Profess. & mod. Eadem illi reuerentia quæ viro debetur *lib. 1. C. de in ius voc. & iniuria illi facta videtur facta marito l. 2. C. de iniur. & vid. A. Fab. 1. Iurispr. 9. pr. 2. ll. 22. & pr. 3. ll. 18. Cuiac. conf. 56. p. 142. Georg. Acac. Erenkel. lib. 2. de priuileg. cap. 4. num. 76. & segg. f. d. l. vltim. C. de incol. No. 22. cap. 36. leg. filij 22. §. vltim. 1. D. ad Municip. Quamdiu enim vidua manet durare idem matrimonium intelligitur *l. vltim. Cod. de bon. mat. A. Fab. d. lit. 9. pr. 3. ill. 19. vid. Tiraq. de Nobil. cap. 1. numero 9. P. Greg. 4. Syn. 4. numero 11. & segg. g. Vnde de nobilib plebeio nupta vulgaris conditionis efficitur, vid. *Vand. 2. qu. vltim. Hinc Virginia Audi filiam, quod patricia plebeio nupsisset sacris Pudicitia patricie, matronæ arduerunt *Lin. lib. 10. p. m. 498. h. A. Gentil. lib. 2. de Nupt. cap. 1. e.* Omnia communia coniugum, vsu non proprietate Rectissime *Duaren. de Nupt. cap. 1.* his verbis: Salua honestate coniugij, nihil indiuifum inter coniuges, sed promiscuum rerum omnium vsu esse oportet, licet nulla sit obligatio, qua alter alteri ad hanc communicationem obligetur. Prudenterque monet *Plutar. in Connub. Præcept. f. m. 146.* ex coniugio voces *meum & non meum* omnino tolli debere, & *f. 148.* oportere contrahentium corpora, opes, amicos, familiaresque inuicem confundi. Belle *Columella lib. 12. ref. Guib. de matrim. cap. 1. numer. 17. & Tiraq. l. Connub. 8. numero 8.* Nihil conspiciatur in domo diuiduum, nihil quod aut maritus aut femina proprium esse iuris sui diceret. Quo respexit vetus Romuli Lex *teste Halic. l. 2. f. 95.* Mulier nupta, quæ ex sacris legibus cum viro conuenit, fortunarum & sacrorum sociâ illi esto, vique domus ille dominus ita & illa domina. Hinc introducta in ædes mariti & à prouibus transportata, pedibus enim limen contingere fas non erat dicebat marito. Vbi enim Caius ego Caiâ id est, vbi tu dominus & paterfam. Domina & materfam. *Plutar. qq. Rom. 50.* Et deductæ clauis tradebantur vt significaretur, aut. Fello, et rerum omnium domesticarum, quæ clauibus concludi solent, cura & custodia, tota denique rei familiaris administratio committi *P. Vitor. 2. antiq. 2. Briff. lect. de v. nupt. p. 528. Hot. disp. d. sput. feu. cap. 22.* Atque eo sensu vxores domine dictæ *l. 38. §. 4. l. 41. pr. de leg. 3. l. 19. §. 1. de an. leg. l. vltim. §. 1. de auro & arg. leg. Tiraq. l. Connub. 5. num. 11. & 2. segg. non tam quod suæ heredes maritis futuræ vt *Form. 1. f. lect. 11. Ren. ad l. 30. de R. 1. aut quod neuter corpus in sua potestate habeat, iuxta Apostol. 1. Corint. 7. §. 3. vt A. Fab. 1. Iurispr. 9. pr. 2. illi. 23.* quàm quod cõdomina sit vxor marito ratione vsus, ex vitæ societate *l. 1. Rer. amor. P. Greg. 1. Syn. 3. num. 3. qui vid. 9. Syn. 4. Mar. Lycklama 7. Membran. 27. Cypria. de sponsal. c. §. 3. & de matrim. cap. 8. num. 6.* quodque, licet viro parere debeat, in familiam tamen illi imperium cum viro diuisum. Vera autem societas & communio proprietatis bonorum vtriusque nec Can. nec Ciuili iurè inter coniuges *l. 1. §. 15. ad Sc. Silan. l. 8. C. de pact. conu. tit. C. Ne vxor pro marito, & c.* nisi aperte conuenierit *l. 1. §. vltim. de alim. leg. Sc. Gentil. 1. de dom. int. vir. 6. & 15. Couar. p. 2. cap. 7. §. 1. numer. 5.* Nec erat quod ex superiore Romuli lege, sed dispensationem rerum familiarium vxori ea tribuebat. Marito enim mortuo, vt mox subiungit Halic non dimidiâ partem auferabat, sed cum liberis in vitilem portionem succedebat, & si illi nulli, ex asse. Probanda verò huiusmodi societas (vt illa quæ bonorum proprietatem communicat, Gallis ferrè, Belgis, Hispanisque recepta, improbata vt *nor. s. cap. 16. lit. B.*) constare matri. vt tamen eo dissoluto quæ cuiusque fuerunt, ad eum redeant, demandando coniuges, qui cum sibi inuicem corpus, animum vitamque suam credere debeant, bona committere reculant, maximè ad vxores, Quæ & ratio est fiduciaffloris dorum non recipiendi, *l. C. Ne fidei. dor. Denique bonum est vt mulier quæ se ipsam marito committit, res etiam suas patriar pro arbitrio gubernari, licet nullam ei necessitatem illi imponant *l. 8. C. de pact. conu. i. vid.*******

remissuè not. s. lib. 12. cap. 4. lit. Q. Omnia persequi non licet. Nec ex causâ non accepta dotis vxor adibus extrudi potest *l. pen. §. 1. Cod. de repud. No. 22. cap. 18.* Nec obstat *L. vltim. C. ad Sc. Vel. ibi: & sic à viro forsitan repelli Resp.* Non enim permittit id Imp. sed loquitur de periculo, ne tali casu distraharur matrimonium, de facto scil. non de iure. Idemque sensus *e. per vestras extra de dom. int. vir. vid. Couar. p. 2. cap. 7. numer. 2. Beufius cap. 66. Alb. Gentil. lib. 6. cap. 5. Fach. 3. contra 48. Diff. P. Greg. 9. Syn. 19. numer. 3. Gomet. in l. Tauri 50. & 3. segg. numer. 31. Martin. Coler. lib. 1. de alim. cap. 10. numero 5. & segg. Herman. Meier. lib. 2. de preferent. credit. tit. 6. numero 8. 10. Bapt. Cossa de facti scientiâ distinct. 32. cent. 2. & quos refert Baribolo. Musculus de success. conuent. cl. 1. membr. 2. num. 134. 1. q. est ordo 12. & 3. segg. 1. c. mulierem 17. c. mulier 19. cap. 13. questio. 5. De potestate maritali larè *Tiraq. l. Connub. lege naturæ statuum virorum imperium, & plerique genitibus obseruatum, plurimis & distinctis & exemplis, vt solet, comprobans.* Iure vero Rom. non est in potestate mariti vxor, sed patris, *l. 2. §. 1. Sol. matrim. l. 29. §. 1. de relig. & sim. nisi quoad d. p. 2. num. & operas. Quo ex l. Iulia, quæ patri præmittit cõcitionem filia adulteræ, magis quam matito, arguit *Tessaur. decis. 150. num. 7.* Quamquam videri potest eam quæ in manum conuenit, exiisse de patris potestate, cum capite minui dicitur *Plp. tit. 11. §. 13. vid. Marc. Verrianius Maurus de Iure liberor. cap. 30.* Vt sit iure ciuili in eo consuetud. generali derogatur *vid. nor. 8. lib. 2. cap. 26. lit. M.* De potestate viri & imperio domestico vid. & *Bodin. 1. de Rep. 3. Ant. de Guenara. lib. 2. borolog. princip. cap. 5. & 7.* (vbi de probroso viris fœminarum dominatu, nec ipsimet minus mulieribus dedecoroso *Tiraq. l. Connub. 1. numero 17. & segg. Guaz. de cin. conuers. lib. 3. p. 435. & segg. Henning. Arnijs. lib. 1. Polit. cap. 3. p. 76. & segg. Sc. Gentil. 2. de donat. int. vir. cap. 19. Fopp. ad d. xegma. 2. dist. 11. Cypria. de sponsal. cap. 5. §. 12. m. l. 19. pr. de iurad. l. vlt. §. 3. D. ad Municip. l. 1. C. de Mulier. & in quo l. lib. 10. vid. *Tiraq. l. Connub. 1. numero 28. & segg. vbi numer. 33.* idem esse si litigat cum viro, se defendendo *Couar. p. 2. cap. 7. numer. 8. & segg. Ant. Guib. de matrim. cap. 1. numer. 25. Beuf. cap. 66. f. 223. & segg. Manser. p. 323. Mozz. de matrim. col. 4. numer. 7. A. Fab. 1. Iurispr. 9. pr. 2. ill. 17.* Et tenetur vxor sequi maritum vagabundum, quocunque, si talis fuit tempore contracti matr. & esse sciuit, vt sunt histiores, circumforanei, *vid. Tiraq. l. Connub. nu. 39. Beuf. cap. 32. Farina. q. crimin. 134. num. 277. & segg. An & rebellem & exulem vid. Alb. Gentil. lib. 2. cap. 18. in fin. Sanè si mutet domicilium omnino sequi cogitur *Beuf. d. cap. 32. Couar. p. 2. cap. 7. numer. 7.* non obstante pacto, quo maritus cauit se non discessurum à domicilio vxoris, *vid. nor. 8. lib. 12. cap. 21. lit. B. n. Guaz. de cin. conuers. lib. 3. p. 456. 10. Cas. lib. 1. Sphæra cin. cap. 1. in fi. Tiraq. l. Connub. 8. num. 10. & segg. Moderata tamen castigatio maritis permilla *arg. l. 5. §. vlt. ad l. 4. q. Tiraq. l. 1. Connub. num. 22. & segg. Martin. Coler. lib. 1. de alim. cap. 10. numer. 23.* Quam & olim maritos exercuisse & vxores ex peccatis suis ponam fuisse eorum arbitrio *Halic. lib. 2. f. m. 95. † Castidor. lib. 5. ep. 32.* Delatam querimoniam, pudori tuo consulens, maritali districtione redarguas *Rad. Forner. 1. rer. quorid. 2.* Sed *Tiraq. l. Connub. 9. num. 1. & 2.* licet non immoderata verbera ill. canonesque permittant, multa tamen tolerari sæpe, quæ vitio non carent. Quæ autem alia correct. genera quibus mulieres emandandæ, *idem d. l. 9. num. 230. & 3. segg.* Atrocis verò verberata & indignius habita non quidem iniuriarum famosâ, sed verbis temperatis in factum, act. habet *Tiraq. d. l. 7. num. 24. Couar. p. 2. cap. 7. §. 5. num. 2. o. vid. Guaz. de cin. conuersat. lib. 3. p. 424. Zoanet. defens. tripart. p. 1. num. 65. & segg. Amor vxoris an paterno, in liberos, maior, an cedere illi debeat, *vid. Tiraq. ad l. 8. C. de vxor. don. num. 12. P. Mulier non ex capite viri proliit, ne heræ sibi partes arroget, nec ex pede ne serua planè videatur, sed ex costâ, vt lacter adherens focia fit marito *gl. in cap. vlt. v. costa 33. qu. 5. Beuf. cap. 1. in fin. Guaz. de cin. conuers. lib. 3. p. 431. † Plutar. in Connub. præcept. f. 146.* Sicuti cum sumuatur duæ consonæ voces cantus grauiori adscribitur, ita in familiâ res gerendæ consensu coniugum, viri tamen imperium vel consilium eluceat, & paulò post. *f. 148.* Imperare matrici mulieri debet, non vt dominus rei possessæ, sed vt animus corpori, Latum esse debet & officiosum vides imperium, *add. scitè Guaz. d. lib. 3. p. 431. & segg. Vnde philofophus 1. Polit. 8. (alijs 12.) imperij domestici genera fecerens, vt paternam gubernationem regio principatu, ita nuptialem ciuili magistratus auctoritati comparat *10. Cas. lib. 1. Spb. Cin. cap. 8. 9. Varro apud Agel. 1. Noct. 17.* Vitium vxoris aut tollendum aut ferendum. Qui tollit, vxorem commodiore præstat, qui fert se meliorem reddid; Sed hæc facilis dici quam ad vsu********

ad vsu, si opus est, transferri possunt, ait *Beufius de matr. cap. 9.* Quamquam cum *Agell.* tollere pro corrigere dictum testetur, sint, qui Varronem verbis illis aut tollendum castigacionem quæ fit manu aut verberibus significat volunt *Henning. Arnijs. lib. 1. Polit. cap. 3. pag. 84.* qui prius omnibus tentatis, verbera concedenda putat, si peculantia verbis reuideri nequeat, quod extremo malo extremis occurrendum sit remedijs. Sed rarè prospere ceder hoc remedium. Tutiss. est initijs occurrere, & in quaerenda vitæ consorte fatigare primum precibus supremum coniugij autorem. Vxor enim prudens à domino *Prouerb. 19. §. 4.* Et pars bona mulier bona in parte bona timentium Deum *Syrac. 26. §. 3.* Dehinc ante omnia in mores inquirere, nec cæco animi impetu ferri aut oculis corporis, digitisve solis vii. Sed oculos animi potissimè circumferre, vt si virtutum omnium dotibus cumulata, quæ coruis rariis albis, haberi nequeat, saltem quæ minoribus vtgerit vitios, seligatur, Sed dehis melius alij: Satis iam pro institutè quidem præsentè, verborum numerum, innubis dum hæc scribo, feci.

C A P V T XXXII.

Contractus ex consensu ciuiles.

Hactenus de contractibus Iuris gentium solo consensu initis. **SEQVNTVR CIVILES. I. CONSTITVTVM** seu conuentio pecunia constituta. Si quis constituat, nudo pacto (nam si stipulatione ciuili oblig. §. de constituta 9. l. de act. non prætoria) se soluturum debitum, naturale vel ciuile, & ex quacunque causâ *l. 1. §. 6. 7. & vlt. h. i. e.* & quidem quod tunc debitum fuit, cum cõstitueretur *l. item. 18. §. 1. hoc. siue ab eo qui constituit debitum sit siue ab alio.* Imò estsi constituit se soluturum alij, quàm qui debebatur *l. 5. §. 2. h. i. e.* quia vt sit debitum in rem exactum est, id est sine personæ ac modi designatione à quo, cui iure debeatur arg. *l. 7. §. 8. de pact.* Singulare hic quod, licet aliâ actio durer etiam post moram creditoris, hic tamen fecus *l. 1. §. 16. §. 2. h. Non* quia dederit act. ab initio Prætor, ab eâque liberari velit reum ex morâ creditoris. Mora enim oblig. non perimit *leg. 17. de p. ric. & comm. sed quia datur actio sub conditione si appareat per actorem non stetit. At quomodo ex pura conuentione? Nulla hic iniuria fit, habetur enim ex beneficio prætoris, contra regulam *leg. 10. Cod. de pact.* qui cum potuerit omnino non dare potuit & modum præstituit. **II. CONTRACTVS EMPHYTEVTICVS** b de quo *supr. lib. 9. cap. 13. lit. H. & c.* Solo consensu, quia contēdebant olim an esset emptio an locatio. Quin alterutri accendendus, non ambigebant. Vtrum verò statuat necesse est consensu perfici. Zeno autem naturam eius non minuit, sed auxit, scripturam requirens ad fidem rei gestæ, quæ aliunde non faciliè hic suppetit, cum in longum tempus fieri soleat. Quæ hic obligatio & præstationes, *vid. lib. 9. cap. 14.* **III. PACTVM DONATIONIS,** e verbis in præsens conceptis dono tibi 100. aureos *l. si quis 35. Cod. de donat. §. alia 2. l. cod.* Non si in futurum, quia quoad hoc regula: Ex pacto nulla actio, nihil detractum nec ill. nouæ extendenda. Ratio diff. quando verbis præsentibus fit, perinde habetur ac si donans tradidisset.*

NOTATA.

a Quod & contractum esse ac quidem nominatum sentit. *Vncon. §. declar. 67. num. 2.* Sed vetius esse pactum legitimum quidem prætorium, non autem contractum cum nec sua vi act. producat, sed prætoria ope *Gæd. de contr. stip. cap. 1. num. 2.* nec ex contractu vero & puro potest nasci obligatio conditionalis, cuiusmodi hanc. Don. noster contēdit. † Constitueret autem inter alia significat quod minus firmum est stabilire *Cic. 1. off. Id fit in constituto, cum quod minus firmiter prius debebatur aut parum tuid. id noua patione firmamus, dum promittitur id nos soluturos Don.*

a *§. 9. l. de act. num. 8.* Græci *κτράδα* vocat *Tiraq. de Iur. const. post. p. 1. n. 1. Duar. h. 1. c. 1. in fi.* Vide de constituto *Duar. ad Oldend. cl. 4. act. g. Vital. 2. var. lect. 23. A. Fab. 1. Coni. 4. & segg. b. Quem ciuilem esse *Valas. Iur. Emph. quest. 3. & quos laudat Trenz. vol. 1. disp. 29. fh. 9. lit. B. † & Gæd. ad l. 27. de V. S. 19.* eius formam primum à Zeno prodiit. Sed & *A. Fab. ante eum nomen incognitum fuisse, quod refelli s. lib. 9. c. 13. lit. D.* Verius autem qui eum iuri gent. adscribunt, ad quod ead. ratione vti licet, quâ Don. hic probat consensu illum perfici. Et Zeno non nouam fecit speciem, sed eam quæ erat detexit, sicuti grana ex spicis excutiens, ait *Claud. Daud. vel. lit. legali ad §. lvs autem gent. l. de I. N. G. & Cin. nu. 5.* vocans contractum hunc Sybilla Cumana antiquiore ex *Gem. 47. §. 24. & segg. l. sep. lib. 2. antiq. Iudaic. c. 4. Vid. & Coraf ad rub. C. de l. Emph. nu. 8. & 1. misc. 21. Bron. 1. aff. 79. e. Est & hoc pactum legitimum, non verò contractus, cum causam commercij non habeat, *Gæd. de contr. stip. c. 1. m. 39.* Vnde petitur res donata condit. ex lege *Nou. 162. c. 1. §. 1. in fin. Nec l. 21. de donat. quiddam ad rem facit. Nam vtique iure Paad. certum fuit pactum damnationis, stipul. non firmatum, act. non produxisse. *vid. Vasq. 1. contr. vsu freq. 1. 1. n. 17. Hopper. l. 4. vobis pag. 113. Baldun. ad pr. l. de don. 2. c. 3. P. Fab. ad l. 28. de R. 1. Gifan ad rub. D. de don. n. 18. & segg. & ad l. 22. d. t. n. 5. A. Fab. 45. err. prag. 8. Diff. Dd. vulgè Gomez. 2. resol. 4. Tiraq. post. l. Connub. gl. 5. n. 48.* Olim verò non ex nudo consensu valebat, sed aut traditione aut stipulatione firmata *l. 23. de don. int. vir.* Quorics igitur in D. legitur facta per epistolam toties per traditionem facta *A. Fab. 1. §. err. pag. 10.* Inter parentes tamen & liberos contēdit. *Hot. ad l. 6. C. Si ad res pig. donationem sine traditione ratam esse voluisse D. Piam ex 4. Sent. Pauli 1. §. 11. & per l. 4. §. 7. Th. de don. lib. 8. tit 12.* quæ in hanc rem facis claræ *add. Cuiac. 20. obs. 2.* Nec tamen rectè ideo *Hotom. d. l. 6.* accipit de donatione quam traditio non fecuta. Quia id verba illius, *titulo donationis translatum non patiuntur.* Licet enim donatio illa valeat sine tradit, & mancipat. solennibus, non tamen dominium ante, ex iuris ratione, transire potuit, sicuti nec hodie transferret, sed tantum obligatio. *Nou. 162. cap. 1. vt ipse Hot. 4. obs. 25. d. per verba dabo, donabo, & c. vid. Parlador. 2. ver. quorid. 3. num. 9.* Nec etiam hodie perfecta esset nisi cui donatur eam gratam ac ratam habuerit præterquam in casu sing. fauore ecclesie *Cuiac. conf. 43.* Num verò si præsentè fiat & tacenti silentio acceptari censetur *vid. Vasq. 2. ill. contr. 62. num. 12. & segg.****

Finis libri Decimij tertij.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

C A P V T I.

Contractus Mutui.

SEQVNTVR CONTRACTVS QUI RE FIUNT; **E QVIBVS NOMINATI SEX I. MUTVVM** & pro contractu accipitur & pro re *pr. I. Quib. mod. re contr. l. 2. pr. hoc tit.* quæ scilicet vsu consumitur, vtenda data vt accipientis fiat ac tantundem reddatur. **QVOD TRIA CONSTITVNT RES (materiam)** quæ vsu consumitur, pondere, numero mensurae constans *l. 2. §. 1. h. TRADITIO (forma)* interdum tamen pro tradita habetur *leg. 15. hoc tit. ET FINIS DANDI* cui §. insunt. 1. Vt res fiat accipientis *l. 2. pr. & §. 2. 2.* Vt reddatur. 3. Vt alia non eadem species. 4. Vt idem genus. 5. Vt eadem bonitate *vid. Don. noster ad leg. 2. pr. D. hoc tit.* Nomen ex re natum, quod tum ex meo tum, tum vicissim ex tuo meum fiat, vt insit reciprocatio mei & tui, *vid. ad l. 2. §. 2. hoc tit.* Reliqua expedita *ad tit. D. de reb. cred. quo se Don. remittit. Quæ hinc actio *l. 9. pr. & §. 1. & §. 2. Cui. d. l. 9. §. 8. l. 12. l. 14. 17. Cõtra quem *l. 27. 29. 30.* Qua de re & ad quid *l. 3. l. 11. §. 1. l. 22.* Quæ cum hic inferret non liceat, ne prior pars iusti voluminis molem excedat necesse, vt & ego eò remittam fortè eorum epitomen parti posteriori subiecturus.**

CAPUT II.

Commodatum, Depositum & Pignus.

2. **COMM**ODATUM. Commodare a est dare, non conuenire de re danda §.2. *Inst. Quib. mo. re cont.* rem, quamuis, quæ vsu non consumitur, c etiam soli l. 1. §. 1. *hoc t. d. Utendam d. §. 2. l. d. r. tantum non simpliciter, nec vt dominium transeat l. rei §. 8. & seq. h. t. e gratis d. §. 2. l. 17. §. 3. de presc. verb. aliàs locatio est vel contractus incertus. Certo præscripto vtendi modo ac finel. 17. §. 1. *ficur 3. h. t. E. g. equum vtendum ad certos dies, certum locum vel opus, trabem ad domum succidendam, quo discernitur à precario. Hinc in tempestiue repeti nequit d. §. 3. Vbi autem vsus fuerit accipiens ad eum finem modumque potest reposci, quia eo præscripto nil vltra conceditur l. 5. *pr. Mandati III. DEPOSITUM* f Deponere est rem alteri custodiendam gratis, aliàs irid. locatio est vel incertus contractus, dare l. 1. *pr. & §. 8. & 9. Depos. v. vt reposcenti, quando liber, restituitur §. pen. l. Qui mo. re. Eod. sensu commendare l. 186. de V. s. h non tamen indistinctè. Neque enim deponit qui commendat amicum alteri, aut amico familiam, sed cum traditio depositi propria præcesserit vt in l. Lucius 24. *hoc tit. IV. PIGNORIS DATIO.* Pignus res omnis pro debito obligata §. *item Seru. 7. l. de at. Propriè autem quæ in eam causam tradita l. 9. §. propriè 2. de pig. act. Quoad hanc sanè obli. non necesse est rem vere esse pignori, sed sufficit datam pignoris causâ. Vt vere sit pignus duo efficiunt, vid. *tr. de Pig. Vt subit debitum l. 5. de pig. & vt iure pro eo res obligetur, data ab eo cuius dandi t. c. Sires al. pign. Neutrum hic exigitur. Potest enim futuræ oblig. non sequuntæ causâ dari, item res aliena. Nec minus obligatur ad restitutionem qui accepit leg. 9. §. *quoque 4. l. 22. §. 2. hoc tit. i* Contra si conuenierit vt res, quæ est debitoris, mihi sit obligata, nec tamen ea tradatur, constituitur quidam pignus, non verò pignoratitia obligatio, quia huic initium à re tradita §. *vt l. 1. Quib. mod. re. k* Vt reddatur cum soluta vel de illo satisfactû leg. 9. §. 3. *h. t.* Conuentio hic inclusa verbo pignoris, quod est accessio debiti. Sublato igitur debito pignus haberi desinit.*****

NOTATA.

^a Dicitur autem commodatio id est, vsu rei *Don. ad rub. C. h. t. m. 2. Mozz. de Comm. d. c. 1. nu. 1.* Generaliter enim significat prodesse, sed hic peculiarem significationem habet *Duar. ad rub. l. 11. cap. 1.* vel qua cum modo id est, certa forma vtendi datur *Vul. in Par. b. Oldend. cl. 4. at. 15. Vul. in §. 2. q. Quib. mod. re. cont. nu. 4. & 6.* Prius etymon voci conuenientius, posterioris rei ipsi & magis adequatum, quia non quicquid commodat. commodatum est, & aliquando solius dantis gratia initur l. 5. §. 1. *l. 10. §. 1. l. 12. pr. hoc tit. Sanè & opera commodati dicitur & presentia ab Aduocato, Aſcon. in diuinat. Cic. 10. ad V. uener. not. in Petrom. p. m. 160.* Legimus & vsuum vel rem ad vsuum mutuari leg. *item 4. q. §. 2. de leg. 3. leg. 12. §. 14. de instr. leg. Vnde Cuiac. in Par. b. & 11. obf. 37. in commodato inesse mutuum ad vsuum, in mutuo commodatum ad abusum Vid. de Commodato *Duar. ad h. tit. Gomez. 2. resol. 17. Old. cl. 4. at. 15. Color. decif. 7.* b Nam est conuenient vt mihi ex. gr. equum commodos Lipsiam vsque, nuda est pactio, act non pariens *Don. ad rub. C. h. n. 5. c* Nisi & illæ ad pompam & ostentationem commodetur leg. 3. §. *ultim. vel vt dicis gratia nimium intercedant leg. 4. h. tit. id est, non ferid, sed perfunctoriè & simulatè vt defungi suo munere quis videatur, vel vt possit dicere se numerasse, vel ad solennia peragenda, vid. *A. Aug. 2. Emend. 2. p. 78. Conar. 4. resol. 8. Duar. 1. disp. 47. & ad l. 7. §. dolo 9. de pact. & hoc tit. cap. 2. Coraf. 4. mis. 8. Turneb. 11. adu. 1. l. & in Varr. de ling. Lat. 1. 297. Hopper. lib. 1. 1. & ad pag. 23. Conna. 7. com. 2. n. 12. Cuiac. 10. obf. 37. Curt. 1. Cont. ad fr. 35. Pith. 2. subsec. 8. d etiam aliena l. 15. & seq. h. etiam incorporalis vt habitatio l. 1. §. 1. in fin. hoc tit.***

l. 17. pr. de praes. verb. id est seruitus seu ius illud, de quo in 1. de vsu & hab. Mozz. cap. de rebus qua comm. pass. nu. 2, nec rectè Alb. Gent. 4. loc. §. 5. & P. Greg. 23. Syn. 1. nu. 2 exponunt de ædibus quia in d. §. 1. fit extensio per voculam amplius. Et faciunt l. 3. l. 8. §. 1. l. 5. §. 2. de precat. e Iure Sax. tamen res à commodatario alienata nequit repeti ab emptore, sed tantum actio contra commodatarium *Landr. lib. 2. art. 60. vid. Coler. decif. 7. n. 7. & seq. f* Alias rem significat vt cum dicitur restitui l. 10. *C. hoc tit.* alias contractum per meton. subiecti, qui & deponitio l. 1. §. 2. l. 5. §. *vt h. A de & ponendo dicitur Vlp. l. 1. pr. h. tit.* quia de auger significationem. Sic dedit, deamare, deperire, demerari, sic deponit *Plaut. in arg. Aulular. vid. Cui. i. ad Afric. in fi. ad l. 20. de man. rest. Cass. Schopp. 2. Verim. 9.* licet in quibusdam minuatur, vid. *Taubman. not. in Epidic. Plauti act. 1. §. 1. g* Scilicet mobilem quæ custodiam recipit, non verò rem soli *Vult. in §. præterea 3. l. 1. Quib. mod. re. n. 11. Mozz. de de pos. c. de reb. n. 1. & c de substantial. nu. 6. & 7.* Cum enim loco moueri nequeat, nec poni potest, ne dum deponi. *Diff. Gæd. ad l. 11. o. de V. s. n. 3. h vid. Gæd. ibid. h* *Hot. tamen 4. obf. 14.* interesse inter hæc vult temporis rationem. Depositum dici quod diu seruandum, *coll. ll. Mosai. tit. 10. vbi sententiam quamdam Pauli emendat. Hot. Commendatum verò ad breue tempus per l. 14. §. 4. *immet. l. 40. de reg. lig. Quod discrimen inde non infertur. Quidni verè dicatur deposita res, est mox repetenda, neque enim diem conuentioni adiacere necesse est. i A. Fab. 7. Coni. 19.* Sufficit ad pignoratitiam, quod in pignoris causam res tradita, debitorique solutionem creditor accepit. Alioqui alienam rem pignoris nomine impudè retinetur creditor. Nec dist. an debitor alienam sciens dedit. Nam & prædoni competit etiam de fructibus l. 2. §. 2. *h. t.* Nec enim æquum est propter personam prædonis, qui creditori satisfecerit, remanere fructus penes creditorem nullo iure & sine causa. *Facit L. 5. de cond. ind. Sic namque creditor ipse prædo fieri, prædandi causam captans ex bonæ fidei contractu. k* Nuda quidem conuentione contrahitur pignus *l. 1. pr. h. t.* re tamen obligatur qui pignus accipit, quia huic obligationi non constituitur pignoris, sed acceptio causam dat, *Duar. de pig. act. cap. 1.**

CAPUT III.

Obligatio Commodati, &c.

DE OBLIGATIONE HORVM, quia iisdem fere præstationibus continentur, in cõmune dicemus. COMMVNIA TRIA NUMERVS OBLIGATORVM. Vterque accipiens & dans l. 17. §. 3. *Comm. d. ACTIO NES MVTVÆ, directæ & contrariæ l. 18. §. vlt. Comm. l. 5. pr. Depos. l. 16. §. 1. l. 9. pr. de pig. act. ET PRÆSTATIONES: ACCIPIENTIS DVÆ. CVRA RERV, vt dolum præster, et si solius dantis vitias latam culpam; vt in deposito l. 22. *Depos. Sin accipientis vel vtriusque omnem a l. 13. §. vlt. leg. 14. de pig. act. l. 5. §. 2. Comm. d. vid. a lib. 16. c. 7. ET TEMPESTIVA RESTITVTIO, ex natura contractuum æstimand. vid. cap. præced. rerum ad fidem eius pertinentium. Vt sunt principaliter datæ semper, aliquando & extremæ per consequentiam. Accedunt, Quæ rem sequuntur, vt equum pullus l. 5. §. 9. *Cõmod. 3. Lucia ex re. Vt fructus b leg. 1. & 2. C. de pig. act. leg. 14. b §. 15. de furt. 2. Pretium rei distractæ in pignore debitum excedens l. 6. §. vlt. l. pen. de pig. act. 3. Pœna furti à fure accepta, sed solum in pignore l. 21. pr. de pig. act. Depositarius nõ habet actionem furti leg. 14. §. 3. de furt. Commodatarius habet, sed eius lucro cedit, non domini l. vlt. §. 3. *Cod. de furt. Sicuti & in locatione vid. lib. 13. cap. 8. in fin. Ratio differ. quia rei commodatæ vsuum habet commodatarius, vt conductæ conductor, non item pignoris creditor, sed nuda possessio transit leg. 35. §. vltim. de pig. act. Accusf. & Bart. ad d. leg. 22. c 4. Quod est in actionibus vt furti ex vendito, pignore distracto, vindicatio aut actio in factum, si ita vendidit, vt debitori pecuniam offerenti restituat l. 13. pr. l. 24. §. 2. de pig. act. item pignoratitia, si commodatui vt pigneret leg. 4. §. 12. *Comm. d.* Sed & hic dist. Si accipiens actionem, non factio suo accessiuit, cedit sine sumptu****

sumptu suo, vt act. furtileg. 22. de pig. act. item si iure suo, sine iniuria dantis, vt ex vendito d. leg. 24. §. 2. Sin verò cum iniuria dantis suis sumptibus d. §. 2. d. l. 5. §. 12. Quid si res præstandæ perierint aut deteriores? Si quidem casu in non præstatur sin dolo culpave, ita vt supra nisi conuenierit plus minufve præstari, vid. lib. 16. cap. 1. & seqq. **DANTIS PRÆSTATIO EA.** Vt si quid alteri per causam rei acceptæ abest, eum **INDEMNEM PRÆSTET** l. 5. pr. *Depos.* Agitur enim de calculo l. 6. §. *vt. de his qui nor. infp.* id est, ratione accepti & expensi. **QVOD DVO CONTINET:** DAMNA aut à persona dantis, in tempestiua subductione l. 17. §. 3. *in fin. Comm. d.* vel quia non præstat quod debuit, vt si ignorauit æs pro auro, vel re alienam, alivie obstrictâ ignoranti l. 1. in fin. l. 9. pr. l. tutor. 16. §. 1. l. 32. l. 36. de pig. act. si actu recepto pignore creditori illuſit l. 3. l. 22. §. 3. *d. r.* aut à re accepta, vt vase vitioso d. l. 17. §. 3. *in fin. Cõmod. seruo fure l. pen. d. r. l. 31. de pig. act. act. i* aut culpa accipientis, si res perditâ, cuius æstimatione ob culpam suâ præstitit, ad dominum redierit l. 17. §. vlt. *Comm. 2. IMPEN SARIAS NECESSARIAS* l. 18. pr. de pig. act. l. 18. §. *passunt. 2. Comm. d.* Exceptæ cibariorum in animal vel seruum commodatum & modicæ in valerudinem eiusdem vel inquisitionem fugitiuû d. l. 18. §. 2. Vitiles non aliter quam si aut inchoata à domino absoluerit, aut voluntate eius inchoarit, aut is ferre possit *l. si seruo 25. de pig. act. Reliquarum nulla repetitio l. 22. §. vlt. h. t.* Hæc nisi præstentur condemnatio fit in æstimationem nec iuratur in litem, nec damnatus fit infamis *vid. lib. 21. cap. 1.*

NOTATA.

^a *Vid. Duar. de Comm. d. c. 8. & ad tit. Depos. c. 2.* Hinc in Commodato modo dolum & lata culpa præstatur, si solius commodantis gratia factum, modo leuis si vtriusque, modo leuissima si solius comodatarij vt plerumque *Mozz. de Comm. d. cap. de diuis. n. 2.* Eademque dist. in deposito si quandoque fiat depositarij vel vtriusque gratia *Mozz. de de pos. cap. de diuis. num. 3. & seqq. & col. o. num. 4.* Quidam volunt & casum fortuitum præstari in pignore, quando creditor possess. pignoris per vim consecutus leg. 36. de pig. act. Sed in specie a. l. nullum fuit pignus, sed nuda chirographaria obligatio, vid. *Duar. de pig. act. cap. 6. in fin. b vid. 10. Cap. lib. 3. de fruct. tit. 4. c. 3.* Licet autem de his contractibus non conuenierit aperire, tacite tamen, eo ipso quo solus vsus concessus, actum fuit nequid ex cæteris rebus transferatur, *Don. ad rub. C. de Comm. d. a. 16. & seqq. c* ita & *Cuiac. 8. obf. 39.* creditori satis est creditum saluum esse, conductori vsuum, qui furto interceptur, vid. *Vital. 2. var. lect. 16. 7. Reu. ad l. 46. de R. l. inimis restrictè accipit d. l. 6. de furto factio ab ipso locatore. d* Vbi qui sinit talem esse seruum teneatur in solidum, distracta noxæ deditioe d. l. pen. ignorans subiuncta noxæ deditioe vel furti noxali, vid. *Cuiac. 8. ad Afric. in d. l. 31. e* Quæ sunt perpetuæ vitias causâ, non temporalis, quæ quod die reperendæ: Regula enim vt qui percipit commodum ei quoque adiunctum onus ferat, *Don. ad rub. Cod. de Comm. d. nu. 22. vid. Duar. ad rub. D. Comm. d. cap. 5. & 6. Mozz. de Comm. d. col. 4. de natural. b. num. 8. & seqq.*

CAPUT IV.

Dotis definitio.

5. **D**OTIS DATIO. DOS EST RES ^a **QVÆVIS** (matéria) Doti enim dari possunt res mobiles & immobiles, item iura & nomina l. vn. §. 7. *vers. ex actio C. de rei. vx. act. DATA (forma)* non de qua conuenit l. 13. §. 2. l. 14. §. *pen. de sum. dot. b* Alia enim est promissio dotis futuræ l. 6. de dot. promiss. naturaliter vel ciuilitate vt si dotem promissam ab alio maritus pro accepta habeat l. si 25. l. 4. r. §. 2. *h. t.* e vel si promissor dotis, debitor mulieris, inter moras mariti soluendo esse desit l. 31. h. l. *Mesia 49. Sol. matr.* Secus si ipsa vxor aut cui ea successit l. pen. §. vlt. l. 30. §. 1. *Sol. matr.* ante vel post nu-

ptias. Quin & durante matrim. augeri potest l. *yltim. C. de don. annupr. MARITVS (persona) d. l. vlt. aut alij, eo volente, vxoris, nomine, à quocunque etiam extraneo d. l. vlt. PROPTER NVPTIAS (fnis) d. l. vlt. sine quibus dos nulla l. 3. l. si pater 76. in fin. d. h. t. d. Vnde promissioni dotis hæc conditio inest l. 21. h. t. Ideoq; mortis causa promitti nequit, quia in tempus matrimonij finiendi confertur d. l. 76. in fi. vt dum ille durat, FIAT MARITVS, l. docet 9. *C. de R. R. l. 30. C. h. t. PRO ONERIBVS MATRIMONII d. l. 76. in fi.* Ergo ita acquiritur, quatenus necesse est haberi, quod ex conditione rei æstimatur, quæ si fungibilis pleno iure transit l. 42. h. t. vt & res æstimatæ l. 10. §. *pen. h. vt sup.* Sed non æstimatæ ad duos solum esse ctus: Vindicatione d. l. 9. & fruendi ius l. dotis 7. d. l. 20. *C. h.* Earum igitur verè non est dominus. Deest enim marito perpetuitas ius l. 30. *C. h. alienatio pr. Inst. Quibus al. non hic, manumissio tamen concessa l. seruum 21. de manum. l. 3. C. h. t.* accessiones rei quæ non in fructu l. vn. §. 9. *C. de rei vx. act.* Quare & in thesauro reperto idem iuris ac si in alieno l. 7. §. 12. *Sol. matr.* Denique non sibi habet maritus, sed alij, & eorum rebus non æstimatis debet, rationem redditurus soluto matrimonio, præstans dolum & culpam *lin rebus 17. hoc tit. l. 24. §. 5. Sol. matr.* Quin vxorem esse dominum clari textus l. *quamuis 75. h. l. 3. §. 5. de imm. l. pater 71. de iust. l. 30. C. h. t. ibi cum eadem res, &c.* Hinc accessiones mulieris sunt, illi res curantur, nec quidquam deest, nisi vindicatio, quam tamen habet, per interpositam personam mariti, cum exercitio sit mariti, emolumentum mulieris d. l. 75. *hoc tit.* Dicitur quidem dos esse in bonis mariti d. l. 73. sed quia act. rei persequendæ causa habet l. 52. *de acq. do.* quod dominium nõ arguit l. 49. *de V. S.* Atqui dominium marito quæsitum l. 23. *C. h. t.* & is vocatur dominus *pr. l. Quib. al. lic. & manumittit, quod solius est domini l. 4. C. de his qui à non do. r.* Non est dominus simpliciter, sed modo quodam f & ex parte quo ad vindic. & fruendi ius, videtur esse, subtilitate iuris l. 30. *C. h. t.* non est. Manumittit autem fauore libertatis si sit soluendo l. 21. *de manum. Fac. l. 24. §. 4. l. 6. r. So. matrim.* seruum heredem institutur adire iure leg. 58. d. t. verum officium in eo præstat vxori vt dominum sit apud maritum, vt loquitur l. 75. h. t. sed veluti depositum, non verò in eum translatur. **OBLIGATIO** hic eadem quæ in superioribus vt DOS RESTITVTIV. 2. *Sol. matr.* quæ ex contractu & conuentione, intellecta ex fine rei datæ & significata ipso verbo dotis. At Iust. dat act. ex stipulatu leg. vn. *C. de rei vx. act. §. fuerat 29. l. de act. E. verbis contrahitur r.* Confid. id Imp. non ex vero sed ex fictione, perinde atque si stipul. interuenerit. g*

NOTATA.

^a Ita & *Zaf. ad rub. Sol. matrim. num. 14.* desinit Rem quæ per vxorem vel eius nomine marito ratione matrimonij tradita est, vel promissa & numer. 16. & seqq. dotem non esse ius vniuersale contendit contra Bart. & alios, quia ius vniuers. propriè sit quod abstrahatur à rebus & sine vilo corpore esse potest l. 50. *de per. her. l. 7. de pecul.* Quio ius vniuers. non vindicatur, dos autè ita leg. 30. *C. de l. dor. hoc tit.* Et quid si solus fundus detur in dotem num vnicum corpus erit ius vniuersale? Ius vniuers. separari potest à singularibus, tolle res dotales quid supererit. Esse quidem dotem aliquo sensu ius incorp. sed non vniuersale. Augeri dotem posse leg. 31. §. *vt. Sol. matr.* verum & feuda augeri & fundum alluione, quæ nemo iura vniuers. esse dicit. Hæc & alia *Zaf.* cuius opinionem & 8. rationib. firmat *Fac. 10. cont. 31.* Sed eand. refellit *A. Guib. de dotib. c. 2. 7. Cui. in Par. b. i & Duar. ad rub. Sol. matr. 1. de dotib. c. 1 in pr.* generis loco Pecuniam ponunt, quod reprobat *Vult. in pr. l. Quib. al. lic. num. 8. & seqq.* ac inter res ipsas dotales & dotem seu ius in rebus, ab iisque tanquam adiunctum à subiecto differens, distinguendum monet & 1. *disf. 19.* Dos quid sit vid. & *Gribald. ad rub. Sol. matr. 9. 11. Vator. 6. declar. 93. b* Quam tamen & verè dotem esse vult. *Zaf. E e 3 ad rub.*

Repetitio dotis.

HABET HÆC REPETITIO PECULIA-
QUANDO. NON CONSTANTE MATRIMONIO I. I.
 l. 76. h. t. a NISI MARITVS VERGAT AD INOPIAM
 l. vbi 29. C. h. t. l. 24. pr. Sol. matr. b EXTRA HUNC CASUM
 nec volens volenti recte soluit, quia si consumperit,
 vxor, denuo restituere cogitur. Nisi ex iustis causis
 reddiderit, vt impendat in res necessarias, vel officium
 pietatis inde suis exhibeat, vid. l. 20. & seqq. Sol. matr.
 c SED SOLVTO leg. 2. pr. Sol. matr. quia finis dotis tum
 cessat l. 77. in fin. de l. dot. et res aliena accepta l. 11. Sol.
 matr. NISI IVSTA RETINENDI CAUSSA. VEL EX
 CONVENTIONE VT MORTUA MULIERE VIRI MANERET l. 12.
 de pact. dot. d Vt autem aliter dirempto matr. superstiti d
 dos adimatut conueniri nequit l. 2. de pact. dotat. VEL
 CVLPA ADVLTERRÆ l. Lucius 38. & seqq. l. 47. Sol. matr.
 l. 8. C. de repud. e Olim autem res fungibiles annua bima
 trima hic restituebantur, id est, diuisis in 3. annos æ-
 quis portionibus reliquarum præsens repetitio. Hodie
 immobiles statim, mobiles non nisi post annum l. vn.
 §. cum a. 7. C. de rei vx. act. f Nisi conuenierit vt cetero-
 re die reddatur. Nam vt longiore pacisci non licet l.
 de die 14. & 2. seqq. de pact. dotat.

NO T A T A.

a Vid. Sc. Gentil. lib. 4. de don. int. vir. c. 20. & 3. seqq. Si ca-
 uen ob nimiam scruitiam fiat separatio tori, licet matrimo-
 nio, verò non dirimatur. Benf. de matrim. c. 10. Coua. de ma-
 trim. p. 2. c. 7. §. 6. n. 1. dos statim reddenda. Hipp. de Marf. lib. 1.
 vlt. C. ad l. Cor. de sic. m. 22. b vid. Gomez. in l. Tauri 50. & 3.
 seq. n. 33. & 2. seqq. Sarment. 2. Select. inserp. 12. Gual. 2. obs. 83.
 & seqq. Andr. Rauchbar p. 1. quest. 33. 10. Bapt. Costa de facti
 scient. dist. 70. cent. 2. Herman. Meirer. lib. 2. de præferend. cred.
 rit. §. numer. 25. & seqq. Sc. Gentil. 4. de don. int. vir. 23. vbi &
 quærit an cautione præstita restituitio euitari possit, vid. &
 Toming. decif. 58. Vegere ad inopiam & labi facultatibus
 per famam & rumorum vulgi probari, post alios Freber lib.
 2. de fama cap. 13. num. 5. Ac si vxor furiosa sit vt illi restituitio
 fieri nequeat dos sequestranda, Andr. Clud. de iure sequestr.
 cap. 5. casu 4. Quid si vir postea ditor redditus au dotem
 recipit? Negat ex plerorumque sententia Tiraq. tr. Cess. caus.
 fa limit. 14. Gomez. d. lo. num. 35. c leg. mutus 73. §. 1. de lot.
 latè Sc. Gentil. quem ad hoc adi. 4. de don. int. vir. 22. a Vel d
 ex l. municipal. eod. casu dotem illiusve partem marito
 tribuente. De interpretatione huiusmodi statutorum vid.
 Io. Vinc. Hondeca. vol. 2. cons. 3. & 4. Sed nunquid vt illi lu-
 cro dotis locus requiritur vt traductio & complexus mari-
 talis sequatur? Aff. P. Greg. 45. Synr. 14. num. 7. & seqq. Ti-
 raq. ad l. 8. C. de reuoc. don. v. donatione largitus numer. 222. &
 seqq. iunct. num. 230. A. Guib. de sponsal. cap. 3. Quid sint spon-
 salia numer. 1. Cypra. de sponsal. cap. 3. §. 35. Vafq. 1. contr. vfu-
 freq. 3. num. 21. cuius hæ rationes, paucis excerptæ: 1. Tale
 lucrum propositum, viris ad officium prolis gignendæ alli-
 ciendis. Quod sine deficiatur nisi, & c. 2. Cum in defectu li-
 berorum proponatur, casus supponendus, quo liberi possunt
 suscipi. 3. Hoc statutum quodammodo votum captandæ
 mortis continet, ideoque restringendum. 4. Populari lo-
 quendi vsu in statutis attendendo, antea sponsi dicuntur
 non coniuges. 5. Indignum commodo, qui onera matrimo-
 niæ sustinuit. In lucranda vero dote statuta non loci con-
 tractus, sed domicilij mariti, respicienda Vafq. d. lo. numer.
 20. Num. hoc casu legatum viro ab vxore computetur in
 dotem, vid. Forst. 9. de success. 7. Quid si ex pacto vel sta-
 tuto dos debeat marito cedere & ea in diem promissa, vxor
 verò ante diem mortua? vid. Rauchbar. p. 9. 3. Meno. 6. præ-
 sumpt. 1. nu. 21. e de quo Cuia. in Nou. 22. & ad cap. plerum-
 que 4. de don. int. Couar. p. 2. de matrim. cap. 7. §. 6. Benf. de
 matrim. c. 21. & in leg. admodum 31. de iure. n. 958. & seq. A.
 Guib. de dotib. cap. 6. nu. 24. & seq. Forst. 4. de succ. 17. Sc. Gent.
 lib. de sec. Nupt. cap. 1. & seq. P. Theodor. dist. 1. v. cri-
 min. 6. t. h. 3. lit. M. An eadem perdat vidua ob stuprum com-
 missum? Aff. maximè si intra annum luctus. Anna Rob. 1.

Dotis restitutio cui fiat.

QUIBUS SI MULIER DEDIT IPSI, per l. 6.
 C. si quis alit. SIN EXTRANEVS, id est, qui non
 habet in potestate l. vn. §. accedit 13. C. de rei vx. act. DIST.
 SI SIMPLICITER, MULIERI d. §. 13. l. 9. in fin. C. de
 pact. com. quia dans mulieris nomine constituit eius
 nomine possidere. Quare dos in eâ causâ est, ac si
 ipsa tradidisset, arg. l. 9. §. 5. de ac. dom. itaque non per
 alium actio, contra iuris regulam acquiritur, sed ipsa
 per se acquirit. Excip. Patre emancipatæ, in dote ab
 ipso verè profecta, a (id est eius bonis l. 5. pr. h. t. non
 aduenticia vt si dedit ex causa obligationis, d se debi-
 tatum d. l. 6. §. si pater 6. b cui iure sing. succursum, vt ipsi
 non hereditibus filia, restituitur l. 6. pr. de l. dot. l. 4. C. l.
 si ab hostib. 10. leg. 59. D. Sol. matr. mortua in matrimo-
 nio filia d. l. 11. est liberis relicta, c quia l. 11. non distinguunt
 & ratio d. l. 6. generalis quia sic nihil filia admittitur.
 Non verò si soluto matrimonio decessit, nisi si capta
 ab hostibus d. l. 10. quia ex fictione l. Cornelia vide-
 tur in matrim. decessisse vel filia ægræ in hoc repudiū
 vir misit, vt patrem dote priuet d. l. 59. Sol. matr. d Patre
 superstitie. Præmortuo enim illo dos apud mari-
 tum manet, exclusis patris & filia hereditibus Vp. tit. 6.
 §. 4. quod Justin. correx. l. vn. §. maneat 4. C. de rei vx.
 act. Planè si auus paternus nepti dorem dedit & is
 prius, deinde illa obierint, dos patri reddenda l. dotem
 6. D. de coll. bon. SIN VT SIBI RESITVRETVR, AC-
 TIO ILLI ex stipul. vel si pactus est sine stipul. præscri-
 ptis verbis d. l. vn. §. 13. sed si in continenti l. 9. in fin. C.
 de pact. com. Ex interuallo nequidem si stipulatus, nisi
 consentiente muliere l. 29. Sol. matr. Quin & tunc ita
 demum viliter, si decesserit in matrimo. sine liberis
 l. 40. d. t. & quia deteriorum conditionem suam in do-
 te facere non potest, l. 14. de pact. dotat. & conditio si
 sine liberis ex affectu pietatis inest. Qui verò in vnum
 casum dissolutionis pepigit, in alterum non habet ac-
 tionem l. 22. pr. d. t. quia restrictior hic interpretatio
 quàm in testam. substitit. in vnum casum facta. Ergo
 qui sibi consulere velit caueat quocunque modo so-
 lutum erit l. 56. d. t. vel generaliter soluto matrim. leg.
 240. de v. s. QVOD SI QUI IN POTESTATE HABET
 DEDERIT SIMPLICITER, DOS COMMVNIS PATRIS
 ET FILIÆ l. 2. §. 1. e l. 3. d. t. non dominij, quod filia
 est in solidum l. 3. §. de minor. l. 7. de enit. sed potestati ac
 exigendi iure, ita vt exercitio sit solius patris d. l. 2. §. 1.
 l. 21. §. 3. de pact. f Tamen enim ipsius non sit, interest
 tamen eius dorem recipere, quam iteranti nuptias det
 d. l. 71. Nec igitur filia agit, nisi pater abst. aur furiosus
 l. 22. §. 10. Sol. ma. vel præsens agere nolit & filia ma-
 ior sit Nou. 97. c. vlt. Voluntas filia d. l. 2. §. 1. quæ exi-
 gitur tempore accepti iudicij, nec ante cõsensisse pro-
 dest nec dissensisse nocet l. 22. §. 5. Sol. matr. Vbi tamen
 silentium pro consensu, est contradictio non possit,
 vt furiosa d. l. 2. §. vlt. item si possit, nec contradicat,
 cum sciret, præsens vel admonita d. §. vlt. Si procul ab-
 sit vel vbi sit nesciat, Pater suo & filia nomine cõ-
 Procurator petat, satisfans filiam ratam habituram
 d. l. 2. §. vlt. Quin & contradicens sine causâ pro con-

sentiente l. 22. §. 6. l. 37. Sol. matr. Ob vtilitatem patiter
 filia & reuerentiam patri debitam affectu paternum.
 Causa autem contradic. si pater deceptor d. §. 6. g V-
 triusque igitur voluntas exquirenda l. 3. d. t. Quod si
 patri dos soluta inuita filia, actio illi integra, postquã
 sui iuris facta d. l. 2. §. 1. nisi pater receptam alij viro in
 dotè dederit l. 4. d. t. vel filia heres patri aur ex legato
 tantum consequuta, quia id cum dote compètat l. 22.
 §. 3. d. t. h Quamquam legatum à marito vxor vna cum h
 dote accipit, nisi pro ea nominatim reliquerit l. vn. §. C.
 de rei vx. act. i R. diff. Pater, dum dotem à genero reci-
 pit, hoc agit ne filia ab eodem repetat. Quare quod in
 filiam confert, conferetur eo animo facere vt eo conten-
 ta nihil contra voluntatem faciat, quam & seruari con-
 uenit, si citra fraudem filia potest. In marito legatè ni-
 hil est quod eandem interpretat. suadeat, cum solutio-
 nis & legati, vt pote donationis, contraria sit natura.
 Itemque si filie inuito patre soluta, patri actio integra,
 nisi ad eum peruenerit l. 3. d. t. & nisi non perdituræ
 reddita, sed iustis ex causis l. 22. §. 1. d. t. quæ causæ in
 l. 20. & seq. d. t. Sed hæc durante nexu potestatis. Ex
 quâ si filia soluto matrim. ante restituitio dotis exi-
 erit, actio ad eam reuertitur l. 42. pr. D. l. vn. §. videamus
 11. & §. vlt. C. de rei vx. act. quia non amplius patri in-
 terest l. 19. de ri. nupt. Adeo vt & à patre ipso si is fortè
 genero heres factus, eiusve hereditibus possit petere l.
 si fover. 44. pr. d. t. Quamuis pater de re iudicata dece-
 serit l. 31. §. 2. item licet madauerit filia marito, à quo
 diuertit, tunc cum adhuc in potestate vt dotè redde-
 ret l. penult. §. 2. d. t. SIN RESITVTVI SIBI CAVERIT
 PATER ACTIONEM PROPRIAM SVAM FECIT, SI
 STIPVLTVS EST l. quoties 29. d. t. PACTVS, etiam in
 continenti, NIHIL EGIT l. aulia 6. C. de l. dot. vbi ratio,
 quia & sine pacto actio dotis profectitia datur patri,
 quam eandem retinere necesse est, nisi nouatio facta.
 Fit autem ea stipulatione non nudo pacto. Er in hoc
 patri minus datur quàm extraneo. Plus verò in eo
 quod si ante nuptias dorem dedit, stipulando etiam
 ex interuallo, ante nuptias tamen, ac acquirat d. l. 29. in
 fin. pr. Extraneus non item l. 8. de cond. ca. da. Ratio diff.
 In patris potestate est dissoluendo sponsalia efficere
 ne vlla dos sit, l. 10. de sponsal. in extraneo non item VII.
 ADVERSVS QVOS. In quo nihil proprium. Teneur
 enim qui accepit, maritus vel alius, eius nomine l. 22. §.
 12. Sol. matr. k ille tamè actione dotis, hic conditione
 ob causam dati vel sine causâ per l. 1. de Cond. sine ca.
 Dantur & aliæ act. per consequentiam, vt contra pa-
 trem. Quod iusu de peculio, de in rem verso d. §. 12. l.
 53. Sol. matr.

N O T A T A.

a Dos profectitia hoc interest à peculio profectitia, quod a
 illam dat pater etiam liberis, quos in potestate non habet, mo-
 do sit virilis sexus, & per virilem sexum cognatione iunctus.
 Nam quæ à matre vel auo materno datur aduentitia est. Cu-
 iac. 8. ad Afric. ad l. 11. de fund. dot. A patre autem data quan-
 do ex bonis eius constituta præsumatur Meno. 3. præsumpt.
 25. b Mortua in matrimonio vxore dorem aduentitiam sem-
 per retinere maritum est nihil pactus sit probat Cuia. 9. obs.
 4. ex Vlp. tit. 6. §. 5. l. 23. de enit. l. mulier 20. de cond. inst. l. 5. de
 bon. dam. l. 1. C. si adu. dot. & maximè l. 15. de sum. dot. Et per l.
 79. de l. dot. & Ans. Fab. 1. Con. 16. qui de repetitione dotis ad-
 uentitiæ pluribus agit 13. Coua. 4. & seqq. c Contentio hæc
 de hac antiqua inter Bulgarum, cuius opinioni nosster Don-
 fauer, & Martini qui propter liberos dorem apud mari-
 tum manere voluit, cuius sententiam consuetudine genera-
 li totius orbis seruari testantur citari à Trent. p. 2. disp. 7. th.
 11. lit. C. † Cuia. 6. ad Afric. ad l. vlt. Rem rat. hab. Bulgari
 opinionem admittit iure nouo, Martini veteri Idem 8. ad A-
 fric. in l. 61. §. 8. de furt. Martini opinionè inde sustineri quod
 hoc pactum vulgare l. Babium 30. de pact. dot. Quæ autem
 vulgò inter contrahentes conueniti solent, etiam non con-
 uentia inesse in bonæ fidei iudiciis. Quod alibi reprobaui.
 E c 4 Marti-

Martini opin. plurib. rationibus eleganter firmat. *Ant. Fab. 1. Coni. 16.* Sententiam tamen suam retractans 13. *Coni. 1. & seqq.* Ad quos remitto. Contrahenda enim quantum potest, hæc nota. *add. M. Verranus Maurus de Iure liberorum c. 5. Cuiac. ad. lo. & ad. l. 81. de R. I. P. Greg. 2. Syn. 22. numer. 9. & 10. Tessaur. decif. 190. Ranchin. de succ. int. §. 14. num. 3. & seq. lo. Vinc. Hondeda. vol. 2. conf. 75. d. Vel si filia ideo dicitur ut maritum lucro dotis afficiat l. 5. de diuor. quæritur de emancipatu loquitur. Ac cur in d. l. 4. C. Sol. matr. adiecta verò sibi familias B. Gouea. 2. var. lect. 4. eam ceu irreptitiam expungit. *A. Fab. 1. Coni. 6.* aut esse interpretis aut (quod verius est) ita ex facto propositum Imp. quod in ea specie fuerit filiafamil. e. Vbi verba & dos ab eo perfecta Tribon. esse vult. *Gouea. 1. var. lect. 44. per Vlp. tit. 6. §. 6.* Quod refellit *Hottoman. 9. obs. 2. & vid. Cuiac. 6. ad Afric. in l. vlt. Rem rat. hab. Gomez in l. Tauri 50. & 3. seqq. nu. 28. Cabot. 1. disp. 28. & Ant. Fab. 13. Coni. 6.* filiam sine consensu patris nec aduentitiam dotem repetere contendit. *g. Quæ alia? Mem. arb. ind. qq. ca. 242. & A. Fab. 5. Coni. 19.* Veri. *ideoq. officium in d. §. 6.* Tribon. inseruisse putat. h. Quam emendant *Cuiac. 3. obs. 16.* pro tantum, quantum reponens amplius quam *A. Fab. 4. Coni. 9.* pro nomine leges minime vel non. *Rob. 2. animadu. 16. Cabot. 1. disp. 28.* vbi conciliat *l. si pater 4. de collat. dor. 1.* Olim contra ex edito de alteruro, de quo vid. *Cuiac. 3. obs. 16.* & *l. Cuius de matrim. in singularia d. n. 19.* k. Item si ei imputari possit cur non exegerit *l. 33. de l. dor.* Quod si mulier ipsa promisit, nec ab eo dos exacta est, habet quidem act. mulier vt promissione per acceptationem liberetur, quæ alias haberet contra petitionem ex promiss. dotis except. *doli l. 38. §. 1. de pecul sed non habet repetitionem dotis petende ad si data esset.* Neque enim probè marito imputabit vxor quod secum durius non egerit, nec absolutionem viderit *Cuiac. 8. ad Afric. in d. l. 38. §. 1.**

C A P V T VII.

Res ex causa dotis restituenda & fructus dotales.

QUID IN EAM VENIAT? RERVM DVŒ GENERA I. QVÆ PLENO IVRE TRANSIBVNT, vt fungibiles. Et reddendæ eiusdem qualitatis *l. 42. de l. dor.* Nec earum interitu maritus liberatur, quia genus perire nequit. Eadem causâ rerum æstimatarum, vt irid. non ipsæ res, nec aliæ quoq. eiusdem generis, sed æstimatio debetur *l. 10. §. 4. D. l. quoties §. C. de l. dor.* actione ex vendito *l. 16. C. d. t. 2.* Nisi conuenit res ipsas si existant, reddi debere *l. æstimatis 50. Sol. matr.* quo casu, si perierunt nihilominus æstimatio debetur *l. 21. C. de l. dor.* b. Quod si disiunctim vt aut æstimatorio aut res præstetur, electio, in dubio, mariti *d. l. 10. §. vlt. de l. dor.* II. CAETERAE NON AESTIMATAE DVVM GENERVM: IN DOTE DATAE *d. l. 50. Sol. matr. l. 17. in fin. de l. dor.* et si alienæ *l. 11. d. t. ET COMMODA DOTIS, TVM QVÆ NON SVNT IN FRVCTV.* Vt i. quæ extrinsecus accedunt, alluio, insula, vsusfr. ad proprietatem reuersus *l. 4. l. 10. §. 1. de l. dor. 2.* quæ ex re vt arbores siluæ non cædunt *l. 7. §. 12. C. de rei vx. act. 3.* Per seruos dotales quæstia, nec ex re, nec operis mariti *l. seruis 58. Sol. matr. 4. l. 7. §. 1. de l. dor. l. 6. in fin. Sol. matr. 4.* Quæ ex manumissione seruorum. Jus patronatus & quæ ei conseq. hereditas liberti, &c. TVM QVÆ IN FRVCTV. c. sed percepta vel ante nuptias, vel iis dissolutis. Fructus enim dotis mariti, pro oneribus matrimonij *l. 7. pr. l. 10. D. l. 20. C. de l. dor. l. vlt. Sol. matr. l. vn. §. 9. C. de rei vx. act. sed dotis id est re dotali, non constitutâ tantum in dotem, sed tradita *l. 15. in fi. Sol. matr.* & nuptiis sequutis *l. 6. d. t. itc. que constante quidem, sed pro ea parte qua matrimonium non stetit. d. l. 6.* Nam si id, nondum exacto anno, diremptum, pro rata temporis diuidedi *d. l. 5. d. l. vn. §. 9.* initio computando ex die, quo dotalis esse cœpit. Vt & si incidant duo genera fructuum, nihil ex vtroque amplius percipiat quàm pro modo temporis, d. Quo pertinet species illa *l. 7. §. Papius 1. Sol. matr. d.**

Stetit ibi matrimon. tertia parte anni, inque id tempus duo genera fructuum, vin demia videl. & merces locationis, an traditi fundi? Resp. Ex die traditionis. Aliàs si ex locationis die annus vltimus inciperet, fructus vindemiæ integros perciperet, quod absurdum. Tertia igitur portio fructuum vnus anni relinquenda marito, qui 4. mensib. onera tulit, Ea verò sumetur ex vtrisque vindemiis & mercede, confusus. Ad hanc confusionem accipietur pars quarta mercedis, sed quantum de vindemiis sumédum non exptimit Papin. Rationi congruum vt *Duar. 1. disp. vlt. & ad d. l. 7. §. 1.* confundi fructus vindemiæ, non integros, sed pro modo temporis, id est, vnus mensis § §, seqq. conuincunt. Nam si toti fructus confundendi, quidni & merces tota? Ex confusione igitur 12. partis fructuum & 4. partis mercedis efficietur tertia portio fructuum anni nouissimi. Fructus autem intelliguntur, qui deductis impensis, ab vtroque coniuge factis, super sunt *l. 7. pr. Sol. matr. c. Nec tantum quæ petuerunt restituenda, sed & quæ potuerunt dolo & culpa, præstandi vltim. Sol. matr. §. 9. C. de rei vx. act. Nisi post moram d. l. 25. quæ & postea offerendo purgatur l. 9. l. semel 26. d. t.* In culpa hoc singulare quod licet veretur vtriusque commodum, culpa quidem præstatur *leg. 18. §. 1. l. pen. pr. d. t.* sed non maior diligentia *l. 16. de l. dor. Ratio in §. vlt. l. de societ. V. QVÆ ACTIONES? Extraneo ex stipulat. vel præc. verbis, vt cap. præced. MYLIERI TRES I. IN PERSONAM; ad res quidem æstimatas ex vendito l. 10. C. de l. dor. ad alias olim quidem actio rei vxoriæ, nunc ex stipulatu *l. vn. §. 1. C. de rei vx. act. §. fuerat 29. l. de act. f. vbi f. duo singularia. Natura bonæ fidei actionis d. §. 29. d. l. vn. §. 2.* Hinc vsuræ ex mora debentur *d. l. 1. §. 7. vers. ex actio 8. & iuratur in litem l. 25. §. 1. Sol. matr.* Et priuilegium exigendi vt cæteris creditoribus præferatur *l. 22. §. vlt. d. l. 17. §. vlt. & l. seqq. de reb. aut. ind. nunc benefic. vberius in hypotheca quod sequitur 2. HYPOTHECARIÆ.* In omnibus mariti bonis tacita hypotheca *d. l. vn. §. 1.* aut præferatur aliis non priuilegiariis solum, sed & hypothecariis, olim tantum posterioribus *l. 9. C. de l. dor.* hodie etiam prioribus *l. vlt. C. Qui pot. in pig. æquè videl. tacitam, non expressam habentibus. h. Verè igitur IC. in l. 1. Sol. matr.* Dotium causâ id est, lis de recipienda dote, semper & vbique præcipua est, id est præcipitur, *arg. l. 20. §. 1. & 2. l. 35. Fam. arc. 1.* præ reliquis creditis in omnibus causis, quæcunque à creditoribus obiciatur. Obi. Imò sumptus funebres omne creditum præcedit *l. pen. de relig. Resp. Si scil. in eo nihil amplius sit quam creditum. Secus si aliud priuilegium vel hypotheca. Nec enim tum præceditur à credito, sed à crediti priuilegio vel hypotheca. 3. IN REM ad res certas l. 30. C. de l. dor.* Atque hac vti maxime consulum est, quia in ea etiam expressa priorè hypoth. munitis potior est *d. l. 30.* Merito. Neque enim hæc res, quippe alienæ, creditoribus obligatæ, & damnatur maritus etiam ultra quàm facere potest.*

N O T A T A.

a Quando æstimatio rerum dotalium emptionem constituat. vid. *Couar. præc. qq. c. 18. Meno. 3. præsump. 64. num. 14. & seqq. add. S. Gentil. lib. de æstim. ver. in dot. dat. b l. pen. §. 1. in verbis: pro periculo mancipiorum D. Sol. matr.* Quod tamen *Couar. d. cap. 28. numer. 4.* sic accipere videtur si saltem leuissima culpa mariti, aliàs non præstanda, accesserit. c vid. *Gomez in l. Tauri 50. & 3. seqq. num. 33. Io. Cop. lib. 3. de fruct. tit. 2. 1010.* d Quam variantes verò interpretationes perpessa *d. l. 7. §. 1.* quantis contentationibus vexata? Nolim hic vel referendis

rendis vel referendis aliorum expositionibus immorari, spectata breuitatis memor. Adeat eas cognoscere auidus *Alc. 3. Parad. 1. Coraf. 5. misc. 5. Loriot 17. de fructib. ax. 36. & seqq. Zaf. & Gribald. ad d. l. 7. Cuiac. 2. Sent. Pauli 22. 14. obs. 2. 1. 4. Feud. 30. & 2. not. Merc. 8. & Rob. 2. animadu. 8. Nic. Sudor. lib. 2. disp. civil. p. 185. & seqq. Charond. 1. Verifim. 10. Henr. de Suerin. rep. lect. C. 32. A. Fab. 1. Coni. 13. Pacia. 1. explic. eius & l. Alex. Turamin. nouissimè Tina. Fab. 1. annoi. 11.* Nullum ex his sententiam Papin. pepitum assecutum suspicor. Alij verbal. (vt putant) amplexi contra rationem & sententiam aperte nituntur & à iusta computatione recedunt, maliq. sunt arithmetici. Alij dum iustam computationem inire student verbis vim faciunt. Aliorum interpretatio tum à verbis tum à sententia immane quantum distet. Hypotheses itaque aliorum omitto, vnam Duar. posuisse contentus, tum quia Don. illi accedit, tum quia mea, quam subiticiam coniectactio, eodem ferè tendit. licet alio medio. Species itaque Duar. talis. Merces 12. aureorum. Vindemiæ 24. Quarta parte anni stetit matrimonium. Si haberetur ratio mercedis solius tantum 4. consequeretur maritus, si vindemiarum soliarum 8. Verum vtriusque ratio habetur, non vnus, quia non eodem anno stetit matrimonium. Ac licet non diutius 4. mensibus, tamen vnus mensis, October, in finem prioris anni, tres reliqui in posterioris initium incurunt. Quare in hac hypothesi 5. accipiet maritus, tres quidem aureos pro quarta parte mercedis, & dyos pro duodecima vindemiarum. Et hæc diuisio equidem rationi iuris congruit & æqualitatis analogiam seruat, si ponamus fundum in quo solæ vindemiæ, vt probabile est de eo sensisse, IC. Ac licet *Cuiac. 1. Sent. Pauli 22.* speciem Duar. inde reselli putet, quod illi consequens sit locationem obtulisse marito. Nisi enim locasset procul dubio consequutus esset 8. tamen hæc non valde officium. Sibi enim imputet maritus si villoris fundum locauit, quàm vindemiæ redditus prioris anni fuerunt quarum proventus ferè solet esse incertus. Quin æquo animo ferat hoc si quid est damni cui conuerso casu nec lucrum inuis auferetur *arg. l. 25. §. 6. Locati.* Nam si ponas Vindemias fuisse 12. Pensionem locationis 24. Hic ex sententia Duar. 7. consequetur maritus 6. de mercede & 1. de vindemiis, qui nisi locasset tantum 4. accepturus. Nec omnino improbabilius Duar. verba *vindemiæ fructus* accipit non de totis, sed vnus mensis. Nam cum Papin. non addat fructus integros confundi debere, intelligere facile possis fructus scil. illius temporis quo matrimon. stetit. Stetit autem vno mense illius anni, cuius sunt fructus vindemiarum. Verum illi planè restitunt verba, vt *ex c. pecunia, &c.* Nam siue verbo *confundi.* contributionem in vnum intelligas, vt plerique, siue, vt Duar. per ea significari quod vtrorumque ratio habeatur, quod eod. tendit, si eam pecuniam interpretaris quæ ex vindemiis & mercede redacta est, necesse est, neque verba aliud patiuntur, non totam pecunia ex contributione illa vtriusque generis fructuum (siue totorum vtrorumque, siue partis vtriusque siue ex vno genere totius ex altero partis) confectam, sed tertiam portionem illius redacti marito relinquere. Quare si congestos dicas, 2. aureos vt 12. partem vindemiarum & 3. aureos vt 4. portionem mercedis fiet ex ea pecunia, id est 5. autis tertia portio, id est, 1. aureus & 2. tertia, viro obueniant. Quo nihil iniquius vel inæqualius. Quid igitur? Vnus vobis inobseruata, obuia tamen, significatio tenebras hic interpp. offudit, effectiq. vt ceu in media nocte caligarent. Quas paucis, pro instituto, eruta illius vi, discutere enitar. *Confundi* dum scribit Papin. fructus vindemiarum cum quarta portione mercedis, non congestione vtriusque generis fructuum in vnum acerum inquit, in quo vnum mirum quàm Dd. in reliquis ferè discordes, conspirent. Sic certè nunquam congruum sensum elicies, quem verbis commodè aptare possis. Sed compensationem induci vult, vt quando plus ex vno genere fructuum accepit maritus, tanto minus habeat ex altero, vel nihil potius ex hoc, si quod amplius debito ex illo perceptum est, portionem quæ ex his debetur exsuperet, vt in specie d. §. vlt. accidit. Qua ratione fiet vt ex ea pecunia vindemiarum percepta, tertia portio fructuum totius anni viro relinquatur. Paulo planius hæc exponam. Compensationi locus vbi duo sibi mutuo debitoris. Hic debent sibi inuicem coniuges fructus vtriusque res compensationem recipiens. Maritus vxori quod ex fructibus vindemiarum amplius quam habere eum & retinere conuenit, consequutus. Percepit enim eos integros naturaliter & de facto. Contra vxor debet marito quartam portionem mercedis instantis anni, quæ nondum exsoluta à conductore, ideoque nec dum percepta, quia dies locationis nondum exierat. Neque enim hæc pensiones menstruatim pendii solitæ,

sed in vrbis elapso anno, in rusticis eo tempore quo fructus ex agro viuacive percepti, vt hic mense Octobri, vid. *not. S. lib. 13. cap. 8. lit. G.* Inductæ compensationis hæc vis Marito, per rationem iuris ex vindemiis duodecima tantum debetur, pro rata vnus mensis ante locationem & ex mercede quarta portio rata trium mensium, quos post locationem stetit coniugium, vt contundim habeat tertiam partem fructuum anni, qui hic sunt duplcis generis. Non ideo tamen 11. partes vindemiarum, quas totas naturaliter tenet, vxori restituit, contraque tantum ab ea reperit, quantum est in quarta parte mercedis, adhuc à conductore debita. Sed ita nititur ratio vitandi circulus gratia vt maritus præter duodecimam vindemiarum, tantum insuper ex reliquis vindemiis retineat, quantum est in quarta parte mercedis nondum exsoluæ, compensatione facta, ne solvere cogatur quæ recepturus *l. 3. de comp. ne vxor exigat quæ reditura.* Cui compensationi consequens rem exitum sortiri, vt fructuum totius anni portio viro relinquatur, quæ sumitur non ex contributis vtriusque vindemiis & locationis pensionibus, minus autem ex congestis illis integris & quarta parte mercedis, sed ex ea pecunia, sed vindemiarum sola quæ iam præcepta, cum pensionis nomine necdum quidquam exactum fuerit. Atque hæc planissima ICi sententia. Ac licet mihi non ita blandiar vt applausum legentium ad meas vbique suspensiones mihi polliceri, ausim vix tamen mihi tempero, quia hic *de quæ exclamationem.* Ausum equidem vel sacramento quinquagenario cum quous, mihi litem hac de re facturo, contendere veram me Papin. assecutum sententiam. Cum nihil videam quid difficultatis residuum sit, nihil quod verbis sensum aprari hunc citra vllam duritiorem contorsionem, impediatur, nihil quod interpretationi obsistat ac non vel maxime confirmet. Non noua hæc vocis *confundi* acceptio. Sic *Vlp. l. 26. §. 4. de cond. ind. Non sit confusio partis rei cum pecunia, id est, speciei cum quantitate recompenlatio nulla.* Nec aliena: Confusio namque quæ vltatè ita dicitur aditione hereditatis contingens, per quam compensationi affinis, vt cognatarum vocum alteram in alterius significationem quandoque transire minime mirum sit. Hinc vti compensatio confusio *d. l. 26. §. 4. de cond. ind. & h. §. nostro.* ita vicissim confusio, tacita vocatur pensatio *leg. 67. §. 3. de leg. 2.* Et vt aduendo hereditatem quis intelligitur secum pensasse *leg. 3. Sol. matr.* ita compensando debitor videtur debitum & creditum ita inter se confudisse vt iam neutrum appareat, vid. *infra lib. 16. cap. 15. initio.* Quamcunque hic ponas speciem, quamcunque mercedis locationis à valore fructuum discrepantiam ritè hic sensus accommodabitur, quod in aliorum expositionibus longè fecus accidit, Pingas ex vindemiis redigi posse *24.* Debetur hic marito 5. 2. ex vindemiis, 3. ex mercede quæ compensatione inducta habeat, vxori ex vindemiis restituendo 19. Pone conuerso casu vindemias valere 12. mercedem esse 24. Debeantur marito 7. vt 1. ex vindemiis 6. ex mercede. Quæritur sibi integra ex vindemiis seruabit, restituendo 5. Contra vtrouique vxor deinde mercedem nihilò imminutam percipiet. Sint vindemiæ 18. merces 12. Debetur marito 4. cum dimidio. Restituet ex vindemiis 13. cum dimidio. Sint vindemiæ 12. merces 18. Debetur marito 5. cum dimidio. Restituet ex vindemiis 6. & dimidio. Et sic de similibus. Conuenit apprimè §. sequens 2. vbi itid. incidunt duo genera fructuum, sed species conuertitur. Vt in §. nostro vnum mensum ante locationem tres post eam stetit matrimon. ita in d. §. 2. quinque menses ante locationem, vnum post eam. Vt in §. 1. vindemias maritus percipit ita in §. 2. mulier. Vt in §. 1. vir ex vindemiis solis sibi seruat, quantum ex vtroque fructuum genere debetur, contra vxori obligatio mercedis tribuitur integra. Ita in §. 2. vxori vindemiæ manent integræ, contra viro ex mercede debita retentio tribuitur portionis pro modo temporis omnium mensum vt exinde seruet quicquid sibi cum ex vindemiis pro 7. mensibus tum ex mercede pro vno mense debetur. Ex gr. Vindemiæ 24. merces 12. Debetur marito 11. Quare ex mercede repetit vxor 1. Contra merces 24. vindemiæ 12. Debetur marito 7. quibus ex mercede retentis vxori restituit 17. Et sic obiter intersperia d. §. 2. sententia, à qua longè abest *Deriblen. Langebec. annotat. cap. 13.* Denique contributionem realem & collationem in vnum acerum non significat in d. §. 1. per voculam *confundi* vel inde liquet, quia merces locationis nondum percepta ita contribui nequit. Realem dico. Nam compensatio contributio est, *l. 1. de compens. non vera tamen & realis, sed legum fictione intellecta.* Quo sensu *confundi* idem significare quod *contribui* largior. Sanè nec crebro id vocis reperiri puto pro congestione vnum.

334

Donelli Eucleati

vaum. Longè enim alius sensus, quando confusio dicitur efficiere res communes §. 27. l. de R.D. Vbi res vel eiusdem generis vel diuersi iunguntur, ita vt vnus corpus ex vtrifque conficiatur, nec confusarum specierum quæuis perse maneat separata. Aliàs commixtio appellatur §. 28. l. d. i. At qui hic si in vnum aceruum congeras nummos ex vindemiis redactos, itemque alteros ex mercede perceptos, species nummorum manent separata, eaque commixtio est non confusio, vid. §. lib. 4. cap. 22. Multoque magis, si vt proponitur in d. l. 7. §. 1. (vindemiæ fructus ait Papin. non verò nummos ex vindemiæ fructibus) ipsos fructus vindemiarum, ipsas nempe vvas, vinumve expressum coniungas cum mercede. Quis enim dicit ex his corpus vnum constari aut confici. Quis igitur sic dicit confusioem proprie fieri. Quare si vel maximè aliena sit, ab vsu vocis confusioe proprio, nostra acceptio, tamen cum propria planè non conueniat, aliaque omnino arripienda sit, vniue ea potius, quæ & ex aliis ill. comprobatur & ad difficultates vtriusq. §. eximendas expeditior. e Vbi vid. Zaf. num. 5. & seqq. Atque hæc ciuilibus est fructuum acceptio, vid. Copus lib. 1. de fruct. tit. 1. cap. 6. Et æstimatio laboris in fructibus colligendis & in ipsius rei curâ ac administratione impensæ per e. ad nostram pen. de reb. eccl. non al. Cou. 1. var. resol. 3. num. 3. f omni iure illius, in hac translatio d. §. 29. vid. Don. ad d. §. 29. Guib. de dotib. ca. 6. num. 11. & 2. seqq. Reu. de aut. prud. cap. 4. qui vult act. rei vxoriz aliam olim fuisse à dotis act. specialem. Hac quidem ea tantum, quæ tabulis dotalibus contenta, perita fuisse ex fide bona l. 2. in fin. Sol. matr. illa vero generationi res omnes vxoriz, etiam parapherna, patrimonium & peculium earum, illique adiecta verba sollemnium quantum æquius melius, &c. g. Etiam ab hereditibus vini in restituendo morosis, vid. Fachin. 2. cont. 101. & 10. cont. 7. Sed num & actio bonæ fidei est ex parte viri? Negat Cuiac. cons. 16. h De quo accipietur Dd. conuentiones, vid. Don. noster ad l. vlt. C. i. Qui pot. impig. & tr. de Pig. cap. 14. cir. fi. vbi forte dicam. i Nec in d. l. 1. verba semper & vbiq. à Tribon. adiecta ceu sentit Hotom 8. obs. 16. k vid. Gomez. in l. Tauri 30. & 3. seqq. num. 42. & seqq.

C A P V T VIII.

Impensa dotales.

MARITO VICISSIM DEBERI POSSUNT EX causa dotis. FRUCTVS NONDVM PERCEPTI, vbi si in restit. dote à muliere cautio præstita l. 7. §. 15. Sol. matr. actio ex stipul. vel præsc. verbis, sin secus, nulla actio, per l. si quis II. C. de R.V. ET IMPENSÆ ETIAM FUTURÆ vid. l. 26. §. vlt. l. 55. Sol. matr. QUAE AVT NECESSARIÆ, & vel ad perpetuam rei, non præsentis tantum anni vtilitatem factæ, quas consequitur l. 3. de imp. in res dot. vel fructuum causa & si maritus integri anni fructus consequitur, eas non recipit l. 7. §. vlt. Sol. matr. & d. l. 9. nec conueniunt de eo potest, nam non tam eas fecisse, quàm minus fructuum percipisse censetur l. pen. & §. vlt. h. t. a Sin fructus diuidendi illas deducit d. h. 7. pr. AVT VTILES & ita si vel voluntate mulieris facta, vel eas ferre possit l. 8. de imp. in res dot. AVT VOLVPTARIÆ & tantum tolli possunt si citra rei detrim. separationem recipiunt l. 9. d. t. Ratio consequendi olim in deductione necessariarum ipsa iure dorem, non corpora dotalia, minuebant, & si res non æstimate, earum retentio erat d. l. 8. & seq. sin pecunia aut res æstimate ipso iure fiebat compensatio l. quod dicitur 5. d. t. b Quod si dos tota soluta, iis non deductis, poterant condici d. l. 5. §. 1. Hodie retentione omni sublata actio mandati, si ex voluntate mulieris facta, sin absque ea neg. gest. l. vn. §. taceat 5. Cod. de vx. alt. Compensatio tamen non sublata. c

N O T A T A.

a Quid si plus sumptuum collatum quam fructuum obuenit ex insolita sterilitate, num ex seq. anni quo diremptum matrimonium est redicibus, quod ultra erogatum est, facietur vid. Vand. 1. q. 22. b vid. l. dote 61. de vi. nupt. l. 56. §. vlt. de l. dot. Quod si tantum per partes impensum quanti totus fun-

cus est, & intra annum impensæ non oblatæ fundus dotalis esse definit ex Scauolæ sententia, d. §. vltim. Et sic impensæ quodammodo perimunt corpus dotalis, licet non minuant, vt non æquè pars fundi definit esse dotalis, si partem æquent, quia hic interest mulieris partem eam potius retinere quàm æstimationem ob communionis incommodum, Ant. Fab. 1. Coni. 2. vbi & in d. l. §. gemina correctioe verbis ipso iure quæ bis leguntur, sede motis reponit ipsa in re. † Cuiac. quoque 23. obs. 12. Tribonianum duplicis corruptionis in d. l. 56. §. vlt. arguit. Vid. & de impensis Vand. 2. q. 12. Nic. Sudor. lib. 2. disp. ciuilib. p. 194. & seqq. vsque ad fin. e l. 5. C. de compen. vbi Don. num. 4. & 5. Laf. ad l. 7. §. 5. Sol. matr. num. 8. Pac. 5. qu. 60. diff. Ant. Guib. de dotib. cap. 7. num. 16. Sc. Gentil. 1. de don. int. vir. 37.

C A P V T IX.

Donatio propter Nuptias.

C O N T R A C T U S R E A L I S D O N A T I O P R O P T E R N U P T I A S, sicut enim vocari, non vt olim ante nuptias voluit Iustin. in l. vlt. C. h. t. de don. an. nupt. dos vnus nomine & substantia rei nihil differens d. l. vlt. pr. vers. si igitur. qua res nomine mariti datur vxori, vt fiat illius eodem iure quo dos mariti b dotis remuneranda gratia. Vbi communia; Res itidem omnis, datio quia re contrahitur, per l. 35. §. 1. de mor. ca. don. Personæ. Potest enim & alius dare d. l. vlt. vers. quale l. 9. vers. eadem C. de pact. conu. Finis. Nulla est nuptias non sequitur definit dissolutis. Dixi eodem iure. Nam & mulieri est vindicatio, aut. promissa C. h. t. Nou. 61. ca. 1. & ius fruendi, licet plerique dissentiant e per d. l. vltim. c ibi: nomine & substantia & ibi: paribus passibus ambulat metaph. ab itineris locis ducta. Obstat L. 20. C. de l. dot. Resp. diuersa causa est fructuum dotis. Quos si donat vir, rem suam donat, quod non licet sit. de don. int. vir. Donationis autem propter nuptias domina est mulier. Ergo & fructuum illius l. 25. §. 1. de vsu. non permissu mariti, sed iure dominij. Obi. At causa percipiendi hic deficit: pro oneribus matrimonij. Resp. Sed est alia, remuneratio dotis in d. l. vlt. vers. quare C. h. Vnde antiphrena quasi reciproca & mutua dos. Nulla igitur nisi dote accepta, nec eius quantitatem egredi potest d. vers. quare & vers. si igitur, quia tunc incipiet esse donatio simplex. Minor autem vt esse possit rationi congruum est, itaque ius fuit l. pen. & vlt. C. h. t. l. 9. C. de pact. conu. Sed Iustin. constituit quod per omnia æqualis esse debeat, in præstatione, quantitate, pactis Nou. 97. cap. 1. & 2. Absurdè, d Si enim d donatione propter nuptias planè carere possunt nuptiæ, quidni & dote minorem habere l. 21. de R. I. Et hæc donatio contractus Nou. 109. cuius initium liberum; denique ex liberalitate quis ultra quàm velit non obstringitur. Rectè igitur à d. Nou. 97. vsus recessit Accurs. ad authent. qualitas C. de pact. conu. in fin. Bal. & Salyc. in l. 9. C. d. t. * O B L I G A T I O H I C E A D E M Q U A E I N D O T E. De cuius repetitione dicta in præced. huc referenda. Nomen actioni esto rei propter nupt. donatæ. Priuilegia verò dotis non habet, quæ illi propriæ §. 29. Instit. de act. f

N O T A T A.

a Contractus vocatur Nou. 119. ca. 1. pr. de quâ vid. Cuiac. in Nou. 22. p. 138. & seq. & in d. Nou. 119. & 5. obs. 4. Gomez. in l. Tauri 30. & 3. seqq. n. 9. & seq. A. Guib. de matrim. c. de donat. propr. nupt. vlt. Sc. Gentil. l. 4. de don. int. vir. c. 16. vbi eam ab imperitiouibus Horo. tuertit. Est alia sponsalitia donationis species sponsi in sponsam vel huius in illum solius amoris vel liberalitatis gratia, de qua in l. 1. in fin. de don. l. 25. Depof. l. 1. C. si adu. don. cuius quintupl. differ. ab hac sponsalitia largitate (sic vocatur l. 4. C. de sec. nupt. Nou. 119.) refert Hor. in §. 1. l. de don. vid. p. Greg. 8. Sym. 7. 1. 4. & seqq. & b Cuiac. b 5. obs. 4. vbi tradit, quibus ex casibus, si in persona mariti contin-

contingant is dorem lucratur iisdem si in persona vxoris, eam donationem, propter nupt. consequi. Quibus cum dote conueniat & in quibus differat Gomez. d. loc. num. 10. & 11. c Et rectè. Quicquid enim speciosè hic noster, euidens est cuius rem non dico curiosè pensantem, sed vel rationem communem consulenti, postea nostri sententia, omni dote commodo maritum cariturum. Fructus dotis in effectu ita planè exinanitur, quia quantum huic accederet, tantum inde decederet. Et refellitur Don. ex l. 29. C. de l. dot. ibi sed fructibus, & c. vbi tantum casu quo maritus ad inopi. am delapsus, fructus donationis huius tribuuntur vxori, sed non vt in rem suam vertat, verum in onera mariti; conuertat. vid. Hor. ad §. 3. l. de donat. Gomez. d. loc. nu. 11. Duar. ad rub. D. Sol. matr. tit. de don. propr. nupt. 10. Cop. lib. 3. de fruct. tit. 2. cap. 8. vbi mulierem non esse dominam huius donationis, sed vinculo pignoris tenere. Sc. Gent. 4. de don. int. vir. 16. p. 464. & seq. Ern. Coshman. Invis. Resp. 50. num. 35. vbi n. 22. & seqq. inuentam esse hanc rationem dote conferuandæ, nec quoad originem, & iuris communis dispositionem titulum huius donat. lucratum esse, sed vt loquitur dote conferuatiuum. a diff. Cuiac. in d. N. 97. scribens aliter non constitui sine summa captione posse, licet id non obtinuisse liqueat ex Nou. Leon. 20. Eadem ratione, inquit, si augeatur dos constante matrimonio, augenda quoque hæc pari quantitate, & e contrario. Quin tantum abest vt quidem liberam huius donat. constitutionem putent, vt etiam ipso iure constitutam, iuxta dote quantitatem, existimant vid. Fach. 8. contr. 67. Sc. Gent. d. cap. 26. p. 462. e Io. del. Castillo de vsu. cap. 46. nu. 11. deific illam non esse in vsu, hodieque voluntario has donationes constitui, vid. Sc. Gent. d. c. 16. p. 464. Quin & Cuiac. 5. obs. 4. torum hoc genus fere ex vsu & sublarum & donatum moribus receptum plane ab eo diuersum esse. De dotalitio, vid. H. Piff. lib. 1. q. 4. & seq. P. Heig. q. aliquot parte 1. Vnde id genus inualuerit Coshman. Invis. Resp. 50. num. 45. & seqq. f Diff. per l. 19. C. de l. dot. l. 1. in d. §. 19. alii que quos citat Herzman. Meirer. de præfer. credit. lib. 2. tit. 5. num. 39.

C A P V T X.

Datio ob causam præteritam.

I N N O M I N A T I C O N T R A C T V S A D V O P R I M O D A T I O O B C A V S S A M (de 2. vid. l. c. 34.) quatenus de repetitione agitur. VBI DVPLEX QVÆSTIO. I. DE CAVSSA REPETITIONIS (2. vt l. cap. 16.) de quo ex genere causæ æstimandum. AVT vt est in l. domus 52. de cond. ind. l. 1. de cond. ob turp. ca. DATVR OB CAVSSAM PRÆTERITAM (aut vid. inf. c. 20.) QVÆ VEL VERA ET CESSAT REPETITIO, licet turpis sit, l. mercalem 5. C. de Cond. ob turp. ca. VEL FALSA, ET AVT VOLVNTARIA, id est, quæ si vera esset necessitate non obstringeret, vt quia vxorem dixisti, negotia mea probe curasti. Ac CESSAT REPETITIO, b et si non vel malè curasti & licet mihi persuasi te curasse l. 52. l. 65. §. 2. de Cond. ind. vbi ratio, quia scire debui me, et si verò curaueris, ad aliquid tamen operæ nomine præstandum non teneri, quare donari censetur quod nullo iure cogente datur l. 81. de R. I. l. 47. de oper. lib. Aliaque illius causæ est quàm eius qui indubitum soluit, de quo c. seqq. qui putans se necessitati præstationis adstringi, liberalitatem non exercet. l. 18. in fi. de adim. leg. At error excludit consensum. 3. In eo quo erratur, in aliis consensui nihil officit. Non hic consentit in id quod negotia gesta sunt, quia facta infecta fieri nequeunt. At quod scit se non teneri ad dandum & tamen dat, in eo consultiò dat, non per errorem, ideoque donat. Obi. Quæuis adiectio ita accipienda ne sit inanis l. 109. de leg. 1. Resp. scil. in re obscurâ. Non si constet ea nihil agere voluisse qui adiecit. Nam nec falsæ causæ adiectio legatis nocet vid. lib. 8. c. 14. lit. H. nec stipulationi l. 2. l. 1. de V. O. Quin confirmanda donationis illa adiecta non infingendæ. Obi. Cessante causâ, deficit effectum l. 32. de pact. l. 27. de iud. Resp. rectè Accurs. in l. 1. §. 5. v. causam de postul. c id verum esse de causâ finali, qualis in proposito est,

quæ in futurum concepta, non in impulsua d. l. 1. §. 5. & apertius l. 3. de donat. iunt. §. vlt. l. præced. vbi causâ vocatur ex præterito ducta l. 52. de cond. ind. conditio verò quæ in euentum futurum concepta. Denique si qui ex falsa causâ dedit, datum noller, prius in eam inquireret, nec se in periculum non necessariæ præstationis coniceret. NISI planè CERTVM SIT NON ALITER DATVM VELLE QVAM SI CAVSSA VERA. Quod colligitur vel ex sermone aperto, vel conceptione causæ, si sub conditione dedit ex. gr. si curata negocia arg. l. 17. §. pen. de cond. & dem. Vbi datum vindicat, si extet per l. 28. §. 1. de acq. poss. sin consumptum condicit arg. l. 18. in fi. l. 11. §. vlt. in fi. de reb. cred.

N O T A T A.

a Gomez. 2. resol. 8. num. 1. discernit hæc. Re contrahi, vt a mutuum, commodatum, &c. ac interuentu rei contractus incerti, quia illic non requiritur conuentio expressa, sed ex facto apparet quid agatur. Hic verò requiritur & obligatio oritur, non quidem ante traditionem, subsequuta tamen illa, non ex traditione, sed conuentione contrahentium. Sed vid. S. lib. 12. cap. 12. & seq. b Zaf. ad rub. de Cond. ca. da. num. 4. Lori. de Inu. arte tr. 17. & seqq. axidm. 72. Aut causâ est, inquit obligatoria, vt do, quia emi & si falsa, ac dañs veram putat, conditioni locus: Aut non est obligatoria, vt do quia Capitolium ascendisti, & quia donationem contrahet, nulla conditio, quamuis in ea erretur. c Duar. de Cond. ca. da. c. 3. P. Fab. ad l. cum principalis 178. de R. I. l. 7. Tirrag. tr. Cess. caus. fa limit. 11. in finali seu ratiocinatuua quàm Gr. 20. vbi dicitur, vocant procedere regulam, non in euentu d. l. 1. §. 5. d. l. 2. §. vlt. l. 13. vlt. de donat. int. vir. l. 32. §. 6. de vsu. & Dd. plerimi quos laudat Tirrag. Vbi prolixè & accuratè, vnde liqueat causam esse impulsuam vel finalem add. Vnl. Guil. Forst. 2. obs. succis. 8.

C A P V T XI.

Solutio indebiti & æstimatio debiti ex re.

A V T N E C E S S A R I A, ex qua, si vera esset, NECES- SITAS præstandi ET INDE CONDICTIONE INDEBITI: VBI RECVLA tenenda, ius hac de re totum complectens: INDEBITI PER ERROREM FACTI SOLVTI PETITIO EST IURE CONDICTIONIS L. I. C. §. 11. Quib. mod. re. corr. SPECTANDA HIC I. CAVSSA CONDICTIONIS, quatuor requirens I. VT SOLVTVM SIT, abusiue, dantis opinione, vbi & datio requiritur vt fiat accipientis l. 49. de solut. a & dari oporteret tanquam debitum, in quo discernitur à transactione & à superiori specie causæ voluntariæ INDEBITVM (2. requisitum) debiti nulla repetitio l. qui sit 56. de sol. DEBITVM ÆSTIMATVR DVOBVS REBVS: I. EX RE IPSA (de 2. vid. sup. c. 13.) ET VEL CIVILE EST ac efficax, & maximè denegatur repetitio, et si in diem debitor ante diem soluerit l. in diem 10. h. t. b VEL NATVRALE NEC HOC REPETI POTEST l. 10. de O. & A. l. 16. §. 4. de fidei. l. 13. l. 19. pr. l. frater 38. l. 63. h. t. l. 9. in fi. l. 10. ad Maced. c REPETITVR AVTEM SI VEL NEVTRO IURE DEBETVR leg. 26. §. 3. h. t. id est, quando nulla debendi causâ vel inualida, item si ante conditionem soluat, nec certum sit eam existuram leg. 16. & 2. seqq. h. t. VEL ACTIO EXCEPTIONE PERPETVA REMOVETVR d. l. 26. §. 3. l. 40. l. 54. h. t. in verbis vel non habuerunt effectum, verbo enim id magis quàm re debitum e siue iam nata sit, siue postea nasci posset, Exemplum in l. sufficit 56. h. t. [& licet non ad plenam liberationem, sed perpetuam rei debitæ retentionem competat. Exempla in l. 22. §. 1. h. t. l. 8. pr. de act. em. aliud in l. si quis 39. aliud in l. 45. aliud in l. 40. §. 1. h. t. Cui §. 1. Non obst. leg. 33. h. t. Nam in d. §. 1. heres ante diem fideicom. cedentem ædificauit in arca sua, & hac

hac lege debuit restituere si impensa resecti operis praestarentur. At in d. l. 13. edificatum est in area aliena, f. hac ex seq. cap. 12. in fin. quae hic commodi.

NOTATA

sed tanquam fratri, qui credidit, cum certum sit extraneum illum a quo comparatio ducitur, non esse heredem, *Suerin. d. lo* Et ut in priori membro comparationis, quando extraneo debuit, intelligitur tempus vitæ paternæ, quo cum eo contraxisset, ita, & in posteriori in verbis quod fratri debuit, idem tempus intelligitur. Tum alia vt *l. 9. §. 3. de pecul.* si quid his debeatur qui sunt in filio, potestate. *Clarius l. 7. §. pen. d. t. ibi*, aut si debitorem eius *§. ult.* si quid & conferuus debet *§. l. 17. d. t.* verbis hisce: *si d. est quid (vicarij) non mihi (domino) sed ordinario seruo debent, deducetur de peculio eorum, quasi conferuus debitum. Quod si itaque inter conferuos naturalis obligatio, facilius inter consiliosum. Itemque *l. 6. de pecul. leg.* verbis: Si nihil sit quod seruus domino vel conferuis, liberisve domini debeat. V. Eadem fratri semel quaesita, per se ipsa, & quoad effectus naturales, persistit ac in persona fratris, eiusdemque filii, creditoris permanet, neque ab eius ossibus auelli potest, ipsa naturæ ratione obstante. Quod tum *dd. l. clare probant maxime verba d. l. 17. non mihi*, tum rationes *Hotom.* firmannt cui in eo *Suerin. §. A. Fab.* consentiunt. Quarum portiones hæc: 1. Vt patri acquirat filius oblig. aliaque res est ex *ll. argutis* & fictione vnionis *s. lib. 9. c. 6. lit. A. §. l. 12. c. 17. lit. B.* In oblig. autem naturali nudum factum consideramus non iuris effectum *l. 41. de pecul.* nec fictioni locus *s. conclus. 2.* Naturaliter igitur creditor qui munerat, debitor qui accipit. 2. Sic & alia quæ naturalia dicuntur nec patrie nec dominicæ potestatis vi transeunt, vt possessio naturalis *l. 24. de acq. poss.* & ex similibus probat *A. Fab. per l. 44. pr. §. 1. de cond. & dem. l. 21. de adm. leg. 3.* si obligatio filij creditoris quaritur patri, ad eundem quoque transit obligatio filij debitoris, & sic passua, vt vulgè vocant, ex natura reatorum, & per regul. *l. 9. §. 1. de vsu. l. 10. de R. I. & quia ex negotio filij cum extraneo contracto pater & creditor ex credito & debitor ex debito efficitur. Quo posito pater hic erit eiusdem rei nomine creditor ex persona mutantis & debitor ex accipientis, quod natura non suat. 4. Alias non poterit pater filio naturaliter obligari, si obligatio filij actiua quaritur patri. At qui potest. Quare si patria potestas, quæ personam ipsam simul acres filij suo arbitrio subiectas habet, non obstat naturali vinculo, quædã facilius eodem frater fratrem, in quem nulla est potestas tenebit alligatum. Nec hucus arg. vim tollit solutio Don. nostri hic, quia præsupponit quod hæc obligatio patri acquiri possit, in quo conditio naturalis obligationis & superiores rationes resistunt. Ac si propositi contrahentium ratio habenda, neque hic neque illi patri acquiri debet obligatio. Neque enim frater à fratre mutando hoc agit vt patri reddatur. Minus eam elidit Cuiac. acquiri scribens oblig. ipso iure, quamdiu pater illa acquisitione non vitetur, id est, quamdiu filium peculium habere suat, non intelligi acquisitam. Exincto peculio apparere acquisitam fuisse. Nam immò pater filio obligatus manet, sublata potestate & peculio exincto *h. l. §. 2.* Et quo magis dices ipso iure acquiri, eò magis absurdum illud incidet, quod eodem instanti obligatio simul & produci & confusione extingui videatur *A. Fab. d. cap. ult. §. 1.* In oblig. naturali æquitas sola & maxime spectanda, ex eaque & solo iure naturæ, remota personarum differentiis, illa merienda & æstimanda, vid. *not. lib. 12. c. 2. lit. B.* Æquitas autem fidei seruandæ & ius naturæ iubet fidem seruare illi cui data, soluere cui promissum est. Quare nec si patri præstiterit à fratre mutatus obligatio naturali liberabitur, quia naturalis simul & civilis ratio suadent ne solutio liberet quàm quæ creditori sit, eòve consentiente alteri *l. 39. de neg. gest.* Idque ad naturale debitum quoque pertinere ostendit *A. Fab. d. c. ult. pag. 167 per l. 3. §. 4. l. imut. 10. 12. C. de sol. VI.* Concl. Tamen obligatio naturalis ipsa à persona filij non recedat, effectus tamen illius civiles, quos à ll. accommodatos habet vid. *not. lib. 12. c. 2. lit. P.* ad patrem pertinent atque ad illum transit emolumentum illius. Soluta quippe pecunia patri acquiritur, compensatio illius commodo dedit, &c. Atque hætenus vera vulgè Dd. sententia probata à Cuiac. & Don. non autem simpliciter. Sub odoratus hoc ex antiquis *Bal. ad h. l. n. 3.* sic scribens. Naturalis obligatio radicatur in filio, quantum ad principium acquisitionis, sed quantum ad effectum consecutionis & emolumentum respicit patrem solum, cui est ius quaesitum. Et ideo si succedit patri, confunditur obligatio. Ita autem dum distinguunt *Suerin. Rob. §. A. Fab.* commode obiecta ex *l. 79. de acq. her. l. 1. §. 1. par. su. mun. §. c.* diluunt. Neque hæc inanis argutia, aut omni effectu ideo carens obligatio in filio, sed effectus qui sunt naturales manent. Efficit hic impedimentum iuris civilis non vt effectus naturalis qui est solutio, impediat. Fieri enim illum iubet ius naturæ ipsi fratri, cuius fidem frater securus. Sed ne sic solutio filio, fratri, qui credidit, ipsi**

acquiratur. Non quia is obligationis naturalis acquirendæ vel retinendæ, sed quia dominij incapax. Ius Civ. efficere non potuit ne frater fratri ex naturali mutuo naturaliter obligetur. At hoc effecit ne ex eâ causâ solutum eius proprium fiat, quia proprium aliquid illum habere extra causam militarem vel quasi non permisit. Quin & cum pater ipse filio obligatur naturaliter, licet ipsa obligatio sit filij, cum patris esse non possit, ex Dd. etiam sententiâ non tamen emolumentum illius. Nam quando illud debitum naturale pater exsoluet, non inde fiet vt filio queratur, ac ex patris dominio exeat, sed id tantum vt filius istud separatim à patris rationibus in peculio habere incipiat, vel si ex peculio crediderit, in illud recipiat. Pariter & hic si filius fratri ex peculiaribus nummis (ceu plerique ponunt) crediderit atque à fratre soluitur viuo patre, aliquis effectus naturalis in personâ filij. Nam si pater omnimodo creditor esset, soli illi solutio fieri posset, vel saltem facta fratri qui crediderat, nihil illi in pecuniam tribueret, sed simpliciter ea ad patrem transiret, nec peculiaris fieret, nisi noua secuta concessione patris. Nunc autem quia oblig. aliqua naturalis adhæret ipsi fratri, solum ita recipit, vt in peculium, ex quo numerauit, reuertatur, atque ita licet non dominium, tamen administrationis facultatem in eâ consequatur. Interest quoque & hoc quod pater creditoribus aliis filiam, de peculio ad illius vires tenetur. Expendit igitur illis obligatio huiusmodi esse peculiariam, quàm si patri omnimodo obueniret. Denique remoto impedim. incapacitatis dominij filio efficitur solueretur. Vt si pater filium emancipauerit vel donauit vel non adempto peculio, quo casu donatit censetur *l. 31. §. 2. de don.* Si tunc ei soluat, nec oblig. ante perempta fuerit, dominium ei numerorum acquiratur. Quod non fieret si obligatio, tempore potestatis contracta, planè patri quaesita fuisset. Quibus ita firmatas obiecta Dd. soluenda. Cum primis autem ab illis vt & Don. nostro hic vigeat *l. 9. §. 3. de pecul.* Sanè eo textu commotus *Accurs. ab h.* licet ab omnibus desertus, colligit duas, ex huiusmodi filiis, vel qui in potestate est, negotio oblig. naturales oriri. Quarum vna patri dominio queratur, altera maneat apud filium; atque ita patrem & filium similes esse duobus credendi reis. Probabilius quàm Dd. & maxime Cuiac. qui oblig. ne momento quidem in personâ filij subsistere sentit, cum tamen aperte *d. §. 3. dicitur: si quis his debetur hoc quoque, §. c. §. 1. Hotom.* hinc se ritè non expedit, dum modo vult abusuè istud dici & impropiissimè, quod verba *noto ambigit* non patiuntur. 2. tentat id ad peculium filiorum, extendi non debere. Sed ratio discriminis nulla ideo nec diuersitas. 3. in apponit. contra *Lescur.* accipit *d. §. 1.* quoad iuris prætorij effectum, non quoad factum & ius naturale. Et hic quidem melius. Aliquæ enim ciuili ratione, quatenus ipsius ferui peculium dominij filijfam. patris est, dici potest dominio deberi. Nec oblig. merè naturali aliquem ciuilem respectum, ratione videl. effectus ac commodi, accommodare inconueniens. Commode sic expedit *Suerin d. c. 10.* ad similitudinem ciuili rationis ea dici contra eum qui de peculio agens, aduersus patrem dominumve, eius vires excutit. Vbi pater ad hoc vt peculium minus æstimeret, merito dicere potest sibi deberi, quod filio suo alteri vel seruo à fratre vel conferuo, naturaliter debetur. Reliquis obiectis qui occurrunt debeat ex dictis apparere. Dominij & possessionis planè diuersa est ratio quæ non personam, sed rem respiciunt, &c. & dominium iuris est, non facti, & possessio, quatenus facti est ipsius ferui nec domini nisi mediare possidentis per seruum. VII. Concl. Confusione ex successione, pro portione hereditariâ, permittit etiam oblig. naturalis, vid. *s. lib. 12. c. 2. lit. Q.* IIX. Peculia liberorum mortuo patre ad communionem in hereditate vocanda *d. l. 13. C. Fam. ere.* Eademque tunc ius ac nomèn peculiorum amittunt, conuersa in causam hereditatis, eamque augmentia. Nam cum peculium non sit patrumfam. morte autem patris filia. esse desinat, necesse est peculium quoque perire, vt *A. Fab. 20. Coni. ult.* Hinc profectum peculij non dicitur conferri, sed diuidi *l. 12. C. de collat. Rob. 1. rec. l. 307* Vocatur autem hic peculium per anaphoram relatione habitâ ad tempus vitæ paternæ, sicuti & sæpe hereditas adita vel acquisita. IX. As alienum onus quidem peculij *l. 32. §. 1. de pecul. §. sim.* Quod tamen id dicitur ipso iure verba minui *l. 30. pr. de aut. em.* id ciuilitè intelligendum. Naturaliter enim ex debito augetur atque accessione crediti aliunde accepti, illaque crescit potius. Nam si ad quantitatem aris alieni immiueretur, vt tanto minus in eo censatur ad quantum exsoluendum obstrictum est, vtique quo casu nihil amplius in peculio quam debito, magisque illo quo peculij vires debita excedunt, planè interiret. Quia eadem ratio immiuentis quæ extinctionis, eadem patris quæ totius *l. 76. pr. de R. V.* Cui consequens esset, quod iuri omnino repugnat, ac de peculio

peculio locum non dari quando credita peculiaribus bonis maiora, quasi nec tum esset amplius peculium: X. Ex quo inferitur in specie *h. l.* illatum fuisse peculium fratris debitoris naturaliter; h. e. quæcumque in illo bona, reipsâ & de facto reperita, siue à patre alias profecta, siue ex creditis illata, aut comparata, siue deductione debiti ceteris bonis hereditatis fuisse permixta & in communionem reuocata. Quod & planissime probat *ψ idque maxime consequens h. l.* In quo dum diuersum sentiunt *Hot. & A. Fab.* licet diuersimodè, à verâ causâ constitutione deuiare videntur. XI. Mutuum ex ciuili magis ratione quàm naturali dominium in creditore exigit. Hinc mutuum naturali inter patrem & filium, fratremque eiusdem familiæ, cum tamen dominium à mutante patre non recedat, nec in filium transeat. XII. Condicio indeb. exigit factio errorem, vid. *s. c. 14.* In quo errat *Hot. d. l. 10. pr. fr.* fratrem ille soluit quod crediderit se ciuilitè & efficaciter obligari scribens. † Nunc ad speciem responsi accedo, casum ita constitueris: Caius & Seius in patris communis Titij facris. Seio patre assignauit peculij, forte in 100. Idem à Caio petit & accipit mutuo 100. Siue autem ex peculio suo Caius crediderit, siue ex pecuniâ paternâ, cuius forte administrationem habuit, parum, mea sententia, referet & rectè lafon. posse h. l. in veròque vt loquitur verificari. Nullum sanè sat clarum in verbis huius responsi in dictum, peculiare numerum fratris, qui peculiatus (vt vocat *l. 18. de ad. ed. l. 13. §. 4. de aut. em.*) proponitur numeratos fuisse. Diem sancto patre, filius vtique heredes ex æquo, bona diuidunt, illaro prius Seij debitoris peculio, ita tamen vt nulla ratio haberetur reputationis & deductionis debiti naturalis, vt *s. concl. 10.* Postea aliquo facti errore, iuxta *concl. 12.* Seius soluit Caio 100. Quæ condicere possit. Dubium mouet naturalis obligatio cui soluti reuocato à ll. indulgetur. *§. l. C. dist.* Pro parte hereditaria vtique repetit, id est, siue plus siue minus ex peculio ad Caium venient, immò est nihil. Rationes decid. quas reddidit *A. Fab.* in specie licet aliquantum dispari & specialior. Cum peculium morte interiret, resque peculiâres hereditariæ effectæ *s. concl. 8.* obligatio quoque illa naturalis, onus peculiij, *concl. 9.* hereditaria reddita, atque ita pro parte, quâ debitor heres, confusione sublata, per *concl. 7. 2. generalior.* Quia obligatio naturalis effectus ciuili, illis coortus, acquiritur dari, per ea quæ *concl. 6.* ex ipso tempore contractus: Ius videl. retineat pecunia, non vt debita, per *concl. 5.* sed vt per solutionem, quando cumque tandem ea fieret filio, acquirèdæ. Quare cum filius post mortem patris soluit, perinde haberet ac si soluisset viuo patre. Quo vsu vtique ei solutum acquisitum fuisse, idque in hereditate reperitur adeoque suam partem Seius ex eo iure success. recipere. Quocirca ne Sei debitoris deterior nunc sit conditio, repetit in distinctè pro parte suâ hereditariâ, quâ patri successit, non quidem in ius creditoris vt Dd. vulgè Cuiac. & alij, sed in ius retinendi quod solutum fuisset. Quo ipso res quasi in pristinum casum redit, æqualitateque inter fratres seruatur. Pro altera vero parte sub disting. Si nihil ex peculio Seij ad Caium peruenerit, nihil reperitur, sin plus vel tantum, quanta medietas pecuniæ mutuo datæ, naturalis obligatio & ex parte patris expirat. Sin minus ad concurrentem quantitatem. Idque propter obuentio-nem quidem patris peculiij vt distet *Alic.* Non tamen potest esse confusio alieuius, ex successione hereditariâ, sic enim nulla vitium peculiarium, excederent debitum an excederentur, ratio haberetur, nec successio in peculium, vt *Barr. Bal. Inf. §. antiq. §. Cuiac.* quasi diuersa sit hæc successio à successione hereditaria quod *concl. 8.* sed solutio in ac deductionis quæ alia à confusione *A. Fab. d. c. 20. pag. 168.* Quia deducti debuit ac potuit debitum naturale, nec id factum, sed res omnes vt naturaliter repertæ, ita communicatæ ac diuisæ. In illis autem fuit & pecunia à fratre accepta, resue inde parata. Quæ dum vnâ ad fratrem cum aliis peculiaribus bonis, pro parte dimidiâ, reuertit eum ipso sanè partem eam debiti is consecutus, vt si iterum errore aliquo soluat indebitum prestium censetur. Exemplis hæc quàm potero dilucida faciam. Ponam casus vbi peculium maius debito naturali reperitur, vbi æquale, vbi minus, vbi nullum. Vbi que præsupponam filio peculiato à fratre credita 100. Vbi maius. Finge. In hereditate relicta 1000. Peculio naturaliter infunt. 200. videl. 100 aliunde & 100 ex credito accepta. Hæc 200. ad communionem reuocata, non deducto onere debiti 100. Contributis vnueris bonis vt 1200. ac diuisis, pro se quisque staturum consequitur 600. Postea Seius Caius soluit 100. Quæ factum vt Caius tum habuerit ex hereditate 700. Seio remanserunt 500. Hic amplius ex peculio medietate debiti adeptus Caius, ideoque integra 100. repetuntur, quibus receptis res in pristinum statum reuertitur, eundemque effectum habet, ac si viuo patre illa 100 soluta essent. Vbi æquale

Pone diuisa bona cætera hereditaria 1000. collato peculio, in quo 100. quod ipsum tamen in tantumdem Caio obstrictum. Cuique obuenerit 550. Postea sol. iens 100. fecit vt sibi tantum superessent 450 fratris autè bona, accessione 100. aucta conficerent 650. Hic quoque integri exsoluit repetitio tribuitur eodemque res, vt in priori casu, redit. Vbi minus: Seius creditis à fratre 100. mortis paternæ tempore, & ex aliis profectis & ex coniunctis illis, quæ mutuo acceperat, in vniversum habuit in peculio 50. reliquis sub vel fortuna vitio perditis, Contributis his 50. & reliquis 1000. diuisis obtingunt cuique 525. Postea 100. soluit Seius. Vnde illi reliqua 425. Caius autem habere incipit 625. Repetuntur hic vtique, e. siue dabieret, 50 pro parte hereditaria ipsius Seij, quia pro eâ in ius retinenda pecunia illius quando cumque solueretur, patri successerunt, vt s. Pro parte autem Caij creditoris tantum a 5. quantum videl. ille antea ex peculiaribus, quæ superferunt, 600 nis, adeptus erat. Hinc fit vt post receptionem 75. Caius retineat 550. Seio vero stant 500. vt ita creditori Caio nihilo plus minulve relinquatur ex bonis paternis, quàm si mutuo naturali non contracto, pecunia nunquam siue ex bonis paternis siue, quod perinde est, ex peculio Caij ad fratrem peruenerit. Datur enim hæc conditio non vltra quam accipiens factus locupletior. Quamquàm autem hoc casu, si frater, cuius peculium immanum, non soluisset, nulla contra cum, nec ratione 25. daretur exactio, ob infirmitatem oblig. naturalis, cui ius Civ. hætenus non adstiterit, nihil tamen mirari rem alio perducit solutione facta: cum sæpe veniat, vt cui actio non comperit ei retentio concedatur. Vbi nullum: Seius mutuat à Caio 100. Omnibus consumptis nihil in peculio quod reperiretur retinuit. Paterna alia bona 1000. Ex quibus quisque frater percepit 500. Seius soluit 100. Caio. Hic quia nihil ex peculio Caio obuicit, pro parte illa, qua Seius heres negatū repetitio, pro parte vero Seij conceditur. Eueniet itaque vt repetitis 50. Caius retineat 550. quod videl. ex success. paternâ habiturus, si mutuario nec facta fuisset. Tunc enim hereditaria bona effectissent 1100. Pro parte vero altera qua Seius debitor heres, tam hoc casu quod nihil in peculio, quàm superioriori quo minus debito, planè expirauit obligatio, non sercus ac in prioribus duob. casibus. Quod probant non tantum uocula vtique in nostro responsio, id est, indistinctè nullo respectu ad vires & substantiam peculiij habito, & superiores rationes, quia oblig. peculiaris hereditaria effecta, & quia in ius retentionis filius debitor, pro quota hereditaria successit, sed etiam illa æquitate, qua naturalis obligatio regitur ratio: Quia bona fides quemquam amplius quàm semel sibi debitum vel exigere vel quacumque ratione obtinere vetat *l. 57. de R. I.* Atqui pro illa parte, quantum creditorem habere ex vi oblig. naturalis æquum est, tantum rem ex bonis paternis adeptus est, etiâ in casibus, quibus fratris peculium nullum. Nam si in proximè posita repetitionem in solidum denegans, quod consequens lectioni neg. si verò non inferas euident fieri iniuria fratri debitori, & iniquum lucrum, siue ex culpa siue ex infortunio huius fratris creditori accresceret. Qui enim si res omnis integra esset, nec vlla mutatio naturalis processisset, ac proinde 100. illa vel in rationibus paternis vel in peculio creditoris (nam & illud communicare fratri teneretur *l. 13. C. Fam. ere.*) mansissent, vltra 55. iure hereditario non habuisset, 500. ex bonis non peculiaribus, 50. ex suo peculio, eadem per hanc occasionem 600. tribuerentur, magno cum fratris detrimento. Quod æquitas illa, quæ tum retentioni, si repetenti resistit, tum conditioni indebiti, si adstiterit causam dat, non patitur. Superest vt expediam quibus modis suam sententiam Afric. comprobet. Vt iur. 2. arg. confirmatæ postteriori patri. Nam priorem partem non probat, adeo extra dubium existimans id de quo maxime nunc (ab *Hot.* cum primis) cõtenditur. Prioris argum. vis hæc: Si Seio pater testamento prælegasset peculium, Caius deduceret id quod sibi debetur, intellige pro parte hereditaria. Pro parte dimidiâ, reuertit eum ipso sanè partem eam debiti is consecutus, vt si iterum errore aliquo soluat indebitum prestium censetur. Exemplis hæc quàm potero dilucida faciam. Ponam casus vbi peculium maius debito naturali reperitur, vbi æquale, vbi minus, vbi nullum. Vbi que præsupponam filio peculiato à fratre credita 100. Vbi maius. Finge. In hereditate relicta 1000. Peculio naturaliter infunt. 200. videl. 100 aliunde & 100 ex credito accepta. Hæc 200. ad communionem reuocata, non deducto onere debiti 100. Contributis vnueris bonis vt 1200. ac diuisis, pro se quisque staturum consequitur 600. Postea Seius Caius soluit 100. Quæ factum vt Caius tum habuerit ex hereditate 700. Seio remanserunt 500. Hic amplius ex peculio medietate debiti adeptus Caius, ideoque integra 100. repetuntur, quibus receptis res in pristinum statum reuertitur, eundemque effectum habet, ac si viuo patre illa 100 soluta essent. Vbi æquale

gentia illi causam dederit, aliud statuat, f At non incon-

CAPVT XXII.

Conditio ex Penitentia.

VT QVIA POSSIT, SED NON SECV-

NOTATA.

De quo vid. Vafq. 3. contr. vsu freq. 59. num. 27. & seq. vbi

CAPVT XXIII.

Causa negantes conditionem.

SOLUS igitur casus numquam inhihet repetitionem.

NOTATA.

Ad cuius explicationem vid. Fr. Sarmient. 2. Select. inter.

CAPVT XXIV.

Conditiois genus & praestationes.

REPETITIO HAC EX OBLIGATIONE. In dua-

CAPVT XXV.

Conditio ob turpem causam.

VEL TURPEM (vid. sup. c. 20. lit. B. a VBI DISTIN-

metui non potuit; non si extra periculum dedit ne pro-

NOTATA.

Vid. de hac condit. Duar. ad h. t. D. & C. Cou. in c. pec-

nunc corrumpitur, seu cuius pudicitia pretio attentatur & expugnatur, sed de prostituta, infelicissima, ut vocat Tertull. victimam publicarum libidinum, ubi vilitas & indignitas personae facit ut acceptio nullam ei maculam adspargere videatur, *Duar. h. c. c. 4.* Quae non accipit turpiter, non simpliciter, sed per suppositionem, ut *Zaf. ad d. l. 4. §. 3. num. 4. & 8.* Deposito enim pudore omnia licent. Et quae semel verecundiae fines, &c. *add. Guttur. qui fusc hac de re lib. 2. Conon. 99. c. 10.* Quid quod Dd. volunt impudicitiam professam cuius sui potestatem ut exhibeat teneri, arg. *l. 1. §. 15. de iniur. quos iuste nocent Conar. 3. var. resol. 14. num. 2. Cure 2. Coni. ad fr. 36. & 3. Coni. ad Vin. 5.* Sanè nondum praestitam mercedem, ob libidinis expletionem promissam, exigi non posse voluit *Zaf. in d. §. 4. num. 9. Duar. h. t. c. 4. Conna. 5. Com. 11. n. 2. Sc. Gentil. 1. de do. int. vir 9. Nic. disp. feu. 4. th. 5. lit. A. tum per l. 8. h. t. tum quia saepe licite retinentur, quae honestè non petuntur l. 1. §. 5. de extr. co. tum quia frustra quaeretur ad datum repetatur, si non datum postulari possit. *Diff. Dd. vulgò Cou. in c. peccatum de R. I. in c. p. 2. relect. §. 2. num. 1. & 2. iustitiae non minus conuenire sentiens ut isthaec merces promissa exfoluatur, in promissione turpitudinem esse, non in solutione, post expletam libidinem. & Valq. 1. ill. conr. 48. num. 5. & 6. Guttur. d. c. 10. num. 8. & seq. Sed mittamus ista.**

g Quod à Duar. statuitur. 2. genus turpitudinis *h. t. c. 3. h. t.* Arqui res lusu perditae repeti possunt intra 50 annos *l. vlt. C. de aleat. Moz. de Cond. indeb. c. 6. num. 4.* ubi iidem turpido vitiisque vertitur, licet non datum sit ob causam futuram. Valet tamen consuetudo, quae ludo vincens ad restitutionem non tenetur, maxime si ludi genus non sit omni iure prohibicum & dolus abfit. Tueri enim videtur ludum aqua lusorum conditio & dubius victoriae euentus, arg. *l. 1. C. de pass. Rain Corf. 3. indagat. 11. Quin nec in foro animi ad restitutionem teneri vult 10. Guttur. de iuram. confirmat. p. 1. c. 53. num. 2. fusc & pulchrè de ludis licitis & illicitis Andr. Rauchb. p. 2. q. 25. add. 10. Bapt. Pius amon. post. c. 72. i Quod Duar. h. t. c. 2. est primum genus turpitudinis. Solius accipientis turpitud. verti in remissione partis debiti facta decoretori ut residuum soluat, ideoque condit. hanc dari quidam volunt vid. *Benuenut. Straccha. tr. de co. for. p. 6. num. 1. & vid. not. s. h. 12. c. 20. h. t. D. 1. Indicum vocatur d. §. vlt. l. 1. de pro. xenet. vid. Cuiac. 11. obs. 48. Fr. Pollet. lib. 4. hist. for. c. 2. num. 6. ibiq. in Corolla. Phil Broda. An quis iure teneatur furem iudicare vid. *Gorb. in not. d. l. 4. §. vlt. Negat iure Ciu. sed iure Canon. aff. 10. Keppen. q. 8. num. 4.***

C A P V T XXVI.

Renocatio donationis.

QUAE DAM (vid. *supr. c. 20.*) PER CONSEQUENTIAM. QUOD REFERENDA REVOCA- TIO DONATIONVM, a quae etsi gratis principa- liter, nec ob causam conferantur *l. 1. de donat. l. 8. l. de R. I.* tacite tamen id agitur ne quid sequatur eorum, quibus secutus ius reuocandi illi tribuunt. DONATIONIS, vt sunt huius loci, DVO GENERA *pr. l. de don. PRIMA INTER VIVOS (de 2. j. §. 33.)* & fit vel causa adiecta b ac abusuè sic dicitur, patiens conditionem *l. 1. C. de don. que sub mo. l. 2. & 3. C. de cond. ob. ca. vel simpliciter, & proprie est donatio. REVOCATVR EA VEL OB VITIUM DONATIONIS, si in fraudem aliorum facta, patroni, creditorum, liberorum. Quae aduersus donatorem rata *l. 4. C. h. t. de reuoc. don. sed ij quorum interest infirmant, liberari actione reali j. lib. 19. c. 11. patronus Fauiana, creditores Pauliana, de quib. lib. seq. c. 4. Quae cum non sint ex contractu, nec huius loci.**

N O T A T A.

a Statuit noster & hanc esse ex contractu, ut *aperitius j. c. 31. Cui non assentior: Est ea ex oblig. naturali ad remunerandum eo modo quo notauit s. lib. 12. c. 2. lit. P. b Gaed. ad l. 18. de P. 5. n. 10.* Donum aut aliud proprie & absolute, quod nullo alio intuitu quam ex metâ liberalitate profectum, aliud modo quodam factum, quod Munus vocatur, datum respectu alicuius rei vel causae, quod non meram habet liberalitatem, sed conditionem ac modum secum trahit. Vt mortis causâ, propter nuptias nuptialitium, natalitium, &c. De doni & muneris significationibus bellè *Conna. 5. Com. 9. num. 2. † Hot.*

disp. feu. c. 17. Donatio alia simplex l. pe. §. 1. §. sed simplicem C. de collat. l. 20. §. 3. Fam. etc. propria l. 1. pr. de don. vera & absoluta l. 35. §. 2. de mor. ca. don. directa l. 25. C. de don. communis l. 24. C. d. t. alia negotialis, relata, quae ad causam aliquam respectum habet, & impropria d. l. 35. §. 2. Sub causâ, ob causam, non merâ l. 27. l. 19. §. penult. de don. 1. C. de don. sub. mon. Et haec alia mortis causâ, alia non mortis causâ.

C A P V T XXVII.

Causse Reuocationis.

VEL CAUSSAM EXTERNAM, cum quae initio constitit, euentu infirmatur. Vt *svnt PRIMò INGRATITVDO (de 2. infr. c. 32.) de qua l. vlt. C. h. t. ubi quinque expedienda I. QUAE IVSTAE CAUSSAE. EA VEL COMMVNES ET AVT IN FACIENDO, genera medicatae iniuriâ 4. d. l. vlt. ATROX INIURIA, a quod a ex persona, loco, &c. æstimandum, vt §. atrox. 9. I. de iniur. MANVS IMPIAE, id est, violenta, illata, b non si minuitur est aut pugnum sustulit, nisi contra parentem, patronum, magistratum, ubi persona facit atrocem iniuriam. IACTVRA PATRIMONII INGESTA, (non si conatus sit, vt si accusauit iudicio publico, c (sed is absolutus), quod sit furto; rapina, damno dano, prodicione hostibus & latronibus, accusatione capitis, si eam secuta bonorum publicatio. NON LEVIS, id est, grauis per *metuon vt in l. 5. Qui satisd. cog. Quae autem grauis habenda non rectè omittitur. Magnitudinis enim grauitatisque modus non est certæ æstimationis argu. l. 75. pr. de V. O. Coniecturis vtendum. Videri non minor tertiae partis bonorum admittenda, d quia illa vt minimam in publicis iudiciis, ubi graui delicto grauis poena conuenit, publicatur *l. 1. de bo. damn. ET INSIDIAE VITAE STRUCTAE ubi conatus sufficit. AVT IN NON FACIENDO, quae 5. causa. Si pactioes impositas, cum posset, e implere noluerit, ubi repetitio & propter conuentionem & propter hereditatem, quia ingratus. Et hic reuocatio quoque donationibus, vt meritò hæc duo genera distinguantur, vt *Bald. & Salic. in d. l. vlt. notant. Reuocatur ex his causis, nisi obster persona donatoris, vt mater libidinosè viuens l. 7. in fin. C. h. t. iterum nubens auct. quod matrem C. h. t. & nisi donatio non merâ, sed remuneratoria l. pen. §. 1. de don. l. 27. cod. f CAUSSAE HÆ SOLAE d. l. vlt. C. h. t. vers. ex his enim tantummodo causis. 8 Non item si donator, omnium licet vel maioris partis bonorum, b facultatibus lapsum alere h recuset, ceu voluit *Accurs. in d. l. vlt. diff. à se ipso in l. 173. de R. I. 1. quia superioribus non continetur, neque enim hic nullum factum nocium, sed neglectus tantum, de quo, citra conuentionem, non tenetur. Facit l. 13. §. 2. vers. denique de V. s. f. inuct. l. 44. pr. ad l. Ag. 2. Donatarius nec naturali iure obligatus *supr. lib. 12. c. 2. lit. O. & vt maxime esset, nulla tamen praestandi necessitas. 3. Certis personis alendi alios necessitas, l. 5. torâ de ag. lib. Non inter eas donatarius. 4. Quin neque eos quibus alim. praestandi officium est, ob denegata illa priuari donatione legitimus. Diff. quidam volentes ad quantitatem fructuum ex rebus donatis alim. praestanda. i Et Bald. obiicit l. 8. D. de decurion. 32. ibi benef. decurionum personale ad alios non trahendum. Deinde dicitur *permisum: nihil de necessitate. Ergo per l. 9. de off. prof. & simil. Cynus sic arguit. Qui omnia bona maioremve partem donauit patris loco, quia veluti heredem instituit l. 4. de confirm. tut. 32. Minimè; nec naturâ, nec iure. Quamuis enim tutor ab illo datus æquè confirmandus d. l. 4. non tamen ex illâ ratione, quia illi honor paternus debeatur, sed quia*******

quia personam tutoris, quem dedit; optime nosse censeatur. *Salytati hæc ratio est. Non est leuis iniuria si e- geno alimenta à naturaliter obligato negantur. Resp. Non facit iniuriam, qui non praestat alteri quod non debet. Ingratus equidem & execrabilis benefactorem deserens. verum non quid honestè fiat, sed quid iure publico, quo nulla actio ingratum prodita, praecipitur, hic quarimus. VEL PROPRIA CERTARVM PERSONARVM. Vt si libertus obsequia neglexerit *l. 1. C. hoc tit. Exempla l. alimenta 6. de ag. lib. 19. de r. patron. & si filius totius substantiae iacturam molitus sit auct. quod mater C. hoc tit. molitus dico et si non ingerserit.**

N O T A T A.

a Conuicium acerbum vid. *Moz. de don. col. vlt. num. 22. & seqq. ubi num. 24. idem statuit etiam verum conuicium obiecit, quia l. indist. loquitur, tantum considerans animum ingrati & Conar. 1. var. resol. 11. num. 8. Quid si attentauerit pudicitiam vxoris filiae, vel illis vitium inculerit *Moz. d. lo. num. 25. & seqq. posteriore hoc casu admittit repetitionem, priori negat si blandis verbis attenuauerit, per leg. l. 5. §. 10. de iniur. b Itemque si per alium inulit, de quo & aliis huc spectantibus *Moz. de donat. col. vlt. num. 35. & seqq. e At Dd. volunt priuandum donatione, siue ficti siue veri criminis reum derulerit. Certè si eo casu quo condemnatus reus locus est reuocationi, multò magis quo is absolutus, ubi calumniatus est accusator, & includitur hæc accusatio in prima causâ. Vnde nec Dd. ferè quidquam dubitant si crimen confictum, sed quous illis quaestio de verbo crimine. in quo *Conar. 1. var. resol. 11. num. 8. ita distinguit: Aut suam suorumve iniuriam prosequutus est, nec cadit rebus donatis arg. l. filio 31. §. de adm. leg. Aut secus, & ingratus censetur quoties iure non cogitur deserre per l. 1. de his que vt indig. nisi summe interit recip. ne scelus istud abeat impune. Quid si causam capitalem aduersarij sui donatoris egerit, fouerit, testimonium dixerit, iudicauerit vid. *Moz. de donat. cap. vlt. num. 30. & 2. seqq. d Alij requirunt datum excedens dimidium partem bonorum arg. l. 2. C. de resc. vend. quæ malè huc applicatur, alij sextæ partis bonorum, alij idque ceu videtur, tutissimè iudicis definitioni relinquunt, vid. *Moz. d. col. vlt. num. 51. Illius enim est statuere quæ causa magna, modica, exigua vid. *Meno. arb. cap. 72. Tiraq. in leg. 8. Cod. hoc tit. Vers. omnia bona vel partem aliquam num. 28. & seqq. e Secus si legitime impeditus, vid. *Moz. d. col. vlt. num. 54. & seqq. f Duar. de don. c. vlt. P. Greg. 18. Syn. vlt. num. 7. Moz. d. col. vlt. num. 54. Tiraq. post l. 1. Comm. gl. 5. num. 55. & ad l. 8. C. h. t. num. 13. (ubi n. r. v. i. que ad num. 69. 45. specialitates huius donationis referit) *Beuf. ad l. 1. de iurei. num. 195. diff. Pinel in l. 1. C. de bo. m. p. 3. n. 60. g § 2. in fin. I. de donat. in verbis certis ex causis *Vult. ibid. num. 6. diff. *Meno. arb. cap. 130. n. 3. Moz. de donat. col. vlt. num. 58. Ex his autem causis etiam pxiilegia, cum donationis instar habeant, rescindi posse vult *Georg. Acac. Enkel. Baro. Hohheimm. li. 3. de priuilegiis. 17. De qua reuocatione & Carol. Tapia. ad l. 1. §. de const. princ. p. 2. c. 9. Donatio omnium bonorum an subsistat, quæ item illius interpretatio, an ad futura extendatur, &c. non idem sentiunt Dd. vid. *Gomez. in l. Tauri 69. Vnsq. 3. contr. usuf. seq. 62. n. 2. & seqq. Hot. *Alipus de donat. cap. 8. num. 31. *Vand. 119. 31. *Cona. 3. resol. 12. *Dausb. de restam. n. 98. *To. Gu- zirrez. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 11. *Gilken. de praescript. p. 3. cap. 3. num. 134. & seqq. *Coler. de Proc. ex. sic p. 1. cap. 10. n. 145. & seqq. *Fach. 6. cont. 87. & 6. seq. *Bron. 3. ass. 72. *A. Fab. 48. err. prag. 6. *Boer. de donat. ca. 3. nu. 15. *Niel. disp. feud. 5. th. 8. lit. A. i *Gomez. 1. var. resol. 14. nu. 4. *Clar. §. donatio quaest. 21. *Moz. de donat. col. vlt. num. 59. & seqq. *Beuf. ad l. 1. de iurei. nu. 195. fustissimè *Io. Perr. Surd. 19. de alim. tit. 1. quaest. 68. Quorum opinio, vt benignior, omnino seruanda. Et facit *L. peccare 4. de ag. lib. Certè si Iustin. de huiusmodi casu cogitasset, creditibile est illum non fuisse praetermissurum. *Facit *Don. 78. cap. 2. §. nam si nullum.*********************************

C A P V T XXVIII.

Modis reuocationis.

AN IPSO IVRE DOMINIUM, ex his causis RECEDAT, vt fit in leg. 8. Cod. hoc. tit. NIG AVT. 1. quia nec actio reuocatoria transit heredem,

vid. *cap. seq. Ergo dominium non recessit 2. per regulas l. 1. de R. I. leg. 20. C. de pass. 3. quia exigitur mutatio voluntatis l. 1. Cod. h. 2. d. l. 1. dicit non reuocatum esse donationem, sed reuocandam. *Et in d. leg. vlt. verba euerit concedimus quod v. significabilis non ipso iure fieri sed in factum ac voluntatem conferri. III. QUIBUS ET ADVERSVS QVOS. ADVERSVS DONATARIUM OMNEM, DONATORI VERO NON OMNI. Licet enim generaliter tribuatur *d. l. vlt. priores tamen l. 2. speciales per id non sublata l. 80. de R. I. quibus excepta 1. Mater libidinosè viuens l. 7. in fin. C. h. & quoad illam nihil correctum. 2. quæ iterum nupit d. l. 7. quod tamen in 3. causis temperatum auct. *seqq. *Nov. 22. cap. 55. Quid si donauerit ob causam? Ea non sequuta reperit, quia hæc conditio nunquam adempta. Ergo nec restitutio necessaria. Et remota hæc ingratitude, adest alia causa, conuentio videl. Aduersus extraneos quoque ingratos eiusmodi mulier repetit, quia id conceditur ex generali dispositione *d. l. vlt. nec negatur in d. l. 7. ubi ius sing. non extendendum. Atqui detestabilior ingratitude liberorum. 3. Sed ratio exprimitur in *d. c. Nov. 22. c. 35. quia videtur mater, inani ingratitude præterita quaesiro, bona liberis prioris matrimonij auferre, vt eadem ad sobolem posterioris matrimonij transferat. Sic libidinosâ videtur eo magis animò repetere vt iis ad luxuriam suam abutatur. Quæ ratio licet locum habeat si ab extraneis reuocatur, tamen illis adimi non ita odiosum est, quous eunque tandem in vñs collarura fit.*******

C A P V T XXIX.

An & quando sit hereditas.

NON ETIAM DONATORIS HEREDIBVS *l. 1. cir. §. l. 7. vers. actione l. vlt. cir. §. C. h. t. Obi. At hæc est actio in personam, rei persecutoria. Ergo per l. 16. §. vlt. *Quod met. ca. & sim. 32. Dicit fortè aliquis sing. hic ius esse, nec act. ordinariam. Sed nil hoc modo proficiet, quia omnis actionem semel alicui tributam & in persona eius consistentem, ad heredes transire necesse est ex ratione iuris. Neque enim huic iuri persona locum facit, sed causâ, videl. ingratitude. *E. l. in omnib. 68. de R. I. Sed omnia hic regulis iuris congruentia, nihil peculiare. Transseunt ad heredes act. defuncto quaesita, quæ ei competere cœperunt, aut perinde habitæ. Hic autem actio non constituit in defuncto, data sub cõditione, si cum pœniteat *d. l. 1. ibi: mutata & voluntate, ubi ablatus absoluti, qui resoluatur in conditionem *l. 108. de cond. & dem. a d. l. vlt. quæ conditio deficiat, voluntate morte extinctâ *l. 4. Locati. Vnde in ead. causâ reuocatio donationis cõiugalis *l. 32. §. 2. & 4. de don. int. vir. & paternæ *l. 25. C. d. t. Ideo autem inest repetitioni hæc conditio, quia, contra quam alia, actio datur adu. facti eius cui res tribuitur, ne detur heredi. forsan contra voluntatem donantis, qui si non repetiit ipse censendus iniuriâ potius ingratitude negligisse, quâ inconstantia aut avaritia argui voluisse. Quare si non tacuit donator, sed aperte se reuocare velle ostendit tribuitur heredibus *d. l. vlt. ibi si vacauerit iunct. l. 40. §. 2. l. 107. de cond. & dem. ibi. non tantum si litem contestatus ubi noua iudicati obligatio quaesita, sed et si agere cœperit, quia *d. l. vlt. requirit vt querimoniam instituerit donator, quod fit in ius vocatione *§. vlt. l. de pet. litig. Quin etiamli extra iudicium voluntatem mutauit: testatò professus per *d. l. vlt. in fin. ibi si tacuit. Pœnitentiam Lex exigit, nec adicit qualem, iudiciallem an extrajudiciallem. E. & hæc accipienda, quia sermo generalis *l. 9. §. 1. *Quod met. ca. l. 20. §. 11. in fi. de pet. her. & sim. Et idem est in donatione coniugis *leg. 32. §. 4. de don.***************

don. int. vit. Obi. Actio iniuriarum non datur heredibus nisi lite contestata. Resp. Hæc non nascitur principaliter ex iniuria, sed quia donatum est hac tacita conditione: deinde hæc non pœnalis, vt illa, sed rei perfequutoria. Obi. l. 7. C. h. t. ibi actionem v. matris, &c. vbi absolute denegatur, nec aliter transit quam lite contestata Resp. Ius ibi speciale & vocula matris posita è pœnalis, ad remouendas aliorum donatorum actiones, ex ratione propria, quia illa nisi efficaciter reuocauerit, moriens videtur iniuriam remississe arg. l. 30. C. de fideic. Sed an pœnitentiam probant inimicitia capitales Neg. c. per verba d. l. vlt. Si tacuerit. Testatione igitur verbis facta opus quia frustra Imp. requireret, quia plerunque causæ reuocandi inimicitias per se declarant. Obi. Legatum ita ceterum ademptum l. 3. §. vlt. de adm. leg. Resp. alia causa suprema voluntatis quæ ambulatoria leg. 4. de tit. & donationis quæ irrenocabilis.

NOTATA.

- a vbi Bart. vid. Gribald. ad nub. D. Sol. matrim. q. 9. Fr. Sarment. 2. Select. interpr. 1. num. 16. qui conditionem, quæ ex ablatiuis inducitur, maiorem vim habere quam alias, & vim etiam dispositiois, quando testator, iusve vtens, disponere potest. f. Coras ad l. 2. §. 3. de O. I. num. 1. & 3. falsum hoc Dd. axioma censet, quia magis accedere soleant dispositioni l. 2. §. vlt. Mand. & si quandoque faciunt conditionem, id non fieri ex vi vel natura ablatiuorum, sed quia expressè vel tacitè actus ipse suspendens exprimitur, aut euentus, in quem fit suspensio vid. Val. Guil. Forst. 1. obs. succis. 10. b. c. vlt. extra de donat. Gomez, 2. resol. 4. n. 14. P. Greg. 18. Syn. vlt. num. 8. quia inquit, delicta sunt personalia & remissa videtur dissimulatione iniuria. Excipiunt nisi desierit ac repentina morte præuentus Carolus. Corra in Memor. v. donatio perfecta reuocari potest. c. Benf. ad l. 1. de iur. nu. 195. c. diff. post alios Mozz. de donat. col. vlt. num. 14.

CAPVT XXX.

An contra heredes.

DATUR TAMEN ADVERSVS HEREDES DONATARI, quamuis viuo nulla quæstio mota, licet vulgò dicitur, quod iniuria personæ cohareat Bald. in l. 1. C. 7. C. h. t. Salic. in d. l. 1. Quod probant 1. regulæ iuris. Et hæc actio rei perfequutoria leg. 35. de O. & A. quæ etiam si ex delicto, vt cõdictio furtiuæ contra heredes. Et heredes eodem iure sunt quo defunctus, neque hic exceptio. Ergo l. 32. in fi. C. de appell. 2. verba constitutionis: denegatur heredibus donatoris contra heredes d. l. vlt. in fin. sub conditione si tacuit donator. Ergo sub contraria datur contra eosd. heredibus, magisque ipsi donator. Et in d. l. vlt. tribuitur generaliter potestas euentendæ donationis, excipiuntur tantum donatoris heredes, quæ exceptio regulam in aliis confirmat l. 12. §. 4. 3. de instr. leg. Denique ratio Imper. in verbis ne sit cuiquã licentia & alienas, &c. ad heredes quoque pertinet. Ergo & dispositio. 3. Exemplum si milis reuocationis in donatione coniugum, quæ itidem non est heredi l. 32. §. 2. de don. int. vit. est tamen aduersus heredes d. l. 32. §. si duorum 10. Obi. verba d. leg. vlt. vsque ad primas personas Resp. Sunt ambigua. Possunt sic accipi ad primas personas donatorum seu eorum quibus reuocationem dedimus, & sic debet, declarata verbis seqq. Generalis enim & ambigua oratio interpretanda ne iuris regulis aduerferet l. 32. in fin. Cod. de app. l. 35. pr. C. de inoff. Deinde Resp. vsque ad primas dicitur non simpliciter, sed si donator tacuerit. Conditione cessante progreditur & ad heredes. Si verò donator ipse reuocet ab heredibus, non tacet. Obi. l. 7. C. h. t. vers. actione ibi nec in heredem. Resp. Ius sing. illic cuius ratio 1. amor matris in liberos, quæ iniuriam dissimulatione aboluisse putatur, si ante lit. contest. decessit. 2. quia reuocatio matris habet effectum vindicationis, vt ibid. b

vindicatio autem contra heredem, vt heredem, non datur leg. 42. leg. 51. & seq. de R. V. Ob. Facilius datur actio heredi quam in heredem. §. 1. l. de perp. & temp. act. Resp. Imò par vt rumque & ex eadem causa. Pœnalis v. actio ideo non in heredem d. §. 1. quia pœna aduersus delinquentem. Hæc actio donatoris causa prodita, cui non fit iniuria, si heredi eius negetur, fit ipsi aduersus heredes. Deinde Retorqueri potest argum. Datur hæc actio heredi si non tacuit donator. Ergo eadem conditione in heredem. Sed hæc obtinent si ex 4. prioribus causis reuocetur: Ex quinta enim causa, pactis non impletis, datur cõdictio ob causam l. 2. l. 3. l. 8. C. de cond. ob. ca. quæ & heredi d. l. 2. c. & in heredem d. l. 8. Quod & in materna donatione obtinet si ex g. lex dicta vt matrem aleret filius. Non obli. d. l. vlt. Nam denegatur ex hac quoque causa reuocatio, sed quatenus inrentatur ex causa ingratitudinis, non si ex conuentione adiecta. Quia cum vnus rei plures causas, vna sublatã, altera superest.

NOTATA.

- a Et Dd. comm. res. Gomez. 2. resol. 4. num. 14. quia statuerunt act. hanc descendere ex delicto ad vindictam. b Cuius. 41. obs. 19. vox vindicationis exponit id est vindictæ vltionis, quia mater iniuriã suam vlticatur potius quam rem persequatur. Notatus, ab A. Gentile r. epist. et l. 18. quia nõquam ita in toto C. nec D. sumitur. Adde quod oppositio ibi act. in personam & vindicationis. Quæ verò ad vindictam datur itidem est in personam. Sic igitur species generi opponitur. Si tamen conuentiones heredes quoque respiciant, non si donantis personæ cohareant, veluti vt alatur, hospitio recipiatur, &c. Nam si id non præstitit donanti remississe videtur, dum non exegit, Connan. 9. Com. 10. num. 2.

CAPVT XXXI.

Genus reuocationis.

AN SEMPER? a Vbi vulgaris error non dari aeam consumptis vel alienatis rebus ante iniuriam Bald. in leg. 7. Cod. hoc tit. Refellitur. 1. quia obligatus factio suo se non liberat leg. 91. §. 4. de V. O. nec alienando creditori præiudicat, l. debitorem 15. Cod. de pig. per l. 39. de neg. gest. & similit. ne quidem si pendente conditione id faciat l. 8. pr. de peric. & comm. l. 11. §. 1. Qui pot. in pig. l. vlt. §. 3. vers. fin. aut C. Comm. de leg. At donatarius ante iniuriam sub conditione obligatus, 2. Actio in personam non exigit possessionem rei. 3. Impunè eludi posset constitutio: Meditatus enim iniuriam, priusquam inferat, alienabit vt deinde non teneatur. Obi. l. 7. C. h. t. vers. Ceterum ea, &c. Resp. Tametsi verba minimè reuocamus accipienda sint de reuocatione non aduersus possessores deneganda, id enim licet verum non conuenit prioribus quicquid tenet, sed adu. ipsum filium cui donatum, ius tamen in eo, vt & in aliis, proprium donationis maternæ ex affectu matris, quæ quamdiu litem non mouit saltem ad hoc remississe iniuriam ceterum, vt liberum sit de donatis disponere, nec contra id postea veniens auditur. V. QVA ACTIONE? Non in rem, quia dominium non recessit, & quia tribuitur reuocatio contra donatarium, non contra possessores. Accurs. quidem ad leg. 7. C. hoc tit. tentat vtilem in rem dari, exemplio donationum mortis causa. Sed diuersa ratio, quia illæ legatis comparantur, non item hæ. Excipiend. duæ causæ. Facta ea lege vt donatarius donatorem aleret l. 1. C. de don. qua sub mo. 2. Sponsa à sponso vel contra, nuptiis non sequitur l. 15. C. de don. an. nupt. Sed IN PERSONA. CONDICTIONE d. l. vlt. & per d. leg. 7. C. h. vbi dicitur effectum vindicationis habere d. l. 1. C. de don. sub. mo. maximè ibi in hoc casu ex obligatione, quæ ex re tradita nata & CONTRACTV, quia tacita hic conuentione, eaque mente donans nequid eorum sequatur ob quæ

ob quæ ll. reuocationem tribuunt. Cum enim incertum, quid in negotio gerendo conueniret, ex iure sumitur id quod agi videretur l. 6. de solut. Hinc liquet cui detur; donatori, postquam mutatio voluntatis apparet, eiusque heredibus adu. donatarium eiusque heredes vid. sup. c. 2. præced. Quid in eam veniat, donatum videl. c. vel tantundem si pecunia donata, item accessiones post ingratitudinem admissam arg. l. pen. l. 15. pr. de cond. ind. l. 7. §. vlt. de cond. ca. da. 4

NOTATA.

- a Quid si pactum iuratum de nou reuocandã donatione ob ingratitudinem adiectum? Reuocationem impediri tradunt, quos refert & sequitur Benf. ad l. 1. de iur. num. 189. add. 10. Gutierrez de iurum confirmator. p. 1. cap. 10. n. 6. Quod non probandum, quia pactio hæc quã dolus committendus remittitur, aperturque licentia ingratitudinis committendæ, iureiur. firmari nequit. Ex qua ratione Gomez. 2. resol. 4. nu. 14. non posse huic iuri renunciari scribit. b Quod nõ puto vid. not. s. libr. 11. cap. 2. lit. P. Conuentio enim duorum consensus exigit, quam hic deesse patet quoque ex iis quæ cap. seq. lit. N. Et apertè l. 1. §. 1. de donat. donantem ea mente esse vt nunquam villo factio ad se reuerti velit. Alias positus ex delicto eam oriri agnoscerem cum Dd. & Rulanso de commiss. p. 3. lib. 5. ca. 11. n. 29. c. Ollin mater à filio ingrato dimidium tantum repetebat l. 1. Cod. Th. de reuoc. don. quod correxit l. 4. eod. tit. Quod si rem alienam donatam bona f. accipiens vlt cepit, an ex ingratitudo, reuocari post vsucap. impletam poterit? Sunt qui aff. arg. l. vlt. Cod. hoc tit. Contra Vass. 2. ill. contr. 89. n. 61. quia tunc rem iure suo potius quam à donante habere videatur arg. l. 5. Pro drel. Ego cum prioribus sentio, quia certè habet ex beneficio dantis; tradendo transfudit vsucapiendi conditionem. Et nisi donasset ipse sibi vsu acquisisset. Eadem igitur damni & æquitatis ratio. Fauior quoque donantis ac odium ingrati extensionem hic suadet. Licet igitur verba legis deficient, cum rei alienæ vera donatio non sit, non tamen sententia & ratio. d. Diff. 10. Gutierrez de iurum confirmat. p. 1. cap. 10. num. 7. & 8. vid. Vass. 2. ill. contr. 8.

CAPVT XXXII.

Expli. L. 8. C. de reuoc. don.

SECVNDÒ (connette vt sup. c. 27.) LIBERI POSTEA SVSCEPTI l. si vnquam 8. C. de reuoc. don. [Hic refert se noster ad suos Comm. in Cod. ad l. 1. Eorum hæc summa. Beneficium nouum h. l. conceditur IN QVO SPECTANDA I. CAVSSA ET CONDICTIONE 5. CONTINENS I. PERSONAM; Patronus, cui solidatur, vt J. 2. STATVS DONATORIS, qui liberis non habet. Ergo si habere cessante conditione cessat reuocatio leg. 40. §. 2. de cond. & dem. a At sicine post ea nati melioris conditionis antea natis. b Tribuitur reuocatio non propter liberos susceptos, sed propter tacitam conuentionem donantis, qui non donaturus censetur, si haberet aut se cõsequitur cogitaret. c Quid si liberis quidem habens, postea tamen alios suscepit? In nihilo magis reuocatur. d Conditio enim hic non si non habeat liberos hos vel illos, sed simpliciter. Nec potest pater donator velle plus tribui nascituris, quam quos videt & nouit. Nec obstat tit. C. de inoff. don. quia ibi reuocatio non donatori viuo, sed post mortem illius liberis. e 3. CAVSSA DANDI: donatio. d Reliquæ alienationes rata, quia non reuocantur citra damnum alterius. e 4. RES DATA: Omnia bona aut pars facultatem, atque ita etiam res singulæ l. 14. §. vlt. l. 16. ad Treb. f 5. LIRERORVM AGNATIO v Sed an conualescet si viuo patre obierit? Rectè Bart. in l. Titia 87. §. Imp. 3. de leg. 2. contr. plerisque id negat h. per l. 11. de R. I. & actio semel quæ sita inuito non auferitur, nec extincta reuocatur. Obstat leg. 12. pr. de ini. rup. x. Testam. ibi rumpitur subtilitate iuris, re ipsa manet. Est igitur quod Prætor confirmet. At donatio semel irrita in totum tollitur. Deinde illic manet voluntas testatoris,

pulatio hæc iuris secundum regulas iuris contracta & responsio congruens. Respondens enim de 20. vi ipsa etiam de 10. Et stipulans 20. vt ipsa etiam decem que 20. infunt. i Quomodo itaque necesse vt diuersitas responsionis placeat, vbi nulla est diuersitas Obf. §. præced. 3. ibi cum addit vel detrahatur &c. Scil. conditionem vel diem que pars obligationis, eiq. infunt; non verò si summa aut rei qui adiciatur vel detrahatur, quia quor summa, tot seiuncta stipulationes l. 29. pr. h. t. que iungi & separari possunt, adici & detrahi non possunt. Obi. §. præterea 5. I. de inut. Resp. inutilis, si 10. stipulanti 15. promittas, non tota conceptio, sed quatenus non responderetur ad interrogata, eatenus tota stipulatio inutilis. f Due enim stipulationes in quinta. In vna ecclesie meminit 1. Inst. 2. §. 2. & 2. Inst. 1. §. 2. Et vt est verus, auctoritas tamen iuridica desset. Obi. l. 52. Locati Resp. alia ratio Locationis. Locator enim maiorem summam requirens pro vsu fundi qui sibi abeuit, non admittit minorem; male enim sibi consulit: Decem autem stipulatus admittit, §. quia habet gratia & sine onere hæc ad d. §. 4. Quatenus autem non valet nec approbatio quidquam potest. Neque enim efficit vt videatur de 20. respondisse, quod de 10. d. §. 4. Idem ius est in corporibus si de vno interrogatus, plura coniunctim promittat d. l. i. §. 5. vel de pluribus interrogatus vnum l. 83. §. 4. h. Aliud si distinctim d. l. 83. §. 2. Ibi enim duas res quis spondet, sed vnam, id est alterutram, vtram volens, dando liberatur. Quare si de Pamphilo interrogatus Stichum aut Pamphilum spondeat, ne P. quidem spondet, nisi sub conditione si S. non dederit. Quod si Stichum aut Pamphilum stipulanti de P. respondeat, ad interrogatum non respondit. Interrogatur enim de vtroque quidem, sed de vnoquoque sub conditione, si alterum non dederit, & vnum spondens pure promittit, ideoq. non obligatur hæc ad d. l. i. §. 5. AN ALIO MODO) illic in re, hic in qualitate dissentit responsio) VBI PLANE IRRITA l. i. §. 3. h. si quid adiectum vel detractum fuerit obligationi vt dies aut conditio, u NISI RESPONSIONIS DIUERSITAS ILLICOD PLACVERIT d. §. 3. * At qui approbatio non efficit vt conditionalis interrogatio vel responsio fiat. pura b. Efficit vt noua stipulatio rectè contracta videatur. Vtque si respondeatur pure ad conditionem, conditio fit pro non expressa arg. l. 3. in fin. de O. & A. Sin sub conditione ad puram, cum pura interrogatione omnia tempora continentur, cetera reprobanda stipulator hæc sola relinquat Don. ad §. 3.] Et si quidem conceptionem spectamus, vnum genus stipulationis; sin consensum hinc diuisio que in l. §. pr. h. t. pr. l. de diuis. stipul. quæ sic ad bimembrem reducta concipi potest: Vt consensus duplex ita STIPVLATIONVM DVO GENERA. 2 ALIÆ VOLVNTARIÆ, QVÆ vocantur CONVENTIONALES [non quia conuentiones habent, quæ & ceteris communis, sed quia ex conuentione sola existunt & nascuntur, vt dissent à reliquis non conuentione, sed causa ac origine conuentionis, quæ hic voluntas libera, ad d. l. 5. pr. num. 7.] Vnde eius genus vnum atque simplex A L I Æ NECESSARIÆ quæ inuito iniunguntur, [Obi. Ac contractus ab initio voluntatis l. 5. C. de O. & A. Non igitur ex alieno iussu pendens Resp. Ha stipul. verè contractus sunt, si spectetur id tempus, quo interueniunt, quia presentem habent consensum, neque vi impeditum, nam vis legitima, vis non censetur. Non sunt si causa & origo attendatur quia tunc pro solutione magis. Sic & iudicia, quod datur in iuribus contractibus l. 5. §. 11. de pecul. hæc ad d. l. 5. pr. numer. 37.] QVÆRVM causæ variæ & SPECIES TRES IVDICIALES [quæ à iussu iudicis per §. vltim. I. de diu. stip. Nam à iussu iudicis habent vt conuentio fit reorum, origo interponenda à iudice seu vt §. 1. I. d. t. d. l. 5. pr. QVÆ A MERO, id est solo arg. l. 3. de iurisd. non vt à Pretoria discernatur, sed vt amba

à communibus. IVDICIS OFFICIO, non arbitrio, si scil. tunc iubet cum iudex esse cepit, lite contestata, FIRMANDI IVDICII CAUSSA. Ac parere reuoluentem cogit remedijs iudici proprijs, condemnando videl. ad id quod interest, aut reum absolueno. Hic vt iudex iubet, etiam si sit magistratus vel Prætor. Discreta enim officia prætoris & iudicis, ac si vnus fortè vtrumque gerat, non tamen eodem tempore. Exempla harum d. l. 5. pr. h. §. 1. I. de diuis. stip. vbi. vid. Theoph. PRÆTORIÆ. Synecdochicè, nam & adilitia continentur d. l. 5. pr. QVÆ A MERO PRÆTORIS OFFICIO. Si videl. iudicio nondum constituto de ea re, ad quam referretur stipulatio, iubeat Prætor cauere quod rectè postulatur, & nisi pareat remedijs prætoris vtatur; quæ tria: Missio in possess. bonorum, in damni infecti & legatorum causa. Iurisd. denegata in iudic. solui. Rem rat. hab. & fructuaria cautio: Et actio contra non cauentem in adilitia. EARVM SPECIES SVNT CAUTIONES a l. i. de præf. stip. ideoq. a ind. l. 5. non omittit. Obi. Et iudicialis prætoris species d. l. 1. pr. Resp. aliter illic de ea quæ interponitur iudicij causa, iussu Prætoris, aliter hic quæ iubente iudice. Et COMMVNES; quæ rebus ita exigentibus, MODO IVDICIALES MODO PRÆTORIÆ, diuerso tamen tempore. At hæc Prætoris accenset. Vlp. l. i. de præf. stip. Resp. Rectè. Sunt enim prætoris, quod non negat Pomponius d. l. 5. pr. sed tradit eas quæ dumtaxat prætoris. EÆ TRES d. l. 5. pr. §. vltim. I. de diu. stip. Quarum priores, quando sint iudiciales obscurum est, vt posterior quando prætoris, in quo interpp. fessit Theoph. auctoritas I. REM PVPILLI SALVAMFORE. Sed quando ea iudicialis? Nam Prætori danda opera vt caueatur à tutoribus pr. I. de satisf. idq. sine vilo iudicio & causæ cognitione, & cogit extra ordinem, quod non est iudicis l. 4. de iurisd. Quid quod IC. dicit d. l. 5. pr. à iudice iuberi si aliter expediri non possit: Semper autem aliter potest. Theoph. tit. I. de diu. stip. Resp. Si tutor debitorem pupilli nomine conueniat & is nec respondere velit, nec iudicium susceperit, quia tutor non satisfederit. Malè. Hoc quoque casu Prætoris est, quia ante lit. contest. nullum est iudicium. Sed ea obiciuntur apud Prætorum, ac remedium cogendi est denegatio actionis l. 26. §. 4. Quib. ex. ca. mai. Licet verò iudicij causa aditus Prætor, non tamen propterea vt iudex. Iudicio effi satisfatio Rem rat. haberi. Verius b. Tum iudicialis est, si lite contestata inter moras iudicij demum cognouerit debitor tutorem non satisdixisse & ad hanc except. confugerit, quæ admittenda lib. 3. C. de tut. qui non satisf. Tunc enim ex officio iudicis iniungitur per l. 1. C. de ord. iud. quia illius est incidentem quest. que in iudicium deducitur, examinare. Et ita exponenda verba d. l. 5. pr. si aliter hæc res id est non cautio, sed iudicium expediri non potest. vel legendum huic id est iudicij res id est iudicium &c. 2. REM RATAM HABERI. Quando hæc iudicialis? Vulgò tam Theoph. Resp. Si post litem contestatam exagitur. At qui tunc frustra exagitur, vt clarè l. Pomponius 40. §. pen. de Procur. Quod si postea certum esse coeperit falsum esse Procuratorem, nullum est iudicium l. licet 24. C. de Procur. nec satisf. offerens auditur, nisi aduersario volente l. i. C. d. t. Tum autem conuentionalis est stip. non communis. Diuersa causa est tutoris, vt paulò ante, quia is etiam ante satisfactionem verè tutor. Nunquam igitur hæc stip. iudicialis cum à Procurat. exagitur. Iudicialis autem erit si à tutore, iudicio cepto, vt in l. vulgò 23. de adm. tut. Nam si ex iis causis potest ante lit. contest. exigi, poterit & postea, cum reo nihil imputari possit, quod non initio ab eo exegerit, quem tutorem putabat. 3. STIPVLATIO DVPLÆ. At hæc nunquam videtur esse adilitia. Nam nec edictio adilitium de ea cautum, nec proficiscitur ab adilitum iussu, quia hæc de re nulla eorum iurisdictione, nec iussus habendus qui impudè contemni potest. Denique aliter obtineri nequit quam iudicio empti, & remedio iudiciali. Resp. Duplex ea. 1. vulgaris ob euersionem quæ non est adilitia 2. Ob eas causas, de quibus edicto edi. cauteri iubeatur, de morbis, vitis &c. l. quia 32. pr. de cuict. Cautio

enim stip. significat. Et hac stipulatio asidua vocatur l. 31. §. 20. de ad. ed. Quare qui de his rebus stipulare postulat, remuente aduersario aut agit ex empto, precisè ad duplam, & semper iudicialis stipulatio, aut redhibitoria, & semper adlittia, quia post lit. contest. interponi nequit. Nam iudex condemnat in id quod petiturum est. Dicitur autem venire ab edictis edicto, id est iussu & officio, non publico, vt plerique. Quod tunc verba refellunt; descendendum enim fuerat ad iudicium, deinde & cum à iudice coniungitur venit ab edictis edicto, tum sententia, quia nec Prætoris stip. veniunt ab edicto publico. Nec infrequens est edictum sumi pro iussu l. 18. & seqq. de iudic. §. 5. §. 1. de re iud. Pertinet verò ad officium Prætoris, ea sola, de quibus vel edictis vel iure publico constitutum, vt ab eo peti possunt. Et hæc ferè sunt: Rem rat. hab. Iud. solui Iud. solui iudicio sisti, de op. nunciat. damni infecti, legat. causa; Rem pup. sal. fore. Stipul. dupla recensita in l. 1. de Prætor. stipul. item fructuarie l. 1. v. que quem. cau. Quod leg. non amplius quam per l. Falc. l. 1. si cui pliusquam per l. Falc. de cohered. l. 1. §. iubet 9. de collat. cautio prestita substituitur ab instituto sub conditione l. 8. pr. de stip. prætor. l. 12. Qui latit. Ad officium iudicis illæ: vel de quibus prestandis apud eum agitur. Vt stip. dupla, ex duplici causa; Ob euct. & ob vitia rei. Vel de aliare, iudicio instituto: Necessaria ad iud. vel promouendum vt Rem pup. sal. & rem rat. hab. in casibus quibus sup. vel dirimendum, & quadam cautiones à reo exiguntur, quoties actori aliter satisfieri nequit, vt in iudicio de dolo & culpa l. 18. l. 20. de R. V. Eademq; in repetitione dotis l. 25. §. 1. Sol. matrim. item de commodis postea peruenitur d. l. 25. §. vltim. de seruo qui in fuga est persequendo l. 14. §. 11. vers. pro eo Quod met. ca. l. 69. §. vltim. de leg. i. pr. Inst. de diu. stip. quadam ab auctore vt in rei vindicatione de quo l. 1. §. 2. quo 57. & seqq. de R. V. in restitutione dotis de indemnitate mariti d. l. 25. §. vlt. in iudicio diuisorio de quo l. 25. §. contra 11. & §. 13. Fam. etc. & alæ. Ita hanc diuisionem dilucidat Donel. noster ad d. l. 5. pr. h. t. vbi num. 12. scribit sibi cum nullo in eo conuenire.]

CONTRACTAE AVTEM cuiuscunque voluntate aut iussu VIS VNA: OBLIGATIO VERBORVM (à re & notâ propriâ ad l. 1. pr. num. 14.) Omnes autem pactiones in stipulatum deduci possunt & ex ea effectum sumunt l. diuisiones 45. de pact. Inuenta enim & earum firmandarum causa l. quicquid 99. h. t.

bb Paul. 5. Sent. 7. §. 1. bb Hinc vocatur Cautio tituli. D. Si quis caut. & tituli. In ius voc. vt cant. l. sancimus 3. C. de V. S. Cauere enim est securum præstare, rem in tuto collocare. Vnde & instrumenta cautiones l. 47. §. vltim. de pact. l. 27. de sur. At leges rebus, non verbis, positæ l. 2. in fut. C. Com. de leg. In pactis autem idem consensus 2. Immo non idem. Ille enim sæpius ex leuitate & impetu magis quam iudicio & affectu, raro ferius. Hic verò certus & meditatus. Non igitur tam propter verba obligatio quam ob meditatum consensum. cc Nec verba propriè causa obligationis, sed causæ indicium ac symbolum, quia ista congeminiatio & solennis conceptio præmeditationem animi certitudinemque consilij ac iudicij declarat (hic & ad l. 10. C. de pact. nu. 11. & 2. seqq.)

NOTATA.

a Cuius origo an iuri gent. an ciuili adscribenda? Posterior placet Vacon. 5. declar. 68. Cuiac. ad l. 1. h. t. & ad l. 1. de pact. & in not. §. 2. 1. de I. N. G. & Ciu. 5. obs. 36. & 14. obs. 40. Vult. pr. l. 1. h. t. n. 4. & seq. Cl. David in d. §. ius a gent. 2. num. 6. Gæd. de contr. stipul. cap. 2. concl. 1. Contra Rau. 2. var. 5. Forcat. dial. 72. num. 1. (hoc præter cætera argumento, quod per stipulationem Lex lata rogatione & responsione populi) Valth. 1. misc. 11. † Hopper. lib. 2. vltim. pag. 34. origi- ne iuris esse ciuili sentit, vsu iuris gent. & exteris etiam permitti. Chifflet lib. 1. de I. iudic. cap. 1. sub fi. olim fuisse iuris ciuili hodie iuris gent. & c. sed plenius hanc quæst. excutit

Gæd. d. c. 2. quam ad hoc adi. b Quo pluribus adstruit Gæd. b cap. 1. concl. 3. & quos citat ibi n. 17. quibus add. Bellon. 2. sup. put. 8. Diff. quos refert ibid. num. 22. & Hopper. lib. 2. vltim. pag. 34. vult. non tam esse contractum quam aliorum contractuum quoddam quasi sepimentum, c Cuiac. 15. obs. 22. c minus esse promittere quam spondere Seneca. Iam non promittunt de se, sed spondent. Et verbo promittenti sæpe pactum significatur & pollicitatio & omnis contractus. l. 9. pr. de duob. reis l. 5. C. h. t. l. 19. §. 2. de ad. ed. & A. Fab. 45. err. prag. 8. p. 987. Sed & vocis spondere latiore sensum esse, nec tantum ad stipulationem verum quoque ad pactum pertinere reprobat Gæd. ad l. 7. de V. S. n. 13. per l. 7. §. 12. de pact. vbi tamen vers. nisi contrarium Tribon esse contendit Hot. 7. obs. 3. respicientis ad l. 10. C. h. t. d. l. 7. de eo quod cor. lo. l. 5. §. pen. de solut. l. vltim. de admin. rer. citu. per l. 112. §. h. t. Cuiac. 27. obs. 34. Vult. in pr. l. h. t. n. 21. e. propter relationem Bar. in l. 1. h. t. addens quod verba restipulari, respondere, repromittere agitant verba simplicia communia esse interrogantium & respondentium. Quod de verbo stipulari certum de verbo spondere dubium, de verbo promittere omnino falsum puto, f Quod forte à stipite d. pr. l. h. t. Vt enim f stipes rem aliam munit, ita stipulatio obligationem cui substituitur vid. Cuiac. in Par. C. h. & 10. obs. 24. Vult. pr. l. h. t. n. 18. Gæd. c. 1. concl. 1. Quin & stipes merces quæ stipatoribus seu militibus data, vnde diriuare maluit Coras. 1. misc. 25. num. 8. Castell. Corta in memor. al. v. stipulum Christiani. Becman de Originib. Lat. ling. V. Stupa. a stipando, quod pecunia signata stiparetur. Festus lib. 17. † §. Genil. Orig. lib. sing. p. 377. in agris hoc nomen inuenisse censet, quod segetum manipulos rustici stipulis in morem nodi contortis adtingere & obligare solent. Sic stipul. inuentæ obligat. adstringendis. At Carell. Corr. d. lo. nunquam se apud probatos auctores stipulum pro sumo reperisse. Quasi verò legerit omnes antiquos, qui penè omnes in vastationibus Italicæ interierunt, ait Greg. Lopez. animadu. c. 3. num. 18. g diff. Cuiac. in l. 1. & in tit. D. d. pact. passim & ad l. 4. de transact. ac multis tuerit contra Donel. Gæd. de contr. stip. in Prolegom. n. 7. & seqq. vbi vide. h Sed restipit expressè l. 5. §. 3. D. de acceptil. Potest tamen pro Don. ad d. l. 13. pr. responderi ita tolli operam obligationem si prius per auilianam stipulationem nouata fuerit l. 4. de transact. vt omnium aliorum contractuum. Ratio autem dub. specialis facile reddi potest tum quod iurif. religio veram non fictam impletionem requirere videatur, tum quod adstrictior videatur obligatio illa liberti cum & ad operas sine eo naturaliter sit obligatus. i Licet ceteri ferè per verba quoque explicentur, tamen hic non animi tantum declarandi causa verba exiguntur, sed in iis consistit substantia conuentionis. In ceteris autem consensus alio modo declarari potest. Gæd. in Prolegom. numer. 4. & cap. 3. num. 75. & seq. † Malè verò Rau. 2. var. 5. omnes stip. sic ex interrog. & responsione subsistere ipso iure & lege ciuili, vt & iocandi animo interposita teneat. Legem ad formulam solum & nudam verborum pronuntiationem respicere: Prætorum verò mentem intentionemque inspicere. Nam refellitur ex l. 3. in fi. de O. & A. Nec ideo dicitur verbis contracta quasi verba sufficiant absque consensu, quod absurdum, alias & furiosus stipularetur sibi, sed quod sine iis consensus non sufficiat. † Hopper. lib. 2. vltim. pag. 37. omnem sollemnitate in eo ponit vt in testamento referatur, idque vel aduocatis testibus vel confectis scripturis, vel datis arthi, vel coram populo, vel adacta coram tabellione. Quod si nihil accedat interrogationi ac responsioni non videre se cur plus illi vigoris, quam nudæ conuentioni. Sed illa iuris auctoritate caret imò aperte aduersatur, & illius vigoris ratio certior b. cap. in fi. Sane non quæuis interrogationem subsequens responsio, etiam in negotiis hominum commercialibus, efficit stipulationem. Vt si roganti vendis mihi ædes 100. respondeat quis vendendo non est stipulatio contracta, sed venditio, ceu probat L. 35. §. vlt. h. t. quod contractus consensu perfecti possint celebrari per interrogationem & responsum, sed ea non sit necessaria, modo aliunde consensus appareat, vid. l. 7. §. 12. de pact. Valt. de success. creat. lib. 1. §. 5. nu. 12. Gæd. cap. 3. num. 67. & seq. Forst. de pact. c. 7. k vid. Gæd. cap. 3. concl. 9. & seqq. Non per signa nec per scripturam, etiam inter presentes, vt si, ne circumstantes intelligant, vnus interroget per litteras, alter respondeat l. Titius 24. de const. pec. Nec per verba alia ad id significandum non apta, de quorum significatione prius inter partes conueniatur Gomez. 2. resol. 9. num. 1. 1 Vacon. 1. declar. 69. & 71. Si forma, ait, abie effectus nullus producti potest & conuentio manet, vt materia in formis. Ex pacto oblig. naturalis, quando contrahentes intire volunt pactum nudum. Sic si quis testari voluit etiam 5. testes adhibuit non valet

valet illius dispositio iurè codicillorum. Diuersæ enim illa species & actus agentium non operantur vltra illorum intentionem. Cæterum nulla necessitas, vt in d. §. 2. neg. intersecatur veget vt legatur non tamum non ciuilibus ceu Coras. ibid. & Pius Anton. Barolin. auct. cap. 55. Nam negatio postposita nec feruit loco quoque præcederet Rob. 1. res. lect. 13. Et hic loquendi modus: non solum vel modo pronon solum non ipsique Tullio frequens. Loca conueniunt Brode. 8. misc. 14. & Muror. 10. var. lect. 7. m Vt Cuiac. ad d. l. 1. §. 2. & ferè Anton. Fab. ad l. 27. §. pen. de pact. In stipul. ait & acceptilatione 2. requisita voluntas & sollemnitas, voluntas sola sufficit ad pactum liberatorium non ad obligatorium. Malè v. Goth. in not. d. l. 8. lect. Haolandi consensum pro contra sensum præfert Florentinæ inconcinnum quoque sensum adtingit Nam regula off. etiam in leg. 17. §. pen. de pact. leg. 19. de acceptil. & exc. neg. nisi alia mens partium. Non vero regula neg. exc. opt. nisi partes expressè hoc egerint. Sic enim verè restipulerent ad ill. quæ cum Flor. lect. d. l. 8. optimè consentiunt. Vid. & Gæd. in leg. 17. de V. S. numer. 1. Valt. 3. cony. vlt. pag. 38. numer. 56. & seq. Hieron. Torniel. in d. l. 1. §. 3. numer. 22. n Nec tempore firmatur absentis facta, si ex ipso instrumento constet quod inter absentes contracta Valt. 2. ill. contr. 64. numer. 16. † Sed obit L. 57. de don. int. vir. Resp. Hopper. lib. 3. vltim. pag. 100. ibi mulierem non contraxisse nisi litteris stipulationem, sed contractam cum seruo, qui interrogauerat, vt solet, per scripturam marito. † Don. noster ad l. 1. C. h. t. numer. 10. per litteras eam probari si inter presentes interposita. Nec in d. leg. 57. quæri an stipulatio valeat, sed an conditio existeret. add. Hoeman. 7. obs. 16. Charond. 5. vers. 121. o Non valet stipulatio nisi interrogatio responsionem præcedat leg. 52. §. 2. de O. & A. l. 1. C. de Vsur. Ratio vulgo redditur, quia stipulator aliàs certus esse nequit, an promissor animo obligandi responderit. Quæ est displicat Ale. 2. Pared. 19. probatur à Valt. h. t. misc. 13. ex illis Plauti in Pseudulo act. 1. Sc. 1. Rogate me vt me effecturum tibi quod promissis scias p. Diff. Valt. 2. misc. 21. volens temporis intervallo nec breui nec longo stipul. vitari. Imò; inquit, potius per hoc validior obligatio. Responsio enim ex intervallo facta, magis deliberata, fortius adstringet leg. 22. C. ad Vell. Hoc probare d. l. 1. §. 1. vbi legendum non vt vult. modicum, sed medium vt maiestati, (quomodo & Florentini Pand habent) Ad d. leg. 137. Resp. Valth. ibi momentum non significare tempus, sed actum nature, id est, exiguum aliquid quo homines inter agendum occupantur. Id non vitare stipulationem: Secus si alius actus interueniret, magis ferius. Ad leg. 12. pr. de duob. reis Resp. illic non vitari stip. ob intervallo temporis, sed ob alia negotia, quæ interueniant. Sed nihil Resp. Valth. ad d. l. 6. §. vlt. Et si, cum ad alia negotia disceditur, stipulationem vitari fateretur, Valth. quomodo longum intervallo non vitabit, cum credibile certè sit & vsus vite communis, rerum magister. doceat homines plerisque non desides manere, sed negotia subinde agitare. Reliquis occurrit Gæd. cap. 4. conclus. 2. vbi & alia circa hanc rem expedit. Nihil verò nocet si impertinentia nec ad rem facientia verba promissor interiecerit vel responsioni immiscuerit vt: Arma virumq; cano. Spondeo leg. 65. pr. h. t. Multis enim vsu venit vt interit dum deliberant ac animo conconsultant verba aliena profertant, deinde ex attentæ cogitatione verba fundant A. Gentil. 1. lect. 11. Curt. 3. Com. ad Vin. 12. Nec tantum hoc obtrinet si vsu quodam ac consuetudine soleat qui respondit ea verba seruium interferere; sed et si ioco. Nec rectè Sc. Gentil. 2. Prærog. 17. hoc casu mendosam esse stipulationem sentit. Quod minimè probat l. 3. §. vlt. de O. & A. q. Duar. & Cuiac. ad l. 5. h. t. Gomez. 2. resol. 9. numer. 3. vid. Gæd. cap. 4. conclus. Diff. Dd. vulgò. Granuis iuris imperitia errat (vt sæpiculè solent viri cæcæ docti, sed in aliis quam nostris auctoribus veriores) Ian. Gualtem. 99. in Plauti Astinar. cap. vlt. scribens stipul. formulas conceptas fuisse per verba. Si, siue, ni, niue, quæ qui perperam adhibuerat eum actione cecidisse. Nam istarum vocularum nec nisi in conditionibus stipulationibus vsus vltus esse potuit. Nec quicquam reulit quomodo conciperetur conditio, cuius vtitate quidem fuerunt quedam formulæ, non tamen necessaria, cum imò & sine verbis indubitè possit vid. libr. seq. cap. 11. & eam voluntas faciat non serino lib. 2. de h. qua pæn. cap. Cuiac. 14. obs. 1. Facit leg. 27. §. 5. de pact. Gomez. 2. resol. 9. num. 4. Licet sit diuersitas, in quantitate tamen eadem obligatio, item vis & substantia eiusdem. Nam quæ differunt secundum plus vel minus substantia conueniunt. Diuersitas autem in qualitate, si interrog. pura, responsio conditionalis, inducit diuersitatem in substantia & arguit dissensum contrahentium, itemque

in tempore, maximè vero in re. Diff. post Cuiac. ad l. 1. h. t. alioq; Gæd. cap. 4. conc. 4. numero 55. & seqq. volens & in summa diuersitate approbationem esse necessariam, quæ ad adi. s. ita Vacon. 5. declar. 71. numero 4. inuitis quoad aliud pro subiecta materia, & Puc. 7. qu. 24. Simile in §. 8. ibi alio qui non habetis l. de Mand. & Phil. Marth. ad l. 110. de R. I. numero 6. Nec igitur rectè Baro. ibid. Inlit. in eo derogare Pandectis nec Hoim. ad l. 27. §. 5. de pact. ICab Imp. distentire. Et aliud esse in pactis d. l. 27. §. 5. vbi mentem spectamus, aliud in stipulatione d. §. præsertim vbi verba ad amulum exigimus. Nihilò melius Ioach. Hopper. lib. 3. vltim. pag. 40. Vlp. ad veritatem & ius loqui. Imp. exemplo rem declarare. Exempla non facere ius, nec in iis exactè vt veritas imetur, requirit modo prima facie & ad popularem captum veritatem continere videantur. t Consentiant in genere Cuiac. Pitha. Cont. & alij citati. in not. libr. 4. cap. 36. lit. B. quibus adde Conman. 2. Com. 4. in fin. Balduin. in §. pen. Proem. Inlit. num. 9. Claud. David in Velt. legali ad d. §. pen. Proem. Inlt. numer. 8. diff. maximè in specie, quoad hunc locum Gæd. d. cap. 4. numer. 69. debitum vacillare in d. §. 11. exponens id est in periculum rapi, nisi diuersitas responsionis placeat. u Quid si respondeat promissor de anteriore die ex. gr. Dabis Calendis Iuniis, Dabo Calendis Martiis. Videtur quod valeat stipulatio quia hæc temporis diuersitas respicit dilationem solutionis, non substantiam obligationis. Sed contra Gomez. 2. resol. 9. numer. 4. arg. §. 5. Inlit. de inuit. stipul. Ad rat. dub. 2. posse ante diem solui, si in præciam debitoris is adiectus. Hic autem dies respicit fauorem stipulatoris, qui interrogando de vno die non vult ante eum solutionem sibi fieri, itaque adest dissensus partium x vid. Gæd. de contr. stipul. cap. 4. concl. 4. vbi numer. 48. contra Ale. Zaf. & alios idem admittit, est sub vnâ conditione interrogatus ex. gr. Si nauis ex Asia redierit responderit sub alia ex. gr. Si Casar Turcos vicerit. Quia vt pura stipulationi omne tempus inest & conditio etiam, vt Donellus noster, ita tempus conditionis citius faciliusve existitæ temporis eius quæ difficilius tardiusve euenit, inest. Nec diuersum esse in duorum rerum oblig. numer. 49. Idem numer. 90. & seqq. Si placet aliud pro alio respondeatur, vt si Stichum stipulanti quis ædes Sempronianas spondeat, nec approbationem subsequenter facere vt conualecat stipulatio, quia hic contractum potius responsum sit quam diuersum. y Diff. quodammodo Gæd. d. cap. 4. concl. 4. numer. 94. putans non hic tam nouam constitui stipulationem, quam declarari ac validam doceri quæ obscura fuit. Approbatione tolli diuersitatem demonstrata conuenientia, vt pateat terto æctum non nullum fuisse, sed obscurum ob dissensum præsumptionem, quæ ex complacencia sublata. Et quod in d. l. 1. §. 3. habetur aham stipul. contractam videri non de alia noua, numero distincta, sed numero eadem quasi noua accipi debere contendit. x Hopper. lib. 3. vltim. pag. 71. alias esse priuatas, seu conuentionales, alias publicas. Arque has vel iuris & iuridict. ciuili iudiciales, vel Prætoris & mixti imperij Prætorias, vel à duobus simplicibus inter se mixtis: communes, Gæd. cap. 5. concl. 12. duas species facit conuentionales ac honorarias, atque has deinde subdividit, de hac diuisione consulendus de concl. 12. & seqq. aa Cautionales licet generaliter omnes dici possint, per ea quæ h. cap. cit. fin. specialiter tamen sic vocantur quæ ad instar actionis nobis cauere prospiciunt P. Greg. 24. Syn. 1. num. 10. & seqq. Vid. de cautionalium natura Anton. Fab. 3. Coni. bb Vt & iudiciorum constituendorum & stabilendorum bb gratiã Gæd. cap. 5. concl. 11. vbi tamen hunc finem non primarium esse, sed subordinatum ac à principe siue promanantem docet. cc vid. supra lib. 12. cap. 9. lit. C. ibique notata. Sed num exceptio in Principe vt is efficacia ex nudo pacto obligetur æque arque ex stipulatione? Negat Valt. 1. ill. contr. 45. numer. 14. & seqq. quia nuspiani legitur exceptus & quia in pactionibus iure priuatorum vitur nec vt princeps consideratur. Confer. not. supra libr. 12. cap. 22. lit. Z. Quid si stipulatio causa alia careat? Eam inefficacem vulgò statuunt, except. doli elidi per l. 2. §. 3. de doli exc. Gomez. 2. resol. 9. & 11. numer. 3. Hopper. libr. 2. vltim. pag. sub finem Gutierrez. de Iuram. confirmat. 1. cap. 47. numer. 1. Anton. Fabr. 45. err. prag. 8. qui tamen iustam causam præbere donandi animum l. 21. pr. de donationib. Contra Eman. Soar. in amot. ad Gomez. de cap. 9. lit. E. quia ipsa stipulatio per se firma causa, & iustæ traditionis causis accensetur §. item 3. institut. Per quas pers. Qui vero diceret sine causa, cum si omnes alias amoueris, donandi causam contrahentes præ se ferant. Nec facit negotium dista lux 2. §. 3. Nam tibi errore putans causam subelle ex. gr. 100. sibi credita, promittit

missi stipulanti. Qui erroris scius promissore pœnitere exige- re pœnerat. Arque hanc Barroli à plerisque ceu refert, de- ferti sententiam pluribus comprobatur Parlarador. 2. rer. quodid. 3. numer. 54. & seqq. add. Guad. de contr. sup. cap. 3. numer. 70. & seqq.

CAPVT XXXVII.

Litterarum obligatio.

SEQUITUR LITTERARVM OBLIGATIO, quæ sic constituitur: Qui chirographo seu alio instru- mento, forte à tabulario confecto id est scripto pro- fessionem debiti continente, vocatur cautio l. 47. §. vltim. de pact. l. 27. de furt. l. 1. 2. 3. 4. 8. C. de non num. pec. Non si voce testato confessus vid. inf. c. vltim. mutuo consensu tradido, quia ex contractu §. vltim. l. de Obl. El. l. 9. 1. de pact. vid. s. cap. vltim. se certam summam mu- tuam accepisse creditori professus est, post biennium b ex litteris obligatur. Sed ita si cautio vilis. Vnde de vniuersa vi cautionum, vt obligatio plenius cognosca- tur, dicitur. CAUTIO ALIA INVTILIS, vbi omni- ca causa debendi l. 25. §. vltim. de probat. l. generaliter 13. C. de non num. pec. c. quia aut nullam dicit causam cre- ditore, nec audiendus §. vltim. l. de Obl. aur aliquam & eam ex chirographo probare nequit. ALIA VTILIS, causa certa adiecta QUAE VEL FIDEM REI GESTAE rantum FACIT, vt in ceteris causis, vbi oblig. non inducit, sed facultas probandi contrarium perpetua est d. l. 25. §. vltim. d. l. 13. non tamen testibus, sed aliis in- strumentis d. l. 13. ibi, per apertissima rerum argumenta scriptis insertis, vt syngrapha creditoris, qua fateatur nihil deberi, item ex. gr. Si cauerit se legati nomine debere 100. & proferat tabulas testam. quibus 50. le- gata &c. Idque propter metum falsi ac subornatio- nis testium; instrumentum non ita facile suspectum. Ac vt probare nequeat, non tamen ius deficit l. 30. de testam. iur. VEL OBLIGATIONEM PARIT IN SOLA CAVSSA PECVNIAE CREDITAE, d. l. h. t. l. ad- uersus §. l. in contradicibus 13. C. de non num. pec. QVAE INTRA BIENNIVM olim quinquennium d. titul. Instit. d. l. 14. pr. [l. t. C. Hermogen. de caut. non num.] NEM AD PROBATIONEM QV IDEM VALIDA. Remedia enim contra eam tria 1. Exceptio non numerata pecuniae l. 3. §. 8. C. de non num. pec. c. vt fides dicen- ti habeatur citra probationem d. l. 3. f. secus quam in aliis. Ratio quia hic non factum aliquid affirmatur, sed negatur, cuius per naturam nulla directa probatio est l. 10. C. d. t. eique adiuncta exceptio doli l. 3. vel in fa- ctum l. 9. C. d. t. 2. Quia exceptio eludi potest intra biennium non agendo; Querela non num. pec. vt de- nunciat creditori numerationem non factam l. 14. §. in omni 4. C. d. t. testat d. l. 9. & si deficit copia creditoris, iudici ordinario d. l. 14. §. 4. Eaque rite delata perpetua est l. 8. 9. l. 14. §. 4. C. d. t. 3. Cautionis conditio l. §. quasi 7. C. d. t. 8. vel indebiti si putans suo nomine procuratori numeratum esse professus sit l. 4. C. de cond. ind. vel ob causam, si spe sequitur numerationis h. Obi. Imò quibus confessioni suae stare cogitur, nisi a- pertè contrarium probet. l. 13. C. d. t. vbi ratio Resp. Ge- neralis est d. l. 13. cui per alias speciales d. l. 3. & d. l. 10. derogatur. Non igitur pertinet ad causam mutui ex- ceptio. Ratio diff. In ceteris nulla praesumptio pro reo cur falsò confessus sit, neque enim creditur suum iactare: In hac iusta. Vt pecuniam accipiat, quia cre- ditores ferè aliter non numerant. Sæpè enim accepta cautione moras nectunt, vel, quia ipsi non ad manum pecunia, differunt, interea multa sæpe incidunt, aliis occupantur, vel ante moriuntur. Necessitas itaque

rei familiaris extorquens cautionem à mutuentibus, ne aliàs non accepturi sint, veniam meretur, arg. l. 2. §. 8. si quis caut. l. 7. §. 1. Qui sat. cog. Post BIENNIVM AVTEM PLANE OBLIGAT l. 8. in fi. C. d. t.

NOTATA.

Quia datur creditori vt illi cautum sit fide scriptura, a Donel. nos. ad l. 1. C. de non num. pec. n. 1. b. Duar. de non n. pec. c. 4. Sed Guad. de contr. sup. c. 1. num. 60. & seq. obligatio- nem nasci sentit quamprimum confessio emissa. Nec biennio elapso, ait. incipit contractus, aliàs tempus esset, modus inducendus obligationis, dicereturque obligatio non litterarum, sed biennij. Quare quod l. h. t. habetur non ad formam ac essentiam contractus referri debet, sed ad exceptionem non num. pec. Et Fach. 13. contr. 26. Ante biennij, ait, ciuili obligatio, sed non efficit propter exceptionem, quia non est nuda confessio, sed illi adiuncta permissio de restituendo. Post biennium producit etiam naturalis e. c. si cautio 14. extra de fi. instr. Cui. 2. obs. 13. n. 9. Quia certè sunt causae obligationis iure statuta, extra quas oriri nequit. Idem in liberatione; ex. gr. si constat ita: Profitetur Titium creditorem meum mihi amplius non teneri. Confessio hæc non liberat, quia deficit causa. Non enim hic modus liberationis, neque etiam pactum inter absentes & non consentientes. Quod si ita. Profitetur te non teneri liberat l. 40. pr. de pact. quia continet pactum quæ iusta causa iuris pre- torij, Don. ad d. l. 13. num. 6. & 7. Malè autem Hoto. c. obs. 19. hodie ex nuda scriptura post biennium nasci obligationem, etiam causa non expressa. Quæ receptissima sententia d. Vasqu. lib. 1. de success. erat. §. 9. num. 27. & 3. contr. vbi freq. 59. numer. 3. licet oblatte acriter videatur l. 6. C. Th. Ne in sua causa quis ind. lib. 2. tit. 4. Numquam verò mihi persuade- bit Inc. Schelke in addit. ad Modest. Piff. p. 1. qu. 49. nu. 14. scri- bens quoduis etiam nudum pactum chirographo seu per scripturam vestitum transire in obligationem litterarum. Immo & stipulatio scripta non minus est ac maneris con- tractus, l. 135. §. pen. de V. O. l. reos. 11. de duob. reis eadem- que ex stipulatu actio l. vltim. pr. de doli exc. Nec scriptura ad substantiam contractus confert, sed ad probationem l. 4. de pig. l. 4. de fi. instr. Quomodo igitur substantiam & formam immutat. Si conueniatur ex sola causa mutui. Non si de- buit ante ex alia causa precedente & postea conuenit vt eam crediti nomine retineret. Quæ species est l. 5. C. h. t. vt Don. ibid. numer. 3. & 4. Ex cautione alterius contractus hæc exceptio non datur l. si transactio 11. l. 14. §. 1. C. h. t. Duar. ad h. t. C. c. Non obstat quod specialiter statuitur in deposito exceptioni locum non esse d. l. 14. §. 1. Id enim inde quia con- abantur illo tempore eam inducere in deposito, in aliis non conabantur, Don. id §. 1. numer. 1. f. Don. ad l. 2. C. h. t. §. 1. & seqq. & ad l. 13. num. 11. & seqq. Non obstat l. 25. §. 2. de probat. quia in ea specie non confessa tantum mulier se torum debere, sed & totum soluit. Diff. Got. in mor. d. l. 13. Quid si exceptioni renunciatum sit? Sunt qui renunciationem, si non planè valida, id saltem efficere tradunt, vt renunciant- onus probationis iniungatur. Contrarium receptus esse at- testatur Coler de Proc. exsec. p. 1. cap. 10. numer. 199. & seqq. ne fraudibus creditorum aperitur via & circumuentioni san- rentiæ legis saluis illius verbis. Et quia huic iuri non solum fauor debitorum causam dedit, sed & odium fœneratorum. Et Duar. h. t. c. 4. §. 1. ac H. Piff. lib. 4. q. 12. num. 4. aequè facile induci aliquem spe accipiendi, ad renunciandum exceptio- ni, quam ad cautionem scribendam. Adde quod vt ipsa, ea conuentione id agatur ne doli futurus præsteretur. Vel ne contra dolum accipiens cautionem, si fidem numerandi, quam dedit, non præstet, sed legitimè reus defraudat atque ita iniurat ad delinquendum Don. ad l. 3. C. h. t. numer. 21. & seqq. Zang. de Exc. p. 3. cap. 12. num. 27. Nisi tamen post inter- uallum facta renunciatio vel factio ipso declarata, partis solu- tione l. 4. C. h. t. item nisi sit iurata Coler. d. lo. Quoad iuramentum verò diff. videtur Beuf. ad l. 1. de iuris. num. 232. tradens, licet hæc Q. hinc inde agitari possit, tamen quod exceptio non obstat iuram. verius & æquius esse. Quod differet compro- bare videtur l. vltim. C. hoc titulo. Sed eam sic accip. mouet Donellus ibidem non si instrumento iurauerit se accepisse. Tunc enim excipiendo suspic. suam allegaret & perituum fateretur, sed si iureiur. solutionem promiserit. quomodo & alij ref. Valaf. to. 1. conf. §. nu. 19. Gutierrez, de iuram. con- firm. p. 1. c. 37. num. 1. & num. 8. Sot. lib. 1. de iuram. c. 26. n. 12. & 2. seqq. Atque ita conciliantur diuersæ sententiæ. Diff. Gomez. 2. res. lib. 5. num. 2. cir. fin. H. Piff. lib. 4. q. 12. num. 2. & 3. vtroque

vtroque casu exceptionem hanc admittentes. Ceterum com- petic hæc exceptio est instrumentum sit paratæ executionis; vulgò gratenigium Gomez. 2. res. lib. 6. num. 3. H. Piff. d. q. 12. num. 7. diff. quodammodo Moller. ad Nom. Elect. Sax. 19. p. 2. num. 54. & seq. ac est publicè per rebellionem confectum. Don. ad l. 3. C. h. t. num. 12. Nec obstat l. 23. C. ad SC. Vell. Nam ibi instrumentum creditur, non quia publicum sed quia in alia quam mutui causa. Nisi tamen notarius scripserit pecuniam verè esse numeratam se presente & testibus Donell. ibid. n. 18. Quid si recognitum simpliciter nec statim exc. obiecta? Põ- stea obici non posse putat Parlarador. 2. rer. quodid. c. fin. p. 1. §. 5. num. 12. Et datur quoque ratione partis, Vt si confessus chiro- grapho se 10. accepisse 5. tantum sibi numerata dicat l. 2. l. 9. C. h. t. Transiit eadem ad heredes l. 8. C. h. t. (Sed illis tempus non credit ex die aditæ hereditatis, sed statim, quia ex die emissa scriptura computatur biennium, & est continuum nec morte interrumpitur l. 14. pr. C. h. t. Don. ad d. l. 8. num. 2. Zang. de Except. p. 3. cap. 12. num. 14. & seq.) & fidei iures l. 12. l. pen. C. h. t. Quin & creditoribus debitoris datur l. pen. C. hoc tit. Finge Titius scripsit se à Caio 100. accepisse, & in id debitum pignori obligat omnia sua bona Idem Titius postea verè à Scio accipit 100. eademque bona sua oblig. Conuenit Scius à Caio act. hypothecariâ. Rectè se iuratur except. non num. pec. etiam absente vel inuito debitorè d. l. pen. Ex- cluditur vel tempore constituto vt h. & seq. cap. vel agnitio- ne noua debiti, quæ sit solutione partis l. 4. C. h. t. non autem pignoris datione l. 1. C. h. t. Ratio diff. Pignus constitui potest futuræ oblig. causâ; solutio non nisi rei debitor. Don. ad d. l. 4. num. 5. † Datur equidem & creditori consenti sibi solum esse l. 14. §. 2. C. h. t. Et illi non in solo mutuo, sed ex omnib. causis; vt in dote d. l. 14. §. vlt. in fi. tit. C. de dote con. non num. nisi species aliqua nominatim excipiat vt d. l. 14. §. 1. in ex- ceptis tributorum & aliis 2. specibus Zang. de Except. p. 3. cap. 12. num. 3. & 4. Sed illa intra 30. tantum dies d. §. 2. in fin. quia minus periculum in creditore. Non est necesse habet præ- rogare apocham, quin potest cogere debitorem ad solutio- nem; non item cogi potest creditor ad mutuantium Don. ibid. num. 3. Zang. d. c. 12. num. 9. Inter mercatores non ha- bere locum hanc exceptionem Vasq. 1. ill. contr. 33. num. 24. & alij quos refert Zang. d. c. 12. num. 20. Contra Fach. 2. contr. 86. quia imò à mercatoribus originem traxit hæc obligatio nul- lique magis necessaria Benavens. Straccha. de Mercatorib. p. 6. vlt. Quomodo in ea. Mercat. proced. tit. de Except. num. 9. g. Rectè licet Don. nos. ad d. l. 7. per cautionem ibi stipulationem intelligat, quia dicitur condici obligatio. Quamuis enim ait, exceptio hæc in solo mutuo datur, origo tamen obligationis, non titulus actionis, spectanda l. 3. C. ad SC. Maced. † Sed vel obligatio ibi pro instrumento obligatorio, vel dici potest ob- ligationem repeti conditione cautionis, quæ vera est etiam ante biennium licet non efficit vt. nos. l. 7. h. t. Item con- ditio sine causa, Don. ad d. l. 7. num. 2. Duar. h. t. c. 4. Ac si pignora in eam rem dedit, ea pro non datis l. 2. C. si pig. con- uen. num. pec. sec. resque illas vindicare vel si possideat retine- re potest l. 1. C. h. t. Vbi verba, in rem experiri potest, accus. & Bart. exponunt de pignoratitia, in rem id est, propter rem. Quod refellit Don. nos. ibid. num. 4. quia actio personalis non datur propter rem, sed obligatione personæ. Nec potest dari actio pignoratitia, quia pignus non cohsistit, cum nec sit principalis obligatio mutui. Nam enim negat debitor, ideo- que agit. Obi. At d. l. 1. non requirit probationem dominij, sed quod pignus datum sit 32. Don. ibi conuenisse inter li- gnatore debitorum esse dominum, quia creditor dixerit, si- bi res datas pignori; per verba nam intentio, &c. Per inten- tionem intelligit Don. num. 7. except. quæ se creditor tueba- tur, vt innatur vindicationem debitoris, & exceptione cre- ditoris de pignore dato, non repellit. Propterea vt seqq. conueniant pro nec. reponit &. Quam correctè refellit l. 1. C. si pig. conuen. n. sec. vbi hoc rescripim, iisdem domino ver- bis repetitum, extat. Nec tamen probo expositionem vulga- rem nec numerata, id est, non remunerata; reddita vel solu- ta, quam Don. rectè confutat. Nisi vehementer fallor hæc sententia est: Idem in rem actio tibi neganda non est, quia, etiam velles, pignoratitia tibi agendi deest facultas. Nam si di- cis dedisse te pignus, nec tamen pecuniam accepisse, te quo- dammodo ipse refellit ac contraria allegas, cum pignus tan- quam accessio principalem obligationem præsupponat. Quo- modo igitur negata obligat. principali poterit fieri accessio- riam, &c. Atque ita vox intentionis tribuetur actori non reo quæ & propria eius vocis acceptio est §. 1. l. de act. l. 2. de Ex- cept. Sane præter act. in rem condit. ob. causam dati vel sine causa dari verius putarem. Nec ex h. l. probatur hoc casu vindicanti dominium probandum non esse. Semper enim vt vulgò, supponendi termini habiles. † Non item video quæ sit

necessitas in d. l. 1. vt & l. 1. C. si pig. conuen. num. pro serie- tur eratur substituedi vt P. Fab. 3. Semestr. 10. p. 133. cum- vtique non ineptè dicitur seruari veritas & veritas pro iusti- tia & bonitate causæ accipi possit. Steph. lib. 2. Schem- diafm. 6. 1. Non verò simile est falsa confessione se quem- quam onerare voluisse vbi nulla spes commodi secuturi Don. in l. 14. §. 1. C. h. t. num. 1. In mutuo verò frequentius euenie- hat vt cautio esset captiosa Duar. h. t. c. 1. Potna tamen negan- tis manum suam, vel iniuste obiciens except. præstatio dup- pli, auth. contra C. h. t. Nou. 18. c. 8. vbi vid. Cuiac. p. m. 115. Cui tantum locum esse in inficiatione mutui Donel. in d. a. vlt. num. 2. quia in ceteris contractibus non nocet tanto- pere actori negatio, nec eum ad probandum adstringit; sed statim instrumento nisi reus aliud edoceat. Eadem tamen lo- cus est non simpliciter neget, sed se non credere dicat ac pro- bationem exigat, quia differ. iater non credere & negare id factio proprio non admittenda Hieron. Marilian. decis. 35.

CAPVT XXXVIII.

Littera. oblig. vis post biennium.

SINE EXCEPTIONE VT NEC REVS VÈ- STRO PROBARE PARATVS, post biennium AVDIATUR contra quam Accus. ad h. tit. l. 1. & in l. 3. 3. C. de non num. pec. Bart. ibid. a. Quod prob. 1. ex definitione obligationis, quæ necessitatem solu- endi habet, nec igitur illa probationis oblatio liberat 2. ab effectu eiusdem. Debitor non desinit, nisi soluerit vel satisfecerit l. 9. §. 3. de pig. act. At 3. biennio elapso verè debet & obligatus est nec per hanc probationem satisfit creditori. 3. ex differentia cau- tionum, quæ aliàs nulla erit. Quia & in reliquis con- fessionibus acquiescere quis cogitur, nisi contrarium probet l. 13. C. h. t. b. Ex omnibus igitur obligatio in- duceretur, quod falsum l. 5. 14. C. d. t. 4. Textibus claris l. 9. in fin. ver. omnimodo l. 14. pr. v. nullo modo & a- pertissime d. l. 14. §. 2. in fin. quos Bart. non eludit dicen- do illis ita locum esse si reus velit sibi credi, non si se probationi offerat. Pugnans enim hæc omnimodo compelli, nullo modo induci, & aliquo modo non compelli, nullo modo induci. Et ex d. l. 14. §. 3. hæc ratio petitur. Si iuratur declarationi non est locus, pro- bationi lenissimæ & expeditissimæ, quod quisque alias suscipere cogitur l. 38. de iurei. minus probationi impedi- tori. Obi. 1. Illicitæ exactiones resciciendæ l. illicitus 6. pr. de off. pref. 32. Iniqua esset petitio si actor faceretur sibi nihil deberi & tamen hoc prætextu peteret. Nunc autem æquum est fidem illi haberi & ex confessione rei litteris testata, & ex silentio biennij. Fieri potest equidem vt iniquè petatur: At fieri itidem potest vt maliciosè & frustrandi causa negetur. Equius est cre- di actori confessione aduersarij munito. Nam reus si non debet, de se queratur quod beneficio legis matu- rē non vsus sit. Obicitur 2. Exceptio doli perpetua est. Atqui & hæc datur leg. 3. Cod. d. tit. 32. Perpetua est leg. 4. §. vlt. de doli exc. specialis scilicet quæ principa- liter & per se datur, non generalis quæ ex aliis excep- tionibus oritur l. 2. §. 5. eod. t. c. quia ea sequitur na- turam principalis, qua sublata oriri nequit. Idque probant verba: L. 8. in fin. h. t. Cod. de non num. pec. Compellitur soluere. Non enim cogitur qui except. habet. Obi. Atqui & conditio competit l. 7. Col. d. t. quæ perpetua. 32. Immo & ea hic biennialis per d. l. 8. in fin. d. l. 14. pr. & §. 2. Perpetua & conditio l. 2. C. de conf. pec. sua natura, nisi intra certum tempus à le- ge inclusa sit, vt ex. gr. actio de dolo, redhibitoria, & omnes ferè pœnales. Nam quod obligatio ad tempus constitui nequit l. 44. §. 1. de O. & A. id de priuatorum voluntate accipi debet; ad actione lege constitutas non pertinet, cuius est datæ actioni modum statuerè quem velit. d. Obiic. 4. l. 10. C. h. t. Intra biennium, d. quam-

quamdiu competit exceptio, onus probandi est actoris. Ergo post biennium, ea amissa, rei re. Non tantum except. ac immunit. probandi competit intra biennium reo; Sic enim esset aliqua firmitas argumenti, sed etiam querela non num. pec. Lapsus igitur biennij omnia vertit in contrarium.

NOTATA.

a Gom. 2. res. 6. num. 7. Vasa lib. 1. de success. creat. §. 9. n. 22. & seg. Hopper. lib. 4. πωσων pag. 131. A. Fab. in Cod. Fabr. de non n. pec. defm. 1. Quorum sententiam vsu approbati scribit Zang. de excep. p. 3. c. 12. n. 24. licet altera illa iure venior sit, & H. Plf. lib. 4. q. 12. n. 13. quam & firmat Don. noster ad l. 8. C. h. t. n. 21. & seg. & ad l. 13. n. 17. Duar. ad eum tit. C. c. 4. Fab. 2. contr. 81. & seg. vbi idem statuit iure Caeton, cum dissentio nulla sit expressa. † Coler. de Proc. exsec. p. 1. c. 10. n. 216. & 3. segg. ita. Post biennium excipiendo non effugit debitor executionem (Recte. Sic enim quiuis maligni debitores except. obicitent, tantu protraheud solutionis gratia,) nisi de ea exceptione notorie constet. Sed post factam executionem ordinario iudicio licet solutum, ceu indebitum, repetere, probata negatiua de non facta numeratione eius pecuniae, de qua chirographum datum vid. & Menoch. 3. presump. 145 † Sane alius except. post biennium licere apud vtroque in confesso est. Potest igitur ex. g. negare scripturam esse suam, vi se coactum, dolove inductum vt confiteretur Donel. ad d. l. 8. num. 20. Zang. d. c. 12. num. 23. † Volunt & pupillo ecclesiae & Reip. & pia causa haec except. competet biennio non finiri de quo vid. God. ad l. 17. de V. S. num. 23. Fab. 2. contr. 87. Tiraq. priuileg. p. 134. b. Duar. d. c. 4. Si admittitur post biennium probatio, nec scriptura ad obligationem quidquam facit, tantum ad probationem. Nec esset hoc nouum obligationis genus, nec diceretur litteris, sed re obligatus. Recte. Quin imo multo infirmior esset ad oblig. cautio pecuniae creditae, quam alterius cuiusuis contractus. Siquidem ex hac semper onus probandi in alteram partem reicitur. Nec quidquam certe praecipuum esset cautionis illius si post biennium licet offerendo contrariam probationem, sed cum omnibus reliquis commune. In eo vero illius inferior foret conditio quod ante bienn. immunitas expro probationis. c. Ita & noster ad l. 8. C. h. t. num. 25. & segg. vbi & n. 24. b. Dari exc. doli contra eum qui dolo facit. Post bienn. petens non facit dolo, quia petit quod debetur ex litteris in eoque iure suo vitari. d. Re. & Don. ad d. l. 8. num. 29. ita conditio sine causa non datur vbi iusta causa debendi non subest. Post biennium vero subest. Et actio in personam ita perpetua nisi iustis modis obligatio sublata. Post biennium autem tollitur obligatio qua tenebatur creditor ad reddendam cautionem; † Denique conditio. elapso biennio non dari clarus est rex. a Don. non animaduersus l. vlt. C. de cond. ex lege.

CAPVT VLTIM.

Litterarum oblig. genus & causa.

ET OBLIGATIO VERE CONSTITVTIA. Obi, I. vis scripturae est probatio rei gestae vnde obligatio l. 4. de pig. l. 4. de fin. instr. Ergo litterae non sunt ea res gesta, quae causa est obligationis. Re. Regulariter. Exceptio hic, certo iure nitens. Obi. 2. L. non figura 38. de O. & A. Non figura litterarum, id est, non litteris vt mox vocat, sed oratione obligamur Re. Quidam tempore Pauli C. nondum inductam fuisse a sed in leg. 14. Cod. de non num. pec. Male r. quia Justin. d. l. 14. pr. non induxit, sed except. olim quinquennio inclusam ad biennium redegit 2. valuisse tempore Pauli probat L. 8. Cod. d. tit. quae est Alex. cui contemporaneus Paulus. verbis soluere compellitur ad ius praesens relatis, nec nouum inducentibus. Re. igitur in verbis quantum placuit, non ratio, vt Accurs. b sed temperamentum & exceptio. Sensus: Haec tenus non obligamur litteris, quatenus scriptura tantumdem valet quantum oratio. Nec plus nec minus, id est, quatenus tantum fit ad probationem. Verum sicubi placeat plus valere scripturam, vt in confessione pecuniae creditae, recte litteris obligamur. Sic non negat d. leg. 38. hanc obligationem sed statuit ac firmat (hic & ad l. 8. C. d. t. n. 18.) Obi. 3. Diuisio veterum: Caij l. i. de O. & A. Mode-

stini l. 52. d. t. Pedij l. i. de pati. Vlp. l. 9. §. 3. de reb. cred. re. Pedij & Caij temporibus forte nondum inoleuit. Ideo autem alij omiserunt, quia nondum conueniebat de causa obligationis, ex re an ex litteris dicenda esset. Videbatur ex re nasci, quia petitur, tanquam mutuum, quod probatur litteris. Sed quia chirographum non pertinet ad solam probationem, aliis contraria probatio audiretur, obtinuit tandem nasci magis ex litteris quam probari (hic & ad l. 8. C. d. t. n. 19.) EX CONTRA-CTV. Licet enim cautio sit verbis in praeteritum concepra, ideoque ea agi non videatur de praestatione in futurum, vt contractus exigit, tamen ea re ipsa & significatione in futurum, quia reus cauet se, quod accepisse profiteretur, solurum arg. l. 40. pr. de pati. Non consentit quidem reus in id vt reddat non acceptum, consentit tamen simpliciter ad praestandum, si querela non fuerit vsus. Ex iure enim sumitur quod agi videtur leg. 8. de solut. ATQVE EX LITTERIS. c Nam si verbis confessus praesente vel absente creditore huic obligationi non est locus. Nec illi est exc. non num. pec. Nou. 90. c. 2. d quia nulla praesumptio adiuuatur si testes adhibuit confessioni, quos numerationi adhibere par erat. Nec obligatus etiam quin vel post biennium possit probare contrarium per l. 13. C. hoc tit. Idem est et si sine scripto confessus stipulanti promiserit se solurum sine scripto: Nec obstat L. 9. C. h. t. vbi exc. non num. pec. tribuitur, quia non additur an sine scripto confessus stipulanti promiserit, an scripto. Posterius hoc ex l. 14. d. t. & ratione iuris supplendum & subaudiendum. Obi. §. 2. l. de except. Re. Sed Imp. se reuocat ad suam constitutionem d. l. 14. Sane si intruenerit cautio scripta, eique accesserit stipulatio, licet non ex litteris, sed verbis obligatio nascatur h. t. l. in fin. l. 6. & 7. de nouat. eadem tamen obligationis vis pro reo, vt intra biennium sit exceptio, & contra reum vt post biennium omnimodo teneatur d. §. 2. l. de except. Causam enim & originem obligationis attendimus l. 8. pr. Mand. l. 33. de donat.

NOTATA.

a Duar. h. t. e. 43. tempore Pauli fuisse incognitam per l. vlt. a de conf. pec. l. vlt. de O. & A. & per diuisionem Caij & c. 4. nullam eius mentionem in D. fed manasse ex principum constitutionibus & Hot. 6. obs. 19. † Vult. ad §. vlt. l. de obl. n. 6. putat hanc litterariam obligationem eand. esse quae olim fiebat nominibus Sollenn. illius exoleuisse ipsam oblig. non sublatam in desuetudinem quidem abiisse, sed ab Imp. reductam. Et l. h. t. n. 3. putat. illum nomen contractum in solo mutuo celebratum fuisse. Sed Reu. 3. var. 1. ita eum exponit. Qui emptiois, locationis, stipulationis, aliove titulo obligatum habeat, securitatis maioris causa, tabulas perferbat, debitorem ad perscribendam nominis seu debiti quantitatem vrgens, vt omisa veteris oblig. causa commodior succederet ex litterarum subignatione. Solebat id tractari Romae coram equitibus aliquot & ornatis viris, in prouincijs cotam decurionibus aut duumviris, qui litteras huiusmodi signabant. Sen. 3. d. e. benef. 15. Ita Reu. an recte ambigo. Locus Senecae satis non probat, minusque alter ex eodem. Verius videretur sentire Cui. 22. obs. 3. eam expeditam per mensae scripturam, vid. & Hopper. lib. 4. πωσων p. 129. & segg. b Fornier. 4. rer. quorid. 28. b quatenus ibi pro quia. Heidec. in leg. naturalis 5. de pres. verb. ax. 2. & P. Busf. subtil. 7. de nominum obligat. accipiunt. † Hot. 6. obs. 19. pro oratione legit ratione vt sensus sit: Non ex chirographo, sed ex ratione id est, causa praecedente obligationis in chirographo expressa, propter quam id conscriptum, obligatio. quasi Paulus ibi aperit oblig. hanc negaret. Alter Vult. l. hoc tit. num. 2. c Propria haec species contractus. Nec recte Da. ref. Mozz. de Mutuo c. 2. de iuris. Mutui n. 2. vocant hoc mutuum merè ciuile. Quibus ferè accedit Heidec. d. ax. 2. genere quodam videri hanc peculiarem obligationem vere ac in effectu (male igitur Imp. si ita est) esse ex re ipsa & nomenclatione praesumpta l. 5. 79. Cod. h. t. Ideo non dari conditionem ex lege, sed condit. certi. l. vn. C. Th. Si cert. per. do Chirog. Nihil hoc obstat quia & ex stipulatione rei certe certi conditio. Num ideo obligatio ex re? a Don. noster ad l. 8. C.

l. 8. C. De non num. pec. num. 33. Diss. ferè Duar. ad eum tit. C. c. i. aliter Fab. 2. contr. 85. exceptionem quidem intra bienn. pariter concedi voce confesso testato, sed post bienn. non negari, verum onus probandi constituitur iniungi.

Finis libri Decimi quarti.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

CAPVT I.

Incertitudo in obligationibus.

H Vc vsque à lib. 13. c. i. de praestationibus ex naturâ contractus. SEQUITVR PRAESTATIO EX CONVENTIONE ADIECTA. DE QVA DVPLEX QVAESTIO. I. AN VALEAT Excepta enim i. Omnis quae contrarius, scriptum l. 7. §. 7. de pati. b vel non scriptum & bonos mores l. 6. C. d. t. vbi vid. Don. quod se hic refert, aut dolo facta d. §. 7. deinde, Si ad obligandum interponitur parum valet, quia nulla inde actio vid. lib. 12. cap. 10. Scil. si ex interuallo adiecta, secus si in continenti, c quae pars contractus, illi inest, d & continetur l. 7. §. 5. de pati. l. pacta 72. de cont. empr. e Vnde actio contractus propria l. 13. C. de pati. l. fundi 79. de contr. em. vid. Don. noster ad d. l. 13. quo hic remittit. II. QVID CONTINEAT, QVA INDE PRAESTATIONES: VBI DVO SPECTANDA: PRIMò (de 2. j. c. 7.) RES PROMISSA seu in obligatio. deducta. IN QVA QUAE- RITVR I. QVID DEBEATVR (2. vt j. cap. 5.) RES QVA si certa re expedita. INCERTA autem, f VEL EXCEPTIONE ORATIONIS (vel vt cap. 3.) ATQVE HAC, AVT EX OBSERVATIONE DITIONIS, SIVE OBSERVATA SIT, nec obuia SIGNIFICATIO. Vt quid adium aut fundi nomine veniat l. 13. §. vlt. & 5. segg. de act. em. Ea explicanda cognitioe linguae ac consuetudinis & vsus loquendi. Ex quibus multa explicant tit. de supell. instr. pen. leg. & c. Act. & heredit. nomine quid veniat tit. de her. vel act. vend. Quid sit habere licere l. 38. pr. vsque ad §. 77. de V. O. Per te non fieri nec per heredem l. 49. §. pen. l. 50. d. t. vacuum possess. tradit. 52. §. vlt. rem tradi l. 28. decem dari curabis lilla 67. §. 1. de tit. SIVE AMBIGVITAS, [QVE VEL IN RE, vt si duo cognomines fundi, aut serui, VEL IN SVMMA si stipuler tot libras tot modos, & diuerse sint mensurae, si vendam 100. florenis, nec exprimam cuius valoris, IN LOCO si dua ex. gr. Carthagine. IN DIE, si plures Calende. Et si in loco tempore vel summa obscuritas, valet conuentio. Sin in re & de aliâ alter sensu, non valet l. 83. §. 1. leg. 137. §. vlt. de V. O. si tamen de aliâ se sensisse probet. Quando vero valet cautiones ha. 1. videamus quid actum sit l. semper 34. de R. I. si id apparet, Vt si stipulator probet se certum seruum demonstrasse, item promissorem non potuisse de alio cogitare, & quem tum non habuerit, vel se habere non putauerit arg. l. 12. de trans. Si non apparet, quod verosimilius, vbi 2. coniectura 1. Si ex vna interpretatione conuentio sit irrita, altera arripitur l. 80. de V. O. l. 12. de reb. dub. modo res bona fide contracta, nec contra l. Proximum est vt spectetur mos regionis, vt in libra, modio, florenis. Si in Germania vendatur res 10. florenis, licet Belgae emerit, accipiuntur Germanici, est duplo plus Belgicis. Extra hac interpretatio contra stipulatorem l. 26. de reb. dub. l. 38. §. 18. de V. O. In pari enim causa fauetur reo, vt quod minimum est in rebus accipiatur, in temporibus quod longissimum, hec noster ad l. 21. de reb. dub.] AVT VNVS REI EX PLVRIBVS INCERTA PROMISSIONE, SIVE RES INCERTA PROMITTATVR GENERALITER, § sub appellatione generis leg. 54. de V. O. vt homo leg.

2. §. 1. leg. 75. pr. de V. O. AC NIHIL AGITVR, VBI SPECIERVM MIN. MAE PRAESTATIO INVTILIS ac deteriora l. 7. §. 1. pr. de leg. 1. CVIVSMODI SVNT QVAEDAM NATVRA, animal & res similiares, lignum, caro, lac, panis, maxime fungibiles, vinum, oleum, frumentum l. 13. pr. l. triticum 94. de V. O. leg. 56. §. 3. D. leg. 17. Cod. Mand. l. 1. Cod. de dot. promiss. & c. Praestari enim potest ex. gr. musca, mica panis, gutta vini, granum vnicum. Nisi in pecunia aliunde appareat, de qua quantitate cogitatum sit, vel ex praecedente conuentione, cuius firmandae causa stipulatio secuta l. 134. §. 1. de V. O. vel demonstratione, ducta aut ex persona promittentis, Vt in dote à patre (non extraneo h. l. 1. C. de dot. promiss.) generatim promissa, quae pro facultatibus patris & dignitate mariti aestimatur l. 19. de ri. nupt. l. vlt. vers. verumque C. de dot. prom. Aut ex sine dandi si ex. gr. ad refectorem viae l. quidam 30. de leg. 2. ad viaticum. Item si pecunia annua ad vitam promissa, intelligitur enim ad victum arg. l. 4. de ann. leg. QVAEDAM MINIMUM CONSTITVTIONE: Hic fundus cuius promissio non adiecto nomine nulla l. 115. pr. de V. O. l. 69. §. gener. 4. de i. dot. potest enim quis pedem terrae pro fundo habere arg. l. 24. §. vlt. de leg. 1. Obi. L. 75. §. 1. de V. O. Re. distinguenda haec sine nomine d. l. 115. & sine proprio nomine d. 75. §. vlt. Sic aliquando promitti potest vtiliter. Vt si sint tres fundi Cornelianii promissori, & promittit Cornelianum. Hic promissio vtilis, quia non sine nomine, licet sine proprio nomine. i In eadem causa domus l. 71. pr. de leg. 1. Vbi tamen non, vt in legatis, aliqua ex promissoris domibus videtur promissa, quia hic quod minimum non quod plenissimum sequimur l. 15. R. I. & per l. 99. de V. O. Hic contra creditorem interpretatio, illic pro legatario RELIQUARVM RERVM, quae vna substantia & compositione corporis constant, VT LIS PROMISSIO, vt sunt homo, equus, tor vini amphorae, quia hic qualibet species suam vtilitatem habent, si non tantam, quantum aliae eiusdem generis, tamen suam certam. Idem igitur in illis ius quod in rebus diffundit promissis, de quibus sequitur.

NOTATA.

a Cuiuslibet contractus forma quadruplex esse potest: f. a Substantialis, sine qua non subsistit, & a qua contrahendo recedere non licet. Quo referenda ex. gr. bona fides in contractibus bonae fidei in emptione pretium, in stipulatione interrogatio & responsio. Nec haec pacto immutari potest, quia contractus in totum destruitur, vel transeat in alium contractum siue numero diuersum, si in emptione pretio addatur vel detrahatur l. 72. in fi. de contr. empr. siue species: ex deposito mutuum fiat l. 9. §. vlt. de reb. cred. l. 24. Depo. ex dote emptio l. 10. C. de I. dor. ex emptione donatio si conueniatur ne pretium detur l. 30. de contr. em. Atque haec ita si pactu pet se conset, vt contractum renouare possit. Quod si eiusmodi vt eo saluo, nec contractus prior subsistere, nec noui contractus nomen induci possit, nullius momenti est, vitatur non vitatur veluti, Vt creditis 10. reddantur 11 l. 11. §. 1. de reb. cred. Ne dolus praestetur in b. contractu Vt in societ. vnus locu alterius damnus sit. Ne precarium intra certu tempus repetatur l. 12. de prec. & c. II. Accidentalibus ad accessiones seu adimicula pertinens, quae adesse vel abesse possunt citra peremptionem. Atque haec contrahentiu arbitrio relicta pactis immutari & variari potest. Vnde pro diuersa contrahentium intentione alia est. Naturalis pertinens ad ea quae contractui naturali legis auctor. insunt, et si de iis nihil aperte conuenit, modo non nominatim contra conuenit. Sertatur enim haec forma nisi per pacta ab ea recessum & quatenus non recessum. Quo referri debent e. g. in emptione praestatio euictionis, Tradendi praecisa necessitas, aliaque praestationes in re & extra rem de quibus lib. 13. c. 3. & seg. E. g. quod alluione accreuerit, scutura, fructus, periculu interitus emptoris, custodia rei & c. Alia conuentionalis quae conuentionibus contrahentium attribuitur. Pacta enim in continenti adiecta dant legem contractui l. 7. §. 5. de pati. l. 25. de R. I. & fortiam l. 51. pr. de V. O.

H h 2

ac in

ac informant actionem d. §. 5. vt ex pacto naturam suam contractas excedat l. §. 5. *pen. de presc. verb.* Atque hæc iterum duplex: Alia respiciens naturalia, seu adiuuicula ac præstationes contractus, quando pactis illis quid adicitur vel detrahitur l. 7. 2. *de cont. empt.* e. g. ne cautio duplæ præsteretur, aut vt cum fideiussore præsteretur, ne periculum interitus ante traditionem sit emptoris, vt fructus maturi venditori cedant, non emptori, &c. Alia respiciens ea quæ planè sunt extra naturam contractus, l. 7. §. 5. *vers. idem responsum de pact.* quæ vulgò Dd. accidentalia vsurpantur. Vt si adiciatur L. Commissoria, additio in diem, pactum de retrouendendo, vt vocant, si conueniatur vt res empta locata sit venditori & in similibus. Quadruplicem hanc formam quandoque in eodem numero contractu spectare licet, quod ab aliis non dum obseruatum, certò non ita explicatum, vidi. Pone Caius vendidit Seio fundum Tusculanum 100. aureis Cal. Ianuarii purè quidem, sed vt sub conditione resoluatur, si intra mensem alius meliorem conditionem attulerit. Præterea conuenit vt fructus tempore contractus maturus venditor prius perciperet. Hic præter substantialem formam, animaduertente est tum naturalem, in reliquis præstationibus quæ ex naturâ contractus veniunt, in quibus nihil aliud partibus placuit, tum accidentalem recedentem a naturali, illique detrahentem, in fructuum perceptione venditori tributa; denique accidentalem extra naturam contractus in additione in diem. Atque hanc distinct. dubitè expedicendis aptam ac expeditam reor. Aliter Dd. vulgò ferè inter contractus substantiaalia, naturalia & accidentalia distinguunt, de quibus ac de qualitatibus contractuum vid. *Bellon. 1. Suppl. 5. Corrasq. misc. 10 Gomez. 2. resol. 11. Hot. ill. 9. 36. Et seq. Vult. pr. l. de cont. empt. num. 52. Et 3. seqq. Philip. Marib. ad l. 27. de R. I. A. Fab. ad l. 7. §. 5. de pact. Quomodo contrahentes dent formam contractui. Andr. ab Exea lib. Pætor. 5. rub. num. 527. Et seq. Rem. 2. var. 1. P. Fab. ad l. 27. de R. I. Tima. Fab. 1. annot. 6.*

b Non obstat L. 31. de de pact. quod contra edicti ediliu pacifici licet. Nam vt *Don. ad l. 6. C. de pact. num. 9.* Est eiusmodi pactum, ex gr. ne redhibitoria agatur magis contra edicti verba, quæ initio vitia reticere vetant, quam contra ipsum edictum si totum spectes, eiusque sententiam. Neque enim actiones, quas dant emptori ædiles, repudiare vetant. Itaque improprie dicitur contra edictum, quod est contra ius ac beneficium ex edicto competens *Pac. 2. q. 4. Neque adicias act. remittens ipsi edicto quod est pars honorarij & publici iuris, refragatur P. Fab. ad l. 27. de R. I. pag. 156. cum huiusmodi pactum sine remissione rem tantum priuatum seu familiarem respiciat Dnar. ad t. D. de pact. c. 4. Hot. ad d. l. 31. Quare non valetur conuentio, ne in futuris contractibus, locus sit, hæc enim verè contra ius, sed si iam caput ædilitio edicto locus esse, in contrahendo vel postea. Satisfactum enim ædilibus, qui non id agunt, vt etiam si nolit vtatur emptor eo beneficio l. 69. de R. I. Sic de beneficio l. Falc. pacifici licet, sed post mortem testatoris, non eo viuo l. 25. §. 1. ad l. Falc. Ant. Fab. ad d. l. 31. c. id est statim antequam ad aliud negotium diuertatur vid. *Gard. de contr. stip. c. 4. num. 15. Forst. de pact. c. 4. membro 7. Meno. recap. post. remed. 1. num. 253. Et seqq. d. Hot. ill. 9. 39. Et ad l. 7. §. 5. de pact. Inesse ex parte actoris est valere ad act. reformandam, id est ad solemnem eius formulam vel minuentandam, quod nocet actori, vel augendam quod prodest. Vt si in mutuo initio conuenierit, vt liceat debitori per partes soltere, ex g. sing. mensib. denos aureos ineri pactum ex parte actoris, id est creditor sing. mensibus non nisi dena petere potest. Quod si ex interuallo post aliquot dies hoc conuenierit, ex parte rei ad exceptionem locum habebit d. §. 5. tamen si non iustit ex parte rei, Pacta enim ex interuallo negantur inesse contractui d. §. 5. An autem idem in strictis iudiciis? Multum contronerritur propter *leg. 13. Cod. de pact. l. 40. de reb. cred. Et c.* Quam contentionem nunc non dirimo. Sentio enim me voluminis breuitate arctari vid. *Cuia. ad l. 7. §. 5. de pact. Et 10. obs. 24. Hot. ill. 9. 36. Don. nofter ad d. l. 13. C. de pact. Lorio. de iur. arte 17. 17. Et seqq. an. 30. Et seqq. Fachin. 2. contr. 98. Et seq. Gard. contr. stip. c. 8. concl. 2. A. Fab. ad l. 7. §. 5. de pact. Cuius elegans paraphrastica expositio, apud *Hotom. ill. 9. 36. A quâ longè recedit Cuias. 2. obs. 15. Et 14. obs. 28. Vid. Et Charond. 3. versim. 11. Rem. 2. var. 1. Cont. 1. disput. 17. f. De contractibus certis ac incertis & quando incertitudo vitiet dispositionem vid. *Conna. 6. Com. 3. Gomez. 2. resol. 11. num. 7. Et 3. seqq. Gutierrez de iuram. confirmat. p. 1. cap. 64. Gard. de contr. stip. cap. 6. concl. 19. Et 22. seqq. Andr. Clud. de condit. incerti in generalibus num. 5. Et 6. g De genericâ stipulatione & quid hic sit in obligatione tractat *Gomez.* aliquot sententias expendens, 2. *resolut. 11. num. 49. Et seqq.* Confer ea quæ s. lib. 8. cap. 14. lit. H. Et seqq. h De dote indefinitè constituta quando valeat & de sententia d. l. 1. vid. *Dnar. 1. disput. 56.******

Rob. 4. sem. ult. Charond. 1. Perism. 17. Fachin. 8. contra. 75. 10. Frid. Solis 17. de dote q. 15. 1. Aliter *Gard. ad l. 60. de P. S. num. 10. i*

C A P V T II.

Obligatio alternatiua.

SIVE RES CERTÆ PLURES DISIUNCTIM: ET SAUT EADEM ORATIONE: Vt Stichus aut Pamphilus. bos aut io. Ex duobus equis vel pluribus fundis Tusculanis vnus l. 106. de V. O. Vbi vniam præstari sufficit l. si quis 129. de V. O. Hinc incertitudo quænam? CONVENTIONES HÆ VEL CERTÆ HABENTUR AB INITIO, si plures summæ (ex gr. 10. aut 15.) debetur enim minor l. 12. l. 109. at. quia cum in pecuniam non cadat affectio l. 3. de in lit. iur. certum est quid debitor electurus, a VEL EVENTV. a

1. EXEMPTIONE VNIVS si perit vel stipulatoris facta l. 16. de V. O. l. 95. pr. Et de solu. arg. l. 3. Qui Et a quib. man. b 2. ELECTIOE QVÆ stipulatoris, si nominatum sibi de ea cauerit, c vtium volam, &c. l. 75. §. c 8. l. 112. pr. sibi sumere licere *leg. 93. de V. O.* Quæ electio personalis est, nec ad alios, eumve cui quaeritur obligatio, ex gr. partem transit *leg. 76. leg. vlt. pr. h. r.* Nec igitur ad heredes, per *leg. 8. §. 3. de lib. leg. licet Dd. diff. per d. l. 76. quæ tamen obligationem dicit transire non electionem. d Si non exceperit, electio DEBITORIS l. plerumque 10. §. vlt. de I. dor. l. 106. de V. O. l. 34. §. pen. de contr. empt. l. 2. §. 3. de eo quod car. 10. e Ratio in e l. 38. de V. O. Ille si sic cauit: Vtrum volam, mutare potest voluntatem, donec iudicium dicitur l. 112. pr. de V. O. vbi ratio ibi, tractum habeat quia verbum volam est extensiuum l. 6. ad verul. Litem enim contestando necesse est vt vniam petat, l. 75. §. 8. d. t. quæ deinde sola debetur, per l. 3. §. 11. de pecul. [Et ita causa est electionis remissio, qua fit iudic. accipiendo, non ipsa litis contestatio; qua ex regula iuris obligationem non facit deteriorem, ad d. l. 106. num. 10.] Sin vtrum voluero numquam d. leg. 112. pr. quia verbum voluero habet significationem præteriti, quod declaratur posteaquam voluerit, cumque præteriti, reuocari nequit. Hic semper, etiam post rem iudicatam, donec soluerit l. 106. l. eum qui 138. §. vlt. d. t. Ratio diff. Illic petitio actori electionem admittit, hic eandem conseruat debitori, quia petitur illud aut illud §. 33. v. h. i. c. a. l. de act. Petitioni verò conformis sententia hic Et ad d. l. 106. n. 8. Et 9. Aliud in legatis, vbi neuter variare potest: nec heres l. 84. §. 9. de leg. 1. l. 11. in f. de leg. 2. quia eo semel eligente dominium legatario quæsitum l. 13. de leg. 1. in f. l. 64. de furt. cum sim. f Ergo f per l. 11. de R. I. nec legatarius l. 5. pr. de leg. 1. l. 20. de opt. leg. quia semel eligendo acquisitum repudiare nequit hic Et ad d. l. 106. num. 7. Et ad d. l. 112. num. 4. Et 5. AVT DIVERSIS ORATIONIBVS: Fundum dabis; si non dederis 100. IN POENALI STIPULATIONE VBI Q. 1. AN EA COMMISSA FIAT NOVATIO? Et contrariè il. sic conciliandæ. Aut res promissa, & commissâ pœnâ non fit nouatio, sed vt rûque deti potest l. 115. in f. de V. O. quia dux res diuerse promittuntur duabus stipulationibus, ac pœnalis inducta vt confirmet præcedentem, non vt tollat. Aut factum; idque vel conuentione aliâ extra stipulationem ex g. v. ditioni adiectâ si de solâ pœnâ stipulatio inita ac idem est l. 28. de act. em. l. 41. Et seq. l. 71. Pro soc. l. 122. §. Flavianus 2. de V. O. Ratio in l. 35. de R. I. Vel stipulatione; & tunc fiebat nouatio l. 44. §. vlt. de O. & A. quia tunc duæ stipulationes; ac in vtramque vel eadem res deducitur. In vtramque enim veritatur pecunia, tum in pœnali, tum illâ cui subiecta est. Nam in stipul. facti debetur id quod interest vt cap. seq. vel saltem pœna in prioris locum subrogatur. Promittitur enim pœna vt si loco eius quod interest, vtque quantitas stipulationis, alioqui incerta, certa fiat §. vlt. l. de V. O. Atque sic quantitas eius quod interest transfunditur in stipulationem pœnæ; Vnde, nouatio §. 3. l. Quib. mo. toll. obl. g Sed hodie disputatio hæc cessat, ac nunquam fit nouatio, nisi nominatim dictum sit vid. j. lib. 16. c. 2. 2. Q. Si duæ manent stipulationes an simul vtrumque, an alterum debetur & c. Vtrumque si ita conuenit l. 115. in fin. de V. O. l. pen. de transact. Sin lecus, alterum. Vnde vnium securus alterum petens remouetur except. doli l. 4. §. Labeo 7. de exc. doli. In bonæ fidei tamen iudiciis, quatenus in altero plus est, hæctenus agi potest l. 41. Et seq. Pro soc. l. 28. de act. em. Q. 3. Vtrius hic electio? Creditoris d. l. 41. Et seq. d. l. 28. l. 10. §. 1. de pact. Neque enim hic duæ res disiunctim vnâ stipulatione, sed singulæ separatim propriis conuentionibus, promissæ hic Et ad d. l. 115. n. 34. Et seqq.*

N O T A T A.

a Gomez. 2. resol. 11. num. 34. Non hic petenda est libello disijunctiue veraque summa, sed sola minor. Et si soluat debitor maiorem quod in ea amplius est soluit non vt contractus vel obligationis, sed donationis. b Quod declarare nititur *Gomez. d. c. 11. num. 40.* si scilicet pretioior precepta vilior mansit. Nam si contra debitorem liberari vult estimatione rei precepta præstia per l. 47. §. 3. de leg. 1. Quæ sententia æquitate habet si casu res, circa culpam vel factum debitoris perierit, vid. *Briff. lib. 1. de solu. p. m. 342. A. Fab. 2. c. 15. c Electio quando creditoris sit vid. *Moll. 1. Semest. 27. d Quod probat pluri. Don. nofter ad d. l. 76. num. 3. 4. 5. 1. Quia personalis hæc electio non tantum in seruo vel filio, sed & in homine sui iuris, tum quia IC. dicit fuerim non fuerit seruus, Et c. tum quia aliâ non titè inferret Et ideo, Et c. sed idem diceret. 2. Electio est voluntatis. Ergo l. 4. Locati 3. in seruo filioque eadem personalis non ob personam serui filiiue; nihil minus, sed natura sua. 4. Facilius quid transit ad dominium quam ad heredes, quia etiam inuito domino acquiritur. 5. per l. 18. de R. I. Dices quæ ratio dub. quin obligatio transeat, Et illa. Quia electio stipulationis pars, videbatur esse stipulatio conditionalis si voluerit stipulator, cuius conditio morte extinguitur. Obstat L. 75. §. pen. de leg. 1. 82. Don. num. 5. ideo ibi electio legatario, quia prius testator, idemque stipulator eligit. Legando enim eo ipso eligit quod legatarius electurus. Proinde electio legatarij non constituit electionem quam sibi testator stipulando exceperat, sed declarat, arg. l. affe 77. de her. inst. Quare transit ibi ad heredem non electio futura, sed antea constituta. e. c. in alternatiuis 70. de R. I. in 6. idque tam in onerosis, quam lucratiuis contractibus, vid. *Gomez. 2. resol. 11. n. 39.* De vi & natura significatione & effectis disijunctiuarum seu alternatiuarum pluribus *Greg. Lopez. animadu. c. 20. Et 4. seqq. f Ita Et Briff. lib. 1. de solu. iur. quia optionem statim sequitur dominij translatio, lege ipsa vltimas voluntates ad exitum perducente, ¶ Vid. pluribus. Simon de Prat. lib. 1. de interpr. vlt. vol. interpr. 1. Aubit. 5. sol. 3. g Et 4. g Ita & nofter ad l. 115. de V. O. num. 31. Et seqq. & conferunt *Briff. lib. 2. de solu. tit. de Nonat. pag. 391.* Sed *P. Grangian. Paradox. c. 33.* nec in facti oblig. nouationem hic admittit per l. 4. §. 7. de re iud. l. 113. de V. O. & ad d. l. 44. §. vlt. Et ex voce quasi vtram ibi nouationes esse non veram, & simpliciter eam fieri negat, *Cuias. ad l. 10. §. 1. de pact. Et A. Fab. ibid. qui vult d. l. 44. §. vlt. planè non agere de pœnali stipulatione, sed comprehendere certam summam pro taxatione eius quod interest ad euitandum probationis onus, l. vlt. de prat. stip. ac Gard. de contr. stip. c. 5. concl. 7. n. 54. Et seqq. quia hic promissio alternatiua ac vtrumque sub conditione debetur, finis huius non vt infirmit, sed vt firmit, securioreque reddat creditorem. Nec diuersum esse in stipu. faciendi, quia ceteri in ea quod interest debetur, non tamen principaliter, sed in subsidiu sub conditione facti non secuti. Quo non secuto adhuc liberum est omisa pœna id quod interest est petere, & c. Contra *Hor. ill. q. 10. aliter Curt. 1. Comiect. ad Vin. 20. ¶ Hieron. Tornelli. in 2. An et quando pœn. stip. aliam nouet ad leg. 115. de V. O. tribus conclusionibus quasi ita expedit. 1. Non nouat si ex interuallo sequatur l. 4. §. 7. de doli exc. 2. Non item si obligatio principalis ex contractu seu dispositione diuerfa ab ea qua inducitur oblig. pœnalis d. l. 71. Pro soc. Et c. 3. Nouat autem semper vbi inducitur ex eadem dispositione d. l. 115. (quæ hoc non probat, sed contractum) ¶ *Vasq. 1. ill. contr. 29. n. 5. Ita: Cum pœna conuentionalis adiciatur, quo******

magis promissio seruetur, ad vnium effectum inducta non potest operari contrarium. Sed ex verosimili mente contrabentium hæc à l. h. interpretatio, vt alternatiua sit obligatio, ac vel factum expleatur vel in eius defunctum pœna præsteretur. Quæ præstata tollitur & nouatur prioris facti obligatio l. 14. C. de pact. ¶ *Malè. l. unc enim non noua obligatio succedit in locum veteris, sed omne debitum soluitur.*

C A P V T III.

Præstatio ex oblig. faciendi.

VEL EX CONDITIONE REI PROMISSÆ (connecte s. c. 2. h. r.) IN FACIENDI CONVENTIONIBVS. Vbi debetur quod interest. Promissor quidem faciendi liberatur, hæctenusque factum in obligatione, sed numquam vt peti possit. Nam intra tempus quo fieri per rerum naturam potest, omnino agi nequit *leg. 14. l. 73. hoc tit. de V. O.* post id tempus, (nisi dies adiectus amplius spacium tribuat) tantum ad id quod interest. a Quod probant r. a Claræ legum definitiones l. 68. l. 112. §. vlt. hoc tit. Et id quod interest vocatur quantitas stipulationis faciendi §. vlt. l. hoc tit. Ergo eâ continentur item expressus textus in l. 72. *vers. Celsus h. r. & quod in it sit condonatio* (quæ petitioni congruens, vt & petitio obligationi) l. 13. de re iud. Obi. Ar non debetur nisi promissum §. 33. *vers. huic a. l. de act. l. 38. §. inter 16. h. r. Et.* Promittitur id quod interest sententiâ contrahentium, quod colligitur ex fine. Non enim factum propter operam, sed ob vtilitatem & fructum stipulamur, alioqui insulam res esse stipularem alieno loco exstrui, si propter operam, contra l. 115. h. l. 2. §. si quis 2. de eo quod car. lo. Iam propter quod quæque res talis, illud magis. Nec tantum si præstari amplius factum nequeat, sed et si possit, non tamen tenetur præcisè vt contra opin. *Martin. alleg. in gl. ad l. 1. de act. em. refricam a nouiorum quibusdam à Azo Hugolin. Et quos citat Acc. in d. l. 1.* Alioqui veterum definitione id quod interest venire in obligationem falsa erit, si vt plurimum non venit, dicitur enim in d. semper venire d. l. 112. §. vlt. Et vitiosa l. 13. §. vlt. de re iud. sententiâ vbi conditio sibi ponitur si non facit quod promissit; non ea: si amplius fieri nequeat. Posita sic erit conditio rem non explicans, ea quæ explicaret, omisa. Immo eâ quoque conditio. Si fieri non potuit ideo vitiosa, quia nihil erit proprium oblig. faciendi, sed commune cum oblig. dandi. Quin contraria sunt factum præcisè deberi, & id quod interest deberi. Nam illo casu debebitur, et si nihil interest, hoc casu nihil debebitur. II. ratio. Postquam tempus quo fieri poterit, præterit factum non deberi, inde patet: Ante rem iudicatam solutione debitor liberatur §. vlt. l. de perp. Et temp. act. Non autem liberatur post litem contestatam insulam ædificans *leg. insulam 84. h. r. III. Apertissima species d. l. 68. h. r. vbi facilius factum impleri potest, quam id quod interest: l. 97. §. 1. h. r. & l. 4. C. de act. em. vbi procacia est peritica seu cõtumacia l. 57. de rei iud. c. Obi. Ar dicitur obligatio faciendi l. 13. in fin. de re iud. in faciendum consistere l. 2. in pr. h. facta deduci in stipulationem §. vlt. l. h. Et. Ex initio & ex summo sine contrahentium. Duæ res in obligat. deducit. Factum verbis, quod interest sententiâ. Obi. §. alie 2. l. de donat. Et. necesse habet cum adiuncto si velit liberari præstatione eius quod interest vid. *supr. lib. 13. c. 2. lit. B. Reliqua expedita in Com. ad l. 72. de V. O. [quo se nofter refert quorum summam excerptam insererem ni vererem instam libri molem hanc partem excessuram.]* Quid igitur si adhuc factum petat stipulator. Non malè ager, sed petitione continetur facti vtilitas *leg. tenetur 6. §. 1. de act. em. iunct. l. 111. §. idem air 9. eod. E. conuerso promissor, et si paratus facere, non audiendus**

nisi ante litem contestatam l.84. h. t. Ratio. Potestas faciendi ab initio, amissa quidem summo iure per mortem. Sed ea ex æquo & bono purgari potest ante lit. contest. l.91. §.3. h. t. Post illam vero noua contrahitur iudicati obligatio.

N O T A T A.

- a. a. Consentit Baro in pr. l. de V. O. & lib. 3. de diuid. & indiuid. obl. c. 4. Dyar. ad l. 13. de re iud. Gomez. 2. resol. 10. n. 22. & Dd. com. teste Lafin d. l. 13. ref. Parlado. 1. rer. quodid. c. 6. §. 2. num. 1. & Gerd. ad l. 75. de V. S. n. 2. sic distinguit: Aut nudum factum, nihil aliud significans quam corporalem effectiorem, vt fodere, insulam ædificare & liberatio ex præstatione eius quod interest. Aut ius continet seu effectum iuris post se relinquit, veluti restitutionem, redditionem, & obligatus præcisè cogitur præstare quod promittit l. 1. de act. em. l. 68. de R. V. l. vlt. de fid. lib. Idem plenius hanc quest. tractat de contr. stip. c. 9. concl. 4. & Except. seqq. subicit Gomez. d. lo. 1. Quando factum explicari debet in iudicio. 2. Quando ex legis dispositione obligatus, vt in noui op. nunc. præcisè cogitur demoliri. 3. Ex dispositione testatoris facere iustus. 4. Si accessit iuramentum (quod & probat Fachin. 3. Contr. 17. cum vt aliquid operetur, tum quia fauore libertatis l. 122. §. 2. de R. O. ac Reip. l. 11. §. vlt. de leg. 3. obligat. facti præcisè E. & fauore religionis) 5. Restitutio in act. realibus 6. Si factum id non concernat commodum pecuniarium: vt profiteri pro certo salario artem aliquam. 7. Traditio in contractu emptionis, &c. add. lo. Bapt. Costa de facti scientiâ & ignor. in spē. 33. b. Diss. n. Cuiac. ad l. 72. de V. O. Cora. libid. & 2. mis. 3. P. Gran. Paradox. c. 8. lo. del Castillo contr. quodid. de V. S. n. 13. c. 13. n. 13. & seq. Baf. 5. subit. 12. Vajq. 1. ill. contr. 25. n. 33. & seqq. pluribus præ cæteris id firmans, & obiectis occurrentis, cuius tum rationes tum responsiones expendere volupe esset nisi multa festinationem virgerent & notatorum horum contractionem quæ peragenda supersunt poscerent. Non verò in hac sententiâ est Pinel, vt falsò eum citat. Gerd. d. concl. 4. n. 21. nam loquitur de solâ venditoris præcisè ad tradendum obligatione. Tantum abest vt receptam sententiam hanc scribat Pinel. ceu refert Gerd. quin omnes qui dissentiunt suæ contrariam opin. communem fatentur Vajq. d. n. 33. & 1. contr. vlt. freq. 4. num. 7. vbi & ex Bart. & Dd. infert hanc rationem diff. In oblig. facti compulsio esset species quadam seruitutis. c. In dando cessat molestia personalis. e. Sed cum d. l. 4. loquatur de venditoris obligatione, quem ad traditionem præcisè teneri verius est vid. not. lib. 13. c. 2. lit. A. dicendum ibi vel procaciam procacitatem inhonestam significare (Procaciam enim poscere est Fest lib. 14. Vnde procaces meretrices à poscendo Lambin. ad Horat. 2. Sat. 6.) ac inui quod auaritiâ venditricis copia tradendæ rei habita non fuerit, quia forte rem alij vendidit & tradidit. Vel ad vtrumque ibi teneri venditorem: ad traditionem ex contractu, ad id quod interest ex contumaciâ & dolosâ mora, quanti videl. interest maturius emptionem completam remque suo tempore traditam fuisse, &c.

C A P V T I V.

Incertitudo obligationum faciendi & contra eam cautio.

Definitur id quod interest l. 13. Rem rat. hab. quod nobis abest, quodque lucrari potuimus; quod explicatur exemplis l. 21. in fin. & 2. seqq. ad l. Ag. l. 13. pr. & §. 1. l. 43. in fin. & seqq. de act. em. l. 2. §. vlt. de eo quod cer. lo. eodem sensu ab Accursio & Dd. ad l. vn. Cod. de sent. que pro eo quod int. damnnum emergens & lucrum cessans ex eo quod factum non est quod debuit. Obi. At interesse nostra dicitur quod nobis vtile l. 38. §. 17. de V. O. Et vocatur vtilitas l. 2. pr. & §. vlt. de eo quod cer. lo. l. pen. Si quis cauit. 34. Quod abest, non quatenus antea habuimus, lucrum non quatenus factum non est, sed quatenus fieri potuuit. Id autè habuisse, lucrari potuuisse, nobis vtile. Non quidem præstatur id ipsum quod habuimus, &c. sed eius æstimatio. l. vn. C. Pbi conu. qui cer. lo. Vnde vocatur pecunia leg. 72. de V. O. leg. 13. in fin. de re iud. Eius vnum genus non tria, vid. j. lib. 26. cap. 15. Hinc INCERTITUDO IN OBLIGATIONIBVS FACIENDI DVPLEX §. vlt. l. de V. O. I. IN QUANTITATE, quæ pender ex euentu incerto, alias enim pluris

interest, & hætenus actio leg. 13. pr. de re iud. l. 11. §. vlt. de V. O. 2. IN PROBATIONE cuius defectu sepe ad exiguam summam deducitur l. vlt. de pret. stip. quia in facto non iure consistit l. quatenus 24. de R. I. Cui occurrunt poenali stipulatione d. §. vlt. l. de V. O. quia tunc spectatur non an interest, sed quæ quantitas & cõditio stipulationis l. 38. §. 17. d. i. atq; vt quantitas eius certa ita probatio. Quæ illius conceptio seu fieri seu non fieri stipulati sumus vid. d. §. vlt. l. 137. §. pen. d. t. Sed & adiecta poena manet obligatio in id quod interest, vt vtrâ viâ vt velit stipulator, possit si forte expediat id quod interest peti aut in eo plus sit. In quo qq. incidunt, de quib. vid. j. lib. 26. c. 16. & seqq.

C A P V T V.

Oblig. plurium promissorum & stipulatorum.

2. QVANTVM debeatur (conecte supr. cap. 1.) cui quæst. locus, vbi plures vel promissores vel stipulatores. Si plures promissores principales diuiditur obligatio pro numero personarum, in partes æquas l. reos 11. §. 1. de duob. reis arg. l. 1. 2. 4. de leg. 1. Excepti olim duo rei promittendi d. l. 11. §. vlt. D. §. pen. l. 2. Cod. d. tit. Hodie & hic diuisionis beneficium nisi aliud conuenierit vel alter abstinet inops sit auth. hoc tra C. d. t. Non. 99. cap. 1. Si verò plures accessorij: fideiussores mandatores pecuniæ cõstit. rei, aut hi mixtim inter se; olim in solidum, nunc benef. epistolæ D. Hadriani per except. diuiditur obli. inter omnes si soluendo leg. inter 26. & seqq. D. §. 4. l. de fidei. Sin vnus principalis alter accessorius singuli in solidum, quia fideiussio non infringit priorem obligationem, sed firmat l. 4. §. 4. de re iud. & fideiussor suscipit vniuersam obligationem. Hodie tamen prius excutendus principalis vid. j. lib. c. 48. Si plures stipulatores, & hic diuiditur, nisi sint duo rei stipulandi l. 2. l. 11. §. 1. de duob. reis: Quinam autem sint stipulandi & promittendi rei, vid. method. tractatio Don. ad tit. C. de duob. reis quo hic remittit.

C A P V T VI.

Diuidua & indiuidua obligationes.

SED HÆC ITA SI OBLIGATIO DIUIDVA, id est partis præstationem recipiat, de quo tractatur in l. 2. §. 1. & seqq. vlt. ad l. 5. item l. 72. l. 85. h. t. de V. O. Diuiduitas ex rebus in obli. deductis pender d. l. 72. Res generatim, facta continens, indiuidua vel natura. Equidem RES in specie dictæ corporales omnes diuidua, etiam animata, licet sine interitu rei earum in partes discretas diuisio non sit, vt equus Sichus l. 9. §. 1. de sol. sed partes hic non diuisæ sed indiuisæ ac intellectæ l. 5. de stip. seru. non discerunt sed confusæ inuicem, quæque statû rei non mutant, nec faciunt, quò minus res sit integra ceu prius. Non verò quas quisque fingit animo, sed quas ius constituit: Constant enim iuris intellectæ l. 66. §. 2. de leg. 2. Quarum vilitas cernitur in commodis rei communis obventionum & fructuum perceptione hic & ad l. 54. h. t. n. 10. 11. & 12. Ex incorporalibus prope omnes, vt hereditas l. 7. Si pars her. per. actiones hereditariæ l. ea qua 6. C. Fam. etc. vlt. l. 1. §. 9. ad l. Falc. l. 5. de V. S. vlt. vid. s. lib. 10. c. 24. EXCEPTIS SERUITVIBVS reliquis, vt vsu d. cap. 24. & realibus vid. lib. 11. c. 9. lit. F. quia non perueniunt ad perceptionem emolumentorum, quæ diuidi possunt, sed in vsu terminantur. Quæ igitur dandi conuentiones rerum sunt diuiduarum, recipiunt, partis præstationem l. 2. §. 1. hoc t. quæ indiuiduarum non item l. 72. h. Ideo ex pluribus promissoribus singuli solidum debent stipulatorum singulis

singulis solidum debetur d. l. 2. §. 1. & 2. l. 17. de seru. l. 25. §. 9. & seqq. Fam. etc. Ex. gr. Ab vno heredum via petitur. Is, quia solus imponere nequit, impetrat spatium intra quod agat cum coheredibus vt seruitutem communiter imponant l. 11. §. pen. de leg. 3. Quod si illi non facient conuentus damnatur in solidum ad æstimationem, sed præstitum Fam. etc. iudicio repetit l. 2. §. 2. h. d. l. 25. §. 10. Econuerso tamen si vnus heredum perat viam, cæteris eam admittere paratis, aliàs acquirere nequit vid. lib. 11. c. 9. et si solidæ viæ petitio sit, damnatio tãtùm pro parte hereditaria d. l. 25. §. an ea 9. At cur non & hic sententia petitioni congruit l. vlt. C. de fid. lib. 34. Meritur actionem ex parte agentis l. 1. §. 1. Si pars her. per. cui si solida æstimatio debetur, in eam sit condemnatio. Hic verò non longius progreditur ius actoris quam quatenus eius interest, quia quatenus non interest, seruitus nec constitit l. 1. §. de seru. Quare si vnus stipulator agat, et si contra heredum vnum, eius in solidum interest. Sin vnus heredum et si cum promissore solidum debente, eius tamen non magis interest quam pro parte l. 4. §. 3. Si seru. vend. Nec obit. d. l. vlt. cui locus cum re petita præstari potest, non vbi sit condemnatio in æstimationem. Deinde: Si vni heredum solida æstimatio præstanda liberatio, tamen à cæteris coheredibus, quibus solutum non est, non contingeret l. 12. C. de sol. Contra si heres vnus solidum debitum soluit, coheredes liberat l. 13. de solut. & similit. FACTA AVT IN EO VT QUID FIAT ET INDIVIDVA licet rei corpore præstatio aut effectio continueatur l. 72. h. t. Nec tamen obligationes eorum omnes indiuidua. Successiue verò duæ res in præstatione. Factum & æstimatio eius quod interest s. c. 4. Hinc si vnus heredum faciendo liberari velit, necesse est in solidum vel ipse faciat vel operam det vt faciant omnes l. 11. §. 23. de leg. 3. l. 4. in fi. l. 85. §. 5. h. t. Nihilque agit creditor pecuniam offerens, vt ipse faciat d. l. 11. §. vltim. Quod si nolint vel nequeant, singuli vel omnes heredes totum facere tenentur ad id quod interest non in solidum, sed pro parte quisque suâ d. l. 72. in fin. pr. quia vt pecunia diuidua, ita & eiusdem obligatio ac petiti. Non obit. l. 3. §. 3. Commod. quia ibi conuenitur non vt heres, sed vt possessor, non ex obligatione hereditariâ, sed facto suo. Contra heredes stipulatorum in his factis, quia tantùm id quod interest peti potest supr. c. 4. singulorum autem pro parte interest, numquam in solidum agunt. Pac. l. 4. §. 3. Si seru. vind. AVT IN EO NEQV ID FIAT, vt in l. 2. §. pen. vlt. ad l. 5. h. t. ET HÆC etiam ipso genere facti PARTIM INDIVIDVA, si ab vno contra id pro parte peccari non potest, id est quoties vno contra faciente, id factum tam nocet stipulatori, quam si factum esset ab omnibus. Ex. gr. Per te non fieri quò minus ire liceat. Factum hoc indiuiduum l. 4. §. Cato 1. h. quia vnus heredum prohibitio æquè nocet ac omnium. PARTIM DIUIDVA cum factum contra facientis non potest nocere nisi pro parte eius qui fecit d. l. 4. §. 1. Vt amplius non agi, quia heres vnus contra facere, id est, agere iudicio, nequit quam pro parte l. 6. C. Fam. etc. Vbi indiuidua stipulatio quoque talis est ab initio, sed vbi committitur in id quod interest vel poenam diuidua. Hinc vno heredum contra faciente stipulatio committitur in solidum d. §. Cato 1. l. 85. §. 3. h. t. ab omnibus, vt loquitur Cato, seu aduersus omnes l. inter 44. §. 5. Fam. etc. Non quod factum heredis nocet coheredibus (contra regulam iuris,) sed quia conditio stipulationis hereditariæ existente ceteros teneri necesse est d. l. 44. §. 5. atque ita obligatio ex conuentione defuncti. Quia & iudicio Fam. etc. repetunt reliqui quod præstiterunt d. §. 5. l. 2. §. pen. h. t. Nec tamen aduersus singulos in solidum, sed pro par-

te hereditaria d. §. Cato 1. Conueniuntur enim in id quod interest id est pecuniam, quæ diuidua. Heredes quoque stipulatoris non agunt nisi pro parte, quatenus cuiusque interest. Sanè si poena promissa committitur quidem in solidum summo iure, sed ne hæc quidem exigi potest nisi pro parte per exceptionem doli quoad ceteros actore submoto l. 2. §. vlt. h. t. [At in poenâ non queritur an agentis interest, sed an ex condicione debeatur l. 38. §. 17. h. t. 34. Don. ad d. §. vlt. num. 4. & 5. Pama hic commissæ secundum verba non ex sententiâ contrabentium, quod colligitur ex sine poenâ, adiectæ loco eius quod interest §. vlt. l. h. t. Et quod dicitur non queri an interest, in re dubiâ verum, vbi possit tamen interesse, non in re certa, Facit. 9. §. 1. Si quis cauit. & Vbi scilicet certum nihil nec pecuniaretur nec ex affectione interesse, non tamen ideo quia non interest, sed quia id actum ne hoc casu exigeretur ad d. l. 38. §. 17. num. 74.] Vbi diuiduum id factum, exempl. gr. amplius non agi heredum vnus contraveniens pro portione sua sua tenetur solus in id quod interest. Solus item pro portione sua tenetur cõmittit poenâ stipulationem d. l. 4. §. Cato 1. VEL CONSTITVTIONE CONVENTIONIS, cum naturâ diuisionem recipiat, cum apparet ex conuentione quod non aliter satisfiat promissioni, quam re totâ solutâ. Vt fit i. in stipulatione generis. 2. in alternatiuâ ex. gr. Stichum aut Pamphilum l. 2. §. 1. h. t. Actû enim id vt vnus integer homo ex. gr. detur, non duorum partes. Ideoque parte ab vno ex duobus heredibus soluta nulla pro parte soluentis liberatio, alias posset alter coheres partem alterius serui præstare. Quare & cui pars ab vno soluta potest adhuc totum hominem petere l. 9. §. vlt. de solut. promissor potest repetere partem solutam l. 2. §. 1. h. t. in stipulatione fortis & vsurarium, poenâ nomine ni fors eo die soluatur. Nullus enim hereditus euitat poenam, nisi fors statuto die tota soluta §. vlt. h. t. quia parte tantùm soluta exitit in totum conditio poenalis stipulationis. Verum enim est fortè solutam non esse cum pars sortis fors non sit. Reliqua expedita in Comm. ad tit. de V. O. dispersim quò nosser remittit. Ex his quæ dicta de indiuiduis faciliè ex naturâ contrariorum percipere est quænam diuidua sint omnino, vt inter plures, iuxta c. præced. diuidua vt. Vbi Q. succedit quæ partes fiant? Equæ seu vitiles vt præced. & quales? Si res fungibiles aut genera debentur, vt 100. aurei 10. homines, numero fit diuisio. Sint species Stichus & Pamphilus corpore, id est vtrique creditori pars dimidiâ vtriusque debetur, eademque ratio promissorum l. 54. de V. O. l. 29. de solut.

C A P V T VII.

Obligatio pura.

SECVNDÒ CIRCVMSTANTIÆ PRÆSTATIONIS (conecte supr. c. 1.) positæ vel in personis, de quibus suo loco, vel extra eas. VT I. TEMPVS. (de 2. j. c. 13.) OMNIS CONVENTIO AVT PVRA EST, ET PRÆSENTI DIE DEBETVR l. in omnibus 14. de R. I. cum effectu vt & peti possit a §. omnis 2. l. l. eum 56. §. 4. l. 118. §. 1. h. t. debitor enim à quo inuito exigi potest l. 108. de V. S. Nisi ex re ipsâ dilationem capiat l. interdum 73. l. 41. §. 1. h. t. Sed quæ pura est verè, id est in totum vacua dilacione & verbis & re ipsâ, expresse & tacite. Quo sensu nulla est exceptio. Sic non obstat §. vlt. l. de inur. stip. nec l. 21. §. 1. de const. pec. quia vtrouique dies tacite inest vt supr. c. 9. Ac licet condemnatis detur tempus ad soluendum l. 7. l. 29. de re iud. vt & confessis l. 21. de iudic. id tamen præter & contra obligationem. l. 16. §. 1. de compens. Immo vel inde sequitur confessum agi posse, quomodo enim sit condemnatio nisi actio tenuit l. 4. C. de O. & A. Atque hoc est temperamentum temporis H h 4 de quo

de quo l. 105. de solut. quod scil. iudicatis & confessis datus, hic & ad d.l. 5. num. 35. & seqq.

NOTATA.

2 a Eactigido dies cessisse icelligitur l. 213. de V. S. tamen si mora non contrahatur sine interpellatione, Curr. 1. Coni. ad fr. 31. Pluribus hac de re Don. ad l. 41. §. 1. b. t. num. 29. Cui. ibid. Hopper. lib. 2. pag. 39. actorem statim petentem non cadere in pœnam plus petitionis ex l. Zenonianâ. Diss. Dd. vulgò Vult. in §. omnis 2. l. h. t. Mono. 2. arb. c. 27. & Gomez. 2. resol. 11. num. 1. statim quidem peti posse sentiens, sed assignari à iudice tempus, commiserationis gratiâ ad solutionem, in constituto 10. dierum d. l. 21. §. 1. in aliis contractibus arbitratum d. l. 105. Idque tempus legale differre à conuentionali. 1. Quoad effectum compensationis. Intra diem adiectum non potest ob iudicium, hic potest d. l. 16. §. 1. 2. Hic non duplicatur induciæ, vti si ante diem adiectum agatur §. 10. V. hodie l. de except. 3. Præscriptio non inchoat nisi elapso die l. 7. §. 4. C. de pres. 30. ann. hic statim. Aliter Gorb. in d. l. 41. §. 1. 10. dies tribuens debitori aliter P. Greg. 22. Sym. 7. Sane verba confessum, in continenti & similia temperamentum aliquod & spatium temporis, arbitratu boni vi definitum, admittunt, vid. Coler. de Proc. ex p. 4. c. 2. num. 7. & 8. expedita ramen & recta hic Don. sententia de tempore iudicatis vel confessis indulget. Nec inter hæc parum discriminis, vt offendit idem ad d. l. 41. §. 1. num. 37. quia si à conuentione habet tempus aliquod debitor, gemina ei dilatio, sicut à lege, vna. Itemque gemina erit si cum Gomez. ponas legalem quidem dilationem, sed ab illa diuersam, quod statui nequit sine fraude creditoris.

CAPVT VIII.

Obligatio in diem.

AVT DILATIONE TEMPERATA QVADVPLEX I. DIES (de 2. infr. c. II.) VBI ANEC ANTE DIEM, ET quia is totus arbitrio soluentis tribuitur, NEC EO quidem PETI POTEST, sed cum præterierit §. omnis 2. l. qui hoc 42. l. 138. D. h. t. vt rectè Proculus contra Sabinum §. pen. l. de inut. stip. idque non tam ex verbis quæ pro Sabino (nam si ex gr. vt Calendis dares conuentum sequitur vt Calendis petere possim, quod tunc debetur) quam ex sententiâ quia hoc actum vt posses eo die liberè dare, hic & ad l. 42. b. t. num. 2. Idemque est in conditionali eâ conuentione, cui & dies inest. Vt si Stichum Calendis non dederis 10. dabis. Stichus ante Calendas mortuo exiit conditio, nec tamen peti possunt 10. antequam præterierint Calendæ l. 8. h. t. b quia licet ad conditionem id est secundum eam seu quod eam attinet, c committi videatur, dies tamen superest. OBLIGATIO TAMEN PRÆSENS EST l. centesimus 46. pr. D. §. 2. Infr. hoc tit. & cessit dies l. 213. de V. S. ac debetur omni iure l. §. vlt. de const. pec. d At nulla necessitas soluendi R. immò est, nam nunc adstringitur vt quandoque soluat, quia certum est diem venturum, quod secus est in conditione ad d. l. 41. §. b. t. num. 44. Obstat d. l. 41. §. 1. Bz. ibi vero debeatur sumitur cum effectu vt exigi possit l. 108. de V. S. quo sensu accipitur cum res & loci circumstantia ostendunt de eo scriptorem sensisse vt ibid. NEC ANTE DIEM INVENTILIS. Nam interim nouari debuit potest l. l. §. 5. de nouat. constituit l. 3. §. vlt. l. 4. de const. pec. solutum repeti nequit vid. sup. lib. 14. c. 11. lit. B. Et ante soluens liberatur etiam inuito creditore vid. lib. 16. c. 11.

NOTATA.

2 a Nisi debitor labatur facultatibus, vel timor fugæ aut dilapidationis. Tunc enim & ante diem capi & ad cautionem præstandam compelli potest l. 41. de iudic. Coler. de Proc. eff. p. 3. c. 3. num. 106. Marq. Freher. lib. 2. de Famâ c. 13. nu. 10.

Hucusque de contractibus. Sequitur SECUNDA CAUSSA OBLIGATIONIS. QVASI CONTRACTVS qui ad contractum propius accedit, ad similitudinem eius ita dictus, vt quasi possessio, quasi Seruiana. Vocatur & contractus l. 49. de neg. gest. a & eius appellatio venit s. i. l. de act. est FACTVM OMNE NON TURPE, QVO aut is qui fecit alteri aut ALTER ipsi, aut vterque ALTERI SINE CONSENSV b OBLIGATVR. Factorum istorum GENERA DVO. I. AGNITIO SUPREMÆ VOLVNTATIS AB HEREDE, QVI TENETVR CREDITORIBVS & defuncti nomine, quia heres l. 49. de O. & A. & suo facto l. 2. C. de her. act. l. 3. in fin. l. 4. Quib. ex ca. in poss. ear. & legatariis, ac his suis propriè s. heres s. l. de O. q. ex contr. quia his non fuit obligatus defunctus. c Atque hinc actio de qua lib. 8. c. 36. ET LEGATARIO. Nam & hic agnitione legati obligatur ad id quod ab eo defunctus præstari voluit leg. pen. Cod. Com. de leg. l. v. §. 5. in fin. Cod. de Cat. toll.

NOTATA.

a l. 9. pr. de duob. reis l. vlt. in quib. ca. pig. tac. Et qui quasi contrahit simpliciter contrahere dicitur l. 3. §. v. l. 4. Quib. ex ca. in poss. largo tamen significatu ac improprio. Nec dispositioni aut statuto loquendi de contractu locus in quasi contractu, nisi ratio omnino eadem, vid. Turag. post. ll. Com. gl. 5. m. 127. & 2. seqq. b vero se & apertio Tacito enim & præsumpto consensus fit Gaud. ad l. 11. de V. S. n. 7. ↑ Vult. in d. pr. l. de O. q. ex contr. num. 5. Non verò ait, sed præsumptiuè ac fictione iuris contrahitur, solumque ius, præter factum hominis inducit obligationem. In plerisque equidem voluntas & animus obligandi ex parte vna, vid. not. lib. 4. cap. 16. lit. B. non tamen is consensus, qui, voce ipsa id arguente, propriè non est vnus. c Atque hæc obligatio non ex sola dispositione testatoris, sed voluntate heredis aduentis. Vnde in ferr. Lud. Vital. 2. var. l. 22. n. 9. heredem nec naturaliter obligari ad præstanda legata integra citra detractionem Falcidie eo quod ultra consensum suum (voluntatem dicere debuerat. Nec enim verè consensus, nec propriè etiam consensus testatoris, quia non in idem tempus vid. not. s. lib. 22. cap. 10. lit. E.) adstringi non debent.

2. RERV ALIENARVM ADMINISTRATIO. QVÆ AVT VOLVNTARIA a aut (vide j. cap. 18.) NEGOTIORVM GESTIO. VBI ET GERENTIS DVPLEX OBLIGATIO. I. GESTI SEMPER cuius duæ præstationes: 1. Restitutio eius quod ad gerentem peruenit l. 2. h. t. b licet non b ex rebus domini, & licet plus consequutus quam oportuerat l. 8. §. 1. l. h. in rem si indebitum alterius nomine accepit & ratam is habeat exactionem l. 6. §. item 9. c l. 23. hoc tit. 2. Damnum malè gesti, si ex. gr. arbores succidit, nummos malè collocavit, nouam negociationem instituit, vbi & casus præstatur, ita tamen vt lucrum in quibusdam factum cum damno in aliis pensetur leg. 9. h. t. a Etsi bono animo animo fecerit Ratio in l. 8. ad l. Ag. II. NON GESTI si gerere debuit. Quod enim suscepit consummare debet, non tamen nouum inchoare l. 21. §. 2. D. l. futuri 20. C. h. t. Nisi gestorum contemplatione alius, alioqui omnia gestorum, ad ea negocia non accesserit l. 6. §. vlt. h. c. Et hic æquè duæ præstationes. Nã & lucra amissi & damni dati nomine tenetur, vbiq; præstando DOLVM ET CVLPAM l. i. D. §. i. l. h. t. Exemplum appositum in debitore qui creditoris negocia suscepit. Hic si prius sine vsuris debuit, vsurarius esse incipit, quia a se exigere debuit, de quo l. 6. §. vlt. l. 7. l. 35. l. 37. §. 1. l. 38. hoc tit. ETIAM LEVISSIMAM f §. 1. In fit. de O. q. ex contr. Obi. Atqui hic vertitur alterius tantum utilitas, nec officium damnosum esse debet. Ergo de omni negligentia non tenetur. Id inde quia gerens se obrulit Ergo per l. 1. §. sepe 35. Depos. & culpa præcessit, quæ adest si non rectè gestor (nam si rectè, laudandus est l. 33. §. 2. de Proc. l. 3. de l. & l.) aliena suscepit l. culpa est immiscere 36. de R. I. Nisi accesserit ad res perituras, nullo se offerente, vbi solus dolus præstatur l. 3. §. interdum 9. h. t. quia hic non est quod queratur dominus, sed sibi gratuletur quod res non tota perierit. HINC ACTIO negot. gestorum DIRECTA §. 1. l. de O. q. ex contr. voluntariæ administrationis propria, Nec datur vbi gerendi vel ex mandato vel ex officio vel ex reum communicatione necessitas l. 12. C. h. t. l. 25. §. 16. Fam. etc. g Non obstat l. 3. §. 10. D. l. 18. C. h. t. Nam neg. cessitas vrgens in d. §. 10. intelligitur, quæ non in persona, sed in re, alijs peritura. Necessitas autem suspicio, vera necessitas non est, h cum quis se falsò tenari h existimat, vt liber bona fidei seruiens l. 19. §. 2. tutor posthumo datus, eo deinde non nato l. 29. h. t. i de qua i necessitate putatiua accip. d. l. 18. C. h. Non obstat l. 3. §. 8. h. t. vbi contra executionem hæc actio k Nec enim k vlla necessitate is dolum facit, licet ex necessitate iussum exsequatur. Datur omnibus quorum negotium, etiam pupillis ac furiosis leg. 2. 4. §. vlt. de O. & A. Aduersus pupillum verò qui gessit datu quatenus is locupletior l. 3. §. 4. h. 1 Non item aduersus seruum manumissum l. 17. nisi post manumissionem gerere pergat d. l. 17. D. l. si cognati 21. C. h. t.

NOTATA.

a Hinc Cicero in Bruto negotiorum gestorum dicitur a voluntarius procurator & voluntarius negotium gerere leg. 9. §. 6. de reb. un. ind. poss. Cuiac. 10. obf. 25. Et passim Procurator appellatur l. 24. h. t. vt quidem eam accipiunt, Gilb. Reg. 2. Enant. vltim. Fac. 2. quæst. 60. & Gifan. ad l. 13. de acq. do. n. §. & ad l. 54. eod. l. n. 2. l. 22. §. 2. & §. 8. Rat. rem hab. l. 8. cir. si pr. de solut. p. 314. b Vt & fructu ex illis rebus vid. lo. Copus libr. 3. de fructib. tit. l. 5. cap. 2. c Atqui si ratum habuerit, quod gestum est dominus, mandati actio oritur leg. sexagesima de R. I. cum ratihabitioni sit vis mandati Resp. Vul.

Vulgò Neg. gest. actio d. l. 6. §. 9. D. l. 9. C. h. t. quando dominus non scit geri & ratihabitione sequitur. Secus quado geri scit nec contradicit l. 6. §. 2. Mand. Quod displicet Cuiac. ad d. l. 60. putanti vtramque act. concurrere, quia ratihabitionis duplex vis. Vt alienum negotium meum faciat & vt vim mandati habeat. Male ↑ An. Fab. ad d. leg. 6. §. 9. ideo ibi act. mandati non datur, quia ratihab. comparatur mandato, quoties negotium gestum eius qui ratum habet. Ibi autem alterius negotium, licet eius contemplatione vbi necesse est prius faciat negotium suum, qui ratum habet, quam vt mandati vis ratihabitioni tribuatur, & ferè P. Fab. ad d. l. 60. ↑ Pac. 2. quæst. 53. vtramque responsum fore coniungit, vt si negoc. gestum eius qui ratum habet illius nomine sit mandati d. l. 60. & negoc. gestorum l. 9. h. t. l. 50. pr. Mand. actio. Sin non illius nomine neg. gest. actio d. l. 60. §. 9. & seqq. h. t. Sed Gregor. Lopez animadu. cap. 31. num. 2. ratihabentem quidem cuius negocia gesta sunt, teneri act. mandati contraria d. l. 60. Non autem contra eos qui negocia gesserunt, dominum ob ratihabitionem suam actione mandati directæ experiri, sed neg. gestorum d. l. 60. §. 9. D. d. l. 9. C. h. t. Cui accedo. Plus enim aliquando esse potest in act. mandati, maxime si ponas, vt quidem voluit vid. lit. F. in neg. gest. act. non venire damnum leuiss. negligentia datum, quod venit in act. mandati. Nec suo facto quis efficere potest vt actius obstructum habeat reum. Ratihabitione sequitur nouam mandati oblig. ei qui negocia gessit parere potest, idque rationis est non verò ipsi ratum habenti, ne suo facto alium nolentem obliget. a Obstat, l. 23. §. 1. l. 26. Pro soc. Resp. An. Fab. ad d. l. 9. diffentionem statuit rectè Cuiac. ibid. loqui d. l. 9. de damno ex casu sequuto vt ex verbis aperte liquet. Sed d. l. 33. & d. leg. 23. de damno ex culpa orto vt verba ipsa euidenter ostendunt. b Pac. 2. quæst. 54. Et sic accip. l. 8. pr. h. t. & repetendum ex d. l. 6. §. vltim. quod alioqui alius ad ea negocia accessurus. Nec initium d. pr. vique aduers. ideo Tribonian. adsignandum, ceu vult. An. Fab. ibid. quia inquit, etsi alius accessurus tamen nec is sine mandato agere potuisset. Imò potuisset, inquam, præstita cautione rati f. Consentit Cuiac. nos. 1. Sen. Pauli 4. §. 1. & 2. diff. Modest. in l. 23. Depos. quia aliena negocia suscipiens hoc in se recipere videatur se omnem curam curam diligentiamque adhibiturum ideoque quasi ex sua voluntate culpæ leuiss. nomine teneatur, & Vult. 1. dijs. 13. vrgens voculam quisque in d. §. 1. in fin. Regulam igitur illic tradi vt plerumque exactiss. diligentia præstetur, quam exactam interpretari cum Dd. nimis sit diuinatorium. 2. leg. 29. Cod. de Vfur. verbis omnem diligentiam, quæ cum de foemina sit, & quidem matre, longè maiori ratione obtinebit in viro & extraneo. 3. l. 11. D. hoc tit. vbi culpæ nomine leuiss. quoque cõprehendi subleuens casus oppositio conuincit. Et alias non plenè exposuisset IC. quid culpæ casusve nomine præstandum si leuiss. omisisset. Accedit quod culpa simpliciter omnes species complectatur, nisi res subiecta aliud arguat & nisi aliqua species excipiatur vt in l. 25. §. 16. Fam. etc. l. 21. C. Mandati, vbi generatim aliena negocia exacto, id est exactissimo, tum propter oppositionem sua negocia gerentis, qui & negligentiissimè in iis versari potest, tum per se quæ faciunt illa Cic. pro Roscio qui licet de mandato, ratione tamen cuius neg. gestioni communi s. Quia hæc regula Dd. cum se quis gestioni obrulit leuiss. culpam præstari. Obi. l. 20. C. h. t. Resp. Vult. in ll. Cod. argum. non conuenit a positione vnus ad remotionem alterius, quia ad propositas preces rescriptæ, nec de culpa leuiss. ibi responsum, quia nec quæsitum. Alias pari ratione ex l. 22. C. h. t. inferri poterit leuiss. culpam præstandam. Minus obf. l. 31. D. h. t. Quia oppositio casus arguit omnes culpam æstimari. Diff. Tocer. ad l. 32. de R. l. cap. 4. numer. 12. in fin. tum demum hoc admittens, si alius adfuit negocii diligentius gestorum, per d. §. 1. & M. Ant. Delrio ad d. l. 23. cap. 14. quia puro amore absentis commotus videatur accessisse. Nec si exactiss. diligentia astringimus negoc. gestorem facitè quisquam ea gesturus Vnde indefensa sæpè relinquuntur, & peribant. Sed Resp. Vult. iura certis rationibus constituta, ex dubiis eventibus æstimari non debere. Nec credendum cum cuius negocia gesta sunt ab amico, ita rigidè cum ipso acturum, quin si de animo gerentis beneuolus constet forte ex æquitate act. summo iure strictiorem temperandam fore arg. l. 3. §. 9. h. t. Sane si quod huius rationis momentum, non video cur non & in mandato obtinere idem debeat, quod tamen dissent. ipsi negant. Neque enim ferè mandatur nisi amico, vid. not. s. lib. 13. cap. 12. lit. A. nec ab initio maior suscipiendi mandati quam negotij sine eo gerendi necessitas. Quin ibi imputandum aliquod posse videtur mandati quod non diligentem quæserit, hic plane nihil, & Cui obf. l. 3. C. h. t. Sed vid. Cuiac. 26. obf. 36. Pac. 2. quæst. 63. Brom. 2. aff. 15. Greg. Lopez ani-

madu. cap. 30. h Nec rectè Treutler p. 1. dist. 10. ib. 1. nec necessario gerentem vel necessitate vrgente vel suspitione necessitatis facere, arque ita species necessitatis quasi constituit. Veram & putatiuam. Putatiua namque non est necessitas. Quando enim duo Prædicata vni subiecto attributa sibi inuicem repugnant, vtrumque seorsim de subiecto prædicati nequit, vt Logici docent. At pugnat cum necessitate opinio. Necessitas quippe ex ipsa rei veritate, non opinantis persuasione, maxime erronea, æstimatur. Nec vt Aristote. in Post. anal. opinio est rei necessariæ. Sed nec Donel. quoque rectè eam ad voluntariam gestionem refert. Qui enim putat se necessario teneti, vtiq; libera voluntate, ac sponte non exsequitur vt aperte ipse IC. d. l. 19. §. 2. vbi vocat quali necessitatem. Et quasi igitur necessarii hi gestores Pufendorf. in Par. C. h. t. num. 2. Oldend. d. l. 4. art. 25. num. 4. 1 Quæ tamen actio non directæ, sed vilis l. pen. de iur. & vni. distr. Pac. 2. quæst. 61. A. Fab. 1. Iurif. 12. princ. 8. ill. 31. Diff. idem ad d. leg. 29. vtilem in d. l. pen. subsidiariè in factum exponens, & Iurif. consulti diffensisse scribens. k Rectè. Nec enim alia intelligi potest, secundum titulum quo d. l. 3. §. 8. posita Vital. 1. var. l. 22. Atqui l. 50. de eiusd. habetur act. de dolo dari Ergo Vnde A. Fab. in d. l. 3. §. 8. censet ibidem quoque intelligi act. de dolo. i. quia nequeat dari actio neg. gest. Nec enim id egit executor vt generat negocia condemnati, sed vt pareat Prætori. 2. quia in d. §. 8. non dicitur hæc actio, §. interdum 9. non accommodatè sequeretur. Indicat igitur interruptum fuisse tractatum de neg. gest. act. Aliàs dixisset. Vlt. In hac autem actio, &c. Sensus igitur d. §. 8. cum s. seq. quæ eadem coniungendam ac vno spiritu legendum vult Faber. Quæ admodum dolum in negotio meo admisisse aliquando tribuit act. de dolo, ita & aliquando in neg. gest. act. solum dolum vindicari. Ita Faber & male dum & ex quibus vniam facit. Serte ipsa orationis refraganti & incommodatam instituit comparationem. Neque enim quod in §. 9. est, inferretur ex §. præced. aut illi vlla ratione non dicam consequens, sed confine est, verum noua species tractatur. Rectè autem Pac. 2. quæst. 50 cum quo in effectu conuenit Vir. cap. 12. dist. dolo isto læsus creditor act. neg. gest. d. §. 8. quia eius causa & contemplatione negocia gesta, Sin debitor non potest dici negocia illius gessisse, cum iniuri executionem patiat. Ergo de dolo actio d. l. 50. vt ibi probant verba extrema: domino rei l. vbi Cui. 13. obf. 7. pro pupillus substituit pupilli. Non necessario, quia vt libet modo legas, sententia vera ac emendationi restituit verba seqq. A. Fab. ad d. §. 4. ↑ Cur autem ratur contra pupillum in solidum experietur neg. gestor, non item vid. Lud. Vital. 1. var. l. 22. 11.

CAPVT XVI.

Obligatio eius cuius negocia gesta.

ET IS cuius NEGOCIA GESTA OBLIGATVR, etsi ignorans nec ratum habens leg. 2. hoc tit. vtilitatis causa §. 1. l. de O. que ex contr. ne negocia absentium nulli demandata pereant. a Neque sic oneratur dominus negocij alieno facto, contra regulam iuris l. 27. in fin. pr. de Proc. l. 5. §. 5. de op. no. nunc. Quin obligatio eius maiore lucro pensatur. Vnde b ACTIO CONTRARIA data ei qui vtiliter gessit, leg. 2. leg. 10. D. l. 10. Cod. hoc tit. id est, si vtiliter cepit etsi res casu effectum non habuerit d. leg. 10. D. h. tit. (Excip. tamen furiosus & pupillus, qui non nisi quatenus locupletiores) & quatenus vtiliter leg. 25. hoc tit. aduersus omnes, etiam pupillum & furiosum l. 3. §. 5. h. t. l. 46. de O. & A. quia non hæc obligatio ex consensu, sed ex re, id est vtilitate quæ ad eos ex negotio gesto redit. b Sed si b tempore litis contestatæ locupletiores l. 11. §. 7. pr. h. id est non pauperiores leg. 47. de solut. Præstationes duæ: 1. Quod gerenti ob causam abest negocij gesti l. 2. in fin. d. l. 10. C. h. etiam vsuræ l. 18. C. h. si vel aliud fumpsit sub vsuris, quod impèderet, e vel exegit a debitoribus c suis quis vsuras pendebant arg. l. 12. §. 9. Mand. 2. Quod abfuturum, in quod se obligauit leg. 3. pr. l. 18. hoc tit. a d EXCLVDVNT verò eam I. OBVNOCIATIO domini ne getat leg. si pro te 40. Mand. l. vlt. C. hoc tit. Contra ignorantes enim hæc actio, qui censentur si scissent

c comprobatus, non contra nolentes. Iniquum enim nolentem alteri obligari, inconueniens aliquem se negociis vetantis ingerere & officia inuito offerre. Quid enim si is nolit sibi quid tecum rei esse, quid si sua perire malit? 2. OBLATA alterius gratuita ADMINISTRATIONE l. 2. in fin. C. h. 3. VOLUNTAS GERENTIS, si donandi impendit l. 4. l. 12. C. h. declarata non tantum verbis, sed & indicis, ductis vel ex opinione gerentis bonæ fidei possessor ædificauit vel tenuit in alieno. Retentio enim illi non verò actio sup. lib. 4. c. 33. & j. lib. 20. c. 7. vbi vide. Ratio in l. 14. §. 1. vers. quæcum ita Com. diuid. Vnde aliud in eo qui tæquam ad alienam rem accessit, et si prædandi causa l. 6. §. 3. hoc tit. vid. d. f. cap. 7. Vel ex affectu g in patre & matre l. 1. l. alimenta l. 1. C. hoc tit. l. 50. Fam. etc. vitrico l. 15. C. h. marito, l. 13. C. h. amico paterno in specie l. 44. D. h. r. Nisi testati sint de animo repetendi aut in rationes expensæ retulerint l. 34. h. d. l. 50. item nisi mater temporis causa vel necessitate gestionis aluit d. l. 3. Tunc enim repetent, nisi ex necessitate iuris publici impenderint, vt si pater filium egenum alterit vid. lib. 12. c. 4. libertus tutores petierit l. officio 5. C. h. r.

NOTATA.

a Vid. l. 5. vers. ideo n. vbi luculenta ratio à Iuriconsulto redditur de O. & A. Hinc verò inferit Lud. Vital. 1. var. l. 10. absentiam esse causam huius edicti. Nec aduersus eum qui præsentis negocia gessit, hanc act. dari sed act. mandati, quia eo ipso quod geri pariter mandasse videatur l. 6. §. 2. Mand. Licet verò detur adu pupillum furiosumque, illos tamen esse loco absentium. Sed hoc ad l. 23. de R. l. c. 4. n. 12. competere hanc act. et si præsentis negocia gesta sine mandato; vt adolefcentis vel furiosi à curatore l. 3. §. 1. in fi. l. 6. l. 17. C. h. vid. tamen not. j. c. 22. lit. A. Vel pro tutore se gerentis l. 4. C. h. dare tut. item in speciebus l. 11. l. 15. C. d. r. Causa igitur impulsiva absentia vt Accurs. in d. l. 1. h. r. Putarem toties neg. gest. act. dari si dominus negocij sciuit nec prohibuit, quoties mandatum eiusdem intelligi nequit, vt in speciebus. ad l. conser. not. s. lib. 12. c. 27. lit. A. b Ex re actio, quia non ex persona vel factio obligati, nec ex consensu nec quasi consensu, sed ex ipsa gestione & rei natura & ex æquitate ne locupletior quis cum alterius damno fiat vid. Ant. Fab. ad l. 3. §. 5. h. r. Serfer. lib. 1. de iuram. cap. 4. n. 9. & 10. c text. l. 17. de iur. & generatim quas percipere potuit leg. 1. §. 9. pen. hoc tit. Nec enim credendum quod diutius otiosam habiturus fuerit pecuniam d Nam vt locupletior qui liberatur l. 66. in fin. de solut. ita pauperior qui obligatur, licet nedum quidquam præstiterit, e Bart. & Casp. ad l. 39. h. r. Hoto. ad l. 2. C. de his qui in prior. cred. locum. Accedit quod non obstante denunciatione negoc. gerens, ex gr. debitum alicuius soluens, donandi ac perdendi nummos solutos vel impensas in negoc. factas animum habuisse censetur arg. l. 7. §. 12. de acq. do. §. 30. l. de R. D. Ideo nec hæc actio, nec etiam alia ex æquitate, quia ob prohibitionem deficit æquitas, vt contra quosdam Gomez. 2. res. sol. 13. n. 11. Nec hic distinguit, an gestio post prohibitionem in delicti speciem cadat, vt quidam ref. Bart. & Casp. Nec vt Bald. in d. l. 39. num. 2. an pro initio gestum ut in eo genere negociorum quod ipso gestu, id est statim ab initio, nostrum vt vni detur actio secus in aliis. Nec vt ibid. num. 3. an denunciatio causam habuerit prohibendi, vt quia gerere volens homo sit rixosus cum quo nolit sibi negoc. fieri. Sicuti accipit verba vltima l. 43. h. r. Nam ea l. 43. de igno. rante domino, non prohibente. Et ea verba sic exponit re. ctius Ant. Fab. ibid. Si quod forte vicissim debitori naturaliter debebatur, quod compensare potuisset, vel si ob expensas habuisset retentionem, non verò actionem debito soluto. Excip. tamen quidam nisi pro medicina ægroti inuiti expensum sit. Thomas Adius de pñinileg. infirm. p. 2. lit. S. y. Soluens. f QUOD facit arg. l. 6. de appell. f vid. Meno. 2. arb. iud. qq. cap. 88. & 3. præsumt. 30.

CAPVT XVII.

Negocium alicuius vnde constat.

a NEGOCIUM VERÒ NOSTRUM FIT, AVT RE IPSA ET VEL IPSE GESTU, id est, statim, initio l. 6. §. 1. in fin. h. r. Exempla l. 3. 10. 12. C. h. tit. si fol-

uerit, familiam aluerit, agros coluerit quamuis gerens putauerit esse alterius d. l. 6. pr. & §. pen. Nec enim ex consensu hic actio, sed ex gestione b VEL EVENTU. b Velut si bonæ fidei possessor rem meam, vt suam, vendidit, & per id res mihi perierit, si vel ratam habeam venditionem, vel res interierit, apud me non peritura, vel vsucapta. Hic enim tribus casibus actio, mihi de pretio, & vicissim venditori si quid eius nomine abest l. vltim. D. l. ab vno 19. C. h. r. l. 3. C. de R. V. c Item si quis pecuniam à creditore meo exigit, ratamque habeam solutionem l. 9. C. h. r. Sed hæc expeditiora. Quid autem si peculiare, pupillare, dominicum, seu procuratori commissum, negocium geratur vbi duo, ad quos pertinet? Disting. Si vtriusque gratia vel simpliciter geritur, ambo filius & pater, pupillus & tutor, dominus & procurator tenentur l. 6. pr. §. 1. & 6. Sin vnum tantum contemplatione, disting. Vel negocium ad duos principaliter pertinet, aut peculiare, ac si id contemplatione filij vel serui gestum non tenetur pater vel dominus ex sua, sed filij seruiue persona d. l. 6. §. 1. In causa non est negoc. quod manet vtriusque, sed animus gerentis, nolentis sibi patrem obligari, a Vel ad vnum principaliter, ad alterum per consequentiam, vt Pupillare & dominicum. Ac si pupilli vel domini contemplatione gestum, hi soli tenentur, d. l. 6. §. 1. c In tutoris vel procuratoris gratia, vterque etiam pupillus & dominus d. l. 6. pr. Nam qui gerit tutoris gratia, necesse est vt prius gerat negocium pupilli & sic vtriusque consulat. Nec enim prodest gestio tutori, vel procuratori nisi prius in persona pupilli vel domini constiterit. AVT VOLUNTATE GERENTIS cum nostra coniuncta vbi ipso gestu ad nullum pertinet negocium l. 6. C. Si quis al. vel sibi, nam si ad alium pertineat, rati habitio nihil efficit l. 6. §. pen. h. r. Quod igitur quis sibi gerendo suum faceret, id si nostro nomine nostrum fit, si consensu accedat. Vt si quis emit meo nomine & consensu meus vel præcessit, vel sit alij emendum mandati l. mandati 46. h. r. vel sequuta rati habitio l. 6. §. 9. h. r. f Item si pecuniam quis meo nomine exegit à debitorum idque rarum habeam d. l. 6. §. 9. l. si quis 23. h. r.

NOTATA.

a Duar. h. r. c. 3. Negocium nostrum esse vel propter dominium l. 5. h. r. vel propter curam & minus, vt si quis negocia pupilli suscepit vt tutori gratificaretur, vel ob rati habitio nem f Da. vulgo post Accurs. ref. nec probante Cuiac. 8. ad Affic. in l. vlt. h. r. Negocium nostrum 4. modis dici: Cura, re ipsa, rati habitio & ipso gestu b Res ipsa hic spectatur non existimatio gestoris vid. Cuiac. d. l. 0. c Nec tantum si pretium venditor habeat ex causa lucratiua, vt quia pro re possessa & vendita ipsi nihil aberat, sed etiam causa onerosa, vt si eam rem prius ipse à non domino, bona fide emit arg. l. 17. pr. de R. V. vid. Cuiac. ad d. l. vltim. 8. ad Affic. vbi tractat quid iuris sit rarum non habeam, & quid si mala fide res vendita perierit, &c. d Vnde & rati habitio patris nihil agit d. l. 6. §. 6. Quinquam Cuiac. 2. ad Affic. in explic. l. 23. de reb. cred. nihil agit non omnino, sed quod pater non obligetur in solidum, sicuti si rarum habuerit à filio gestum l. 1. Quod in iussu Constituti verò ea rati habitio oblig. de peculio; Ac, si nihil in peculio obligati patrem quatenus ex gesto locupletior factus e In d. §. 1. non egit gerens vt Procur. sibi obligaret, sed vt negocia domini gerere. ex. g. pignus liberaret per interpositam Procurat. personam vt in l. 15. const. pec. Nam in numerationibus non tam cuius vel cui & quo, quam quam mente perspicere oportet l. 2. §. pen. l. 19. de reb. cred. Ant. Fab. ad d. l. 6. §. 1. f vid. not. s. c. 15. lit. C.

CAPVT XVIII.

Periculum tutorum & diuisio tutela.

a AVT NECESSARIA (connecte s. c. 15. & j. c. 23.) AVT TUTORUM ET CVRATORVM l. 1. de mun. & hon. vbi cogendi ratio duplex. EXTRAORDINARIA, leg. 1. pr. hoc tit. de adm. tut. multa dicta & pigno

pignoribus captis arg. l. 1. §. 3. de inst. ventr. Extr. ordinem enim iudicio & actioni opponitur l. 3. pr. Ne vis fiat ei qui in poss. Sed hæc ratio cessat vbi semel gerere coepit, tunc enim suspectus postulatundus l. 5. §. 1. & 2. hoc tit. ET ORDINARIA. METVS PERICVLI. Suo enim periculo cessat ex quo se tutorem scit leg. 1. §. 1. hoc tit. l. 1. de iur. & rat. distr. non ex quo excusatio reiecta est leg. 20. l. 39. §. 6. hoc tit. Nec denunciatione magistratus opus si aliunde innotuit l. 5. §. vltim. h. r. Scientia tamen à pupillo probanda l. 6. a Cogitur verò tutor magistratum fidem habere, priuato non æquè l. 17. h. r. PERTINET AVTEM AD EIVS CVRAM VNIVERSVM PATRIMONIUM, etiam quod accessit, vt bona materna, vbi tamen interdum ad augmentum curator datur, vt s. Et si plures tutores omnium communem PERICVLVM lites tutores 55. pr. h. r. NISI DIVISA SIT TUTELA, non ab ipsis tutoribus l. vltim. C. de diuid. tut. Obligationem enim cui prius in solidum sing. obstructi, suo facto mutare nequeunt. Ac quod inter se pacti sunt, inter ipsos solum valet l. 52. §. 2. de pact. alii non nocet l. 42. eod. sed A TESTATORE VEL MAGISTRATV l. 2. C. d. r. Vbi vel distribuitur administratio, in partes vel regiones, & semper rata est l. 3. §. vlt. l. 4. h. r. Vel vni mandatur. Et si à testatore facta non rata, duobus casibus: Si omnes velint gerere l. 3. §. pen. 2. Si Prætor comperiat non idoneum esse electum d. l. 3. §. 3. In cæteris statur iudicio patris d. l. 3. §. 1. A Prætor facta electio vtilis his conditionibus: Si non à parte electus alius; si aliis prius conuocatis facta: si cæteri non recusent d. l. 3. §. 7. & seq. b Ratio huius electionis in d. l. 3. §. 6. Effectus vtrouique vt administrationi modus fiat l. inter 36. h. r. Nec longius progreditur potestas gerendi l. 4. l. 5. in fi. h. r. l. 4. de aut. tut. nec necessitas & periculum l. 2. C. de peric. tut. l. 2. C. de diuid. tut. c Exc. 1. Nisi contumorem male gerere sciens non suspectum postulatundus d. l. 2. C. d. r. l. etiam 14. h. r. 2. Nisi apud se instrumenta reperiens debito in alia regione contracto, non admoneat tutorem, cui administratio est eius regionis l. Titium 47. §. tutores 2. h. r. Omnis v, hæc diuisio inter tutores omnimodo valet, extraneis autem ita vt vti volentibus proferat, nunquam noceat. Hinc si ab vno conueniatur debitor pupilli, qui dem creditor negocij in alia regione contracti, compensationem obtinere potest l. inter 36. h. r. d Idem est administratione vni commissa. Reliqui enim honorarij l. 4. l. 6. de aut. tut. nec periculo exempti l. 3. §. 2. h. r. c

NOTATA.

a P. Greg. 13 Syn. 10. n. 8. Nisi præsumptio contra tutorem, vbi illi iniungitur probatio. Sic accipienda l. pen. C. de peric. tut. Pac. 5. tenant. quest. 75. b Si tamen vnus velit diuidi licet cæteri omnes administrare velint, diuisionem fieri arbitrio iudicis tradit post Barr. Gutierrez. de tutel. & curis p. 1. c. 14. n. 3. c vid. Gutierrez. de tutel. p. 1. cap. 15. n. 6. & 2. seq. d Diuisio modum gestioni inter tutores solum facit, vt agere vel excipere actionem tantum cogatur, quisque eam quæ ex sua administratione pendet. Creditoribus autem pupillaribus nõ obstat, nec compensatione remouatur, quia vnus illi pupilli inuentur personam, cuius vnus est patrimonium bellè Brisson. l. 2. de solut. iis de Compensat. p. 421. add. Lorios. de tutel. axim. 1. 0. & seq. & vid. j. lib. 16. cap. 15. Et vna tutela manet ratione pupilli semper indiuidua Matth. Steph. lib. 1. de iuris d. cap. 1. nu. 21. e vid. Gutierrez. de tutel. & cur. p. 1. cap. 17. A. Fab. 1. l. iuris p. 12. pr. 1. num. 49. vbi quod in d. l. 1. §. 2. habetur rationem eos exigere oportere, de ratione facti interpretatur, cur sic vel ita faciat non de ratione tutelæ.

CAPVT XIX.

Officium tutorum.

VERSATVR HÆC ADMINISTRATIO TVM IN POTESTATE, de qua sup. lib. 3. cap. 12. TVM IN

OFFICIO, cuius DVÆ PARTES SVMMÆ: I. IN initio AC PRÆPARATIONE, quæ exigit, satisfactionem de quo lib. 3. c. 11. & inuentarij confectionem, a nisi testator specialiter vetuerit l. 24. C. h. r. l. vlt. §. vlt. C. arb. tut. b De modo cõficiendi vid. sup. lib. 7. c. 3. Vltus enim eius necessarius, ne liceat impune grassari, resque consumere ac finita tutela inficiari se quod consumpserit accepisse. Vnde pœnæ omissionis c 4. Remotio suspensio d. l. vlt. §. vlt. infamia ibid. & in humilioribus vincula l. 3. §. 16. de susp. tut. vbi tamen verba qui reperterium non fecerunt absunt à Florentinis libris. Denique quanti iuratur in litem l. tutor. 7. pr. h. r. II. IN ADMINISTRATIONE IPSA: Vbi officium versatur PARTIM CIRCA PERSONAM, IN TRIBVS VT SVNT EDVCATIO, vbi sumptus faciendi pro facultatibus & dignitate familiaræ d. l. 12. §. pen. h. r. de quo si dubitatur adeat prædorem l. 2. C. de alim. pup. Et si copiam sui non faciat suspectus est l. 3. §. 14. de susp. tut. ac si perseveret, mititur pupillus in possess. bonorum l. 7. d. r. INSTITVTIO, iidem sumptus, eadem remedia d. l. 12. §. 1. ET DEFENSIO l. tutoris 30. h. r. vbi sequitur vnum requiritur, prout res feret l. 10. h. r. Solutio si cõstet de debito l. 9. §. 5. & seq. h. r. Iudicium si non constet & stipulatio id est, satisfactio iudic. solui, si dubitetur an sit vel duxerit tutor l. vulgo 23. h. r. PARTIM CIRCA RES, vt quæ sunt in rem pupilli bona fide curet l. quicquid 7. C. arb. tut. l. 1. pr. de tut. & rat. distr. c Spectatur TVM PROCVRATIONE COMMODO RVM, quæ vel in rebus quasi-tis, vt res immobiles feruentur, itemque mobiles, nisi sint oneri aut seruando deterioris fiant l. Lex que 22. C. h. r. Vtræque rectè colendo, animalia pascendo, curando, &c. Vel in quærendis. Vt donationes vel hereditatem delatam ne repudiet, nec conditioni parere recuset l. 21. C. hoc tit. l. 4. C. arb. tut. debita vt exigit. ipsius enim est nominu periculū l. 15. l. 18. C. h. r. effectus præcipiat tum rerum aliarum naturales & ciuiles, tum pecuniæ, cuius fructus duplex. Et quidem olim si sufficiebat prædiis comparandis scænorii non collocada, sed deponi iubebatur, l. 5. pr. h. r. pœna vinculorum l. 3. §. 16. de susp. Ac si emere cessabant si nec iusti à prætoribus, vltoris plecebantur l. 7. §. 3. h. r. quæ erant pupillaris, id est, in ea prouincia vstitata. Sin Prætor iusserat, vsuræ erant legitimæ d. l. 7. & 10. id est, centesimæ quia ad eum modum lege coërcerantur. g Quod si non sufficeret pœnia nullus depositioni locus d. l. 5. pr. sed iubebatur tutor scænorii collocare intra sex menses l. 16. h. r. alias ipse eas debebat, vt & vsuras pecuniæ non exactæ intra duos menses l. 7. §. vsura 11. h. r. h Sed iure nouo ex h Nou. 72. cap. 6. omnis intra duos menses deponi iubeatur, ac si non sufficiat, iis elapsis, quantacunque sit liberum est vel in emptionem conferre, vel scænorii collocare, tutoris periculo, vel seruare & otiosam retinere. i TVM IN AMOLITIONE INCOMMODO RVM, quæ aut in debitis sub vsuris, vt ilico soluat etiam sibi l. 9. §. 5. h. r. aut in rebus quæ tempore deterioribus fiunt l. 7. §. 1. D. l. 2. C. h. r. Durat hoc officium finita tutela in causa vna vt moneat adolescentem de curatore petendo l. 5. §. 5. h. r. quem si is accipiat, omne periculū ad curatoris fidem pertinere incipit l. 32. h. r. l. vlt. C. de peric. tut. Sin accipere nolit liti cœptæ tutor, qui fuit, adstiterit iubeatur leg. vn. C. vt causa post. pub. adst. tutor l. 27. de appell. Alia negocia inchoata perficere non cogitur, nisi si finita tutela immiscuerit l. tutor 11. C. arb. tut.

NOTATA.

a l. 7. pr. h. r. l. de creat. 27. C. de ep. aud. vid. de hac cõfectione. Minzin de iur. q. 3. tertio q. principalis Piagg. q. 7. Fr. Munno de Escobar de ratioc. administ. c. 9. A. Fab. 1. l. iuris p. 12. princ. 7. ill 7. fusè & exactè 10. Gut. p. 2. c. 1. toto. Vocatur & d'vny g'aphi l. 15. de reb. pr. aut. iud. poss. & synopsis leg. 3. 11. de reb. cor. qui

sub tut. A. Aug. 4. Emen. 3. Obf. 1. Meno. arb. 171. n. 10. b Fortè quia filij interest ne secreta patrimonij padantur leg. vltim. C. de alim. pup. p. 1. l. 2. C. Quam. & quib. 4. pars. Pietas enim paterna opt. cenfetur pro liberis confilij eligere Man. in d. q. 3. n. 6. Ant. Fab. d. il. 7. vbi fecus esse ftatuit si appareat testatorum ventulle potius vt tutori quam vt pupillo prospiciat. Tunc ad officium iudicis & tutoris pertinere, vt inuentarium nihilominus fiat. Et Couar. 2. var. resol. 1. 4. num. 4. posse qui dem necessitatem hanc remitti, sed tutorem tamen cogi à iudice vt conficiat, si id visum fuerit expedire administrationi, & Gutierrez. d. c. 1. n. 39. & seq. & in repetit. l. 55. de leg. 1. nu. 412. & seq. Alij discrimen faciunt inter prohibitionem testatoris quæ valida, quia videatur facta in gratiam pupilli, & remissionem quæ inualidat, quia in gratiam tutoris. Quam distinct. coloratam vocat, & æquitatem præ se ferre scribit, Clar. §. Testa. q. 66. n. 3. & licet cõtraria receptor & sequenda sit, quam & probat Gutierrez. d. c. 1. nu. 37. & in repetit. l. memo. potest. 55. de leg. 1. nu. 409. Descriptio tamen bonorum debet fieri ad facilitate probatorem Gutierrez. d. c. 1. nu. 38. & in d. l. 55. n. 411. & num. 416. Nec improbabiler tentari potest in d. l. vltim. non tam ipsam confectioem repertorij verari, aut remitti, quàm solennitatem ac interuentum publicorum personarum per vocem specialiter & quia ter in d. leg. vlt. mentio inuentarij publicè facti Moller. 1. Semestr. 39. num. 10. Nisi dicere quis malit testatorem eo casu vetare quo ipse fortè inuentarium rerum omnium suarum reliquit. Sane ita pater ad solennitatem inuentarij in bonis filij, quibus vsus habet non adstringitur vid. not. lib. 10. c. 4. lit. F. Pater v. legitimus tutor emancipati ad inuentarij solennis confect. tenetur 10. del. Castillo contr. quodid. de vsu. cap. 37. n. 110. & seqq. Denique creditoribus non præiudicat hæc remissio vid. not. s. lib. 7. c. 3. lit. H. c. vid. Gutierrez. de tutel. & cur. p. 2. cap. 1. nu. 57. & seqq. vbi num. 58. gesta ante confect. inuentarij ipso iure irrita esse, in quo à se dissentit p. 1. cap. 12. numer. 3. 6. Cum enim arguit ibi, der causam remouendi tutorem ante remotionem est tutor, proinde ab eo gesta valeant. d. vid. Meno. arb. cap. 169. & apud quos educari debeat vid. tit. D. vbi pup. educa. Meno. cap. 168. 10. P. Sura. de alim. tit. 4. quæst. 13. Charondas Thuriorum legislator educationem hanc cognatis (à matre) agnatis autem qui soli futuri pupillo heredes, curam bonorum committi voluit, ratus ita & infidiarum exfortes effici minores, & res eorum diligentius administrari Bap. Egnat. Racemat. cap. 12. & Et iurare cogitur omnia se recedè & cum vtilitate gesturum, nec vilia prætermitturum, nec inutilia admitturum per l. 27. C. de ep. aud. vid. Manz. in qu. 3. 3. a. q. principalis nu. 7. Gutierrez. p. 1. c. 12. nu. 31. f. De quo & quatenus vid. Hart. Piff. lib. 1. q. 49. vbi dicit Nomina prius contracta vel à patre pupilli, vel ab antecessore ita periculo sunt tutoris si lata in non exigendo negligentia minus idonea effecta leg. 2. C. arb. tut. vbi pupillo probandum tunc cum suscepta tutela fuisse idonea. Quæ verò tutor ipse contraxit in iis præstanda lata ac leuis culpa, non tantum in contrahendo, vt si illi credidit, cui diligens paterfam. non credidisset l. 37. §. 1. de neg. gest. l. 7. C. arb. tut. Sed & in exigendo, ita tamen vt tutori probandum sit tempore mutui dati nomen idoneum fuisse per l. 1. §. probatio 13. de magistr. conuen. Quo probato si pupillus dicat negligentia nomen deterius redditum ipse probet, per l. chirographis 57. in fin. p. h. t. Quod si omnis culpa in contrahendo absit, nec mora in exigendo commissa, exfortis periculi tutor d. l. 37. §. 1. De neg. gest. leg. 50. hoc tit. Nec enim ratio est vlla, cur maior in nominibus diligentia præstanda, quàm in aliis rebus. Alias cum olim inuiti etiam fœnerarent, nunquam sibi satis à periculo cauere potuissent. Sanè si apud numularios, publicè idoneos habitos, pecunias collocauerit excusatur etiam illi deinde foro cedant Bart. in l. 10. C. de pig. act. arg. eius l. & refert ac probat Don. nofter ibid. num. 17. Sed nec diem soluendi debitoribus prorogare potest, vid. Fachin. 12. Contr. 56. g. Ant. Fab. 1. Iurisp. 7. princ. 7. ill. 11. vbi tamen satis audacter d. §. 7. & 3. seqq. Triboniano adscribit, ceu à iuris ratione alienas. h. Don. nofter hic d. l. 15. videret (non enim satis clarè prodidit) accipere de vsuris præstandis à tutore pecuniæ fœuori non positæ d. l. 7. §. 11. verò de vsuris pecuniæ sine illis debita non exactæ. Sed melius opinor, Cuiac. §. obf. 12. & de dim. temp. præfer. c. 13. ex Nou. 72. c. d. in fin. ita: Primo anno sex menses dati fœnerandis pecuniis, seqq. singulis duorum mensium inductæ redigendæ & rursum ponendæ, quod tantum temporis ad id necessarium videatur. Ideque sing. annis duo menses immunes à præstandis vsuris pupillatibus & A. Fab. 1. Iurisp. p. 12. princ. 7. ill. Andr. Rauchbar. p. 2. qu. 26. n. 1. i. a. h. b. no. uiffimè C. h. t. Couar. tamen 3. var. resol. 2. n. 1. scribit teneri hoc die tutorem pecuniam vel in emptionem præditorum expendere, vel mercatori tradere ad partem honesti & liciti lucri

recipiendam, iuxta mores regionis, Ideoque si frequens annuorum reddituum venditionis vsus non excusari, qui otiosam retinuit pecuniam, sed teneri ad id quod interest. Quin Rauchbar. p. 2. n. 26. n. 6. hodie ferè recessum à dispositione d. Nou. 72. & ad ius vetus redditum testatur. Sed H. Piff. lib. 149. n. 20. & seqq. non obscure agnoscere videtur, nec hodie necessitatem fœnerandi iniungi tutoribus. Quod si tamen steriles titor nummos non esse voluerit, tamen videri possit omnino nonnumquam periculum ad eum pertinere etiam circa culpam contingens per d. N. 72. cap. 6. in fin. & quia impudari possit ipsi cur vitro se in id periculum coniecerit cum domi seruare pecuniam licuerit, aliud tamen dicendum & disting. esse, vt not. s. lit. F. cò quod saluè æstimatione viz fœnerationem permittere possit, nec suspicione vacet, quod nummos in suos ipse vsus verterit. † Vid. & Manz. in qu. 3. verba q. principalis num. 9. Cuiac. in Nou. 72. To. Bap. Cojta de facti scientia & ignor. dist. 24. cont. 1. Fr. Munoz. de Escobar de ratiocin. administr. cap. 14. † Rusticum tutorem excusari quod nummos pupillares non fœnerauerit, Repp. Chopp. lib. 1. d. priuile. rust. p. 1. cap. 5.

C A P V T XX.

Obligatio tutorum.

HINC OBLIGATIONES TYTORIS DVPLEX: GESTI, vbi eadem præstationes de rebus quas sitis, quæ in voluntaria s. c. 15. lib. 7. C. arb. tut. & de malè gerendo omiffis, culpa quæ in faciendo, præstanda etiam leuiffima, si non debita soluit, inidonea prædicia emit, mala nomina contraxit l. cum quaritur 16. h. t. a vbi si quædam nomina bona, quædam mala pupillus, aut omnia agnoscat, aut ab omnibus recedat, d. l. 16. ET NON GESTI d. l. 7. vbi tantum consuetat in rebus suis diligentia exigitur l. 7. §. competit 2. l. 33. p. h. t. l. 1. p. de tut. & rat. dist. licet negot. gestorum vt s. leuiffimam culpam præstet. Ratio differ. quia tutor non se sponte immiscet, ac ad gerendum accedit, sed iure compulsus. Excusatur igitur si præstet, quantum bona fide pro capto suo, potest. b Vnde & in iis quæ fecit non nisi lata culpa præstatur, si id faciendum nominari et iniunctum vt emptio præditorum l. 7. §. 2. h. t. c ACTIONES DVPLICES. PRINCIPALES DVÆ, EX QVASI CONTRACTV §. tutores 2. l. de O. qu. ex contr. vt l. Directa tutela d. §. 2. 2. de rationibus distrahendis l. 5. §. 1. D. h. t. rub. & l. 3. de tut. & rat. dist. quæ de rebus subtrahitis in duplum, cui simpliciter add. ll. ET ACCESSORIÆ DVÆ: Aduersus fideiussores ex stipulatu t. t. D. de fidei. & nominat. 3. & aduersus pignotrium possessoris Hypothecaria, sed nihil in his ferè proprium. Sola actio tutela huius loci. Quæ datur et i restator immunes à rationib. reddendis esse iusserit l. 5. §. 7. h. t. d vbi ratio Accedit quod remissio illa turpis & ad delinquendum inuitat, ideoque irrita, vt quæ cauetur ne dolus præstetur. Non autem nisi tutela finita l. 4. p. de tut. & rat. e Ac si plures tutores temporè prius conueniendus qui gessit, eiuque fideiuss. l. plur. C. de diuid. tut. l. 39. §. 11. h. t. f Si omnes gesserint, singuli in solidum tenentur l. 2. in fin. C. d. l. 6. in fi. C. arb. tut. Sed tria beneficia: Diuisionis si omnes soluendo, g g cessionis. Si vnus solidum soluere paratus, pupillus illi cedat act. contra contutores. h Et actionis in factum vtilis, quæ datur ei qui soluit, cessione non facta, i hac in l. 1. §. tractemus 10. & seqq. de tut. & rat. dist. nisi i quid communi dolo gestum vbi singuli sui delicti partem subeunt d. l. 1. §. 14. Si nullus gesserit omnes tenentur l. 55. sed diuisionis beneficium habent leg. 38. hoc tit.

N O T A T A.

Periculum nominum finita tutela quando ad tutorem a vel.

vel pupillum spectet & de intellectu d. l. 16. vid. Hart. Piff. lib. 1. q. 49. num. 15. & seqq. vbi num. 19. Si à tutore debita diligentia præstita, nomina licet minus idonea agnoscere debere pupillum. Nec resistere d. l. 16. cum ibi hoc solum designiatur, an si quædam nomina sint quæ pupillus agnoscere non tenetur, ea periculo tutoris committere liceat, approbando nomina idonea. Quæ verò sint illa nomina de eo nihil illic exprimi, aliunde petendum. Quin & d. l. 16. non loquitur de nominibus simpliciter malis, seu deperditis, sed malè contractis, vbi culpa interuenit tutoris in credendo. b Et quod leuiff. culpam non præstet P. Fab. ad l. 23. de R. l. p. 14. Delrio ibid. cap. 13. & Boer. cap. 4. num. 11. Nec obstat l. 4. C. de perio. tut. vbi casus fortuitus non imputari habetur, Omnis igitur culpa imputabitur. Nam non est, air P. Fab. rescriptum integrum, sed vna totius rescripti portio. Nec argum. istam ill. Cod. ad quæstia & hypotheses rescriptis, admittenda. Dissent. Cuiac. ad d. l. 23. Hor. in §. suspensus 6. l. de susp. tut. e vbi specialem casum proponi vult Delrio d. c. 13. p. 219 per verba in hac parte quia in prædis comparandis etiam idonei patresfam. facile falli soleant. Sanè nofter Don. fecum in hoc capite pugnare videtur, dum S. lit. A. exemplum leuiff. culpæ præstandæ ponit in prædis non idoneis comparatis. Sed forte illic sentit de emptione facta citra necessitatem iure impostam, d. de negotiis, vt Pand. Florent. non analogista, vt vulg. libri habent teste Pio Anton. Bartolino anctor. cap. 43. qui mauius lobistas. Valeat tamen remissio rationum reddendarum ad hoc vt culpæ nomine conueniri nequeat. Modus enim exigendis rationibus adhibitus censetur & remissa culpa scrupulosa fiat inquisitio, arg. leg. 119. de leg. 1. Molla. 1. Semestr. 39. num. 8. Loanes. rer. quodid. cap. 32. nu. 1. & A. Fab. 1. Iurisp. 12. princ. 7. ill. 5. Eodemque modo accipiendum legatum damni quod quis ex tutela senserit relictum d. l. 5. §. 7. in fi. nec assentiendum Ant. Fab. d. lo. putanti & id damnum contineri quod doli ratione condemnationem tutelæ aliàs venire debet, quia hic nulla doli expressa mentio sit. Ergo per l. 195. de R. l. & quia legati effectus ad præteritum dolum, qui remitti potest, pertinet † Qua enim fronte negabitur hæc ratio non æquè vitam fraudibus aperiri, aut qui magis tacita pactio doli remittendi valebit quam expressa, vid. lib. 16. c. 6. Si sanè dolus præteritus tempore quæ dies legati cedit, at non tempore agniti legati, aut quo notitiam habere cepit legatarius, idemque tutor liberè sibi & impuæ, posita Fabri sententia, in res pupilli grauari licere. Quæstio; Num rationum reddidio eo ipso remissa quod inuentarium conficere vetuit testator? Moller. d. cap. 39. num. 7. negatiuam quidem crebriorè, sed affirmatiuam opinionem, sibi vtiore videt scribit, quia rationes reddi nequeant, si ne inuentario, eorum capite ac fundamento. Verum cum eod. c. nu. 10. tradat ipse Moll. illa prohibitione solennia remissa censeri, non verò ipsam descriptionem rerum, priuatiu adhibitis amicis & cognatis vid. not. c. prat. lit. A. inde liquet hoc fundamentum esse arenosum. † De rationum redditione generatim, quæque in ea obseruanda vid. P. Heig. p. 1. q. 20. Menoch. arb. cap. 209. Fr. Munoz. de Escobar de ratiocin. administr. vbi c. 3. & passim de ea cui tutores obnoxij, de qua fusè l. Gutierrez. de tutel. & cur. p. 3. c. 3. e Obstat l. 4. C. de reb. cred. Resp. Sed ibi tutor anaphorice qui fuit, scil. finita tutela in pupillari ætate vel adiecti temporis, conditionisve euentu, vel suspecti remotione Rad. Forner. 6. rer. quodid. 14. & Sotser. lib. 4. de Iuram. cap. 2. num. 27. Iure Sax. singulis annis tutores rationes reddere coguntur Moller 1. Semestr. 39. num. 1. Heig. d. q. 20. num. 42. f De ordinis beneficio quatenus eo vti possint tutores vid. Gutierrez. p. 1. de tutel. cap. 15. n. 10. & §. seqq. P. Greg. 13. Syn. 10. num. 12. fusè Hart. Piff. li. 1. qu. 6. 8. vid. Gutierrez. d. c. 15. num. 16. & seqq. P. Greg. d. cap. 10. numer. 13. Probandum autem opponenti hanc exceptionem reliquos esse soluendo H. Piff. d. q. 6. num. 14. h. Gutierrez. d. c. 15. num. 28. & seqq. P. Greg. d. c. 10. num. 14. A. Fab. 1. Iurisp. 12. p. 8. ill. 18. i Nec ideo superuacuum remedium cedend, act. quia excessione transferret exercitium directarum actionum, Gutierrez. d. c. 15. num. 30. & seq. Estque speciale in hoc casu fauore pupilli. Nec in fideiussoribus vno soluente huic remedio locus l. 11. C. de fidei. vbi Don. num. 2.

C A P V T XXI.

Contraria tutela actio.

ET PVPILLI §. 2. l. de O. q. ex contr. l. 1. p. de contr. tut. act. vbi ratio, a siue quid absit tutori, siue quid abfuturum l. 3. §. 1. h. t. & si gestum euentum aduer-

sum habuerit d. l. 3. §. sufficit 7. b Nec tantum conuentus b tutor potest vicium reputare, quod impendit, sed & omiffa compensatione; vitro petere, modo ea non prius opposita ac reiecta l. 1. §. h. t. Datur autem hæc finita tutela l. 1. §. finito 3. h. t. Salarium verò tutori non debetur, nisi ab eo, qui dedit, constitutum sit l. 33. §. vltim. de adm. tut. c Nec sumptus qui in tutorem sunt, nisi e facti sint in iter gratia pupilli susceptum, vbi tamen deducendi ordinarij sumptus, quos domi fecisset d. §. vlt.

N O T A T A.

a De hac act. fusè A. Fab. 1. Iurisp. 12. p. 9. ill. 19. & 10. a seqq. P. Greg. 13. Syn. 11. b In quo differt à neg. gest. act. contraria. Est enim in ea idem sit, si contra alium exercetur, non tamen si contra pupillum, sed præcisè requiritur vt sit loquutor, A. Fab. d. l. 49. vid. S. c. 16. lit. B. Ac si pro pupillo se obligauit agit vt liberetur, l. vlt. de h. v. de quo vid. Cuiac. 26. obf. 10. Ant. Fab. d. p. 8. ill. 22. e vid. Io. Gutierrez. de tutel. p. 3. cap. 2. Iure Hispanorum tutoribus pro administrationis onere decima pars fructuum cedit, de quo fusè Gutierrez. p. 3. tota. Iniquior quorundam Gallæ locorum consuetudo, qua omnes fructus nobilium pupillorum percipiunt.

C A P V T XXII.

Officium Curatorum.

EADEM IN CVRA. Quæ enim de tutoribus cõstituta de curatoribus quoque accipienda l. 8. §. 1. de reb. eor. qui sub tut. l. 4. §. 2. a. de doli exc. l. 2. C. de dir. tut. l. 20. l. 22. vlt. §. vlt. C. de adm. tut. C. de peris. tut. & cur. l. 7. C. arb. tut. DVO DISCREPANT. ACTIO quæ hic negotiorum gestorum vtilis l. 7. C. arb. tut. l. curatoris 17. C. de neg. gest. a ET TEMPVS AGENDI. Hic enim agi potest a etiam curâ perseuerante l. 16. §. vlt. de tut. & rat. dist. l. 26. de adm. tut. quia curator rebus non personæ datus, b Ergo prout quæque res finita eatenus eius admini- b stratio, si scil. de specie vnâ damni dati agatur, secus si totius curæ ratio reposcatur l. 1. l. ratione 14. C. de adm. tut. c

N O T A T A.

a Quod fortè admittendum vbi vnus gestiois specialis, a non certè vbi totius curæ ratio reposcitur. Tametsi Cuiac. 17. obf. 7. velit & tum dari generale neg. gest. actionem. Et hoc ipso hæc iudicia distare, quod tutela semper generale, neg. gest. etiam speciale & de vno negotio curatiois esse possit. † Pufsen Par. de tut. & rat. dist. act. tutelæ vtilem dari vult contra curatorem, cum qua concurrat act. neg. gest. & act. vtilem ad exemplum tutelæ competitorè P. Greg. 13. Syn. 10. num. 4. Mihi verò videtur contra curatorem quocies vniversalis iudicio de totius curæ gestione, conuenitur esse actionem curatellæ directam, eandemque contrariam curatori contra minorem, nec cum vtraque vel alterutra concurrere act. neg. gest. quæ iudicium speciale & particulare. Quid moueor i. regula generali d. l. 8. §. 1. & simil. Quare directæ actio curatellæ curatori & in eum datur, non vtilis, quia & directæ est quæ ex sententia legis l. 6. §. 1. de V. S. 2. per l. 1. §. 2. de contr. tut. act. vbi curatori datur contraria tutelæ actio, eademque directæ non vtilis, cum non alia sit quàm quæ tutori 3. per l. 3. C. arb. tut. vbi contra curatorem iudicium tutelæ, vtique directum, quia nec vox vtilis adiecta nec similia verba, & exemplum, exemplo eius act. ad instar. & c. quibus vtilis act. denotari solet. Vocatur autem tutela quia vt ll. tutoris appellacione sæpe comprehendunt curatorem, ita & tutelæ curam. 4. Actio Protutelæ quæ à neg. gest. act. distincta l. 1. §. 6. de eo qui pro tut. datur etiam procuratori & contra eum, rub. de tit. Quod si in eo ordinaria ad directæ actio, quanto magis in vero curatore, ne plus tribuatur fictio curatori. Plus enim est aliquantò habere act. directam, quæ ordinaria l. 12. de relig. quam vtilem. 5. Maior cognatio est curæ cum tutela, quàm cum neg. gest. vtilitatis. 6. Facit l. 12. C. de her. tut. vbi datur contra heredes curatoris ob administr. omiffam & non gestum vtile iudicium. Ergo ex gesto directum, per l. 4. §. 3. Rem pup. sal. fore. 7. Act. neg. gest. voluntariæ administr. propriam esse vult

ipse Don vt Sr. 7. l. 1. G. 8. In quibusdam discrepat. neg. gest. actio, ab act. tutelae in effectu. Vt quod contra pupillum non datur nisi in locupletior, quod in eam venit etiam leuissima culpa. Quid igitur si curator pupillo, casibus certis datus vtiliter gesserit, sed gestum successu cauerit, &c. Non obstat d. l. 17. C. de neg. gest. Nam ibi heredes conueniuntur ex propria gestione post finitam curam. Putarunt enim officium administrationis adhuc durare & ad se spectare vt verba ipsa arguunt Iunge l. 6. C. d. l. Sic d. l. 7. C. arb. em. ita exponenda in neg. gest. iudicium quando scil. de vnus negocij damno agitur, vbi iudicio tutelae generali seu vniuersali, per illius naturam, locus esse nequit, &c. b. Cuiac. 17. obs. 7. Ratio potestatis, ait, hanc diff. facit, quam tutor in pupilli caput habet non curator. Quia nec vlla alia actio est pupillo in tutorem, ex causa quae coepit tutelae tempore l. 10. de iur. & rat. dist. c. Quia & hic rationi quae in l. 9. §. 4. de iur. & rat. dist. locus. Quia nec si vltro rationes antea reddat, curationis oneribus ac periculis defungitur, Parlador. 1. rer. quotid. 1. 2. numer. 4.

CAPVT XXIII.

Obligatio in iudicio diuisoria.

AVT MIXTA (vid. sup. cap. 18.) cui locus inter heredes, socios, & quibus agri confines, vbi communio oblig. parit, cuius duae partes l. 22. §. 4. Fam. etc. Rerum diuisio, vbi actio in personam ex quasi contractu & obligatio partim voluntaria, si quis rei communem partem suam alteret. Sic enim teneri definit l. 9. C. Com. vr. iud. partim necessaria si in communione maneat. Iudicio autem Famil. ercisc. solus recte agit heres, siue possideat ipse siue coheres conuentus l. 1. l. 25. §. 2. Fam. etc. Ac si heres esse negetur de eo cognoscit iudex d. l. 1. in fi. contra coheredes, ita vt nisi heres fuerit nulla sit iudicati actio, quamuis si condemnatus rem tradiderit non repetat l. 36. h. t. Potest & de pluribus hereditatibus, ex diuersis causis communibus vnum iudicium suscipi leg. 25. §. 3. d. t. vt tamen & de qualibet seorsim possit d. l. 25. §. 5. Immo aliquando iudicium instituitur cum aliquo de hereditate, quae cum illo non est communis d. leg. 25. §. 4. Amplius autem quam semel hoc iudicio agi nequit, nisi causa cognita l. 1. C. 20. §. 4. D. d. t. ET PRAESTATIONES PERSONALES. QVA VERSANTVR IN COMMODIS. Vt sunt res quae ad vnum peruenire, & fructus l. 3. C. d. t. §. 3. Inst. de O. q. ex contr. §. 4. l. de off. iud. Partes vero quae diuisae ad socios pertinent in diuersa causa, idem de debitorum exacto non Fam. etc. sed neg. gest. actio l. 25. §. 4. d. t. vt & de pretio rei venditae l. 20. C. d. t. ET INCOMMODIS, vt sumptibus l. 18. §. 3. d. t. in rem communem factis bona fide, non ex delicto l. 44. §. 5. cuius partem gerere non potuit, nisi sociorum partes attingeret. ex gr. si agros coluit, debitum sub poena aut pignoris soluit l. 25. §. 15. §. seq. d. t. Quod si sine poena aut pignoris debitum soluit neg. gest. act. d. l. 25. §. 16. AC DAMNIS ab vno sociorum illatis: facta, ex gr. si chirographum deleuit l. 16. §. pen. d. t. negligentia, si qui prior adit heredit. non vtendo, seruitutem perire passus l. 25. §. 18. b. Vel quibus causam praebuit vnus, si fecit vt poena committeretur l. 44. §. 5. hoc tit. Reliqua petenda ex comm. ad §. quadam 20. Institut. de act. quod noster remittit.

CAPVT XXIII.

Obligatio ex delicto.

TERTIA OBLIGATIONIS CAVSSA, b MALEFICIVM, cum de eo peculiariter agitur §. vlt. Inst. de Obl. Differt a crimine, vt genus a specie, quia Crimen est delictum l. 1. l. quadam 14. de pen. quod accusatio ad vindictam iure publico paratam habet. Hinc

criminatori pro accusare & crimen pro accusatione Cic. pro Rosc. Sic cu dicitur mortexlingui l. 6. de publ. iud. delictum enim non tollitur. Delictum autem genus, est, quicquid fit aut omittitur, quo a precepto diuino & lege naturae desectimus, delinquere quasi linquere quod sequi debeas. Maleficium species quo fit aliis male. Nam hoc solum non priuatis obligat, quia si peccatur aduersus Deum vel nos ipsos, vel si quid imprudenter, ignaue, timide, intemperanter in nobis admittimus, vel nulla coercitio, vel non talis priuato obliget. Et quidem si in faciendo, secus si in negligendo vt si quis cum possit, ab alio non propulset iniuriam, res alterius perire patiarur, quod alterum iniustitiae genus Cic. i. off. nec tamen eius nomine actio l. 13. §. 2. de V. s. Quia iusta causae esse possunt. Quid enim si viribus quis suis diffidat aut periculum metuat. Quid si vereatur ne aliis suspectum sit officium suum, aut in re aliena curiosus esse nolit. Potest quidem esse vt ex dolo vel lata culpa quis haec neglexerit, sed quia non de eo constat, nec in id inquirunt. EST Igitur FACTVM OMNE QVO NOCETVR DETRAHTVROVE QVOD ALTERI. Ex conatu vero id est facto instructo ad nocendum, si euentus non sequutus, nulla actio l. 15. §. 10. de iniur. Exceptio d. t. in calumniatoribus, qui pecuniam accipere ad negocium alteri iudicio faciendum vel non sciendum, vbi intra annum in quadruplum, postea in simplum actio l. 1. pr. l. 3. §. si quis 7. de calumn. 2. in sollicitatore serui alieni vt furtum faciat, vbi actio furti pariter & serui corrupti §. 8. l. de Obl. ex del. l. 20. C. de furr. ET VEL IN PERSONAM INFERTVR VT INIURIA. (Vel in res vt infr. cap. 25.)

NOTATA.

Moneandus hic lector bis in Comm. Donelli hunc numerum XXIII. postum errore quodam. Qui error scriptis vt que ad finem huius libri. Vnde nec mihi eum mutare, & hic 24. reponere integrum. ne alias in seqq. capitib. numerus non conueniret. b Et quidem verum. Nam propria quoque creditor cui ex delicti causa debetur vt recte contra Ale. Goad. ad l. 12. pr. de P. S. n. 8. Nam in d. l. 12. pr. verba mihi videtur modestia sunt, non dubitantis, nec in proprietatem notantis. Ac licet nulla hic fidei habenda subit causa, facto tamen in creditum itur. Neque haec merè ciuili obligatio vt quidem volunt, relati à Pinello in aut. nisi C. de bon. mar. nu. 32. & Goad. ad l. 6. pr. de V. S. num. 7. & Vasquio 2. ill. coner. 55. nu. 1. ob defectum, aiunt, consensus. Sed imò & naturalis ex delictis oblig. nascitur Goad. d. l. 10. num. 8. & seqq. Vasq. d. cap. 55. nu. 2. & 3. P. Gilken. de praescript. p. 1. c. 5. Eademque non tantum ex naturali aequitate, quae committi delicta prohibet, l. 1. §. vlt. de furr. commissa puniri luadet. vt Gilken. d. l. 10. nu. 8. & seqq. Verum & ex consensu, seu ipsius delinquentis voluntate, Vasq. d. l. 10. & lib. 1. de success. vent. §. 10. nu. 665. Nam reos ipsos se poenae subdere l. 34. de l. f. si suaque mente puniri l. vlt. C. ad l. l. l. maieff. legimus Et vocamus amatores periculi Nou. 7. cap. 5. in pr. Et quia leges ex consensu obligant ac quisque se legibus subicit voluntate sua, dum se ciuem gent. Vnde qui vult antecedens, delinquere, necesse est velit eidem consequens, puniri Hinc D. Paulus ad Tit. cap. 3. §. 11. haereticum à seipso damnatum dicit, quod Tertul. lib. de praescript. adu. haereticos refer. Rad. Forner. 6. rer. quotid. 2. r. exponit, quia in quo damnaretur, sibi elegit. Nemo nocens vel se ipso iudicio absoluitur, & nemo ita est ab humanitate alienus, qui si modo peccare se intelligat, sibi ipsi non displicet, & idem nullo impellente sua ipse delicta detestetur Camp. lib. 1. de ingratitud. citante Herm. Esai. Rosac. praed. forens. cap. 43. num. 83. Qui maullt verè vult l. 22. de vi nupt. At delinquens maullt leuitate coerceri, & c. l. vlt. Cod. de coll. fund. patrim. Verus igitur hic, licet tacitus, non fictus, vt vult Gil. d. l. 10. nu. 15. consensus Tamest enim verbis gratia, homicidia gladio se ferri simpliciter non velit cum nemo sibi ipsi male velle, adeoque vt Apoll. inquit Ephes. 5. §. 29. carnem suam odisse possit, tamen quia scit eam poenam homicidii statutam, nec ab illicito facto sibi temperat vindictae cupiditate & affectibus victus, sua sponte ruit in exitium, dum non vult quidem simpliciter se supplicio affici, aut

aut maullt quam vt iniuriam ei, à quo se laesum putat, remittat, vel exitiale iram odiumque interfectione crutum delect. Voluntas in bonum semper fertur aut reuera tale aut quod existimatur i. Eth. Nicom. 1. Boni rationem habet leuius malum, quod eligitur fugiendo maiori Cic. ad Off. Et multa quae per se nolimus propter aliud. Hac autem ad iudicia nostra referuntur magis quam ad veritatem rerum 10. Lodon. Viues de Consultat. p. m. 360. Corrupto itaque intellectu & praui affectibus subingato eligetur, quod falsò licet, peruerso tamen mentis errore, videtur, minus malum, delictum, illique consequens poena obligatio, vt malus, quod falsò videtur, videl. coercitio affectuum, & intermissio delicti euitetur. Vbi ad scientiam accedit factum non facile abest voluntas. Qui scit actum aliquem quid operari, si eum perficit, vtique eo facto velle intelligitur, quod operatur. Sic & in aliis causis obligationum accidit, vt qui in causam consentit, is etiam in effectu ac ipsam obligationem. Nec regeat quis spe impunitatis ductum videri delinquentem & putasse delictum occultum futurum, abtulerum vtique si poenas sibi dandas certo sciet. Nam vrut ita saepius fit, idem tamen vel simile in contractibus euenire solet. Saepè enim verbis gratia mutuum quis accipit, non animo reddendi, sed firmo proposito eludendi & suo fraudandi creditorem. Quis ideo dicit obligationem tunc mutuo consensu defici, nec voluisse restitutionem obligari debitorem. Et coniungenda quoque obligatio ab effectu & executione obligationis. Obligatio ipsa, vti cooritur contractui, ita & delicto, nec absque ea vel contractus vel delictum momento consistit. Quare sicuti ex gr. creditum accipiens, frustrandi fraudandi que creditoris spe, vt saepe fit, consentit tamen in id vt obligetur, cum sciat non posse esse quin ea ratione fiat debitor. Ita & delinquens cum sciat esse non posse, quin fiat reus poenae illi delicto praestituae, in id consentit Quare bellissime dici potest vti omnis pure contractantis, ita & delinquentis ex prorexi & voluntario delinquentis consensum in omni obligationem semper esse purum & absolutum, licet quandoque tam illius quam huius consensu in executionem obligationis possit esse conditionalia, spe videl. implendi contractus necessitate effugiendi, vel impunitatem sceleris consequendi proposita. Nec ideo minus hoc quoque casu verus consensus. Sicuti enim qui sub conditione promittit, foret si nauis ex Asia redierit, & si cogitata nauem nunquam redituram, non tamen ea aduentante potest negare se ex consensu obligatum fuisse, & sicuti qui se periculo obstringit in deposito, omnem casum fortuitum recipiens est: sperauerit nunquam eum casum euenturum, tamen eueniente ex voluntate sua praestat, ita & hic spe elusa, &c. Exemplo res aperius patefiet. Sumamus delictum, cui leuior poena, verbis gratia, Furtum cui iure veteri poena dupli vel quadrupli. Nam quia in hoc delictorum par conditio idem in alio esse apparebit, siquidem haec non nisi maioris minorisque ratione distincta. Furtur igitur, (iuxta ius vetus) simpliciter quidem vult se furem & furti obligatum esse, aut non simpliciter vult domiuo cui subripit duplum restituere. Lucrandi enim habet animum, non sua perdedendi aut rem maiorem minori commutandi. Sed quia sperat se impunem abiturum, idcirco futurorum securus quidem, non tamen certus furatur. Semper autem scit posse contingere vt vel aurophaga deprehendatur vel postea furtum detegatur. In eum igitur euentum se vult teneri ad duplum vel quadruplum. seu maullt se, si aliquando manifestetur maleficium dupli poenam dependere, quam praesens & certum, quod praemanu habet. Lucrum omittente. Neque mirum. Nam & alias, extra causam delictorum, homines leuiore modicum praesens praesertur futuro maiori, etiam certo. Quae causa est transactionis alimentorum inhingendae l. 8. pr. D. transact. Nec alia ratio delictorum grauiorum, vel quibus poena grauior. Sic furtum committens hoc tempore, non vult simpliciter suspendium sibi dici & gulam laqueo fraagi, maullt tamen in euentum dulcedine lucelli praesentis allectus. Sic qui malignis artibus dediti, aburato faceri lauari foderi fideique & religionis professione abnegata damnosus se seruitio mancipant, eiusque nefandis facris iniantur, itaque se aeterno exitio addicunt non simpliciter vult horrendas aeterni supplicij poenas, malunt tamen miseriam hominum, quam vt leuissimum temporarium commodum omittant. Sanè si tempus praesens, quo poena de reis exigitur, intueamur, eo nec volunt, nec malunt, sed maxime nolunt. At initium & origo, aequè ac in contractibus l. 8. pr. Mand. inspicienda. Nam vt contractus ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis dicitur ex l. 5. C. de O. & A. Et vt actiones ex obligationibus voluntatis profectae in iuribus exercentur leg. 83. de V. O. atque ita ad

praestandum compellitur qui non vult soluere, quia antea voluit, dum conuentionem liberè iniecit. Ita & delicta ab initio sunt voluntatis, vt male faciendo delinquens se ipsum sciens adeoque & spontè, nec iniuritus, poenae faciat obnoxium, proinde & sciens in poenam consentiat, licet tum forte cum de eo sumitur, illam maxime refugiat. Vnde confessi sua sententia damnari dicuntur l. 1. de confess. Quod & scire a contrario, inquit Laco ille, quisquis fuit, qui reo dicitur Nolens deliquit: Nolens itaque reposuit, poenam luito. Plus. in Laton. apbo. Obicitur, Oblig. ex maleficio re tantum consistunt l. 4. de O. & A. Resp. Etiam contractus reales re consistunt & societas redicitur quandoque contracti, &c. Nec vrget vocula tantum, & verba seqq. Nam hic sensus Caij. Non vt contractus alij reales, alij verbales, alij solo consensu, consenti, ita & delicta quadam solo consensu consistunt, sed omnia praeter consensum habent rem id est factum ac ipsum maleficium. De acceptionibus delicti criminis, maleficij, sceleris, flagitij, facinoris & similium vid. Tiber. Decia. tr. Criminal. lib. 1. d. Plures exceptiones & in delictis publicis, quas persequi huius non est loci nec instituti.

CAPVT XXIV.

Iniuria.

INIURIA, generaliter dicitur omne quod non litescit, specialiter, quod in personam cuiusque infertur, quae & contumelia à contemnendo pr. l. 1. l. 1. pr. Dist. 1. QVAE VEL EST PRIVATA, EAQUE AVT COMMVNIS; Vt factum omne quo alterius persona laeditur, SIVE CORPVS VIOLETVR, b cadendo, b pulsando, vulnerando l. 1. §. 2. l. 5. h. t. siue libertas minuatur, prohibendo piscari in mari, in publica veterari leg. 13. §. vlt. h. t. re sua vt leg. 25. de act. empt. SIVE EXISTIMATIO. VERBIS probrosis, si conuicium fiat leg. 15. §. 2. & seqq. quod appellari vult Vlp. d. l. 15. §. 4. quasi conuicium à collatione vocum. Idque vsui veterum conuenit, qui pro vocis contentione vsurparunt Cic. passim, Quintil. in pr. Inst. orat. efflagitasti quotidianum conuicio, Columella de cultu horior. Perpetitur querula semper conuicia rana, & quantitati syllabae antepen. Sed Valla 6. eleg. 52 à vitando cum vitanda obiciantur vel à vitio deriuat cum plura vitia seu probra in aliquem ingeruntur. Quod significationis rei congruentius, quia potest & sine vociferatione fieri. c Nec obstat vsus praedictus, quia cum saepe fiant vocis contentiones, tracta haec vox ex similitudine ad eos qui vehementer aliquid petunt, quasi exprobrantes vitium, illis à quibus petuntque, si negaturi. Est autem quidquid turpitudinis quamcunque significationem apud honestos viros habet. Nec enim solum si furem quis vocet latronemque, sed & si debitorem, qui non est d. l. 15. §. 33. Eo ipso enim vel vilem esse, inquit, cui non sit quod soluat, vel improbum, qui debitum inficietur. SCRIPTO, libellis famosis §. 1. l. h. t. d vbi grauior iniuria, quia ad plures peruenit, ac laetentior est, ad quam homines procliuiores. Ideo praeter iniur. act. hic actio l. Corn. qua condemnatur fit intestabilis l. Lex Cornelia 5. §. 9. Ac tenetur ea non tantum qui composuit, sed & qui scripsit vel dolo fecit vt fieret d. l. 5. §. pen. item qui inuentum non apud se continuit aut corruptit, l. vlt. C. de famof. lib. e Eadem poena in iis quae producturum sine scriptura, vt picturam & imagines d. l. 5. §. pen. Vbi si non cognoscitur quis notetur res publica quaestione vindicatur l. 6. h. t. ET FACTO, quod mouet probri suspicionem: Si matronae comitem quis abduxerit. virginem appellauerit vel affectatus l. 15. §. 15. & 9. seqq. h. t. vbi vide; si bona tanquam debitoris occupauerit §. 1. l. h. t. Si ad iniuriam alicuius veste lugubri aut ignalida vratur, barbaram: capillosve demittat d. l. 15. §. 27. Mos enim apud Rom.

Rom. vt prouinciales à magistratibus læsi Romæ eo habitu ad commouendam misericordiam vterentur. Rude in amor. post. ad P. ibid. f. vt autem INIURIA SIT TRIA HÆC CONCVRRERE OPORTET. I. VT CONTVMELIAE CAVSSA FECERIT leg. 13. §. 1. leg. 16. §. 23. & 33. Et affectu enim faciendæ consistit l. 3. §. 1. h. t. quæ abesse intelligitur vel ex conditione personæ, furiosæ, & doli non capax d. l. 3. §. 1. vel causâ faciendæ, quales tres. 1. Casus: Si seruum ferire volens adstantem percussit l. 4. h. t. 2. Faciendæ necessitas: Si magistratus bona distrahi iussit, vel apparitor in carcerem ire vi compulsi l. 13. §. 1. & 2. 3. Voluntaria causâ probabilis, vt ioci & colludendi l. 13. l. 15. §. 23. officij d. §. 23. instituti, modica castigatio præcepto l. 5. §. vlt. l. 6. ad l. ag. II. VT IMMERTIO LAESVS. Nocentes enim infamari expedit l. eum qui 18. pr. h. t. h III. VT STATIM AD ANIMUM REVOCAVERIT. Diffimulatio enim remittitur ac aboletur §. vlt. l. 1. l. 1. §. 1. D. h. t. ACTIO DVPLEX: CRIMINALIS §. pen. l. vlt. D. h. t. quæ non est huius loci, & CIVILIS, quæ persequitur pœnam pecuniariam actori, non fito, dependendam; k POENAE ex lege 12. tab. ob membrum ruptum talio, aliarum pecuniaria, I nunc in totum PECUNIARIA. Estimatur enim ad certam summam, quam moderatur magistratus §. pœna 7. l. leg. 15. §. 28. h. t. pro leuitate aut atrocitate iniuriæ, de quo §. atroc. 9. l. 7. §. vlt. & seqq. D. h. t. m INIURIAM PASSO, Patitur eam quis, vel per semetipsum, vel per alios, §. patitur 2. l. h. t. vt dominus, si atrocis iniuria seruo facta, pater, si filio, & maritus si vxori. focer si nurui, cum filius est in potestate; Sponsus l. 15. §. Sponsus 24. h. t. heres si defuncto, aut funeri l. 1. §. 3. & §. 6. D. §. 2. l. h. t. o Et fit etiam impuberi ac futuro l. 3. §. 2. h. t. proinde quod S. dictum de reuocatione ad animum, ad nos non pertinet. Contra eum qui fecit item, qui mandando, instigandove procurauit vt fieret. p Condemnatus præter pœnam pecuniar. infamatus fit l. 1. de his qui not. inf. & si ob libellum famosum, intestabilis vt supr. AVT RECVLIARIIS facta contra edictum in ius vocatis. Vbi propria actio ac pœna 50. aureorum l. pen. de in ius voc. nec damnatus infamis. VEL POPVLARIS, QUAE MAGISTRATVI, VI magistratui, fit, cum contemnitur eius auctoritas. 1. Si quis in albo, q chartæ iurisd. causâ propositum corruperit, vbi 50. (sic vulgati libri rectius quam 500. r arg. l. pen. de in ius voc. aureorum iudicium l. 7. & 2. seqq. de iurisd. populare, quia cuius est populo, cum iniuria hic Reip. facta ad omnes pertineat. 2. Si quis ius dicenti non obtemperauit l. vlt. Si quis ius dic. Omnibus enim magistratibus exceptis duumviris id est municipalibus, f licet in iud. defendere pœnali iudicio scil. cuius ex populo dato quanti ea res est, id est, quanti contemptus non parentis, t quod & hic æstimat actor, magistratus moderatur. Quis non obtemperasse videatur d. l. vlt. §. 1. recte Duar. l. disp 50. ^a

NOTATA.

^a Diff. Valens Accidal diuinas in Stich. Plauti cap. 4. Malè Christoph. Coler. Parerg. ca. 32. in d. pr. 1. pro alias restituit alia est ex loco Pauli in fragm. Pithœi Idem refellunt seqq. vbi adhuc bis vocula aliâs repetitur. Malè idem Tribonianus (stuporis arguit, ac si ibid. prætorum iniusta sententia dicta iniuriam accepisse velit. Intelligit enim eum contra quæ dicta est, & subauditur vocula & Et Tribon. igitur iniuriam à Colero accipit. Rectè autem & Latnè Vlp. in leg. 17. §. 3. h. t. contumeliam fecit dixit pro intulit. Nam ita quoque Plaut. Aſinar. 2. se. vlt. Terent. Phorm. 2. se. 8. & alij Barthol. Barriens. annor. cap. 11. qui tamen omnino erat putans hanc phrasin à Cic. Philip. 3. in Antonio reprehendi, vt & Hadrian. Cardinal. de mod. Latnè loq. p. m. 147. Nam Antonius

facere contumeliam dixerat pro officio contumelia sicuti facere damnatum, &c. Muror. 6. var. l. 18. Quod ipsa loci sententia conuincit, maxime verba eam: an quam facit is qui cum dignitate est: quæ autem potest esse maior. Nam grauior iniuria non quæ viliori qui cum dignitate est infer, sed quæ huic inferitur vid. l. lit. M. Quasquam nec inciscit Comina l. 5. comm. p. m. 139. quo potentior & maior qui iniuriam facit, eod grauius dolere eos quibus inferitur, quod propter auctoritatis, illius magis ad infamiam suam pertinere putent. f Reperitur & iniuria pro seueritate vt apud Terent. Heaut. 5. se. 2. Matres filijs in peccando adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse id est in acerbiori castigatione, Gilielm. Cantuar. 7. nouar. l. 12. Quo sensu iniuriola haptimata l. vlt. C. de emanc. Itemque pro damno. Sic iniuriæ castellum pro vi tempestatis Casp. Pucer. comm. de diuinat. cap. de astrolog. p. 417. b Iniuria rectè diuiditur à Labeone l. 1. §. 1. h. t. in eam quæ re fit & quæ verbis vulgè alia verbalis alia realis. Ad verbum autem etiam quæ scriptura fit referenda Gail. 2. obs. 104. De hac equidem materia plura, quæ nosset non pertractat adnotare possem, quæ omitto, vid. præter alios Mueno. 1. arb. ca. 263. Ernest. Corthman. Turis Resp. 1. §. 5. & seqq. v. achin. 9. contr. 7. & §. 5. seqq. Marq. Fr. eber. lib. 2. de Existimat. cap. 2. Gail. 2. obs. 99. & 7. seqq. P. Theodorice. disp. crimin. 2. th. 15. & seqq. De discrimine pulsationis & verberationis, de quo l. 5. §. 1. h. t. quod exagitat Valla. 6. eleg. 47. & Fr. Florid. Sabim. 1. l. 8. vlt. §. 8. vid. Christoph. Coler. Parerg. cap. 36. Bnf. 3. sub. tit. 16. c. Immo nequit, licet maledictum sine ea fieri possit, quod generalius verbum l. 3. §. 1. h. t. Et rectius etymon ICTI probatur auct. Resp. lib. 3. nec ineptum, vt Nic. perot. Cornucop. in 3. Marcial. epigr. f. m. 255. Nam & Vallam refellunt Alc. lib. 4. de V. S. & Forcat. dial. 57. num. 1. & 2. quia sapissimè in bonam partem accipitur. Marcial. lib. 7. Epigr. Festa coronatus ludet conuicia miles. Seneca in Medea Festa dicax fundat conuicia Fescennius. Solutur turba iocos Cic. 1. ep. Fam. 5. clamore conuicioque, & pro Archia suppeditat nobis (Pœta) vbi & animus ex forensi strepitu reficiatur & aures conuicio defesse conquiescant, in quibus exemplis locus non est translationi, quam hic statuit nosset vid. & Rob. 2. Sent. 7. Reu. 1. var. 3. Scip. Gentil. lib. Orig. ling. pag. 335. vbi scribendum per C. non T. ait, vt distingatur à conuicio, quod significat plurius simul ædificij partium vitium ac labem. Lan. Mellor. Palmor. Spicilleg. epist. 15. prag. m. 872. d. Famosi dicuntur non quod verè iurant infamiam, sed quod hoc agat, quantum in se est, iniurians, vid. Freher. lib. 2. de Existimat. cap. 10. numer. 5. & seqq. Vocantur carmen in 12. tab. Cic. in fram. 4. de Rep. carmen famosum Sent. Pauli 4. §. 15. l. 21. pr. de testib. carmen malum Arnob. lib. 4. Horat. 2. Sat. 1. cir. f. Hodie Pasquilli quod Romæ ad truncam Pasquini cuiusdam statuam affigi soleant, de quo vid. Io. Boter. lib. 1. de Orig. urb. cap. 6. p. 781. Bernardin. Gomez. lib. 3. de falso cap. 32. Quæ iniuria & l. 12. tab. seuerè vindicata capitis supplicio vid. l. 12. tab. ex disposit. Forth. tit. 2. §. 3. Reu. ad l. 12. tab. cap. 25. & l. Coni. 18. & variis constitutionibus, vt apparer ex Th. tit. de famosis lib. De quo pluribus Meno. cap. 269. nu. 34. & seqq. Freher. lib. 3. de infam. cap. 9. num. 25. & seqq. 10. Nauch. de testam. num. 226. & seqq. Scip. Gentil. 2. Parerg. 30. e Menoch. tamen arb. cap. 265. num. 48. ex facto quatuor se respondisse scribit eum qui nec auctor, nec inuentor libelli, sed ab alio ex curiositate accepit, vt exemplum inde sumeret, retinendi non divulgandi animo, extra noxiam esse. ff Et is mos reorum ac lugeorum vid. Cuiac. 6. obs. 5. Forcat. dial. 38. numer. 3. Reu. 3. var. 6. & 1. Coni. vlt. Lac. Durant. Casel. 1. quartar. 18. Hadrian. Iunius comm. de Coma c. 5. Lac. Schegh præmiss. epist. P. Perrenon. 1. animadu. & var. l. 13. P. Fab. 2. Semestr. 10. vbi de Iqualido reorum habitu, &c. f Fit quoque iniuria gestibus in alicuius contumeliam compositis, manu sublata & vague pollicis sub indice digito posita, quod Itali vocant ficas facere, de quo Tassaurus decis. 229. tota. item si quis linguam exerat, oculos distorqueat in alterius despectum, &c. g In dubio autem animus iniuriandi præsumitur vid. citatos à Treutl. p. 2. disp. 20. th. 5. lit. B. add. Farinac. q. crimin. 105. n. 113. & seqq. Calor iracundiæ vt excuset ab iniuria vide Gail. 2. obs. 106. Quæ iniurie retorio licita idem 2. obs. 100. h Quod faciunt illa Horatii 2. Sat. 1. in fi. Si quis opprobriis dignum latrauerit, integer ipse: Solutentur risu tabule, tu missus abibis. Sed hæc ita si Reip. expediat crimen obiectum notum esse veluti si quis furem, latronem, homicidam vocet, probare paratus. Secus si reip. non interfuit illud detegi maxime si à culpa eius cui conuincium fit, non profectum: vt si claudum quis vocet, gibbosum, ebrium, pauperem, filium meretricis Gomez. 3. resol. 6. n. 2. Gail. 2. obs. 69. Thom. Aſtius de priuileg. infirmic. p. 2. tit. 1. verbo iniuriola. Fachin. 9. contr. 10. Brou. 4. ass. 77. T am etu Nicola. Goffo in Corn ad consuet. Ar-

rebat

rebat. ars. 19. si quis spurium verè, ita appellauerit, non tenentur veli, cum publicè expediat spurios ab ingenuè natis interuofei, ab honoribus arceantur Alij tamen conuini veritatem non eximere iudicio iniuriarum, quantumcumque Reip. interfuit id detegi, si non vindicandæ vilit. publ. causa, sed iniuriandi libidine effusum Rob. 2. Sent. 7. Comar. 1. var. resol. 11. num. 6. & 7. quia prauus animus reuelantis rem iniquam efficiat Animum autem inde æstimari statuit si absque causâ & vilitate eius negocij quod tractatur, obiectum sit, vt si in iudicio quis crimen reprobaauerit, quod nihil ad iuris sui comprobationem vel defensionem pertinet. Posita tamen hac opinione, certum puto ad paliadium vrgeri non posse probare paratum. Ad nullam enim famæ restitutionem teneri quis potest ei qui famæ iure iam priuatus est, Freher. lib. 3. de infam. cap. 24. num. 5. absolumque est vt qui verum dixit id recantet Parlaodr. 1. rer. quotid. 17. num. 13. Mollor. ad Nou. Sax. 42. p. 4. num. 20. Euerhard. Iunior. cons. 66. numer. 1. vol. 1. i Quod singulare esse tradit Ant. Fab. ad l. 9. de neg. gest. (cum aliâs actio nuda voluntate creditoris non tollatur d. l. 9. imò ne pacto quidem ipso iure.) fauore conferendæ concordie inductum, cum non simpliciter actio ex iniuria nascatur, sed ita si ad animum reuocata. Remissa tamen iniuria reali damnâ, expensæ ac id quod interest remissa non censentur Gomez. 3. resol. 6. num. 12. k Estque annalis nec heredi nec in heredem datur, licet cum defuncto non contestata l. 13. pr. l. 15. §. 14. h. t. Num verò idem in act. de iniuria reali, quæ ex lege Cornelia? vid. Gomez. 3. resol. 6. num. 16. Fachin. 9. contr. 7. Har. Piff. lib. 4. q. 20. l vid. Ageh. 20. Noë 1. Forner. 2. sel. 29. Quo pœnæ iure Sax. Nou. elect. Sax. 42. p. 4. Beuff. ad l. 9. §. 2. de Iurei. num. 11. & 12. post alios P. Theodorice. disp. crimin. 2. th. 20. lit. E. De act. ad Palinodiam Gail. 1. obs. 65. Mall. 2. Semestr. 23. Palinodia loco veteribus erat ritus satisfactionis interpositione iuramentum qua qui læserant iurabant se agnoscere, quod indigno iniuriarum inuoluerit & ei nolle factam. Terent. Adolph. act. 2. se. 1. Plaut. Amphit. act. 3. se. 2. P. Nann. 2. mis. 7. Turneb. 18. aduer. far. 25. m Scitè Saluian. lib. 7. de Prouid. Des. Semper per dignitatem iniuriam perferentis, crescit culpa facientis, quia accessit est, quando maior est persona quæ contumeliam patitur, tantò maior fit noxia eius qui facit, Reu. 1. var. 9. vbi rectè notat Cuiac. qui 5. Sentent. Pauli 4. & 9. obs. 16. verba: Prætoris in conspectu emendat, reponens in Populi Rom. conspectu quem acerbibus reprehendit Forner. 1. Selecl. 21. vbi vid. f De atrocium leuiorum ve iniuriarum gradibus pluribus Meno. arb. ca. 263. n Farinac. crimin. 105. num. 175. & seqq. n Ac etu filius iniuriam remisit, pactuue sit ne agat, pater agere potest l. 30. pr. de pact. vbi Hor. Vofq. 1. ill. contr. 15. num. 7. Facit leg. 26. l. 41. h. t. Nun pater iniur. act. filio competentem remittere possit, vid. P. Theodorice. disp. crimin. 2. th. 18. lit. C. o Iniuria vni de familia facta quatenus consanguineos afficit vid. Meno. arb. cap. 262. p. l. 11. pr. l. 15. §. 8. h. t. §. pen. l. h. t. Paul. 5. Sent. 4. §. 9. q Album non est patris dealbatus, vt Accurs. & Dd. quia in d. l. 7. §. vlt. dicitur tolli, muus autem manibus & vi non tollitur, sed aliquod ademptum vel aditum tabulæ genus in quo edicta sua prætores describebant, vid. Oldend. d. cl. 1. act. 3. mitti Coras. 4. mis. 6. Duar. 1. disp. 48. Ioach. Steph. lib. 3. de Iurisd. cap. 5. num. 11. & seqq. r Sed Florent. contra Dd. vulgò probat Cuiac. 10. obs. 10. Poesin Par. de Iurisd. nu. 13. Rad. Forner. 3. rer. quotid. 2. Et rectè. Maiori enim pœna vindicanda magistratus contempta auctoritas. Hodie hanc pœnam eos tenere qui magistratuum proclamata & episcoporum admonitiones, pro foribus ecclesiæ postas corrumperunt, est perpetuè iurisdic. non fiat, vult Meno. arb. cap. 281. numer. 2. & 3. f Caterum sunt & alia delicta popularia pinata, quæ hinc inde dispersa liberis nostris doctè collegit ac exactè pertactat vir Cl. mihique interiori familiaritate conuincissimus Petr. Theodorice. Iuris in Salana Prof. publ. disp. sua criminali 3. f Diff. P. Perrenon. 1. animadu. 26. qui d. l. 1. pr. emendans pro tamen substituit tantum. Quomodo & Noricos libros habere refert, sed reprobat Ant. Aug. 3. Emend. 6. in fin. t ita Oldend. cl. 1. act. 2. cap. 4. verba ea non aliud significare, quam verba in pr. d. l. vlt. pœnali iudicio, id est, quanti est offensio ac contemptus iurisd. Aliet. Duar. 1. disp. 50. & in apolog. de iurisd. contra Egn. Bayon. num. 20. u Cuius hæc videtur sententia: Si in ius vocanti non parueris, locus non est huic edicto, itemque si iudicium accipere recusas, seu vindicari non patieris (subaudienda enim hic verba non incidit in pœnam, nec omnind infrequens ellipsis.) Sed si magistratus spontè venire in ius nolentem iussit duci, vel aduerfario in possess. ire, aut ferri id est tracti aduerfario rem custodiam causa cum non paruisse videtur. Qui intellectus non viquequaque expeditus videtur. Idem in apolog. de Iurisd. numer. 21. f. 1100. tum locum esse huic

pœna cum inultam dicendo; pignora capiendo, &c. ad extremum iurisd. potestatiq; suæ peruenit, nec ei quid reliquum est, quoad iudic. subeundum compellat Alij vt Zafir. intellect. 1. & ad d. l. vlt. num. 7. Oldend. cl. 1. act. 2. cap. 4. Cuiac. 4. obs. 25. Rob. 4. sent. 21. & 2. rec. l. 8. Scip. Gentil. 1. de Iurisd. 8. per extremum in iurisd. exsequutionem, vel magistratus exsequeris iussu intelligunt, quod firmat, reprobat dicitur Ant. Fabr. ad l. vlt. & P. Crangiam Parad. cap. 47. ex positionibus Petr. Theodorice. disp. crimin. 3. th. 2. Aliet. M. Lyellama 5. Membran. eolog. 10. Quid de loci sententia ipse suspicer exponere hic non est locus.

CAPVT XXV.

Corruptio serui & filisfamilias.

VEL IN RES vid. §. cap. 23. in fin. Detrahendi & deminuendi patrimonij duæ rationes: I. DAMNVM (de 2. infr. cap. 28.) in specie cum nullius lucri nostri gratiâ inferitur, aliâs in aliud delictum cadit, dictum à demendo vel ademptione l. 3. pr. de dam. inf. QVOD INERTVR AVT RE CORRVPTA (aut, vid. infr. cap. 27.) VEL AB ANIMO. Vbi actio de seruo corrupto in duplum l. 1. & l. t. d. de seru. corr. §. in duplum 23. Instur. de act. soli domino, cuius patrimonio seruus subtrahitur, vbi præter æstimationem serui fugientis, etiam rerum quas secum abstulit aut dilapidauit, item operarum quibus ob cessationem carni l. 9. §. vlt. l. 10. d. r. Patri autem de filio corrupto actio vtilis l. 14. §. 1. d. r. in quam tamen æstimatorio filisfamil. quæ, vt liberi hominis, nulla est, venire nequit, sed reliquum damnum operarum, aut rerum quas dilapidauit, aut abstulit l. vlt. de his qui detec.

CAPVT XXVI.

Dammum iniuria datum.

VEL A CORPORE quod lege Aquilia vindicatur, cum seruus vel aliud animal occiditur, alia res vitur, frangitur, rumpitur, de illo cautum r. capite, de hoc tertio l. 2. l. 27. §. 5. D. pr. & §. 13. l. h. t. secundum caput non est in vsu d. l. 27. §. 4. §. 12. l. h. t. a SI DAMNVN INIURIA DATVM l. 1. h. t. Vnde a. Actio dâni iniuriæ pr. l. h. t. id est, culpa l. 5. §. 1. d. §. 1. l. h. t. etiam leuissima l. in lege 4. 4. l. 31. h. Exempla passim imprimis l. 5. §. vlt. & 6. seqq. h. t. NON VERÒ SI IVSTA EXCVSATIO QUAE DVPLEX: I. IUSTA CAVSSA, SI IVRE FECIT AD DEFENSIONEM l. 4. l. 5. l. Genianam 45. §. 4. h. si incendij arcendi gratia ædes vicini interdicit l. 49. §. 1. h. l. 3. §. pen. de incend. ruinâ. si furem nocturnum, vel diurnum se telo defendentem, occidit l. 4. h. si magistratus quid violentius ex officio fecerit & in eo quid ruperit l. 29. §. pen. 2. CASVS quem vel præuidere, non potuit l. 31. vel cum posset non debuit, si vel proclamauerit antequam quid deiceret d. l. 31. l. 28. h. vel publicè faciendi ius ac omnes scient periculum cauendum, vt si sagittam ac scopum iaculatum in ludo iaculatorio traiecit prætereuntem l. 9. §. vlt. & seqq. §. 1. l. h. ACTIO HINC QVANTIA EA RES ERIT, id est, non quanti res quæ perempta aut deteriorata, sed quanti damnum omne, quod declaratur l. 21. §. vlt. & seqq. D. §. illud 10. l. h. t. Cui æstimationi adiecta pœna duplex: 1. in contententem actio in quanti res retrouerfus plurimis, in eo anno, si seruus aut pecus, in 30. diebus si aliud animal occisum vel res rupta aut deterior, l. 2. l. 27. §. 5. l. 21. l. 23. §. 3. D. §. h. 4. 9. & §. 14. l. h. t. 2. Aduersus inficiantem in duplum l. 2. l. inde 23. §. 10. h. §. sed furti 26. l. de act. DOMINO l. 2. l. 1. §. 6. l. 27. §. 5. h. t. SOLI non cuius interest, vt comodatario,

modatariorum, creditorum. Fructuario tamē vilis actio etiam aduersus dominum l. 1. §. 1. l. 12. b. Si vero liber homo, filiusfam. vel paterf. vulneratus itid. vilis actio l. 13. l. 7. pr. h. vbi veniet estimatio impenfarum curationis & operarum amissarum d. l. 7. l. 3. si quadr. pamp. CONTRA EVM QVI DAMNVM DEDIT, vel occasionem praubuit l. 30. §. pen. h. CORPORE SVO, sed si non corpore verum alio modo damni causam, attulit vilis actio §. vlt. in fi. l. h. b. CRESKIT AUTEM QUANDO QVE CRIMEN VEL EX REBVS: IN ARBORIBVS FVRTIM CAESIS, vbi actio in duplum l. 1. Arb. furt. cas. cum qua concurrat actio l. Aquil. d. l. 1. l. 5. §. 1. d. r. [vid. l. 1. lib. 2. r. cap. 3.] vbi duplatur quod interest deducto arborum pretio l. 7. §. vlt. l. 8. d. r. VEL EX MODO NOCENDI, si hominibus coactis, vbi act. in quadruplum l. 2. r. bo. rap. VEL EX TEMPORE, si in turba vel tumultu duplum l. 4. vi. bo. rap. si ex incendio, ruina, naufragio, rare, naue expugnata, quid damni datum in quadruplum, &c. t. r. D. de incend. ruina naufrag.

NOTATA.

a Quod id fuerit, qua de re cauerit a multis inquitur. † Cuius in Par. D. & C. h. i. putat id fuisse de intercepta nobis utilitate aliqua. Quod reprobat, Frober. 2. Parerg. 3. vt & qualdam aliorum coniectationes. Ipse putat cauiffe de damno a quadrupede dato, quod pauperis vocatur de qua ait r. cauiffe l. doecumiralom, vt de quouis alio damno, deinde quod l. Aquil. sanxerit de eodem credibile esse, cum r. caput sit de pecude seruoque, qui pecudi exaquaretur, occiso, conueniens vt r. sit de pecude occidente. Abiisse autem in defuerud. quia l. Aquil. promiserit act. de damno iniuria dato, prudentes verò docebant hanc non esse iniuriam, ideoque act. hanc frequentari, defuisse in eo damno, reuocata legitima ex r. tabulis. Sed & hæc non immerito displicet Arumæ. ex Inst. in 17. th. 12. & disp. Pand. 10. th. 4. per l. 1. h. r. Nec probabile est decem viros putasse a bruto animali inferri posse iniuriam. Quare cum Chiffetio eo de seruo corrupto actum conicit arg. l. 5. §. 2. de ferr. † Ceterum de hac materia plenè a nostro hic non tractata, quia, vt modus sit notatorum omnia quæ defuit supplere, non licet, malo hic nihil quàm pauca adnotare. vid. tract. illius metho. ad h. r. C. in op. posth. P. Theodor. disp. crimin. 2. th. 12. & seqq. b Si tamen in corpus. Quod si neque corpore, neque in corpus, sed alio facto, actio in factum ab vili act. l. Aquil. distincta d. §. vlt. in fin. licet Barth. Fatus in supplemento ad Coma. 7. Com. 15. num. 10. Tribon. has act. nullo veterum exemplo distinxisse velit.

CAPVT XXVII.

Damna, rebus incorruptis illata.

A VT INTEGRA vid. supr. c. 25. ET VEL FIT ALIQUID VT EA DOMINO PEREAT, vbi vilis actio, seu subsidiaria in factum l. quia 11. de proscript. verb. §. vlt. in l. fin. ad l. Ag. Quod fit tribus modis: 1. Si seruum vel animal custodia & compedibus liberat d. §. vlt. l. 55. in fin. de acq. do. 2. Si facis vt res auferatur, vi externa, maris, fluminis, annulo manibus excusso qui in flumen decidit d. l. 55. in fi. l. duo 22. de proscr. verb. a Vel raptoris, si fugasti pecora, quæ alius excepit, si rem meam tollere volisti obstitisti §. 1. r. vers. sed si quid l. de Obl. ex del. 3. Si rem meam iniuxisti tuæ, cui per præualentiam cessit vid. lib. 4. c. 37. VEL VT ALIUD INDE DAMNVM VT IN SPECIEBUS SEQQ. I. Si quis dolo malo mutandi iudicij causa l. 1. l. 4. §. 1. l. 9. & 10. de al. iud. mut. ca. rem quam possedit alienauerit d. l. 4. §. 2. l. 8. §. 2. d. r. & inde deterior aduersarij conditio l. 1. in fin. l. 2. & 3. in id quod interest actio l. 4. §. pe. & vlt. d. r. quæ ex delicto l. 7. d. r. b 2. Si actor maiorem quàm debebatur summam libello complexus, ideoque a rep. maiores sportulæ dependet actio tripli §. tripli 24. l. de ad. 3. Si quis in ius vocatum vi exemerit. D. Ne quis eum qui in ius, &c. c ac ideo vel

res vsucapta, vel temporalis act. dies exist, actio, quantū ea res est, ab actore estimata etfi calumniator sit l. 5. §. 1. d. r. d. §. 12. in fi. l. de act. quæ ex delicto l. 2. d. r. 4. Si alicuius dolo factum sit, quo minus quis in iudicio sistat l. 1. de eo per quem fact. & §. vbi damnum adferri potest tum actori, idem quod in specie proximā, re vsucapta, &c. cui actio in factum quanti interfuit l. vlt. in pr. d. r. tum reo, si forte pœnam promisit nisi se susteret certo die, eamque, non obiectā doli exceptione qua se tueri potuit, præstitit, act. hanc exercet contra eum a quo retentus est l. 1. §. 3. d. r. e Quod si seruus hæc fecerit, noxalis actio l. 2. d. r. §. 5. Si iudex litem suam fecit l. 5. §. 4. de O. & A. l. filiusfam. 15. de iudic. l. vlt. de extr. cog. si malè iudicauit siue dolo, siue per imprudentiam, siue imperitiam, contra ius apertum d. l. vlt. id est, si se litis periculo obstrinxit, vt lis eius propria fiat. f Non rectè exponit Bude. in annot. ad Pand. Si ita iudicat vt videatur causam suam, non alienam, agere. Et si enim eo sensu probati auctores, tamen hic non conuenit. Quia in bona causa aliena ita se gerere debet iudex ac si sua esset, secundum eam iudicando, nec tunc tamen litem suam facit. Quin & si per imperitiam malè iudicauit, non dici potest litem suam fecisse eo sensu, cum non consulto se in ea causa gesserit, vt in sua faceret, suæ fauore. Qui teneatur g ei qui lapsus est, ad veram estimationem si dolo, vt euident arguatur gratia, inimicitia vel sordes d. l. 1. §. de iudic. l. 2. C. de par. iud. qui malè iud. Sin per imperitiam ex assessorum sententia non teneatur, sed si sui animi iudicium sequutus, teneatur d. l. 5. §. 4. in quantum æquum videbitur d. l. 5. id est, in tantam quantitatem, quæ tunc in patrimonio eius fuit cum iudicaret per l. 15. pr. de iudic. vbi non loquitur Vlp. de eo qui in dolo: nam subiicit in §. 1. eum ad veram estimationem teneri. Et quod ibi de filiof. iudice obligato ad quantitatem peculij, quod illius quasi patrimonium, magis obtinet in patrefam. In filiof. enim maior dubitatio, eo quod peculium verè sit patris. Hæc autem obligatio non ex quasi maleficio vt Imp. in pr. l. de obl. ex q. del. & Caius d. l. 5. §. 4. de O. & A. vlt. de extr. cog. led ex vero, est imperitiam malè iudicatum. Quia damnum iniuria datum maleficio est vt ipse Caius l. 4. de O. & A. Datur autem etiam culpa, nec minus tunc actio ex delicto l. 5. §. 1. l. 8. ad l. Ag. Quod si imperitia in priuatis culpa est d. l. 8. magis in iudice arg. l. 9. §. 5. D. Locati Facit l. 1. de l. l. ibi: delictorum quæ sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio. Sed hæc in nomine facti ratio est, ad ius, vtrum dicatur, nihil interest.

NOTATA.

a l. 27. §. 21. ad l. Aquil. l. 14. §. de pr. verb. vbi quod negatur in d. §. 2. damni iniuriæ actio dari, intellige de directa, ne obster d. §. 21. vbi datur vilis, Vid. Gæd. ad l. 6. §. 1. de V. S. num. 20. vbi & act. hanc in factum esse vtilem legis Ag. statuit, sed quæ nec ex verbis, nec ex mente legis, sed illius occasione, ope Prætoris, suppletis id quod legi deerat, inducta, vid. not. c. præced. lib. B. b Pertinet id edictum ad futura iudicia. Post litem enim motam rei alienatio ipso iure irrita Vnes. in Par. du. 1. num. 3. Et pertinet ad vindicationes, actiones in rem scriptas, & mixtas. Non ad personales, quia non potest inuito creditore alius debitor substitui l. 1. C. de no. nat. Cuius 10. obf. 3. Quia tamen eadem locus opposito duriore actore l. vlt. d. r. querit Cuius. quid iuris si inuito debitor creditori alteri act. cesserit. Futat autem vel act. ipsam vel certè priuilegium fori seu aliud ius, si quod ex personâ sua habeat cessionarius, denegari, vt perinde sit ac si iudicium esset cum cedente. add. Vital. 1. var. l. 17. num. 3. c Non si ad iudicem pedaneum l. 3. §. 1. d. r. quia tunc id incommodum metui nequit, ne res vsucapiatur, si iam lis apud Prætorum in iure contestata. Nec rectè Ranar. 3. Com. 10. in eligit non iudicem datum, sed minores magistratus, vt quætores,

tores, qui in subselliis confidentes minoria iudicia exercebant, sed nec vocationem nec prehensionem habebant, Agell. 13. Not. 2. & seq. d Non iuretur in litem, vt Bart. Bald. Alex. Inf. ref. Duar. de in lit. iur. num. 8. sed sensus hic: Non ad id quod verè debetur actori ab exempto, condemnatur qui exemit, sed ad eam summam quæ ab actore in libello petita, licet exemptus forte non debeat Duar. d. lo. Nec igitur est quod A. Fab. d. d. l. 5. §. 1. verba ab actore estimata a lege rescet, quia inauditum sit calumniatori, de quo ibi agit, defertur iusur. in lit. e Non hæc d. §. sententia quasi ab alio impeditus se filtere habeat, doli except. pœna ab actore petita, ac ita demum hanc act. contra eum qui impedit si exceptionem non obiecit. Sed, vt verba ostendunt, illa: Si ipse actor, qui idem pœnam stipulatus fecit quo minus filteret reus, petitio eius doli exc. remouetur. Quod si alius fecit act. proposita recipere id rem ab eo qui impedit, quod pœnæ nomine ipse necessitatis, sine exceptione præstandum. f ita Vaud. 1. 1. qu. 10. Teneatur fuisse litem estimationem in solidum, conditioni litigatoris se obstringit, ipsius lis fit, ipsi lis perit g vid. l. lib. 28. cap. 2. ibique notata. h Quod facit quod medicus imperitè secando seruum interimens act. l. Aquil. teneatur. l. 7. in fin. D. §. præterea 6. Inst. ad l. Ag. Quod ipsum Flo. ad d. §. præterea, obiecit ita tamen vt contrario errore contendant, nec medici imperitiam verum delictum efficeret cum iudicis imprudentia id non efficiat. Sed ratio diuersa. a Vult. in pr. Inst. d. r. quia iudex nec corpore nec in corpus damnus dat, nec artis suæ peritiam æque proficetur, cum sepe iniurius iudicet. Et Rain. Corf. t. indag. 24. d. pr. Inst. & c. loqui de solis pecuniariis causis, litem enim vox significat act. civilem l. 37. de V. S. vbi si per imprudentiam iudex ius alicuius læserit, quod non sit verum maleficio apparet ait ex enumeratione specierum. Neque enim in corpus offendit. Verum autem delictum esse si per imperitiam morte insanam damnauerit, vbi vult Corfius eadem pœnâ plesti debere iudicem, quod vix admittendum. Nec etiam medici pœnâ supplicium est si ex culpa sine dolo, ægrotus petiit Harim. lib. 2. obf. in miscell. obf. 19. Memo. ca. 581. vid. F. Heig. p. 2. q. 26. numer. 45. & seqq.

CAPVT XXVIII.

Amotio rei.

ALIENI SVTRACTIO (de i. S. cap. 25. QVA DVPLEX AC FIT VEL INVITO DOMINO AMOTIO (vel volente vt J. cap. 38.) ET AVT CEAM, quæ communiter dicitur furtum, in conuigie molliori voce. rerum amotio l. 1. de furt. l. 1. Rev. amot.

CAPVT XXIX.

Furtum.

FVRTVM EST, vt definitur l. 1. §. vlt. D. h. tit. §. 1. Inst. de O. ex del. CONTRECTATIO, b etfi rem non amoneat, vt qui re deposita vtitur, repositenti reddere renuit. §. furtum 6. Inst. d. r. c Non autem cuius ope & consilio fit, quia ipse non contrectat l. 6. de Con. furt. licet furti teneatur. §. interdum 11. d. r. d Hinc fundi, quia manibus tractari nequit, furtum nō est §. 7. l. de V. S. e FRAVDVOSA quod quatuor in rebus positum. Si res aliena: quod vitiosè & supernacue definitioni addidere Theoph. & Accurs. cum implicite continetur, f non si sua l. 2. §. 18. vi. bo. rap. quatenus sua. Debitor enim rei suæ furtum facit §. 10. l. d. l. 6. h. r. g quatenus quod in ea est alieni, possess. scil. interuertit. Res aliena hic latius sumitur etfi non in commercio vt liber homo §. interdum 9. l. d. r. leg. 14. §. 13. l. mater 38. hoc t. quod plagium dicitur r. ad l. Feb. de plag. 2. Si id sciat. Nam si suam putet, etfi in iure error §. 1. l. de vi. bo. rap. 3. Si inuito domino §. 6. d. tit. adeo vt etfi credat inuito domino se contrectare, si tamen eo volente fiat, non sit furtum. §. sed etfi 8. l. d. r. 46. §. pen. h. h Doli enim materia hic abest, cum non fraudetur consentiens. Excip. Nisi quis induxerit seruum vt furtum domino faciat & ad se deferat, idque seruus volente domino faciat, vt

fur deprehendatur d. §. 8. l. si quis 20. C. h. t. Hic enim ille, ex improbo consilio, teneatur, furti & serui corrupti, licet verè nec furtum adsit nec corruptio. 4. affectu furandi §. 7. & §. in summa 18. x. d. tit. Qui intelligitur abesse vel ex conditione persone, doli non capacis d. §. 18. & leg. 23. h. Vel ex opinione de voluntate domini ex iusta causa §. 7. Inst. l. 46. §. 7. h. r. Cuiusmodi forte si quis a domino vtendam accepit ad aliam rem vel diutius vsus, putans dominum, si rogaretur, non fuisse negaturum d. §. 7. LVCRETI FACIENDI CAVSSA; non si seruum quis contrectet vt verberet, rem vt frangat. i VEL IPSIVS REI VEL VIVS. Sic dominus fructuario teneatur l. 15. §. 1. h. r. item qui re non vtenda vtitur, vel ad alium vsum, vel alio tempore §. 6. l. d. r. POSSESSIONISVE. Sic debitor in pignore subrepto, vbi vel possessionis furtum est, non rei, vel rei quidem suæ §. 9. l. d. r. sed propter possess. non propter rem quæ cum creditoris non sit adimi ei nequit. Verba vero adiecta QVOD IVRE NATVRALI PROHIBITVM EST ad definitionem non spectant, cum alia sit Quæstio quid sit res, alia qualis sit. k HINC ACTIONES VARIAE: QVAEDAM DE RE K FVRTIVA. Vindicatio, act. ad exhib. & condictio furtiva §. vlt. l. d. r. l. 7. §. 1. de cond. furt. Prioris ex dominio actoris & possessione rei nascuntur, posterior sola i huius loci, quæ ex delicto leg. 21. §. pen. Rev. amor. Et datur domino soli l. 1. de cond. furt. quamvis est dominus l. fute 10. §. vlt. d. r. nec omni tamen, sed cui subrepta est, m vel heredi eius, non singulari successori l. 11. d. r. m etiam aduersus heredem furis, etfi is sine dolo possidere desit l. 7. §. vlt. d. r. n in quo plenior est vindicatio ne. Nisi signum adibus iunctum vbi actio in duplum vid. lib. 4. cap. 33. lit. B. QVAEDAM DE FVRTO, EIVS COERCENDI CAVSSA, DVAE: CRIMINALIS l. vlt. h. r. o quæ huius loci non est, ET CIVILIS seu pecuniaria ACTIO FVRTI AD PœNAM PRIVATAM, quæ duplex. i. Certa ab initio. EX MANIFESTO, distincta. hæc in §. 3. l. 1. 3. & §. seqq. D. h. r. si deprehensus in furto, vel priusquam perueniret; quod ferre destinaret, QVADRVPLI: EX NEC MANIFESTO DVPLI, q ita q vt vtrobique non contineatur estimatio rei furtiua, §. pœna 5. & §. vlt. l. d. r. 23. & 25. l. de act. Nisi amotum sit ex incendio, ruina, naufragio, k naue, rate ex-pugnata vbi quadrupli l. 1. iunct. l. 3. §. 4. de mc. rui. naufr. Duplatur verè vel quadruplatur, non id quod interest, sed verum rei pretium leg. 50. pr. h. r. s Altera ex feuentu accedit infamiae, siue damnatio sit siue pæctus vid. libr. 18. cap. 8. QVAE CVM CONDICTIONE CONCVRRIT, neutra alteram consumit l. 7. §. 1. de cond. furt. §. vlt. l. d. r. t AC AB EA DIFFERT in seqq. Hæc datur etiam non domino, cuius interest fit, qui teneatur de re amissa l. cuius 10. D. h. §. furti 13. & 2. seqq. l. d. r. commodatariorum, creditorum, conductorum, &c. d. leg. 10. & §. seqq. nisi ipsi soluendo non sint. quo casu ad dominum actio redit l. 11. §. vlt. h. §. 15. in fin. l. d. r. nunquam tamè malæ fidei possessori l. itaque 12. §. 1. h. r. Hæc non aduersus heredem, quia pœnalis §. 1. i. de perp. & temp. ad. & datur quoque aduersus alium, quam furem, vt cuius ope, consilio ve furtum factum §. 11. l. d. r. vbi hoc declaratur vt & in leg. 50. §. 1. & seqq. h. r. quæ duo coniunctim requiruntur d. §. 11. in fin. l. sepe 53. in fin. de V. S. Item contra nautam, cauponem, stabularium l. vni. Furti adu. nau. caup. quæ tamen magis ex quasi delicto vide J. cap. 42. NEC SEMPER ADVERSVS FVREM. EXCEPTI ENIM I. SERVI, (licet verè res subrepta ab iis furtiva fiat, nec vsucapi possit, ET FILII FAMILIAS §. hi qui 12. l. h. r. In illis res expeditio leg. 32. de R. I. Quoad vtrosque igitur ratio duplex redditur: primo quia pater ipse in filium statueret potest

*Labe Richard. ibi: am. 19. contra Donell. ruy.

licet rem furtivam in alienis aedibus quaerere. Negari videtur d. §. 4. At non simpliciter negatur, sed secundum veterem observationem Ex causa igitur licet, auctoritate iudicis, ex recepta sententia, reb. iudicatis firmata. Nec tenetur hoc casu iniuriarum, si res non reperitur, vi teneatur si proprio mora quaerere l. 1. §. vlt. de iniur. Invenio autem non probat furtum, nec vt in quaestionem detur sola efficit, nisi vilis sit homo quique docere nequeat vnde accepit 10. Koppen. decis. 3. De magicis furis intelligendi modis, quorum vestigium in l. 1. §. 1. de iniur. Forcat. dial. §. 8. num. 1. Votier lib. 5. de prestig. dam. cap. 5. & 6. 10. Bap. Porta lib. 10. mag. natur. pag. 664. Martin. Delrio disquisit. magic. lib. 3. p. 2. q. 4. sect. 9. l. 1. C. de naufrag. libr. 11. auct. navigia C. h. t. vbi impro. consuetudo res naufragas dominis territorij, ad cuius litus expulsa addicens, aboleret vt & ord. crim. Caroli V. art. 218. Gail. 1. obs. 18. Couar. in c. peccatum de R. in 6. p. 2. relect. §. 1. nu. 5. Andr. Knic. de Sax. non pronoc. iuro v. lucum Sax. nu. 138. & seq. tametsi contra inualuisse scribat Bodin. 1. de Rep. 10. num. 171. & Rex Galliarum in litus Normand. expulsa sibi vendider, nisi intra septimanas addit, qui vindicet P. Greg. 9. de Rep. 1. numer. 29. (aquiratem huius iuris confirmare nitens) Zash. Fridenweib. Politic. c. 30. p. 255. s. Vbt vid. not. Goth. ad verbum exscripta ex Forner. non laudato 2. selet. 19. 1. vid. Gail. ad l. 53. Cuiac. ad l. 27. §. 1. eod. tit. Pnc. 4. q. 24. u Non tamen furti actio famola tunc danda in filium, per l. 2. Rev. amor. & quia filius vno parte dominus habetur. l. 11 de lib. & posth. x vid. Marq. Freber. 1. Parerg. 5. vbi putat auctores d. l. 1. negasse etiam furti in socium, licet alij contra l. 5. Pro for.

C A P V T XXX.

h qua proprie cessat l. 76. de sol. h ubi cui mandatur dicitur apte in l. 8. C. de her. vend. l. 8. §. 2. l. 35. de Proc. procurator, quia mandato domini administrat, in rem suam quia omne ipsius est commodum, vid. j. lib. 18. c. 11. VBI DIRECTA TRANSEUNT, i tex. l. 18. C. de leg. & per d. l. vlt. C. si siff. ubi distinguuntur ab vtilibus, SED OBLIQA VIA, qua exercentur ex persona alterius. Recta nequeunt, vt ex sua persona actionem habeat, quia iuris ratio id non patitur, qua certis ex causis quamque actionem constituit. Sit ex gr. actio ex vendito mandata. Fieri nequit vt cui mandata est sit venditor. Ergo nec vt suo nomine ex vendito agat. l. 13. §. 19. de act. empt. ET SIMVL VTILES, quas sua persona, suoque nomine exercet l. 55. de Proc. l. 1. C. de O. & A. III. VI ET EFFECTV. Vtilis actio est propria, quas cessionarius habet suo nomine l. vlt. C. de her. vel act. vend. Sed nec mandata reuocari ex penitentia possunt d. l. 55. nec morte mandantis finiuntur l. 1. C. de O. & A. Neque vtrumque hoc contra naturam mandati. Nam non hic verè est mandatum cum mandataris rem propriam gerat l. 9. C. Mandati, differentia tamen hæc est. Vtilis nullo casu euanescent, mandata euanescent, si qui mandauit decesserit sine herede l. 1. C. de O. & A. quia persona sublata intretire necesse est, quod non nisi eius nomine exerceri potest. Sed tamen & qui cessit, cum vel sine mandato, eadem directas retinet l. 3. C. de nouat. l. 3. C. Mand. k Vis verò cessionibus INVTILIBVS ACTIONIBVS HAC VT IVS CEDENTIS TRANSFERATUR: in quo duo: existendi potestas, per definit. actionis, & liberandi, etiam pacto, vbi si verus creditor agat doli exceptio datur l. 16. de pact. NISI CEDENS IMPEDIAT, vbi quaeritur quid illi post cessionem liceat. Distinct. est l. 3. C. Mand. Si res integra habet exigendi l. vlt. de transfact. & liberandi potestatem atque sic actionis cessat inhibenda. Secus si integra esse desierit, aut factio cessionarij si velitem is contestatus, m vel extra iudicium pars debiti ei soluta, vel significauerit debitori cessionem ac denunciarit, vt l. bi soluerit l. 3. C. de Nouat. seu eum certiorum fecerit, vt sunt verba l. 4. C. Que res pig. id est, vt rectè ibi Bart. si probauerit ei cessionem sibi factam instrumento aut testibus. Sed quid si aliunde debitor certò cognouerit cessionem? Tamenq; verbis d. l. 3. conuenire videatur, quasi aliud dicendum, & ius sit cedenti inhibere actionem, contrarium tamen Bart. ad l. 16. de pact. adstruit. Er rectè n. 1. per l. vltim. D. de transfact. verbis, propter ignorantiam. 2. Qui semel tenuit cepit, vt hic debitor, ei cui cessum est, sine iusta causa, qua hic est ignorantia, suo facto non liberatur. 3. Non certiorandus est qui non ignorat l. 1. in fin. de act. em. Quare si soluerit hoc casu veteri creditori, non liberatur, repeter tamen solutum condit. ob causam. Quod si vrgeat eum creditor except. doli illum repellat, quia bona fides non patitur, &c. In concursu quoque si vterque agat, preferendus cessionarius d. l. 5. de Proc. si modo ante litem contest. cum eo qui cessit, experiatur l. vlt. in fin. de siff. iur. iudicio enim suscepto noua iudicati actio quaesita l. 3. §. 11. de pecul. Et hæc de vtilibus. In mandatis actionibus quandoque amplius quid. Personam mandantis fungitur illis vtens, eiusque iure ac priuilegijs vti potest. l. 5. C. de her. vend. o Ex gr. Actio tutelæ mandata a pupillo. Tutor omnibus soluendo non est creditoribus. Mandataris reliquis ita præferunt, vt si pupillus ipse ageret. Licet enim priuilegia personalia sint, tamen hic non tam transire, quam in eo, ex cuius persona agitur consistere censentur. Sed si cessio voluntaria, secus si necessaria, vt in specie l. 42. de adm. tut. iunct. l. 1. §. 13. de tut. &

rat. distr. quia in necessitatibus nemo liberalis, ideoque ius actionis, non sua persona proprium tunc transferre quis censetur, & quia magis a lege, qua necessitatem cedendi imponit, cessio fieri videtur. p Et DENIQUE LEGE transferatur actio CONTRA CESSIONEM inter certas personas. 1. a pupillo in tutorem aduersus confutores, si is soluit, nec actiones ei mandata d. l. 1. §. 13. idque fauore pupilli vt ei facilius soluantur. Aliud in duobus confideiussoribus si alter soluerit l. 11. C. de siff. 2. a procuratore in dominum (etsi non cesserit, vt cedere cogitur l. 49. §. vlt. de ac. poss.) si vel ex re domini stipulatus sit aut acquisierit l. 68. de Proc. exempli l. 27. in fin. l. 28. d. 1. vel præsentem domino contraxerit l. 79. de P. O. vel alia iusta causa l. 18. §. vlt. de dam. infec. id est si domino res aliter salua esse nequit l. 5. de pret. stip. 3. a domino alteri cauente in eum qui cauit. Si quis enim rem contulit in aliquè cã lege vt Titio restitueret, vtilis actio datur Titio l. pen. C. ad exh. l. quoties C. de don. qua sub mo. de quo & sup. li. 12. c. 17. circa fin.

NOTATA.

a Hoto. 6. obs. 16. Cedere, ait, mandare, præstare, exhibere, transferre actionem promissè usurpantur. Eademque cessionis in incorporalibus, qua traditio in corporalibus vis l. vlt. C. Quam. siff. vel prin. Vtque sine ea dominium corporis non transferatur, ita nec sine hac dominium actionis l. 3. Proc. l. 49. §. vlt. de acq. poss. & siff. De cessione hac vid. Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. p. 3. §. 4. Ant. Fab. 12. Con. 2. §. 10. seqq. Cachervan. decis. 62. vbi cuius sit cessi nominis periculum tractat de quo & A. Fab. 12. Con. 7. Quibus coniecturis ea facta detegatur Menoch. 3. præsumpt. 129. b Idem est in permutacione & omni contractu quo res alienatur excepta donatione, Don. ad d. l. pen. num. 8. Quin idem est si cessio partim donationis, partim venditionis titulo facta l. vlt. C. Mand. Parlador. d. §. 4. num. 8. Ratio verò exceptionis quia periculum est, ne is cui ceditur redimat vel alter vendat, at vexandi debitoris causa, opposito ei litigatore contentioso. Qui metus in donatione cessat Don. ad d. l. pen. num. 4. Causa igitur inhibitionis non est exiguitas pretij, cum liceat minoris emere, sed redemptio litium, ibid. num. 11. Et Cuiac. 8. obs. 31. plerumque ait, calumnia & vexationis emptio non iuris est. Et quia sæpe cessionibus nominum insunt tacite pactioes de quota, seu certâ parte litis, qua contra bonos mores vid. j. lib. 18. c. 3. ideo omnes tales esse præsumuntur & venantur, Cuiac. 16. obs. 16. c. Quatuoribi species, in quibus cessio minore pretio facta in totum valet. 1. Actionum hereditarium inter plures heredes, Ex. gr. Debentur defuncto 300. Tres heredes: Duo accepto modico totam act. cedunt tertio. Valer venditio. 2. In solutum accepta. Ex. gr. Debentur mihi 50. debitor non habens vnde soluat cedit mihi act. contra suum debitorem in 60. 3. Accepta pro tuitione possessionis rei alienæ, ex gr. Dominus qui pignori fundum obligauit eum vindicat à Mænio possessore; Mænius à creditore redimit act. personalem & hypothecam qua vtatur, contra dominum; valet redemptio quantumque pretio fiat. 4. Facta inter plures legatarios eiusdem debiti. Exemplum simile fingit ceui in i. specie. Don. ad d. §. pen. num. 12. & 4. seqq. vbi num. 17. licet hæc species in d. l. pen. expressa, tamen idem in similibus obtinere, qua causam habent necessariam, per verba nulla etenim tali ratione item per eã in fi. l. tam pro exceptis quam aliis (similibus sc.) causis. Veluti si fideiuss. soluendo creditor cedat act. aduersus debitorem suum, si plures socij intuemur ¶ Ant. Fab. 12. Con. 12. accipit prohibitionem d. l. pen. de debito illiquido. Carcerum si act. non sint suspectæ, sed ita certæ & exploratæ vt de iis nulla lis timeri possit valere venditionem minori pretio factam, foret ideo quia debitori in parato non sit vnde soluat, vel si is absit, aut non planè idoneus, creditor autem pecunia præsentis indigeat, quia ratio hic & sententia legis deficit. d. idque non tantum cum cessio partim donationis partim venditionis titulo facta, sed & cum venditionis tantum vt contra Dd. Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. p. 3. §. 4. num. 11. & seq. Facit auct. minoris Cod. Qui dare iur. e. Quia iura cedi alteri nequeant vid. Tirag. de retr. lignag. §. 26. gl. 2. qua contra cedi possunt, ibid. gl. 3. f De pignore nominis, & quod ipso iure non valet, sed tuitione prætoris ac curia &c. vid. Ant. Fab. 8. Con. 15. & 2. seqq. g Immo si non debet vel si non solidum idem periculum, si potentior vel magis rixosus actor adponatur. Quod autem tunc remedium, vid. not. s. c. 27. lit. B. h Cedere & mandare act. an differant

differant controu. est Azonis ac Passiani exposita, ab Accurs. in l. 1. C. de O. & A. Ille negat hic affirmat ref. Cur. 3. Con. ad fr. 19. qui Azoni assentitur, Contra A. Fab. 12. Con. 6. mandare act. & nomen cedere longè diuersa esse, quod nostro omnino repugnat. Puto differe vt genus & speciem: omne mandatum actionum esse cessionem, sed non omnes act. cessas mandatas dici posse. Certè d. l. 76. tantum probat mandatas rectè appellari cessas, nihil ibi quod solæ aut proprie. i Hotoman. 6. obs. 16. P. Greg. 21. Sym. 20. n. 6. Diff. Cur. 3. Con. ad fr. 9. quia directæ sic intra viscera eius cui debetur hæteant, vt auelli vix possint. k Hotomanus 6. obs. 16. Don noster ad l. 3. C. Mand. num. 5. Ant. Fab. 12. Con. 6. quia, inquit, mandando non id actum est vt illas admitteret, sed vt eorum fructum, ministerium exhibente procuratore, siue nudus sit, siue in rem suam, facilius consequatur. l. Vt quoties creditori parata exsecutio, toties quoque ei cui nomen cessum, Parlador. 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 4. n. 5. Et cessionarium proprie esse creditorem, vt si ex l. municip. ad creditoris instantiam possit procedi ad capturam sine citatione, idem sit in eo. Ant. Massa. lib. 3. de exerc. iurispr. num. 54. quia alter verus debitor, & quia ei competat definitio creditoris, quod debitoris fidem sequatur, m Hotom. 6. obs. 16. quia ait per litis contestationem delegatio fieri intelligitur l. 11. de Nouat. l. 2. Sol. matrim. Rectius dicitur, quia prior oblig. in nouam oblig. iudicari transfusa l. 3. §. 11. de Pecul. Vid. & Ant. Fab. multum à nostro distidens l. 2. Con. 6. n. Consentit Fachin. 3. con. 94. post Ojase. quom refert, decis. Fedem. 44. Diff. Cur. 3. Con. ad fr. 19. quia est aliunde sciat dissimulare debeat, ne videatur curiosior arg. l. doli 19. de Nouat. in fin. Et Ant. Fab. 12. Con. 3. 1. per l. 4. C. Que resp. verbis: nondum certior esse creditorum, vt si ex l. municip. ad creditoris instantiam post denunciationem cessionarij solui posse cedenti cum adhuc habeat directas actiones, quod tamen nemo, & nec ipse Faber, dicere audeat. Ac licet regeat Faber post denunciationem actionem directam inefficacem esse ob exc. doli reponendam tamen & citra denunciationem eand. exc. cedenti obstat, vt hic Don. Quin igitur verus poss. cessionem creditoris & effectus est cui cessum est nomen, cum cedens maneat creditor subilitate iuris. 3. per acquitatem. Probabiliter, ait Faber ignorare potest debitor an cessionarius act. cessã vti velit ¶ Ignorantia hæc improbabilis per vulg. illud. Nemo suarum rerum profusor & iactator relupinus censetur. Obicit sibi Faber: Ex facto cedentis dum solutionem extorquet & accipit iniuria nasci non debet cessionario. Respondet ad id factum hoc esse eiusmodi, quod etiam non interueniente contingere possit liberatio, veluti si debitor solum accipere recusante obsequauerit & deposuerit. Sed neg. est Fabro, quod pro confesso sumit, etiam hoc casu vbi actio cessã ob signationem factam cedenti liberat. o Num Procur. in rem suam nomine domini vice mutua conueniens compensare possit suo nomine, quod actor domino debet vid. Cuiac. 24. obs. 37. Contra an exceptio compensationis aliã, qua cedens repellit potuit, obici possit cessionario, vid. Ant. Fab. 12. Con. 9. Tassaur. decis. 22. Leonh. Cappel. de Compens. cap. 4. num. 20. & seqq. p Actionem item de dote cessam non gaudere priuilegijs dotis Mysing. 3. obs. 3.

CAPVT XLIV.

Obligat. ex alieno facto vel persona.

ALIQUANDO ETIAM (connekte cum c. præced. initio.) EX ALIENO FACTO, SEV PERSONA ACTIO CONTRA ALIUM NASCITVR AVT EX REBVS NOSTRIS vel à nobis possessis (aut vid. j. c. 48. VBI TRIA NOS OBLIGANT. I. RERVVM OBLIGATIO, QVÆ VEL IN PIGNORE vbi res obligatur, non persona l. vlt. C. si vnus ex plur. sed propter rem conueniuntur possessores act. Seruiana seu hypothecaria §. 7. Id est act. a Qui rem sua tenentur ad soluendum, vt rei cessione vel restitutione liberentur l. 16. §. 3. de pig. VEL IN ONERIBVS, vt sunt vtilitalia, tributa, publicæ præstationes, vbi res obligatur l. imp. 7. pr. de Publican. b ac propter rem possessores l. 2. l. 3. C. Sine cens. vel rel.

adeo & vt à prioribus possessoribus contractas agnoscere cogantur dd. l. vbi tamen qui possessione cedere mauult liberatur. per l. 64. de Vsis. l. 7. de acq. pl. arc. II. DAMNVM DATVM VEL ANIMALIBVS, QVORVM AVT NATVRALIS EST FERITAS, aut apri, lupi, vrsi &c. vbi dictio adil. cautum, ne quis, quã iter sit, ea habeat, Si contra factum & homo liber perierit in solidos 200. actio; si ei damnum datum quanti æquum. Carcerarum rerum damno dato dupli condemnato l. hi n. 46. & 2. seqq. de ad. ed. §. vlt. l. si quadr. paup. AVT NON EST VBI ACTIO l. 12. tab. tit. I. & D. si quadr. paup. sec. Si QUADRUPES l. 1. pr. d. t. quod si bipes vtilis actio l. pen. d. t. non fera pr. l. ibi ceterum & c. l. 1. §. 10. D. d. t. sed contra naturam generis sui moral. l. 1. §. 7. id est si laiciua aut pauore, non si onere pressa, aut ab alio irritata l. 1. §. 4. §. 7. & §. II. PAVPERIEM d nec iniuria est l. 1. §. 3. D. in sp. pr. l. h. t. FERIT siue res, siue personæ læsã l. 3. h. t. vt aut æstimationem præter aut animal noxæ dedat d. l. 1. pr. aliquando tamen in solidum, de quo d. l. 1. §. 15. & seq. Datur omnibus quorum interest, nisi ipsi causam dederint læciua vel incogitantia; vt si à cane alligato quis læsus l. 2. in fin. h. t. e contra dominum non tantum qui fuit tempore damni, siue adhuc sit, siue dolo desierit, sed & qui postea effectus, quã noxa caput sequitur. Ac si plurium commune animal contra sing. in solidum nisi ante litem contest. perierit, vbi extinguitur actio l. 1. §. planè 13. d. t. f VEL AB INANIMIS vt ædibus & operibus vbi si ceciderint in alienum & nolimus tollere, actio noxalis, vt aut damnum præstemus, aut ædibus cedamus. Quod si nos agamus vt quæ ceciderunt tollere liceat exceptio vicino vt de damno præterito & futuro caueatur l. 7. §. 1. & vlt. l. 8. l. 9. pr. de dam. inf.

NOTATA.

a Verùm hic non est obligatio personæ vlla, de quali hic agitur. Nec magis huc referri potest Seruiana, quæ ex iure, seu domino pignoris quod habet creditor, quom rei vindicatio aliave in rem actio vbi itid. personam conuenire necesse est. b l. 3. C. de annon. lib. 10. l. 5. pr. D. de Censib. Arque hiac vtiligal fixum, quod immobilibus rebus imposuitur, earum onus Iacob. Duran. Castell. 2. variat. 8. Quocirca nec hic oblig. vera personæ quæ huius loci, nec si esset, spectaret ad ius priuatum. Ideoque nihil de eo hic adnoto. c Vid. remiss. siue Casp. Caballin. de adil. alt. c. 4. Menoch. arb. c. 568. vbi itemque ca. 366. ioculatores & circumforaneos feras secum ducentes, si ab illis homo inrempus fuerit, extraord. coëcendos statuit iudicis arbitrio, per l. vlt. de extr. crim. contra Rom. & Couar. in elem. 1. de homicid. p. 2. releat. §. 4. num. 11. qui 200. solidorum pœnam statuunt. Sed rectè Couar. per apertum tex. d. l. 42. de ad. ed. Nec obstat d. l. vlt. quæ generatim loquitur de damno dato. Excip. ex d. l. 42. species illa damni planè peccato homine. d Sic vocatur quod noxiam nõ d cendo animal dominum. pretio suo pauperet Marq. Freher. 2. Parerg. 3. e Vincos enim ad fores canes habebant, qui o. e stiarj dicti, parieti superscripta formula, CAVE CAVE CANEM vid. Christoph. Coler. Parerg. cap. 16. Eryc. Eusean. lib. genial. ferm. pag. 15. f Affinis huic actioni, non f eadem tamen, actio de pactu pecoris ex l. 12. tab. cuius mentio l. 14. §. vltim. de præscr. verb. quæ tunc datur cum pecus sine omni domini vel custodis culpa agitur aut pratium aliquod ingressum depauerit. Nam si culpa id euenit, aut si dolo pecus tuum in alienum immiseris, vtilis actio ex sententia l. Aqu. l. vltim. C. de l. Aquil. quam non de alia act. ex pastu, nec de act. si quadr. paup. (quia depasci ac pascendo velci contra naturam non est pecoris) accipi posse aut debere scitè ostendit, receptamque eius lectionem adstruit Gœd. ad 31. de V. S. num. 7. & 8. Vid. & de act. de pastu Balduin. ad l. 12. tab. 14. Oldend. c. 6. n. 19.

S itaque adibus ac opere cedere parati sumus, damni praestatione liberamur: nisi aduersus futurum damnum cautione occurratur. Hinc III. praestatio ex rebus nostris. DAMNI IMMINENTIS METVS, CUI OCCURRENDI DVPLEX RATIO I. AD FVTVRVM A PVS, 2 vnde damnum metuitur, inhibendum, OPERIS NOVI NVNCIATIO I. §. 1. h. r. Opus noui nunciare concisus dicimus id est nunciare vicino ne b quid noui operis faciat l. Prator 20. pr. & §. 9. h. r. Et c aurit edicto ne post eam quidquam operis faciat. Si factum sit, iure aut iniuria, vt RESTITVATVR, l. 1. pr. l. 8. §. 4. l. 20. §. 1. & §. 3. l. 21. §. 1. h. r. NISI NON TENEAT NVNCIATIO, SI AVI INITIO INVILIS, IDQVE VEL OB GENVS OPERIS, si messem faciat, arborem succidat, vineam putet l. 1. §. 12. h. Requiritur enim opus quod fiat in solo ita vt sit exstructi demoliendi, & destructi reaedificandi copia. Opus namque restitui iubetur l. 20. pr. hoc. tit. Non autem possunt restitui arborum succi, sed edificii exstructum vel destructum. Aliud d in interdito, Quod vi aut clam l. 7. §. 5. Quod vi d quia ibi nulla restitutio praecisa, sed si non restituitur condemnatio in id quod interest l. 15. §. 7. d. r. Item si vetus e edificium fulcat l. 1. §. si quis 13. h. e quia requiritur opus nouum, quo pristina facies mutetur. Exceptae etiam riuorū & cloacarū refectiones & purgationes l. 5. §. vlt. & generatim omnia opera quorum mora periculum adfert d. l. 5. §. 12. 2. Item si ex locorum conditione ius edificantis appareat, vt si in litore aedificet, nunciari nequit, nisi ex vnâ causâ, si quis damni infecti velit sibi cauere l. 1. §. 18. Aliâs nō distinguitur intra an extra oppida, in priuato, an publico fiat l. 1. §. siue 14. h. vlt. OB FORMAM AMISSAM, CUI IV. INSUNT: I. PERSONA Ius nunciandi habet, vt est in l. 1. §. nunciatio 16. h. r. qui aut iuris sui conferuandi, vt is ad quem pertinet l. 1. §. pen. videlicet dominus & qui pro domino, emphyteuta & superficiarius l. 3. pr. & §. pen. h. r. tutor & curator l. 7. in fin. non autē socius socio l. 3. §. 1. & 2. Aur damni depellēdi vt vicinus l. 1. §. 17. & cui seruitus debetur l. 5. §. 9. h. r. l. vn. §. 3. de remiss. scilicet vrbana, non rustica l. qui viam 14. h. r. h quia in his mora periculosa, cum opera ferē fiant in agris culturæ causâ, stata tempora habent, item creditor cui pignorum praedium l. creditori 9. h. r. Aut publici iuris tuendi gratiâ, omnes ciues l. 3. §. vlt. non autē serui l. 5. §. 1. Eodem sensu in l. 5. §. 9. & bellē 9. h. Triplex causa: Naturalis, Publica, Impositiua. Si tamen, qui verē nullam habet nunciandi causâ, iam, aliquam falsò alleget, modo de eâ dubitetur, i tenet l. 20. §. 1. & §. 3. & Et qui suo nequit alieno nomine nunciare potest l. 1. §. item 3. modo latius de dominum ratum habiturum l. 5. §. 18. l. 13. pr. & §. vlt. Quia verò i in rem sit, non in personam l. 10. l. vlt. h. r. vbi legendum operi, non vt P. Florent. operis, m ideo nunciari oportet omnibus qui in eo loco, vel domini nomine, custodes (et si serui foeminae pueri l. 5. §. 13.) vel operis nomine, fabri opifices l. 5. §. 3. 2 Et si res plurium vni sufficit d. l. 5. §. 5. Hinc & contra inuitos, ignorantes & absentes tenet l. 1. §. 15. & furiosum ac infantem l. 10. modo fiat intelligenti l. 11. h. r. 2. Locus, is tantum in quo sit opus alibi facta inutilis l. 5. §. 2. & §. 4. h. r. 4. TEMVS etiam die feriato l. 1. §. item 4. quia non est iurisd. contentiosa l. 2. de ser. 4. MODVS TRIPLEX l. 5. meminisse 10. 2 VEL PER PRATOREM, si aedeatur, vt ipse inhiberi iubeat l. si opus 16. h. vel per manum oppositam operi quasi auerlando & lapilli iactum l. vi facit 20. §. 1. Quod vi & sic legitur in vulg. d. §. 20. & reclus; Flor. Pand. habent iactum, quod defendi potest si iactus ex

iactu intelligatur, P qui ritus exoleuit. Vel per nunciationem noui operis in specie dictam (Prioribus enim modis est à nunciacione distinguitur in d. §. 10. generaliter etiam nunciatur nouum opus, per l. 20. pr. & §. 9. h.) quæ verbis & solo prohibentis actu transigitur d. l. 20. §. 1. 9 Prioribus duobus modis retinetur q possessio si ante habita, posteriore amittitur d. §. 10. & l. 1. §. 6. h. r. 2 AVT POSTEA FINITA: VEL REMISSIO NE QVA AVT EX CONVENTIONE litigatorum l. 1. §. inde 10. h. Facit L. pen. C. de pact. AVT REMISSIO NE PRATORIA l. 8. §. 4. l. 20. pr. Quæ vel sit ex causa si nunciatus de calumnia iurare nolit l. 5. §. 14. vbi in totū remittitur, vel sine alia causa, vbi sub conditione, quatenus ius edificandi l. 8. §. 4. vel quatenus nunciatus non habet ius prohibendi, l. vn. pr. de remiss. l. vbi ceterum pro alioqui l. 1. pr. h. r. vbi recta lectio negatiua in P. Flor. vitiosa autē affirmatio, omisa voce non quæ in vulgaris. Et non in Procuratoris, sed nomine personam remissio confertur l. 13. pr. h. Eamque impetrat etiam alius absentis nomine, sed si nunciatus velit de iure suo experiri, satisfacere debet, si non iure aedificatum sit, restitutum vt dominus in eadem causa faceret. Atque hoc est quod, in l. 1. §. 9. habetur litigatores se committere praetoria iurisdictioni, AVT EX SATISDATIONE, vel solâ repositione si alieno nomine nunciauerit eius cui nunciatus est, vbi ipso iure, non adito praetore, remittitur l. 5. §. 17. l. 20. §. 1. & §. 9. r in totum. Vtrique enim consulitur l. 21. §. 1. h. quam obtulisse sufficit l. 20. §. 5. h. Cautio autem fini nunciacionis & metui conueniens, vt aut caueat de opere restituendo, (non toto, sed nouo facto, de quo l. 21. §. opus 3.) l. 21. pr. & §. 1. vbi nunciatus sibi soli stipulatur, non heredi, quia morte hec extinguitur, alter etiam de herede promittit l. 8. §. vlt. Si opus factum à se vel herede & iudicatum fuerit non iure factum, aut res ab his non defendetur, se heredemve boni viri arbitratu restitutum, in eoque doli malum abesse & abfuturū l. 21. §. 2. & §. 4. Si postea, non restituit, vt praetoria restituendum, vel si placet peritiori, quanti ea res, condemnatio l. 12. l. 21. §. 4. Quia enim hic vertitur magistratus auctoritas l. 20. §. 1. h. r. praecisa facti, contra quam alius, obligatio si ad id agatur. Quod si pluribus nunciatur satis est si ab vno caueatur. Sin à pluribus & singuli de eo quod sua interest cautum velint, adiciant quanti cuiusque interest. Idem est si vnus stipulatur quanti ea res erit d. l. 21. §. vlt. Interdum habet certū diem stipulatio, si intra eum iudicatus erit aut res non defendetur l. 13. §. 1. h. vbi committitur stipulatio si intra diem eum cōditio exstiterit, praeterea eā non licet dominus iterum nunciare, quod tum cōditio defecerit qui sensus d. §. 1. VEL MUTATIONE DOMINII, morte aut alienatione l. 8. §. pen. h. 2 Deneuata tamē executione noui operis, supersunt legitimæ actiones l. 19. h. r. vt rei vindicatio, interd. Vt possid. &c. Quod si itaque teneat nunciatio, nec remissa, RESTITVTIO FIERI DEBET INTERDICTO PROPOSITO l. 20. h. r. 2 quod datur nunciati soli, herediq; eius l. 20. §. 6. Nam si plures domini, singulis nunciare necesse est l. 5. §. 16. h. Contra eum solum qui fecit, vel h pro faciente est, vt qui mandauit, vel ratum habuit l. 20. §. 7. Et si veteri domino nunciatum & nouus, forte emptor, perfecerit opus, licet ignorans, teneat l. vlt. vbi, ratio quia obligatio ex re, non personâ, nascitur h. r. non autem venditor, qui nunciatum sit, priusquā opus fieret, vendidit d. l. vlt. Hinc si plures domini ac vnus aedificauit ceteris inuitis, is solum tenetur l. 5. §. 5. l. 18. h. Jmmō & heres qui nihil dolo malo fecit, non tenetur interdico, sed solum patientiam destruendi operis praestare debet l. pen. h. r. 2 ad restitutionem operis facti, quando dicitur, factum est in l. 21. §. opus 3. Et quia

quia probatio tunc difficilis, quando ante nunciacionem opus inchoatum ac postea aliquid inductum, cautio est vt nunciatus curet id opus quod factum antea in testat. referri, ad eamque rem modulus sumat l. 8. §. 1. & §. 5. h.

NOTATA.

- a a Nam & si quis tantum destinauerit aedificare, fabros conduxerit, lapides collegerit, nec quidquam adhuc fecit, nunciatio tenetur Dna. h. r. c. 3. cir. fin. & ad l. 1. §. potest 8 h. r. 1. per l. 5. §. 2. h. r. verbis siue quis aedificet siue inchoet aedificare 2. per l. 8. §. 1. si quid operis factum erit. Potest igitur nunciari, antequam quid operis fiat 3. per l. 20. §. 2. siue autem vacuus locus sit siue aedificatus, &c. Non obstat L. 21. §. 3. hoc. tit. Nam loquitur de forma praetoria stipulationis & satisfacionis praestanda ab eo cui nunciatur. Aduersus praeterea vero opera non competit l. 1. §. 1. h. r. quia hoc edictum est prohibitorium. Prohiberi autem nequeunt iam facta, Henning. Goden. conf.
- b 104. n. 1. b vocatur *anterioria Non. 61.* Vid. de hac materia Dna. in meth. tract. ad h. r. & expl. 2. g. l. prior. & 1. disp. 6. Rob. 3. sent. 16. P. Greg. 4. Syn. 27. & §. 4. seqq. Gomez. in l. Tauri 46. n. 29. & seqq. Fach. 8. contr. 44. & seqq. ad l. 1. Somestr. 44. e Vnde dicitur similis appellacioni l. 1. Nihil innovari app. pend. quia quiescere debet ius nunciatum est; Dna. h. r. cap. 1. & ad l. 1. pr. h. r. Recte autem in d. l. 1. pr. h. r. Flor. libri habent promittitur & melius quam Hollaundini permittitur (licet eam lect. probet Carol. Labbe in obs. in Synops. Bassil. lib. 58. tit. de Nunciacione cap. 1.) quia edicta ita concipiuntur vt promittitur: iudicium dabo, act. dabo. Post edicta autem concipiuntur formulae actionum vel interdictionum singulis edictis accommodatae, Dna. ad d. l. 1. pr. d. Sed Dna. ad d. leg. 1. §. 12. discrimen hoc non admittit, quia inquit Vlp. in leg. 7. §. 5. mouetur inde quod interdictum pertinet ad ea quæ in solo sunt. Quæ ratio & huic nostro conuenit. Idem sic distinguitur, Aut arbor caditur fructus causa, si cadua quæ in fructu fuit, §. 12. Sol. matr. & non tenetur cadens interdico d. l. 1. §. 12. h. r. d. l. 7. §. 5. ibi qui fructum tangit. Aut alterius vtilitatis ratio, ac ita vt solum ipsum corrumptur (de qua successione loquitur d. §. cum interd. tribuit) & competit non illud tantum, Quod vi aut clam: sed & hoc restitutorium interdico. Arbor itaque in d. §. 12. intelligenda cadua per verba praeced. & seqq. de messe & vinea quæ sunt fructuum, querendorum causa. Ita Dna. Sed reclus noster. e Sic recte legitur d. §. 15. per verba seqq. veteri sustinendo scilicet per tibicines & fulcra, vbi nihil mutatur facies rei, Dna. ibid. ¶ Quidam libri habent reficiat. Vnde Alciat. refectionem & infraurationem veteris aedif huc non pertinere r. per d. §. 13. 2. quia non mutatur verus facies. Reficere enim est ad pristinam formam reducere l. 3. §. non de iur. iud. priu. Contra Dna. h. r. cap. 2. & ad d. §. 13. si refectione talis vt nouam rei speciem adferat, quia speciale est in refectione riuorum, vt negetur nunciatio l. 5. §. 11. h. r. Exceptio verò regulam arguit contrariâ. Ad rationē Alciat. Reficiens non mutat, inspecto sc. tempore quod nunciacionē praecessit, inuitat autem inspecto tempore quo nunciatum est Nouum autem opus quod formâ rei mutat quæ tunc fuit cum mutatio fieret. Sic cum dicitur, Nihil innovandum pendente appellacione, hoc referendum ad tempus interpositæ appellacionis, non anterior. f Dna. ibid. Gomez. in l. Tauri 46. n. 37. Et nulla tunc remissione vel satisfacione opus Rob. 2. rell. l. 1. 2. g vid. Falas. l. ur. Emphyt. q. 33. n. 10. Et bonæ fidei possessor arg. l. 7. §. 6. l. 13. pr. de Puhl. in rem P. Greg. 4. Syn. 28. num. 1. Gomez. in leg. Tauri 46. n. 23. admittens etiam nudum possessorem sine titulo arg. l. 11. de vi arm. l. 1. Quod vi Non autem iniquiui & coloni l. 3. §. 3. nisi ad longum tempus condixerint. Et nisi dominus absens arg. l. 1. §. si per vim vel alio modo, Gomez. d. lo. n. 27. h Variæ hic sunt sententiæ: Cum nostro inter vrbana & rustica dist. Dna. 2. disp. 17. & hoc. tit. cap. 3. & ad l. 14. (vbi scribitur se 12. diuersas opiniones hac de re reperisse in aliorum libris) Fac. 3. qu. 57. 10. Tauard. de Interd. h. r. num. 10. & plerique interpp. teste Ant. Fab. 19. Cont. 5. Ratio diuersi reddatur d. Quia quia aedificans in via, ex. gr. minus iter impedit, quâ incommodi adfert opus contra seruitutem vrbana: Vnde multa exempla vrbana seruitutum quod in iis nunciatio teneat, reperit ait l. 15. de seru. vrb. nulla rustica. Sed hac distinctionem reprobat Coraf. 5. misc. 25. quia l. reliquæ quæ nunciacionem tribuunt seruitutem habenti indiff. loquantur d. l. 5. §. 9. l. 9. h. r. l. 47. Fam. enc. & Hotoman. 2. amic. 17. quia, ait, via seruitutis non tantum rustica, sed & vrbana si per alterius arcem cessa. Et stillicidij seruitus vrbana

na, in qua ius nunciandi non est. & Bron. l. aff. 9. A. Fab. 19. con. 5. Ad. d. l. 14. B. Coraf. ibi nihil agi, & quia non incommo- detur vsus seruitutis aedificando, sed melior reddatur si forte ex terrenâ lapidea fiat (sed mera hæc diuiniatio est. l. indefinitam ad huiusmodi casum indubitab restringere) & quia non mutetur pristina facies (quod verum non videtur) Gomez. in l. Tauri 46. n. 24. posse etiam in rustica seruitute nunciari, quando ea imposita certo loco fundi seruitutis, si in illo loco aedificetur. Non posse si simpliciter, quia si non certus locus determinatus, ad vsum seruitutis, licet in vnâ parte fundi aedificetur, per aliam tamen ire potest, & ita intelligit d. l. 14. ¶ Cuius. 1. obs. 17. ita. Non aliis seruitutem habentibus nunciatio, quam quibus eo iure licet intendere ius domino non esse in suo aedificandi. Vt in seruitute altius non tollendi ne prospiciat aut luminibus officiat & oneris ferendi. Contra in fetu. via itineris, aqueductus, item stillicidij recipiendi, quia nec illic actio datur, non esse ius aedificandi leg. 9. Si ser. vint. Cum quo ferē conuenit Rat. 2. var. 2. ¶ Hoto. d. lo. sic, Seruit. alia in non faciendi in quibus nunciacione locus, exemplum l. 15. de seru. vrb. alia in patienda, in quibus non item. Ratio Promissio non faciendi continet promissionem patendi, non contra. Excipit seruit. oneris ferendi l. 6. in. §. Si ser. vid. quia singularis illius & quasi abnormis natura ¶ Char. 1. Veris. 2. tum nunciari posse in seruit. quacunque cum probatum est opus nunciandi nocere, quod fier cum de seruit. constituta docebitur. Non igitur, ait, poterit ante vindicacionem seruitutis, & hoc dicit d. l. 14. postea poterit l. 9. pr. Si ser. vint. & ita quoque Bron. l. aff. 9. At hic omnino restit. quod nunciatio tenet siue iure siue iniuria fiat, modo, an causa aliqua nunciandi sit, dubitetur, &c. ¶ Tauard. 1. q. 13. in vrbana liberè nunciari nouum opus In rustica contra, non quod planè non admittatur, sed quod debeat prius seruitute, rem vindicare d. l. 9. pr Ratio diff. Si aedibus imposita Lex ex. g. ne altius tollatur domino seruitutis domus aliquid contra moliente vt licet const. legis beneficio Contra in rustica. Si enim ex g via constituta sit, ac aliquid fiat quo via causa deterior fiat, non ipsâ lege seru. cautum ne id fiat, nec in impositam nunciacionis causam committit aedificans. Quia autem per id via inuia redditur, non aedificium surgens, sed via ipsa dat causam huic edicto Inde igitur remedium, vnde damnum oritur vt viam vindicem, quasi me non patiar, vt qui aedificat. ¶ Assentior A. Fabio 19. Con. 5. ita dist. Aut nunciatio fit alij aedificanti, quàm domino & ita dist. tenet, aut domino ipsi, & disting. an opus fiat directo contra formam constitutæ seruitutis, vt in seru. altius non tollendi, aut per in directum vt in via, &c. Quod & cum relata Vaudi opin. conuenit. i Non item alienigenæ viatores, imò nec incolæ non ciues Dna. in d. l. 3. §. vlt. Non obstat l. 1. §. vlt. de iur. publ. datur omnibus & in omnes; Nam B. omnibus scilicet quibus popularis act. competunt. Ob. At omnium interest etiam extraneorum, quibus licet via publica ire l. 11. C. de seru. B. Dna. non sequitur. Licet ire in via publica. Ergo & causam publicam de via defendere Dist. P. Greg. 4. Syn. 17. n. 9. etiam viatoribus concedens & Gomez. in l. Tauri 46. n. 30. qui tamen ita admittit si opus in via publica fiat, non si in alio loco publico k Non autē si aperte iniusta. Facit l. 1. §. 18. hoc. tit. Quæ k cōmunis opinio Gail. 1. obs. 16. n. 3. & seqq. Aruma disp. Pand. 19. t. h. 7. dist. Fach. 8. contr. 44. Prius verò nunciandi de calūnia iurandum l. 5. §. 14. h. r. Quomodo autē auctore Praetore iuretur, cum fiat etiam sine praetore vid. Dna. ibid. & ad l. 1. §. 2. h. r. & in meth. tract. d. sub. fin. Id est huiusmodi verbis nuncio ne quid operis fiat: non his: ne quid tu facias. Dna. ad leg. 1. §. 5. & ad l. 5. §. 2. hoc. r. m Sed recta Flor. lectio operi, non persona sit, (non sit) Inconcinne diceretur nunciatio operi fieri semper, immod sit personæ. At rectè esse operis non personæ d. l. vlt. rectè item, fieri in rem non in personam d. l. 10. Diuersa hæc: fieri personæ vel rei & in personam vel rem. In rem actiones exercentur contra personam ob rem. Sic pacta in rem actiones in rem scriptæ, id est siue personæ certæ designatione ¶ Vbi si, antequam ad domini notitiam perueniret, opifices aedificare perrexerint, dominus tenetur ad destructionem operis post nunciacionem facti, sed fabri tenentur soluere expensas demolitionis, quia ipsi aedificando culpam commiserunt, Gomez. in leg. Tauri 46. n. 29. o Gomez. in l. Tauri 46. n. 31. Sed vnam esse noui op. nunciati. putat Dna. ad hoc. tit. D. c. 6. & ad d. l. 5. §. 10 ac diuersa esse genera prohibitionum per Praetorem, itemque per lapilli iactum. His modis prohibitum non posse aedificare, nec satisfacere velit. quia nullo iure id cautum reperitur. Et in his concedi remissionem. Differre autem in eo quod nunciatio fiat iis, qui in solo nunciantis aedificant, reliquæ illis qui in alieno. Rob. quoque 3. Sent. 16. Prohibet. per Praetorem à nunciacione diuersam statuit, per d. l. 5. §. 10. & per l. 3. §. 2. in fin. h. r. (quam

tamen aliter exponit *Fach. 8. contr. 46.* cumque obstat *l. 16. h. 2. v. Rob. Nunciat posse fieri accidente auctor. pratoris, sed id non necessarium. Nec in d. l. 16. Pratorem nunciare aut prohibere, sed iubere nunciari Aliter P. Gregor. 4. Syn. 29. n. 2. quadrupl. faciens & eam quæ sit per iactum lapilli ab ea quæ oppositione manum distinguens. p. Et sic legit ictum *Rav. ad l. 73. §. 2. de R. l.* quæ verba per lapilli ictum glosographo male adscribit *Hotom. 2. obs. 4. & male exponit Alex. Raudens. de analog. cap. 7. numer. 14. & seqq. ref. Bernh. Grauo. concl. pract. libr. 1. concl. 16. consider. 1. numer. 3.* quasi non significet projectio, sed lapidum aut materiæ ad edificandum paratæ dispersio, *vid. l. 1. §. 6. leg. 20. §. 1. Quod vi aut clam* ut tamen interueniant verba vel autus equipollens *P. Greg. 4. Syn. 29. numer. 3.* Prohibito autem hæc festucaria dicta & ciuili *Cuiac. ad l. 81. de V. S. q. Prator non adito l. 1. §. 2. h. 11.* Ac tantum abesse dicit *Duar. ad d. §. 2. v. Pratoris adito* semper exigatur, ut & in suo factum dominus soli proprio motu demoliri possit, per *l. 30. de acq. do lego 33. de cond. in d. l. 27. pr. verbis aut rem perdere de ser. urb. l. 1. C. v. nem. lic. &c.* in quo consentit, *Valla de reb. dub. r. 8. num. 1.* Nec ideo, ait *Duar.* inutilis nunciatio si quis forte non auit, vel nequeat demoliri. Potest & aliis modis, qui affines nunciacioni huic, prohiberi adificans, ut interd. prohibitorio & act. ciuili confess. vel negatoria. Quid vero interit nunciacione quis prohibeat an act. ciuili tradit, *Cuiac. v. ad Af. in l. 15. h. 1. 1.* Nunciatio non postulanda est a pratore *l. 1. §. 2. h. 2.* Actiones ad ante inhibeat opus quam actor probauerit. Nunciatio vim suam exercet statim. 3. Actio interdum est necdum quisi quam adificauerit *leg. 15. hoc tit.* Nunciatio non antequam inchoetur adificiū *l. 5. §. 2. h. 1. (vid. tamen. nos. s. lit. A.) 4.* Nunciatio datur non possessori aduersus possessorem & per eam constituitur aduersarius possessor, quod intellige de posteriore specie, quæ specialiter sic vocatur. Vnde si possidet prohibetur expedire ipsi ut alia actione agat, ne possess. transferat, sin aduersarius possideat, vtiliorem esse nunciacionem *Cisep. ad l. 15. h. 1. 1.* Quid ita cum durum sit iuris nostri cōseruandi gratia inuentam in nos conuerti *Gomez. in l. Tauri 46. n. 22.* rationem aliam reddi non posse, quam quod solo verbo nunciatis, ceu meretriciosus ac timidus, videatur animum possidendi abicere cum non alio modo prohibeat. *Duar. h. 1. 2. 6. & ad l. 5. §. 10.* ideo transferri poss. quia permittitur adificare cui nunciaturum est, si fastidare voluerit, aut Pratore adito remissionem acceperit. Sed per hæc difficultas non tollitur, *Vaud. l. 1. §. 1. n. 9.* Possessorem fieri aduersarium *d. §. 10. & d. §. 6.* non quod nunciatio possidet transferat. Neque enim verbis transferri potest *l. 23. pr. de acq. poss.* sed ut sequitur satisfactio. ne, proindeque remissione habitâ hoc ipso possessor iarelligatur constituit *l. 7. §. 2. Quod vi aut clam & similit.* Tunc enim ex voluntate nunciantis incipit possidere est quæ satisfactio pro possessione *l. 15. §. 11. vers. cum ideo de dam. inf.* Sed obstat huic quod *d. §. 10. & d. §. 6.* dicunt possessorem nos facere per nunciacionem. Non igitur per satisfactio quæ eam aliquando sequitur, immo remittit & abolet. Melius itaque *Rob. 3. Senr. 16.* quia nunciatus suo nomine similis ei qui iudicium inchoat, coque ipso quodammodo se actorem constituit & consequenter reum possidere facetur. At lapilli iactu prohibens factio ipso obstat, suamque sibi possid. seruat. Et cum per Pratorum prohibitio sit, Prator ipse suo officio opus inhiabit. 5. Remissio vero facta vbi nunciatio non tenet *d. l. v. n. §. 2.* Non tenere dicitur, non quæ nulla est, ob defectum sollemnium: tunc enim nec vllâ remissione opus, sed cuius effectus impediatur, si facta cui ius non est prohibere. Quod ex euentu litis cognoscitur. Interim remissio vtilis ac necessaria si quis adificare velit. Tenet autem quæ in vigore suo persistens remissioe non meretur conuelli ob ius nunciantis. Praua igitur omnino pauper ac arrogans, Cuiacij correctio vel corruptio potius *l. obs. 16* qui in *d. l. 1. §. 4.* verba vtilis & inutilis transponit, scribens. Aut hæc verba locum inter se committent necesse est aut nulla est. Scientia nulla disciplina iuris. Quem satis redarguit, *Duar. ad l. 2. h. 1. Rob. 2. rec. l. 12. cir. fin. ad. Marc. Lyellama l. 3. Membran. et log. 1. 1. 1.* Sed huic iuri aliquantum derogauit & satisfactioe imminuit *l. v. n. §. 2. hoc tit.* ex quâ non aliter admittitur, quam si per tres menses qui nunciavit de iure suo non docuerit. Nec ante eorum lapsum impune adificat qui satisfedit *Duar. h. 1. c. 6. & add. l. 5. §. 17. Gomez. in l. Tauri 46. n. 34. & 2. seq. P. Greg. 4. Syn. 31. n. 3. Tessaur. decif. 204. Gail. 1. obs. 16. n. 17. Bernh. Grauo. concl. pract. Cam. 16. num. 18. & seqq. Ant. v. r. i. r. i. g. de fideiuss. cap. 15. n. 29. & seqq. Fachin. 8. contr. 48. u.* Morte eius qui nunciavit, quia statim ius prohibendi, cuius cōseruandi causa nunciatio facta, alienatione, quia interesse desinit, *Perr. Gregor. 4. Syn. 31. num. 6.* Obi. Obligatio tranfit ad heredes *Resp. Duar. ad d. l. 8. §. pen.* Nunciatio facti tantum, nec quid com-*

munis ei cum obligatione. Obi. Iudicij instantia tranfit ad heredem *l. si cum 33. de fidei. cap. quia extra de iudic. 8.* Hic tantum est præparatio iudicij futuri *Duar. d. lo.* Sed hæc ita si res integra ac nuda adhuc nunciatio. Quod si spreta nunciacione viuo defuncto opus factum, interuentum, quod defuncto competere cepit, etiam heredi datur, *Duar. d. lo.* Non autem extinguitur nunciatio morte eius cui nunciatum est *d. l. 8. §. vlt.* quia ex huius parte realis est, ideoque ad heredem tranfit, ex parte nunciantis personalis *P. Greg. 4. Syn. 31. num. 8.* x Cui licet multa communia cum Interd. x Quod vi aut clam, discrepat tamen *Dua. ad l. 1. pr. h. 1. Gomez. in leg. Tauri 46. n. 22. 4. diff. recensens.* Nam Interd. Quod vi, habet locum etiam pro re communi, datur fructuario, item habenti rusticam feruitutem, & colo vel inquilino. Quorum nullum conuenit huic interdicto. y Scil. ad id vt patiaty opus destrui, non vero vt impensas demolitionis præster ne obstat *l. 3. §. 3. in fin. de alien. iud. iur. ca. Pac. 3. q. 12. 2. Sed Perr. Greg. 4. Syn. 30. num. 1.* ab heredibus quoque impensas præstandas vult si possideant, nisi adificatum sit inuito defuncto. Idemque ex *l. 16. §. vlt. Quod vi aut clam, sic dist. Qui fecit & possidet patientiam & impensas; Qui fecit nec possidet impensas, qui possidet nec fecit patientiam tantum destructionis præstat.*

C A P V T X L V I

Stipulatio damni infecti.

2. O P E R E F A C T O aut si id inhiberi nequeat DVVO REMEDIA: VNVM COMMVNE, ad omnia quæ damnum inuolunt. DAMNI INFECTI STIPVLATIO. QUÆ VT OBTINEATVR TRIBVS IN REBVS positum de quibus edicto cautum, *l. 7. pr. h. 1. PETITIO AD CAUTIONEM* impertendam, quam Prator pollicetur *d. l. 7. pr.* quæ actionis instat *l. 37. de O. & A.* a hoc tamen differt quod non condemnatio in pecuniâ, sed alia pœnitentia. Et sæpe per metonxym. effecti pro causa vocatur stipulatio damni infecti *l. 18. pr. h. d. l. 37. EAQVE EX OBLIGATIONE,* nata ex conditione rei nostræ, quæ est vt de damno à se dato onerent, nisi eam cedere aut de damno cauere malimus *l. 7. §. 1. h. 1. DE DAMNO,* id est diminutione patrimonij *leg. 3. hoc tit.* b I N F E C T O b quod futurum venemur *leg. 2. hoc tit.* c Nam de præterito nulla cautio. Immo nec cogi potest vt rudera tollat modo illis decedere paratus sit *leg. 6. l. 7. §. vlt. l. 8. l. 9. pr. hoc tit.* d O M N I siue ab ædium vitio imminet, licet in litore sint *l. 24. pr. h.* siue ab opere aliquo, siue agro, aut arboribus *leg. 19. §. vltim. l. damni 30. in pr. & fin. h.* Excepta est refectio loci publici *l. 15. §. 10. h. vbi tamen Princeps vel Præses adiri potest leg. 24. pr. vers. quid ergo. h. 1.* O M N I B V S, Q V I M E T V V N T, dum modo de calumnia iurent *l. 13. §. 3. & qui alieno nomine petit præterea de rato caueat. l. inter quos 39. l. pen. h.* ETIAM INQVILINIS, eorumque vxoribus & qui cum iis moratur *d. l. 13. §. 3.* superficiario, fructuario, *d. l. 3. §. 8. creditorum l. 11. c & generatim in quorum vel bonis vel periculo res cui timetur l. 8. pr. non si quis animi gratia deambulet aut diuertat d. l. 13. §. 9.* Sunt tamen & iustæ denegandi causæ, si vel petens indignus vt qui iuxta monumenrum adificauit aut iuxta aedes suas monumen. fieri passus *d. l. 13. §. 7.* Lex enim 12. tab. sepulcrum iuxta aedes propius 60. pedes extrui vetat *Cic. dell.* Item qui postulat ab alio sibi cauere earū ædium nomine a nouo domino, quarum ipse, dum eas teneret, cauere superfedit *l. 13. §. 11. vbi ratio vel damnum aliâ ratione sarciti potest leg. 18. §. 9. l. 32. in fin. vt actione ex conducto dd. l. 3. §. 6. l. 33. h.* Hinc fructuarius & proprietarius de vitio ædium sibi inuicem non cauent *l. 18. §. 2. l. 20. vbi ratio & nec superficialiarius & dominus soli d. l. 18. §. 4.* Nec emptori ædium ante traditionem cauendum, nisi veditur omne custo-

ne custodia periculum transtulerit *leg. 38. pr. leg. 18. §. 7. & seqq.* Nec socio habenti proprias aedes vicinas communibus ruinosis *l. 32. h. 1. 8.* à socio scilicet quibus re communi nihil facit. Secus si parietem communem destruere aut illi quid imponere vult. *vid. leg. 39. hoc tit. ADVERSVS,* si de opere constituto agitur OMNES QVORVM IN BONIS RES. Vt sunt dominus, bonæ fidei possessor, superficialiarius, fructuarius, creditor *l. 13. pr. & §. 1. l. 9. §. pen. & vlt. l. 10. & seqq. l. 19. pr. hoc tit.* Sin de eo quod constituitur, factum ve ab eo, vnde petitur, omnes, qui opus faciunt, in suo vel alieno, vt superficialiarius, cui feruitus debetur *l. 13. §. 1. l. 9. §. pen. & vlt. l. 20. l. 24. pr. h. 1. II. STIPVLATIO IPSA CAUTIONEM* habens de damno infecto: Vnde dicitur cautio damni infecti *l. 9. §. vltim. l. 13. §. 3. & vltim. l. 15. pr. & passim h. 1.* Cuius PROPRIA: GENVS DAMNI, ID QVOD ADIVM, LOCI. Lociautem non naturale damnum est is palustris & amolus *l. 24. §. 2. diff. extrinsecus accedens d. §. 2.* si locus per se firmus aquâ alluente paulatim vitiaty, eoque vitio corrumpantur fundamenta ædium. Aedes verò etiam in loco palustri arenoso ve extrinsecus periculum minantur, locus est stipulationi, quia videl. ædium non bene iacta sint fundamenta, vt rectè *Accurs. & Bart.* Possunt namq; loca palustria & arenosa firmati molibus alte iactis, & sudibus præstitis in terram infixis. OPERISVE VITIO FACTVM, quod vel ab arte si male extructa *l. 24. pr. a materia, si vitiosa; a* verultate si paries findatur, aut ventrem faciat, non item si à casu fortuito, terræ motu, &c. si regulæ ventro deiecta *l. 24. §. 3. vsque ad §. vltim. l. 34. pr. h.* Atque hinc si in suo quis adificet aut faciat cauere de omni: si in alieno siue publico *l. 24. pr.* siue priuato de operis, non de loci, vitio *leg. 18. §. 4. l. 20. l. 30. §. 1. h. 2.* PERSONA, quarum nomen adicitur, heredum videl. eorumque ad quos res pertinet & successorum etiam singularium *l. 24. §. 1.* Quod intellige non vt hi ex facto auctoris teneantur illiusve obligatio queratur, vt *Bart. & Dd. contra l. 38. §. 17. l. 83. pr. de V. O.* sed vt qui promissit teneatur, etsi emptor extraneus, quid contra fecerit, vt sit talis stip. formula, *si quid damni contigerit vitio ædium, operisve, quod à te, hereditibus tuis, aliisque successoribus factum erit id prestare spondes.* Quod probatur ex *d. leg. 24. §. 6. argum. à contrario ex verbis: ab eo quem prohibere non potuit.* Prohibere enim potuit promissor ne à successore quid fieret, non alienando. 3. D I E S A D I E C T V S *leg. 13. §. vltim. & 2. seqq.* de quo si non conuenit, eum statuit Prator; ac de operibus, quæ sunt publicæ, satisfidari iubet in annos 10. *l. 7. pr. l. 1. §. 2.* In cæteris rebus, pro rei qualitate, causa cognita *d. l. 7. pr.* Vbi spectantur damni causæ, rimæ, fissuræ, ventres protuberantes, verultas operis *l. 13. §. vltim.* & qualitas æstimata ex locis quibus damnum timetur, vt si aedes pretiofæ, si infirma, quæ resistere nequeunt *d. §. vltim.* longinquitas loci & operis magnitudo *l. 14. h.* Maius enim periculum à maiore vitio, & à verultis ruinosis ædibus vicinis, ibique longior dies statuendus. Vbi enim maius periculū cautius agendum *l. 1. §. 5. de Carb. ed.* Sed & finitus dies renouari ac proclari potest *l. 4. pr. l. 14. pr. h. 1. 4.* CAUTIONIS GENVS. De quo nomine in verbis edicti *leg. 7. pr.* Qui conuenitur suo tantum promittit, vt dominus, bonæ fidei possessor; & qui feruitutem habens viam ex. gt. reficit *l. 13. §. 1. l. 30. pr. h.* Qui alieno satisfidat, vt qui alienarum ædium nomine, aut operis, quod in alieno non iure feruitutis faciunt. Superficiarius *l. 9. §. pe. fructuarius d. l. 9. §. vlt. l. 10. l. 20. in publico adificans l. 24. pr.* Quod si contentio sit an reus sit dominus, satisfidare iubetur, sub exceptione *l. 7. pr. l. 31. §. vlt. h. nimirum ea, si dominus non esset l. 22. §. vlt. h. 1.* vt si euentus litis dominum esse demon-

strauerit fideiussores liberentur. Sed si duo sint à quibus cauere quis velit, ab vno satisfidari sub exceptione petens, quem dominum neget ab altero repromitti, non impetrat, sed eligat à quo cauere velit *d. §. vltim. III. POENA,* si non cauerit, nec enim condemnatio ad id quod interest, quia nihil dum ante damnatum datum interest. TRIPLEX 1. MISSIO IN POSSESSIONEM *leg. 7. l. 15. §. ex hoc 11.* Mittitur omnes, siue simul postulent, siue separatim, nec priores obstant posterioribus *d. leg. 15. §. 15. l. 40. §. vlt. h. æqualiter,* non pro rata damni *d. §. vlt. d. l. 15. §. 18.* etiam contra pupillum, etsi tutore careat *leg. 15. §. 29. TOTARVM ADIVM,* nō patris solum ruinolæ *d. leg. 15. §. 12. vbi ratio l. 38. §. 1. vbi, alia ratio,* quia partes reliquæ à vitiosa trahuntur. Itaque si pars vitiosa sit separata ab aliis, vt illæ ruinam non minentur, veluti in spaciolis domibus, missio fit in partem vitiosæ parti vitiam *d. leg. 15. §. 13.* Hinc & in partem agri tantum vitiosam mittitur *d. §. 1.* quia in agro illa ratio cessat. TRIBVENS DETENTIONEM, quæ dat custodiam rei (vt in aliis causis ex quibus immissio fit *l. 5. pr. vti in poss. leg.*) eamque simul obtinet cum domino vel possessore *l. 15. §. 20.* Finit enim hic vt tædio custodia extorqueat cautionem *d. l. 5. pr. d. l. 1.* Quam amittit volens si possessione cesserit, non tamen si metu ruinæ *l. 5. §. pen.* inuitus si ei caueatur de omni damno, & de impensis *l. 15. §. 31. 32. & 34. h. 1. II.* Hac si nihil proficiat & iusta causa sit, id est si interuallum aliquod intercesserit *l. 15. §. non a. 2. 1.* vel dominus diu absit, præterquam si Reipubl. causa, vel si minor sit *leg. 15. §. 22.* vel aliquandiu (quod inius dicentis potestate definire, & immorari nemo k caueat *d. §. 21.* Domum vero prius denunciari iubet Prator *leg. 4. §. 5. hoc tit.* IVBETVR POSSIDERE ET IVSSVS FIT DOMINVS *l. 15. §. Iulianus 15. & seqq. & §. 33. h. 1. l. 1. de fund. do. 1* Hæc enim conditio iustæ possessionis à domino translata *l. 20. in fin. de acq. d.* Obi. Immo longo tempore dominum capit *leg. 5. l. 12. d. l. 15. §. 16. & §. 26. & seqq. hoc tit. l. 3. §. vltim. de acq. poss. 3. 1.* longo tempore scilicet quod præcessit 2. decretum, quia nec prius iubetur possidere, quam diu in possess. custodia causa fuerit. Et longa possessio *d. l. 3. §. vlt. abusiue pro detentione procedente,* vt liquet ex verbis prioribus: *si id longo tempore fiat,* (ita noster hic, & *s. lib. 5. cap. 3.) 2.* Vera hæc diuersis conditionibus, Iustus possidere ex secundo decreto constituitur sanè statim dominus, & quidem semper ex voto Pratoris, sed sub conditione, si dominus fuit prior possessor Non autem sub contraria si is dominus non fuit, veluti creditor, superficialiarius, fructuarius. Tunc igitur vsu & longa possessione capit, in quia ex quibus causis acquiritur dominium, possess. à domino translata, ex iisdem, si à non domino, vsucapiendi cōditio *l. 74. de contr. em. Atq; ita possidet solus, domino priori remoto l. 15. §. 22. neque postea locus cautionis oblationi d. l. 15. §. 33.* Nihil verò amplius consequitur, quam translata ex aliis causis possessione. Eodemque iure est, quo fuit is qui non cauit *l. 15. §. 26.* Et hinc quoque actio hypothecaria, aduersus nouum dominum integra, si impensas creditor prestare paratus *l. 44. §. 1.* Nisi creditor præfens sciens rem iuberi possidere, non cauit *leg. 19. pr.* Et sic rectè accipit *Accurs. leg. 15. §. 24. hoc tit.* Iustus hic vocatur secundum decretum *leg. 13. §. 16.* Dicitur namque Prator decernere *l. 15. §. 22. 32. & 34.* Vnum igitur tantum decretum prius, & ita duo decreta non tria, vt quidam. n Obi. Immo tria, nam & Prator decernit, cum cauere iubet *leg. 7. lege 44. pr. h. 3.* Iubet cauere ac ire in possess. vno tempore distinctim, ita: aut caueas aut in possess. ire iubebo, ideoque ex eo vnum decretum *d. l. 44. pr. III.* Si reus nec in possess. venire ex

primo nec possidere ex 2. decreto patiat. ex verbis edicti l. 7. pr. h. t. (vbi coniuncta pro disunctis, sufficit enim si vnum prohibeat l. 15. §. vlt. l. 18. §. pe. h.) ACTIO IN FACTVM leg. 15. §. vlt. vt tantum præter quantum præstaret, si de ea re cautum fuisset l. 7. pr. quicunque prohibuerit, dominus an alius, pupillus an alius nihil referi leg. 17. l. 18. §. 13. Non tamen pignoris captis coercere licet l. 4. §. 1. Quid autem si priusquam immisio fiat, aut in possess. ventu ædes corruerint? Si antequam postularer caueri ne ruderâ quidem röllere cogitur l. 7. in fi. l. 8. l. 44. pr. h. vbi ratio. o nisi iustum impedimentum fuerit vicino, vbi alter cogitur tollere dd. loci & aut damnum farcite aut ædium ruderibus cedere lege 9. hoc tit. Sin postquam postulatit dist. Aut dum Prætor deliberat, collapsæ & faciendum omne damnum l. 15. §. eleganter 28. aut post missionem in possess. & si neglexit in eam venire, amisit beneficium leg. 15. §. pen. si verò nulla eius culpa plenè succurritur leg. 4. pr. hoc tit. VIS AUTEM STIPVLATIONIS PRÆSTITA EST VT EXISTENTE CONDITIONE AGI POSSIT, quæ tria requirit. Vt damnum contigerit, Vt ædium loci operisve vitio, non tamen naturali, vid. s. l. 6. G. & vt intra diem stipulatione comprehensam, non ea finitâ l. 15. pr. Intra tamen diem datum videtur si causa interim data, damno postea sequuto; vt si quid luxatum aut vitiatum l. 18. §. Sabini II. h. t. AD DAMNUM, quanti res est, seu quanti interest l. in hoc 28. h. t. vbi computantur res ruptæ, fractæ, impensæ ob metum factæ & emolumenta quibus caruit d. l. 28. Quod verò stipularor consequitur patientiâ vicini eiusdemque promissoris, id si factò illius amittit non computatur, vt in l. 24. §. vlt. & 2. leg. h. vbi, ratio ind. l. 26. cui non Obst. quod & lucti ratio habeatur l. vn. Cod. de sent. pro eo quod inter. Nam æ. Iusti: Iniustum verò quod ex re aliena inuito domino facere postulas, etsi prius feceris eo patiente, per l. 1. §. 2. de precar. NON CUIVSVIS REI, ex ruina perditæ, SED PROPTER QVAM CAVTVM EST l. 18. §. 5. & rerum quæ ibi habentur d. §. 5. Ac si opera voluptaria, rectoriâ, picturæ, &c. perierint, moderata sit æstimatorio l. 40. pr. Sic & in partibus communis restitutione, si lociorum vnus qui refecit, cauit & exinde damnum datum l. 37. h. de iure demolendi ac reficiendi de sumptibus repetendis alijque qq. expeditæ in l. 35. & 2. leg. l. 39. §. vltim. l. 41. h. t. Contra promissorem; Et si plures stipulati sint vel cauerint singuli pro partibus dominicis agunt vel conueniuntur l. 40. §. 2. & 3. Et consilium datur promissoribus vt pro qua quisque parte promittant l. plures 27. h. t. dubitationis præcedendæ causa. Iubet autem cauere Prætor & Præfcs, Qui si absint magistratibus municipalibus hoc delegatum l. 1. l. 4. §. 3. Recte autem vtrumque delegandum Prætor putauit, sic legendum non vt Flo. putabit. P. Iniunctum enim id ipso iure edicto prætoris, nec ipse postea, vt quidque occurrit, ob periculosam dilationem d. l. 1. hoc tit.

NOTATA.

a Postulanda enim est cautio à prætoris pro tribunali, aduersario præsentate vel vocato. Nic. Valla de reb. dub. tr. 8. nu. 6. Que postulatio instat actionis, quia in iure peti eam necesse est. Vnde & dari dicitur à prætoris leg. 15. §. 28. hoc tit. Et vocatur actio leg. inquilino 33. hoc tit. leg. 3. §. 2. l. 11. §. 3. de aq. pl. are. Eamque postulans experiri dicitur leg. 43. pr. hoc tit. vt & qui satis accipit. Cuiac. 9. ad Afric. in legu 44. hoc tit. b vid. Gosh. ad l. 81. de V. S. n. 3. & quod contingere speratur ait Vlp. l. 13. §. vlt. in fin. hoc tit. id est incuitur. Sic sperare pro timere in l. 3. §. 6. Si cui plus quam per l. Vale l. 66. de R. V. l. 61. de contr. empt. Sicuti Virgil. 4. Aen. Nunc ego si potui tantum sperare dolorem & 1. Aen. At sperate Deos memores fandi atque nefandi. Iuuenal Sat. 4. Iam quartanam sperantibus ægris licet aliter exponat, Ptole. Elan. consuet. §. 17. & Maro. li. 14. sperare inediū, Et Gr. ἐπιτιμῶντα pro cuiusvis cucu-

tus, etiâ finitri, exspectatione vsurpari vid. Ar. Geni. Lest. Virg. c. 6. p. 55. & seq. Rad. Forn. 3. rer. quotid. 15. lac. Nic. 20. misc. epi. phi. 23. Contra timebamur pro sperabamur, videtur possitisse Cic. 6. ep. fam. 11. de quo Henr. Steph. l. 2. Schedias. 11. Naturalis etiam quedam spei ac metus coniunctio est. Et tunc meruentis animus spe aliqua sustentatur; Muret. 12. var. lect. 6. cum sperantis semper quadam formidine debilitatur, Ioach. Camer. 99. promiss. Accur. 3. q. 6. d. Ideoque necessitatis causa introductum hoc remedium, Duar. ad h. t. D. c. 1. §. 2. quod extraordinarium & subsidiarium, P. Greg. 4. Syn. 26. nu. 3. e. Non autem bonæ fidei emptori, l. 13. §. 9. quia non à domino causam habet, vt fructuarius, superficiarius & creditor, Goth. ib. & alia differentia ratio peti potest, ex l. 44. in fi. h. t. Nec decendum nudè referri, in d. §. 9. Marcell. sententiam, quæ reproberetur in d. §. 11. vt vult A. Fab. 2. Coni. 17. qui ideo verba d. l. 11. id est creditori interpretis esse scribit, quæ & à quibusdam codicib. abesse monet. Hal. ref. Duar. hoc tit. cap. 2. qui tamen Florent. lect. præfert. Ille sibi ipsi præcaueri potest reficiendo l. 7. vlt. l. 64. de vsus. huic alio remedio cautum, Cui. f. 24. obs. 11. g. Vbi iniustus stipulatio. pro nõ necessaria. Nõ enim hic sensus est, quod etsi cautum sit à volenti, stipulatio nequeat committi, vt Accur. ad l. 43. §. 1. h. t. sed quod cauere nõ cogatur socius, eo quod cum alio remedio ac ciuili acti socii alteri consuli possit, frustra desideretur, hoc subsidiarium remedium, rectè A. Fab. 2. Coni. 9. h. Ita quoque Duar. h. t. c. 3. Inconcinde verò P. Greg. 4. Syn. 26. num. 4. exceptionem eam esse, vt eligat actor, an sibi velit cauere tanquam à domino, an tanquam à non domino. i. Veram autem possess. non tribuit, nec vicinum posses. expellit, sed in possessione est misus, ac custos potius quam possessor, Cui. 9. ad Afr. in leg. 44. quia tempus hoc il. non definitur Duar. h. t. cap. 6. ne statim ex contumaciâ quis iure sue posses. cuius commoda haud exigua priuatur vid. Menoch. reu. poss. remed. 3. num. 172. & seqq. Coler. de Process. ex seq. p. 1. cap. 2. num. 42. k. Quæ tior sententia probate post septem diuersas opin. relatas à k. Menoch. 2. arb. casu 6. num. 13. Facit Nou. 53. cap. 4. §. 1. vbi index dat iudicias certas, &c. 1. Rectissime. Consentiant Cont. 1. disp. 8. Henr. à Suerin. rep. lect. c. 7. (pulchre firmans & contrariam opinionem falsi, vocans) P. Greg. 4. Syn. 26. num. 5. Gifan. ad leg. 10. de ac. poss. num. 29. Io. Monach. in c. quoniam frequenter vlt. vt li. non. cont. est. num. 15. Io. Tauard. de Interd. hoc tit. num. 19. Ac præter il. hic adductas probant eam aperitissime l. 1. §. 7. §. 9. Com. diu. itemque l. 3. §. 1. in fi. de reb. eorum qui sub. vnt. l. 2. in fin. si ex nox. causa ag. Proque ca bellum argum. duci posse videtur ex l. 13. §. 21. h. t. vbi censetur cauere reuens ex diuturna contumacia, sua voluntate, possessione celsisse ac pro derelicto eam habuisse. Dis. Baro in manual. ad tit. de bon. poss. Cuiac. 21. obs. 36. & 9. ad Afric. in l. 44. h. t. Vaud. 1. qu. 37. Scribit Cuiac. possessorem quidem fieri ex tertio decreto (ita ille vocat malè, quod 2. dicere debuit, vid. lit. N.) non autem dominum, sed occasionem præstari acquirendi per vsucap. dominij: non autem causam vel ius vsucap. transferri, Differre enim ait occasionem vsucapione quæ præstari potest à magistratu vel priuato, à iure, quod à il. atque inde possidere cum iure dominij d. l. 13. §. 3. dominum non esse. Atque sic in d. l. 1. de fund. dor. exponit dominus sit id est possessor, iure dominij, & alienationem atque ibi vocari quæ possessionis non proprietatis ad. loci. Verum hoc non est interpretari, sed vim verborum, & sententiarum aperiam facere. Ac inuicem, inquam, si iure dominij possidet dominus est. Nam licet interpretaris, iure, id est animo & affectu dominij, quem & bonæ fidei possessor plerumque habet, huic ramen loco non conuenit, vbi si non dominus efficere possidere iustus, nec crederet se dominum, aut si crederet in iure errare. Facti hic ignorantia probabilis nulla, iuris est adesse pro nulla ad id vt proficit ita erranti. Nec probanda illa causa & occasionis distinctio. Sic enim nec priuatus tradendo verè diceretur transferre causam vsucapionis. Atqui transfert. Obi. Dominum facere, est legis, non iurisdictionis Resp. At regeto: Nonne priuati traditio facit dominum. Hoc est legis solius, nec perinde iurisdictionis prætoris, vel actus alicuius priuari; dominum ipso iure, sine vlla facto interueniente, transferre. Non igitur Prætor decernendo faciet dominum, nec eo modo quo Lex sine traditione, sed in introducendo in possess. atque ita non directè, sed per consequentiam possessionis iuste tributa alicui iuste ablata, Confer. not. S. lib. 7. cap. 13. lit. D. Vitiosa verò illa collectio & ærom. 2. §. 2. Heres est dominus: Prætor heredem facere nequit. Ergo nec dominum, vid. & Rob. 3. not. ad More. 9. Dis. aliter A. Fab. 7. Coni. 4. & 56. err. prag. 4. putans exemptionem secundæ decreti acquiri dominum bonitarium, vt ad confirmationem pleni dominij, adeoque Quiritiar i adeptionem vsucapione adhuc egeat. Quod licet placeat P. Gilkeno

Gilkeno de præscript. p. 2. membro 2. cap. 5. num. 26. ex ipsiusmet tamen Fabri traditis facile conuelli potest. Scribit enim de domino Quiritario accipi debere il. omnes, quæ de dominio simpliciter & indefinitè loquantur. De bonitatio autem quibus res in bonis esse dicitur. Quorsum autem quæso, cui bono requiritur vsucapio ad id vt plenum dominium possessor hic nanciscatur. Anne in intermedio tempore, aut expletam vsucapionem aliquis possessor hic rem iudicio euincere poterit. Quis verò is & quo iure? Ipsene dominus prior, an is in quem alienauerit, aut contulerit. Neuter sanè. Quinam igitur, quæso dic, erit effectus dominij apud eam cuius ædes ex secundo decreto possidentur relicti. Nullum ostendere, quin nec fingere forte poteris. Nudam itaque hic & meram subtilis iuris rationem sectaris, quam effectus omnis deficit. Denique vt largiret distinctè hanc fuisse in proposito casu Prudentum nostrorum ætate, aliter tamen ex mente Iustian. dd. il. exponendæ forent. Cum nec Faber ipse distitaret hodie saltem post l. vn. C. de nudo iur. Quir. toll. plenum hoc modo dominium adipisci immisium, nulla amplius vsucapione necessaria §. 6. er. pra. m. Vera & expedita hæc postior solutio, quæ & Accur. ad l. 5. h. t. Prior autem responsio nostri firma ac solida non videtur. n. Cuiac. 9. ad Afric. in l. 44. h. t. Omnino malè cum ipsi iuris auctores primum vocent, quod Cuiac. secundum, & secundum quod ille tertium. Vno itaque decreto priori duo complexus Quiritar Gifan. ad l. 10. de acq. poss. num. 9. Vid. de primo & 2. decreto Meno. arb. casu 6. & reu. poss. remed. 3. num. 161. & seqq. Ant. Fab. 10. err. prag. o. Quin & post denunciationem priuati factam, priusquam Prætor adiretur, damno dato idem iuris d. l. 44. licet secus sit in noui op. nunciacione. Acqui hoc remedium ob imminens periculum celeritatem magis requirit. Ratio diuersitatis, Actio in factum ex edicto de op. noui nunc. procedit ex facto vicini, competens ad hoc vt opus non legitime factum restituatur. Damnum verò quod ex ruina procedit, ex veritate eorum vel vjio operis iam facti, ita Nic. Valla de reb. dub. tr. 8. numer. 6. p. Quod probat Sc. Genil. 2. de iur. iud. §. quia Florentini Pand. passim B. pro V. exhibeat. Sed rectè opinor legitur parabit, quia contextus ipse & ratio sermonis verbum futuri temporis exigunt. Nam dictio Cum, pro quando posita ibi, non pro quia. Neque enim satis Latine, puto, dicitur cum desiderat pro quia desiderat. Sed ratio sermonis istiusmodi verba exigeret quia desiderat & Prætor videretur, &c. Nec ipso iure municipalis magistrati datam hanc iudicium probat d. l. 4. §. 3. ne quidem sub conditione et si magistratus superior absit. Sed hæc faciunt illi non vt præfcs, sed mandata à Prætoris, reita exigente, iurisdictionis vid. Fach. 6. q. 76. A. Fab. ad l. 4. de iur. iud.

CAPVT XLVII.

Actio aqua pluua arcenda.

a ALTERVM SPECIALE: ACTIO AQVÆ PLVVIÆ ARCENDÆ. a Arcerè est curare ne influat l. 2. §. pen. h. t. vbi obseruanda I. CAVSSA ACTIONIS IV. b EXIGENS. b VT MANV FACTO OPERE l. 1. §. 1. & 15. etsi id sit aquæ excludendæ causa, quæ excludente palude in agrum eius refluebat, paratum l. 1. §. 2. Aliud si auertendæ aquæ fluminis vel torrentis, si hoc agit non vt excludat, quæ restagnare solebat, sed vt prohibeat ne in suum influat d. l. 2. §. pen. Naturaliter autem impundè nocet; quia hæc inferiorem agrorum seruitus naturalis l. 2. §. vlt. l. 14. §. 1. h. Nisi naturale factum in priorem statum restitui queat, sine damno domini vbi actio vt restitui patiat in 2. casibus, i. si aggerem in fundo vicini aqua deiecerit, eumque suis sumptibus vicini reficere velint, l. 2. §. item §. h. 2. Si aqua fluens inter suum, stercore aut terra aggesta, obstruxerit, vt ex restagnatione superiori agro noccat l. 2. §. 6. IN PRIVATO, non si in publico l. 3. §. pen. l. 18. nec quouis, sed agro aut ædificio rustico. Nam si ex urbano cessat hæc actio l. 1. §. 17. INDE AQVA PLVUIA AGRO VICINO non si ædificio vel oppido d. §. 17. NOCEAT. c NOCITVRAVE SIT leg. 1. §. 1. & §. 15. l. 24. §. 2. h. c. si cum prius non fueret aut minor, nunc maior, citatior & vehemètor influat d. l. 1. §. 1. Nõ si in suo retineatur d. ne ad vicinum pertueniat, d nec si superfluens ex alie-

no in suum diruerit d. l. 1. §. 11. Pluuia autè etiam caquæ imbre crescit id est colorem mutat aut augetur l. 1. §. 16. Quod si ex fonte & puteo diruerit, negatoria agendum l. 8. §. 5. siferu. vind. Excepta autem quinq.ue operum & immisium genera. 1. Omnia quæ agri, secus si in prato l. 24. h. colendi causa fiat l. 1. §. 3. & §. seqq. id est quicquid necesse est fieri, sine quo arare aut serere nequit vicinus, sine sint fossæ, siue sulci aquarum d. l. 1. §. 5. licet Mutius dissentire visus d. l. 1. §. 9. & 2. Quæ aquæ emittendæ facta, auctoritate Principis vel penes quos potestas est l. 2. §. Cuius 3. l. 23. pr. h. t. 3. Facta ab iis qui primi agros constituerant d. l. 23. pr. 4. Quæ in suo quis facit non gerendæ, sed auertendæ causa l. 2. §. pe. 5. Omnia opera aquæ deriuandæ causa, quam licet immittere iure seruituris l. 1. §. vltim. quæ vel lege, id est pactione, vel natura loci, vel veritate (scil. operis, cuius non extrat memoria l. 2. §. 1. & 7.) competit l. 2. pr. Hinc si fossa vecus sit non actio datur vt oppleatur, sed tantum vt purgetur l. 2. §. 1. & 4. Sed cuius sumptibus? Si omnium agrorum sic candorum causa parata agitur vt fossæ dominus, aut ipse purget, aut purgari patiatur d. §. 1. in eius tantum iure quo habetur, simpliciter vt purget d. §. 4. Onus enim purgandi ferat cuius est commodum. Nec igitur pugnat secum dd. §. II. GENVS ACTIONIS. Datur ad id vt OPVS RESTITVATVR l. 6. §. officium 6. quod ante lit. contest. factum. Nam si post eam de illo nouo iudicio agendum. De eo verò quod post sententiam futurum damni infecti cauetur, aut ita restitutum vt periculum damni inde sit nullum l. 14. §. pen. & vltim. Restitutum autem non aliter videtur, quam si aqua coercetur l. 22. §. 1. b. Et si dominus ipse opus, quo aqua nocet, fecit, sua impensa tollit; sin alius, venditor forte vel colonus, paratior tolli l. 6. §. pen. l. 11. §. 2. l. emp. pr. 12. & seq. Si renuat damnatur l. 24. §. 2. fc. ad æstimationem vbi iuratur in litem, per l. 2. §. de in lit. iur. ET DAMNUM SARCIVATVR, quod post litem contest. contingit d. l. 6. §. 6. DOMINO cui nocere potest, & si aqua nocere cæperit, ac prior dominus vendidit, nouo domino l. 6. §. 4. Non autem fructuario l. 3. §. vlt. scilicet directæ, vtilis tamen ei datur, l. 22. h. & vt & emphyteutæ l. 23. §. 1. Sed ita si illis insciis ac deceptis opus fiat l. Labeo 19. h. t. CONTRA DOMINVM l. 4. §. pen. & vltim. l. 18. h. t. non autem fructuarium d. l. 3. §. vlt. nisi vtilis actio l. 23. §. vlt. & vlt. §. 1. Reliqui interdicto. Quod vi aut clam, tenetur l. 14. §. pen. & vlt. Vnde postquam dominus esse desit, teneri quoque desinit l. 14. pr. l. 16. nisi post litem contestatam alienarit l. 4. §. 1. Et sic intelligi lib. 16. hoc tit. si vendat, scilicet litè nondum contestata. Nam si post eam non potest dici fecisse iudicij mutandi causa, eum iudicium, perpetuū factum, euitari amplius non possit Quod si plurium sit fundus, cui vel à quo meruitur, singuli in partem experiuntur & conueniuntur, & condemnatio fit in partem h. l. 6. §. 1. & 2. scilicet damni dati & operis non restituti nomine l. 11. §. 3. hoc tit. Operis enim restitutum pro parte fieri nequit l. 4. §. vltim. de V. O. Est autem hæc actio personalis l. 6. §. 5. hoc tit. i quia & personales illius præstationes de restitutione & præstatione damni nihil ad ius nostrum pertinentes,

NOTATA.

a Quæ vocatur legitima leg. 22. §. vltimo hoc tit. Est enim ex 12. tab. per l. 29. de statu lib. Duarenus hoc tit. cap. 1. Cuiacius ad l. 77. de V. S. vid. de ea Capolla de ser. rust. cap. 5. P. Greg. 4. Syn. 17. Io. Tauard. de Interd. ad hunc tit. Nic. Valla de reb. dub. or. 8. numer. 7. b 14. requisita referit. Capolla d. cap. 5. num. 2. 3. & 4. c Hæc actio futura damna respicit l. 14. §. 2. hoc tit. Capolla d. cap. 5. numer. 5. nec datur tantum de damno dato vel facto, vt male Duarenus

d hoc tit. c. 2. d. Quid igitur si cum iam diu aqua ex pradio vicini influxisset in agrum meum, an poterit vicinus eam ducere, aut in suo continere, si inde mihi damnum, vid. *Nic. Valla de reb. dub. tr. 8. num. 7.* e Et si tamen quod imbre excrevit, vocatur aqua pluvia, ut ostendit *Cic. in Top. vid. Duar. hoc tit. c. 1. Cuiusvis 27. obs. 24.* Nec necesse est in d. l. 1. §. 16. pro inveniit reponere nigrescit ut *Rad. Forner. 1. rer. quousid. 15.* f *seqq.* f Nulla dissensio; Sulcos rectos qui in vnam partem vergunt facere licet d. §. 5. non autem aquarios transuersos d. §. 9. l. 27. §. 1. hoc tit. qui *l. 1. §. 16.* vid. *A. Aug. 4. Emenad. 1. c.* Sed nec qui ita arat ut per sulcos & porcas, (id est, elatam tellurem inter duos sulcos, *Pius Anton. Bartholin. auar. cap. 16.* malè in vulgatis porras haberi scribens) aqua descendat hac actione teneatur d. l. 24. pr. *8. Duar. hoc tit. c. 1. Rob. 2. rec. l. 1. §. 1. p. 317.* h vid. *Cuiac. 28. obs. 17.* & qui eum reprehendit *Henr. à Suerin. rep. l. 6. cap. 26.* i in rem tamen scripta ut vulgò d. quos *Dua. hoc tit. 1.* scribit non intelligere, quid sit scripta. Nec, inquit, regula perpetua: Actiones personales inhaerent personales inhaerent personae, realem rem sequuntur. Nec ea re distinguitur personalis à reali, sed ab obligatione. Et actio ad exhibendum in personam est, datur tamen in eum qui possidet ciuilitèr vel naturaliter, *ita Duar.*

C A P V T XLVIII.

Obligaciones accessoriae.

AVT EX ALIORVM PERSONA (connecte s. cap. 44.) OBLIGAMVR SIC VEL VOLENTES, ET AVT APERTE si alterius obligationem suscipimus ut ei accedamus. a Accessionum harum 3. spes l. vlt. C. de const. pec. Nou. 4. FIDEIUSORES seu ad promissores b l. 5. §. 2. de V. O. pr. inst. de fidei. qui obligantur stipulatione l. 12. C. de tit. c. MANDATORES vt si Caius Scio mandat, vt 100. Titio credat. Inter quæ discrimen sequi potest §. 3. l. de fidei. d ET PECVNIA CONSTITVTIA REI, de quibus supra d. l. 13. c. 2. e Et hi si voluntatem spectes ex sua persona, suoque contractu, sin finem contrahendi ex alterius persona tenentur. ATRQVE HIC PECVNIA REI QUADAM INITIO OBLIGATIONIS, Vbi hæc leges: VT OBLIGATIO SVBIT, f saltem naturalis, l. 1. §. 2. l. 8. §. 1. 2. 3. de fideicom. l. 1. §. 1. §. 2. vlt. l. 1. §. 1. de const. pec. l. 4. §. 5. pr. Mand. g Et vt possint in leuiorem causam accipi, h non in duriorè l. 8. §. 7. D. §. 1. de fidei. vbi ratio; efficacius autem obstringi possunt, vid. ciuilitèr pro debito naturali. k QVADAM IN LIBERATIONE, quæ ex personâ principalium, sine ipsorum facto contingit, vid. lib. 16. cap. vlt. QVADAM IN EXECVTIONE OBLIGATIONIS, VBI DVO BENEFICIA: ORDINIS, l. vt prius principalis excutiat (secus iure veteri m quo liberum conuenire actori vtrum vellet l. 3. pr. l. 5. C. de fidei.) fideiussor autem non nisi vel absit reus, vbi tamen desiderati fidei, tempus datur ad enocandum eum; vel non soluendo & quatenus non soluendo, quod non constat, nisi difficultatis facultatibus & bonis venditis, Nou. 4. c. 1. auth. presente C. d. ti. n contra iuris rationem, qua conditio obligationis constituta mutari nequit l. 12. de sol. ex humanitate arg. ex l. 2. §. 5. in fin. de ag. pl. arc. Sanè aliquando ex ipsis stipulationis verbis hoc efficitur ne prius conueniatur vt si promiserit, quantum minus creditor à debitore cõsequi possit l. decem 116. de V. O. o ET DIVISIONIS inter plures fideiussores, p ex epistola D. Hadriani, q (Iure enim summo singuli solidum debent) vt si tempore quo vnus conuenitur, alij soluendo sint, ne ultra quam pro parte conueniatur §. 4. l. 1. inter 26. §. 2. seqq. de fid. r vt officium quam minimum dan. nosum sit. Ac si quidem non sint soluendo hætenus onerantur cæteri. Si verò omnes tempore iudicij suscepti idonei, postea quidam deserunt, beneficiũ semel quaesitum non aufertur l. 5. §. 1. §. pen. de fid. f Hac

autem exceptione omnia solidum cogitur soluere contentus, t nec aduersus confidei. habet actionem d. §. 1. 4. l. vlt. fideiussor 39. de fidei. Nisi ei à creditore actiones cessæ, quod desiderare potest l. cum alter 11. C. eo. u Sed u his beneficiis renunciaripotest l. 46. D. l. pen. C. de pact. x Vnde cauti creditores sibi ferè prospicere solent; AVT TACITE. I. EXERCITOR NAVIS. Quod enim cum magistro navis contractum, y de eo in exercitorem actio tit. D. de exerc. act. in §. eadem 2. Instum. Quod cum eod. 2. EXERCITOR TABERNÆ vel negociationis, si cum infitore contractum dicto §. 2. Et tit. D. de instur. act. Illi actioni ab eo qui præpositus; huic à præposito nomè. Non quod notabilius priore act. dominus teneatur, nec quod minus sit in administratione magistri navis, plus in infitoris; sed quia hæc inflexio commodior ex ratione sermonis Latini. Expedit hæc diuersis nominibus fecerit. Ergo prior exercitoria, quia magistralis non Latine diceretur, z Posterior infititoria vt proprium habeat nomen. Ratio harum obligationum, in l. 1. §. 5. de exerc. act. l. 1. de instur. act. Hic animus censetur præponentium vt velint facta eorum præstare. Quamquam hæc voluntas sola oblig. pariendæ non satis efficax. Nec enim Procurat, constitutus ex gestis cum eo tenetur. Sed necesse fuit hanc act. à Prætorè induci, ob horum officij publicam utilitatem ac necessitatem. Reliqua petantur ex suis titulis.

N O T A T A.

a Vocatur fideiussio accessio l. 3. l. 5. pr. l. 32. l. 34. b. t. l. 43. de sol. ac sequela locum obtinet leg. 96. de sol. l. 5. §. 16. de instur. act. Hering. de fideicom. cap. 3. numer. 29. f seqq. Quia suscipitur aliena obligatio, salua obligatione debitoris principalis l. 5. §. 2. de V. O. l. 5. l. 23. C. h. t. Quo differt fideiussor ab exercitatore, qui obligationem alienam suscipit liberato priori reo, nouatione facta, aut eo nomine non obligato cum obligari debuerit l. 7. §. 3. de dolo l. vlt. ad Maced. l. 4. de cond. ca. d. n. l. 4. §. 1. de re iud. l. 37. §. vlt. de op. lib. vbi expressè distinguitur vt & in l. 35. de contr. em. §. 41. l. de R. D. Atque ita reus principalis est non accessorius & vocatur quasi fideiussor leg. 30. §. 1. de pact. leg. vlt. D. Quod cum eo qui in al. pot. vid. Cuiac. in Nou. 4. vlt. pr. l. hoc tit. n. 5. Gæd. de const. stip. cap. 5. numer. 16. Valent. Franc. de fideic. cap. 1. num. 30. f seqq. Hering. c. 4. n. 21. f seqq. Qui vocatur vindex in veteri lege decem virali Alfiduo (id est locupletis ab affibus seu ære dando Agell. 16. Noët. 10. Palmer. spicilog. epist. 12. pag. 83. l. vel qui alieuius loci, dignitatis, mentis, Perrenon. 1. animadu. 25.) vindex alfiduus esto, qui nempe interueniendo à manus iniectione & nexu liberabat reum, Gæd. ad l. 23. §. 1. de V. S. num. 1. Rau. ad l. 1. 2. tab. cap. 9. vbi reprobat eos qui vindicis vocabulo procuratorem, vt Boët. in Top. Cic. vel fideiussorem, vt Rain. Corf. 2. indag. 7. intelligunt. † Cæterum tamen frequens & inconculta fideiubendi facilitas damnanda, cum patrimoniamul-torum exhauriat, crebroque opulentos ad egestatem redigat, Vnde illa: Comis sponsionis miseria, Et Sponde. noxa praestito est. Quo & respicit passim Rex sapientiss. Salomon Prou. 6. §. 12. f seq. c. 11. §. 15. c. 17. §. 18. c. 20. §. 1. 6. c. 22. §. 26. f seq. c. 27. §. 13. Nec inde tamen rectè in vniuersum officium damnat Conrad. Pellican. ad d. cap. 6. Prou. & quia inquit, confidit homini pro quo fideiubet & pollicetur nimis confidenter de futuris, de quibus Deus iubet ne simus solliciti. Quem satis resellunt Molina. de Commerc. quæst. 32. numer. 253. f seqq. Hering. de fidei. cap. 1. Quin nec qui iuravit se nolle fideiubere, violare iuramentum si fideiuberit, volunt Guitierrez. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 62. Sot. ser. libr. 1. de iuram. cap. 17. numer. 26. f seqq. vid. Hering. d. cap. 1. numer. 56. f seqq. Sed & hoc officium gratuitum nec mercedem ab initio pro fideiussione pacificè licitum, vt contra Valas. conf. 18. & alios Hering. cap. 26. numer. 119. f seqq. licet ex post facto remuneratio accedens licitè accipatur, ibid. numer. 134. f seqq. b l. 43. de sol. leg. 64. §. 4. Sol. matr. quod idem cum altero promittente Gæd. de contr. stip. cap. 5. numer. 16. vt propositio ad vel augeat significationem vel pro post accipatur Herin. c. 3. n. 38. f seqq. Tamen idem Gæd. ad l. 150. de V. S. n. 2. ad promissorem exponat indemnatis promissorem, qui fideiussor quidem sit, sed in eo multa specialia occurrere. Sed strictam hanc acceptionem planè respuit de leg. §. 2. de V. O. Satisfidari enim & accipi

& accipi dicitur, non indemnatis tantum, sed quodque, & multo quidem magis, alio fideiussore dato qui arctius obstringitur. Dicuntur & intercessores & intercessio pro fideiussione leg. 23. de her. vend. l. 1. f passim D. & C. ad Sc. Vell. leg. 24. C. h. t. l. 5. C. si rer. per. l. 5. C. de sing. colon. Hering. d. cap. 3. numer. 27. f interuenire l. 6. §. 2. Mand. & alii l. c. tit. d. cap. 28. licet vtriusque significatio latius patet vid. lib. 12. cap. 29. lit. C. D. Et nor. item actores secundi, prædes, vades d. cap. 2. num. 40. f seqq. Et sponsores Cuiac. in Nou. 4. Nec rectè qui sponsores dicit eum tantum, qui non rogatus pro alio intercedit, fideiussorè, qui mandante reo. Valent. Franch. cap. 1. nu. 21. f 2. seqq. Et relati ab Hering. d. cap. 3. numer. 32. f Gæd. d. cap. 5. numer. 24. qui & eos refellit numer. 33. f seqq. post Gæd. d. cap. 5. numer. 28. f seqq. A iussione equidem & fidei nomen compositum Hering. cap. 2. numer. 11. f seqq. sed iubere hic non est mandatis, aut fideiubentis, qui iubet vt creditor sine cura Valent. Franc. cap. 1. numer. 17. Inter belli duces loco fideiussorum dantur obsides, quibus conuenia firmantur & manuntur, ac securus de fide seruanda accipiens redditur. Hering. cap. 10. numer. 81. f seqq. Exempla in historijs obuia. Sic Franciscus Galliarum Rex filios Franciscum & Henricum obsides Carolo V. in Hispania reliquit, Sleidan. libr. 6. Bodin. §. de Rep. 6. numer. 595. e Et in stipulatione forma fideiussoris consistit Hering. cap. 11. numer. 1. f 2. per l. 5. §. 2. de V. O. leg. 32. Mand. l. 2. §. pen. vbi verbis obligationis de administrat. rer. ad cin. leg. 33. §. 3. ibi: quas stipulationis cautela vallauerit C. de episc. & cler. Vnde Gæd. cap. 5. concl. 5. definit quod sit stipulatio qua interrogatus alienam obligationem fide sua esse iubet. Et aliter definit idem genus retinens Hering. cap. 3. numer. 8. Quare verba requirit, nec fideiussor constituitur, qui præseus se fideiussorem nominari audit & tacet, sed qui expressim consensit vid. Hering. cap. 7. numer. 32. f seqq. Nec inter absentes & per epistolam aut in scriptis celebratur, de quo fuscè disceptat Hering. cap. 11. numer. 11. f seqq. qui tandem numer. 76. f seqq. ita quidem esse iure stricto, sed hodiernis moribus, vsuque forensi Germaniæ generali, æquitas ac communis commerciorum vsus intuiui, aliam formam ferè adiuuissè fideiussiones, vt non minus per epistolam contractæ efficaces sint. Sed & per Procuratorem hodiè fidem interponi & accipi, idem d. cap. 11. numer. 90. Quia murum quoque scriptura rectè obligari, idem post alios cap. 7. numer. 149. f seqq. tamen ius Iustinianus sit, Nam ex scriptura præsumentur quidem stipulatio §. vlt. l. h. t. leg. 30. de V. O. l. 1. C. de contr. stip. Menoch. 3. præsunt. 132. numer. 4. Valent. Franc. cap. 1. numer. 7. f cap. 4. numer. 56. Sed inter personas solum que facti possunt & stipulationis capaces, idem Franc. cap. 2. numer. 27. Sane nudo pacto aut pollicitatione nihil agitur leg. 27. C. de Loc. Hering. post alios d. ca. 11. numer. 107. f seqq. et si id coherat contractus, Valent. Franc. cap. 4. numer. 55. Hoc enim pars est eius contractus cui adicitur. At fideiussio est contractus per se & quidem propriè vid. Hering. cap. 3. numer. 17. f seqq. stricti tamen iuris leg. 68. pr. hoc tit. non bona fidei, idem c. numer. 48. f 2. seqq. d. ita & Myrsing. ad d. §. 3. numer. 2. Per Gregor. 24. Syn. 3. numer. 5. Hering. 18. nu. 3. addens etiam differentiam quod mandatum solo consensu peragitur, verborum sollemnitate non requiritur. Quam differentiam agnoscit Gæd. de contr. stip. cap. 5. nu. 18. f seqq. priorem autem repudiat et quod & rati habentione post sequuta mandatum contrahatur. Sed rectè Hering. d. numer. 3. rati habentione cedere loco mandati, mandatum non esse ad nos supra lib. 11. cap. 27. lit. C. Sane & alia differentia. Qui mandauit alicui credi re integra reuocare potest l. 1. §. pen. Mand. Et olim fideiussorum vno conuenio liberabantur cæteri, secus in mandatoribus l. 22. l. vlt. C. hoc 2. Reo electo fideiussor liberabatur, Paul. 2. sent. 17. mandator non item leg. 13. h. t. vid. Henr. à Suerin. repet. l. 6. cap. 17. Alias in effectu similes mandatores quia eorum fide eadem securitas datur. † Non autem qui commendatur pro alio interuenire censentur, licet aliud fecerit iure Lubecens. liber. 2. tit. 1. o dispositum sit vid. Hering. d. cap. 18. numer. 9. f seqq. e Differentia inter constitutum & fideiussorè: Illud sit nudo pacto, ac semper oblig. sequitur, totamque in se deriuat obligationem constitutus potest: nec tantum pro alio, sed & pro se ipso quasi rectè constituitur Val. Franc. ca. 1. numer. 27. f seqq. Hering. cap. 18. numer. 5. Alias verò disposita de fideiussorè, in constituto locum habent, per l. vlt. C. de const. pec. Franc. d. cap. 1. numer. 26. f Non accedit obligatio nulli leg. 16. pr. h. t. Exempla leg. 29. leg. 47. l. 56. pr. h. t. Hering. cap. 10. nu. 18. f seqq. et si iurifur. religio accesserit, quia eius non est vt aliquid faciat singatque quod nec vsquam est, nec futurum erit, Hering. d. cap. 10. numer. 94. His consequens videri poterat quod qui fideiussorem præstat eo ipso se debitorem fateatur. Contra tamen rectè statuit Hering. cap. 5. numer. 158. f seqq. arg. l. 9.

de except. leg. 33. de iudic. leg. 11. §. 1. de neq. poss. leg. 37. Fam. etc. & simil. Accedit autem cuiusque obligationi regulariter vid. Gæd. de contr. stip. cap. 6. concl. 23. honestè tamen, licet citæ, iuris auctoritate suffulcæ Hering. cap. 10. numer. 35. f seqq. Et omni negotio vt sigillatim demonstrat Hering. d. cap. 10. ferè toto, etiam si iure non debeat, sed iudicis officio d. cap. 10. numer. 12. f seqq. itemque in causis vltimarum voluntatum, (sic malo lo qui quam vt Hering. in vlt. voluntatib.) Hering. d. cap. 10. numer. 304. f seqq. Sed nec in criminalibus peccatis arcentur, vid. Menoch. arb. cap. 303. Gæd. d. concl. 23. numer. 392. f seqq. Valent. Franc. cap. 3. à numer. 201. vlt. que ad numer. 314. Hering. cap. 10. numer. 395. f seqq. ad numer. 456. Branch. 4. aff. 58. Farinac. libr. 1. pr. crim. tit. 8. qm. 38. Quin & accessoria obligatio accedit, cum fideiussor pro fideiussore accipi possit l. 8. §. vlt. h. t. sicuti & pignus pignoris constituit Hering. cap. 4. numer. 48. f seqq. Nec sic accessio accessionis, nam quæ accessoria obligatio respectu prioris, eadem principalis ratione posterioris. Excepta autem præcipuè causa dotis seruandæ, in qua fideiussio nec ab vxore socræve exigitur, nec etiam à marito spontè præstari potest l. 1. §. 2. C. No fidei. dot. Quantum vis enim quoad postestus hoc diff. Duar. ad tit. Sol. matr. cap. 4. aliisque quos refert, Hering. cap. 6. nu. 155. rationi tamen Imp. in d. l. 2. omni casu locus est vid. Gæd. de contra. stip. cap. 6. numer. 360. f seqq. Valent. Franc. cap. 4. numer. 314. f seqq. pulchre Hering. cap. 6. numer. 104. f seqq. Gomez. in l. Tauri 50. f 3. seqq. numer. 26. Bald. Nouell. de dote prin. l. 21. Guitierrez. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 21. Toming. decis. 58. Fachin. 8. contr. 76. Aliud in pignore l. 7. §. 6. de donat. int. vir. l. 1. Qui pot. in pig. leg. 45. Sol. matrimon. quia id loco rei credit, non vt fideiussor loco debitoris, Scipio Gentil. 1. de don. int. vir. cap. 21. Nec in eo dando contumelia est eadem nec in reperendo difficultas, nec idem in commodi merus. Non enim æquè pignora petent se liberari, labafcentibus rebus mariti, vt fideiussores Hering. d. l. o. numer. 36. f seqq. † Sane & contrahendæ obligationi sæpe accedit, ac ita principalem præcedit §. 1. l. 6. §. vlt. D. h. t. Sed tunc verè accipit fideiussio non ex tempore stipul. interpositæ, verum trahitur ad tempus obligationis principalis leg. 57. h. t. Coma. 6. Com. 6. numer. 10. Vult. ad d. §. 3. numer. 2 ac interim eius ius in pendenti est l. 16. §. pen. h. t. præceditque magis quoad concept, verborum, quam quoad effectum, Quin & iuris intellectus semper posterior habetur, sicut & codicillis sequela testamenti est ante id conditus sit, Hering. cap. 11. numer. 186. f seqq. Et ante contra fidei. agens incidit in pœnam plus petitionis Hering. cap. 22. numer. 21. f seqq. g Quare & ferus non rectè fideiussorem accipit l. 25. de stip. seru. tamen ferus non rectè fideiubeat l. 19. f seqq. h. t. Hering. cap. 7. numer. 29. f seqq. Pater autem filio natura obligatus non rectè ei præstat fideiussorem l. 56. §. 1. h. t. vid. d. cap. 7. numer. 71. f seqq. Huc putant vulgò pertinere l. Marcellus 25. h. t. quam variè variæ exponunt Don ad l. 6. de V. O. numer. 15. Charond. ib. Cuiac. ibid. f ad l. 19. de vsuc. Baro. in l. 32. de pact. Loric. ad l. 3. f 2. seqq. de R. 1. Rob. 2. rec. l. 6. 34. Rau. 2. var. 9. Cong. 2. subsc. l. 6. 3. P. Fab. ad inst. de in iud. stipulat. l. 5. f ad l. 129. §. 1. de R. I. Ant. Fab. 8. Com. 5. P. Greg. 24. Syn. 3. numer. 29. Marg. Freher. 2. Parerg. 23. M. Lyellama 6. membran. 8. h. In partem enim pecuniæ vel rei accipi potest l. 9. h. t. nec h. t. opus vt eandem summam debeat Hering. cap. 10. nu. 67. Eiusdem autem rei nomine, totius vel partis, necesse est interueniat, alias nihil agitur, si in aliam oblig. accipiat, vt si pro debitore fundi quis fideiubeat de Stich. & c. l. 8. §. 8. leg. 42. h. t. & simil. vid. Hering. cap. 24. numer. 19. Ad inter se verò seu pecuniam intercedere potest, si principalis factum debeat, quia idem promitti censetur, non aliud d. cap. 24. numer. 26. f seqq. Gæd. de contr. stip. cap. 6. nu. 445. 1. Non potest plus debere re, loco, tempore vel causa Hering. cap. 24. numer. 31. f seqq. Nec quidquam hic ager iuramenti accessio vt in plus teneatur, quam principalis, quia iuram. est robur ac firmitudinem addat contractui, non tamen per id contractus à natura sua degenerat Vasq. 1. contr. 40. numer. 7. Sot. ser. lib. 1. de iuram. cap. 25. numer. 39. f seqq. d. Hering. cap. 24. numer. 145. Sed num in amphorem summam acceptus teneatur saltem pro parte concurrente? Quæstio anceps ob pat ferè vtrunque & auctorum patrociniũ & rationum pondus, vt videre est ex adductis hinc inde, ab Hering. cap. 24. numer. 52. f seqq. Cui aff. magis placet numer. 65. f seqq. Et rectè per l. 22. C. h. t. l. 33. Mand. & imprimis l. 1. §. 1. de const. pec. Quæ licet de constituto loquatur. Vnde ad eam Vasq. 1. ill. contr. 40. numer. 5, alias consentiens responderi posse putat, sæpe etiam paribus causis dispar ius constitutum reperiri, nec argum. ex l. 32. ad l. Ag. procedere nisi in dubio, quod tamen diuersi iur. mihi videtur semper, imò putari diuersi iuris in casibus, qui videntur affines, diuersitatem rationis, saltem ciuillis assignari posse, nec est non à nobis quær, ideo nullam esse l. 20. de

maleficiis sunt, pœnales quoque §. i. *Instit. de perp. & temp. act.* Exc. d. §. i. actio iniuriarum, lite cum defuncto non contestata l. 28. de iniur. quia dissimulatione abolita censetur iniuria. Et similes, ad vindictam facti alius proditæ; vt contra eum qui in ius sine venia vocauit, vocatumve vi exemit. **QVÆ VERO CONTRA DEFUNCTVM IN IIS DISTINCTIO.** Quæ rei persecutionem continent in heredes dantur d. §. i. et si ex maleficio, vt conditio furtiua l. 7. §. ult. de cond. furt. reum amotarum l. 6. §. 3. leg. 21. §. penult. *Rer. amot.* Quæ pœnæ, non et si ex contractu d. §. i. Heres in pœnam non succedit l. pen. de op. no. num. leg. 3. de O. & A. sed ea suos actores tenet l. 22. Cod. de pœn. Alia distinctio verbis, re consentiens in l. 12. l. 49. de O. & A. Videlicet ex contractibus ac quasi, licet delictum quoque veretur, teneri heredes, nisi pœnalis sit; vt actio depositi, ex quatuor causis l. 1. §. 1. de Depo. vbi in heredem tantum in simplum actio l. 18. d. 2. Ex maleficiis non teneri, nisi non sit pœnalis. Non obstat Rom. fuerit fulsime explicat Ald. Manut. de quaestis per epist. lib. 2. epist. 3. & Conar. i. var. resol. 16. num. 7. in quo Accursiani nugantur & Anton Capys. decis. Neap. 129. num. 15. & seq. Tenetur & pro patre captiuo vel carceri incluso fideiubere filius, si impietatis notam & exheredationis iniuriam euitare velit Nou. 115. ca. 3. §. 8. Hering. de fidei. cap. 7. n. 348. & seqq. Statuta verò quibus filij mercatorum tenentur creditoribus paternis, licet non probentur heredes, vades, valere putat Casellia. *Cotta in Memor. v. Testam. in quo pater preterit.* Et, Mynsing. 1. obs. 29. Contra non valere vt pater pro filio teneatur, nisi is mercator quæstum patri referat, Beduennat. *Straccha de Mercat. p. 1. vlt. partis principalis.* Quom. in caus. mercat. proced. num. 15. De oblig. patris pro filio vid. Vinc. Caroc. de excuss. bono. p. 2. q. 6. Ceterum significat Iustina. in Nou. 134. e. 7. suo tempore iniquitatem obtinuisse, quam in posterum exerceri districte vetat, vt liberi ob debitum paternum vinculis detinerentur & ad seruitia compellerentur. Obtinuisse autem puto non certo aliquo vel constituto iure, sed prauo vsu & consuetudine, in eamque, contra quam debeuerunt, sepe iudices non animaduertisse. Nam & dudum antea Dioctet. & Maxim. l. 12. C. de O. & A. venerant generatim liberos homines vel ob debitum proprium in seruitutem vindicari. Sic enim voculam *liberos* in d. l. 12. exponuus, nec de solis filiis filabusve accipiunt *Cuinc. in d. Nou. 134. Ant. Fab. 1. Iurispr. 8. princ. c. ill. 2.*

præsaliorum iure capi non posse tradit *Rebuff. priuil. Scholar. 150.* vt nec parentes eorum illos inuisentes *idem priuil. 78.* b Videtur tamen casus vbi maritus ex delicto vxoris tenetur in l. 4. §. 2. de off. procons. *Busf. subtil. 15. num. 7.* Sed recte *Pac. 1. q. 47.* vbi Procons. ob suam culpam teneri, & factum vxoris sic præstare, vt aliorum quos secum habet, etiam minitro- rum l. 1. C. ad l. lul. repet. Et *Apr. Fab. ad d. §. 2.* eo casu, quando vxorem vult secum ducere, vltro se Proconsulem periculo isti obstringere. Verus autem casus in l. pen. C. in quib. ca. pig. fac. *Gail. 2. obs. 90. num. 2.* Contra verus casus sing. vbi vxoris res dotales obligatæ pro marito ex causa primipilaris administrationis l. 4. C. d. 1. Quæ ratio? vid. *Fr. Munoz. de Escohar. de ratiocin. administr. c. 39. num. 9.* & seq. Non item res alia; paraphernales l. 1. C. de priuil. fisci quas ille recte sic conciliant Dd. dist. licet *Hot. ad d. l. 4. §. 1.* Iure Lubecensium lib. 1. tit. 5. art. 7. bello captum redimendi necessitas ex bonis coniugis. Statuta equidem quibus vxor debita mariti soluere obligata valeat, cuiusmodi Colonia, Noriberga, Gorha; &c. *Mynd. obs. 29. Gail. 2. obs. 90. num. 1. Coler. decis. 31.* c Excepta hic species primipilaris administrationis patris, quæ filium quodque obstringit, eaque sola l. vlt. Cod. de Primipilo lib. 12. tit. pen. *Harmonop. lib. 3. tit. Duar. ad tit. Cod. Ne fil. pro patre.* Quis primipilus antiqui Rom. fuerit fulsime explicat Ald. Manut. de quaestis per epist. lib. 2. epist. 3. & Conar. i. var. resol. 16. num. 7. in quo Accursiani nugantur & Anton Capys. decis. Neap. 129. num. 15. & seq. Tenetur & pro patre captiuo vel carceri incluso fideiubere filius, si impietatis notam & exheredationis iniuriam euitare velit Nou. 115. ca. 3. §. 8. Hering. de fidei. cap. 7. n. 348. & seqq. Statuta verò quibus filij mercatorum tenentur creditoribus paternis, licet non probentur heredes, vades, valere putat *Casellia. Cotta in Memor. v. Testam. in quo pater preterit.* Et, *Mynsing. 1. obs. 29.* Contra non valere vt pater pro filio teneatur, nisi is mercator quæstum patri referat, *Beduennat. Straccha de Mercat. p. 1. vlt. partis principalis.* Quom. in caus. mercat. proced. num. 15. De oblig. patris pro filio vid. *Vinc. Caroc. de excuss. bono. p. 2. q. 6.* Ceterum significat Iustina. in Nou. 134. e. 7. suo tempore iniquitatem obtinuisse, quam in posterum exerceri districte vetat, vt liberi ob debitum paternum vinculis detinerentur & ad seruitia compellerentur. Obtinuisse autem puto non certo aliquo vel constituto iure, sed prauo vsu & consuetudine, in eamque, contra quam debeuerunt, sepe iudices non animaduertisse. Nam & dudum antea Dioctet. & Maxim. l. 12. C. de O. & A. venerant generatim liberos homines vel ob debitum proprium in seruitutem vindicari. Sic enim voculam *liberos* in d. l. 12. exponuus, nec de solis filiis filabusve accipiunt *Cuinc. in d. Nou. 134. Ant. Fab. 1. Iurispr. 8. princ. c. ill. 2.*

Finis libri Decimiquinti.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

CAPVT I.

Interitum rei debita.

HVCVSQVE de causis, itemque vi & potestate obligationum. SEQUITVR DISSOLVTIO: LIBERATIONVM QVAEDAM COMMVNES (quædam vt J. c. 22.) EAQVE DVPLICES. AVT cōtingunt IPSO IURE (aut vt *infr. c. 22.*) l. 38. §. 1. l. 72. h. t. de solut. ^a ET VEL SVAPTE CONDITIONE (vel vt *infra cap. 9.*) ac ignorantibus reis, TRIBVS MODIS. PRIMVS EST MUTATIO PRIORIS STATVS (de 2. vid. J. cap. 6.) si obligatio recidit in casum, à quo incipere non poterat leg. 11. de seru. l. pen. §. 1. de V. O. si vel res, vel personæ, vel finis illius in contrarium verteret. CVIVS TRES SPECIES. I. INTERITVS (de 2. *infr. cap. 6.*) Ratio in l. impossibilium 18 §. de R. I. NATVRALIS l. 23. de V. O. AVT CIVILIS si ex. gr. fūdus sacer fiat, seruus liber l. 8. §. 5. d. r. REI DEBITAÆ l. quod te §. de reb. cred. [siue mobilis sit, siue soli, animata, inanimata, certa species, aut quantitas certa, ex quacunque causa debeat l. 37. de V. O. l. 30. §. 4. ad l. Falc. hec ad l. 23. nu. 2.] Non alterius, ne quidem si omnia bona debitor perdat, modo in iis non sit res obligata. Quare si res perire non possint, vt incertæ & generaliter in obligationem

nem deducta, nullo casu fortuito liberatio *Incendium 11. Cod. si cer. per. l. 30. §. incerta §. ad l. Falc.* Hinc si res æstimatæ datæ periculum accipientis l. 5. §. 3. *Commod. l. 9. de Iur. dot.* quia contrahitur emptio d. l. 9. §. 4. & 5. D. l. 5. C. de Iur. dot. Ac si duæ res coniunctim debitæ, vnâ perempta eareus liberatio, sin distindim, quæ superest sola debetur leg. 95. pr. nisi prius altera, quæ deinde perit, oblata nec accepta l. 10 §. de V. O. vel rei alterius quæ perit, pretium offeratur leg. 47. §. 3. de leg. 1. Dubium hic quandoque an res perempta vt in arca cui ædificium impositum. Quod neg. l. 98. §. arcam 8. h. t. VT NEC ÆSTIMATIO DEBEATUR l. 47. §. vlt. de leg. 1. l. 30. §. 5. ad l. Falc. quia in obligationem non deducta, nec quod ex ea superest, vt bouis mortui caro, corium, &c. l. mortuo 49. de l. 2. quia partes cadaueris hæc sunt, non animalis. Obi. At boue subrepto conditio est carnis & reliquiarum, &c. l. 14. §. x. de cond. furt. v. r. Fur in perpetuâ mora. Ergo per seqq. 2. Conditio ea datur soli domino. Alia autem est causa rei debitæ, alia rei nostræ. Quod enim ex re mea superest, meū est leg. 49. §. 1. de R. V. Si tamen simul aliam rem debuit ea obligatio remanet. vt in specie l. vlt. de Cond. ca. da. vid. supra lib. 14. cap. 21. tit. D. NEC RESTITVTA RE RE-DINTEGRATVR OBLIGATIO leg. 83. §. 5. de V. O. vbi vid. *Don nostr.* Excipitur nauis dissoluta & insula sublata postea ædificio, si eo animo dissoluit illam dominus vt restitueret l. 98. §. h. t. NISI FACTVM DEBITORIS OBSIT LIBERATIONI, QVOD TRIPLEX: CVLPA & quæ perpetuat obligationem l. 41. §. 3. de V. O. QVÆ IN FACIENDO, si occidit, præterquam si ex iusta causa l. 96. d. t. vel commercio exemit, si rem religiofam fecit, seruum manumisit l. 23. l. 9. t. pr. d. t. licet negligens eam debet d. l. 91. §. 2. veluti heres. [Culpam enim in eo quod non necessario & sine causa occidit, priusquam illi confitaret de voluntate defuncti & oneribus hereditatis ad d. l. 91. pr. n. 6.] vel causam peremptioni præbit, vt si alienauit & nouus dominus occidit vel manumisit d. l. 91. pr. NON QVÆ IN OMIT-TENDO in stipulatione, quæ stricti iuris, vt si agrotum negligat d. l. 91. pr. Aliud in bona fidei contractibus l. 31. §. culpam 12. de ad. ed. l. 47. §. pen. de leg. 1.

NOTATA.

^a Ipso iure, id est ipsa ordinatione seu constitutione ciuitatis, sine iudicis sententia, sine partis exceptione, ita *Vaco. r. declar. 20. num. 1.* Tenetur & pro patre captiuo vel carceri incluso fideiubere filius, si impietatis notam & exheredationis iniuriam euitare velit Nou. 115. ca. 3. §. 8. Hering. de fidei. cap. 7. n. 348. & seqq. Statuta verò quibus filij mercatorum tenentur creditoribus paternis, licet non probentur heredes, vades, valere putat *Casellia. Cotta in Memor. v. Testam. in quo pater preterit.* Et, *Mynsing. 1. obs. 29.* Contra non valere vt pater pro filio teneatur, nisi is mercator quæstum patri referat, *Beduennat. Straccha de Mercat. p. 1. vlt. partis principalis.* Quom. in caus. mercat. proced. num. 15. De oblig. patris pro filio vid. *Vinc. Caroc. de excuss. bono. p. 2. q. 6.* Ceterum significat Iustina. in Nou. 134. e. 7. suo tempore iniquitatem obtinuisse, quam in posterum exerceri districte vetat, vt liberi ob debitum paternum vinculis detinerentur & ad seruitia compellerentur. Obtinuisse autem puto non certo aliquo vel constituto iure, sed prauo vsu & consuetudine, in eamque, contra quam debeuerunt, sepe iudices non animaduertisse. Nam & dudum antea Dioctet. & Maxim. l. 12. C. de O. & A. venerant generatim liberos homines vel ob debitum proprium in seruitutem vindicari. Sic enim voculam *liberos* in d. l. 12. exponuus, nec de solis filiis filabusve accipiunt *Cuinc. in d. Nou. 134. Ant. Fab. 1. Iurispr. 8. princ. c. ill. 2.*

contractibus mutua præstationis. Secus esse in mutuo. Nam immo casus fortuitus non rectè dicitur præstari in mutuo, cum res potius pereat debitori tanquam domino, nec enim præstari in ipsa re ad quam restituendam obstructus est. Exceptio tamen in pecunia traiecitia *Briss. libr. 2. de soluitioib. tit. de Interitu*, sed id est ex conventionione. Item si genus debeat ratione certæ speciei, vt in debitori generis subalterni l. 31. *Locati Ang. Mattheoat. lib. 2. Epit. legat. ca. 21. n. 1.* c vid. *Io. Labler. de incendio c. 2. n. 138.* & *seqq.* conser *Barthol. Keckerman cursus philof. disp. 21. probl. 16.* Sed ita si negotium illud culpæ præstationem recipiat, vt non tam casus qui sequitur, quam culpa laatur, de quibus pluribus *Vand. 2. q. 33.* Casu autem fortuito probato an & ostendendum debitori sine culpa sua accidisse, an culpa probatio aduersario exigatur vid. *Harum Piff. lib. 1. q. 18.*

CAPVT II.

Mora.

MORA, quæ species culpæ. Vt si post eam res pereat teneatur debitor perpetuo leg. 91. §. 3. l. 82. §. 1. l. 123. de V. O. l. 5. de reb. cred. [De qua quia exactim noster in tract. suo de Mora in opinionibus prioribus quòd hie se refert egog, constitui simili instituto parti posteriori ea subin-gere, hic tantum dispositionem huius capituli referam aliquantillum à meth. ibi seruata distantiem] quæ generum est omnis dilatio, etiam iusta, in vsu iuris tantum iniusta. Eam faciunt Interpellatio contempta sine recusandi causa: Dies adiectus, solutioni dictus, non obligationi, & alienæ rei detentio maleficio coniuncta. Nulla ex re nisi iure singulari. Finitur vel voluntate creditoris, vel operâ debitoris offerentis, vbi purgatur, non tamen in præteritum. Tribus verò modis accidit vt purgari nequeat. Potestatis iudicij; aperra conventionione & Litis contestatione. Vis Mora duplex 1. in accessionibus 2. in periculo vt si res perierit, æstimatio peratur, nisi eodem modo apud actorem peritura.

CAPVT III.

Receptio Periculi & Deterioratio.

ET CONVENTIO DE PERICVLO PRÆSTAN-DO ^a l. 1. C. *Commod. l. 4. C. Depo. l. 6. C. de pig. act.* a interposita initio l. 23. de R. I. non ex intervallo, quia illa non est pars contractus, sed pactum nudum actionem non pariens, ^b Aliud igitur si stipulatione caueatur §. 9. l. de act. ET SI DE OMNI, vel generatim vt quocunque casu res pereat, id debitor præstet l. 7. §. sed si quis 15. de pact. l. 9. §. 2. *Locati l. 1. C. Comm. l. 6. C. de pig. act.* c Exceptio est in cautione iudicio sistendi, vbi conuentio generatim, ne qua exceptio obiiocatur non valet l. 4. §. 4. si quis cauit. Qua vtrique id agi videtur, vt teneatur qui non stitit, siue ex culpa omiserit, siue casu fortuito. Quia incertum est an velit actor reum teneri, si casu prohibitus. Finis enim cautionis non vt pecuniam acquirat, sed vt metu pœnæ à tergiversatione deterreat, quæ nulla est in casu prohibito. Ac licet forte mens actoris alia, tamen id incertum & de eo litigari potest, ideoque in iudicio non admittitur. Alia ratio in contractibus, vbi aperte agit creditor vt sibi pecunia præstetur, d. QVÆ DE INTERITV DICTA DE DETERIORATIONE QVQVE ACCIPIENTIA, quæ pars quædam interitus arg. l. 76. de R. V. Et casus fortuiti etiam in damnis rei deterioratæ. Quare & hic eadem exceptiones. Hinc tenetur, qui animal vulnerauit l. 37. §. 1. de sol. & lis æstimatur, quanti plurimum res fuit post moram l. 3. in fi. de cond. trinc. in rebus videlicet, secus in incertis vid. *voster ad l. 22. de reb. cred. & ad l. vlt. de cond. tut. quòd remittit.* Sed ius proprium in eo, quod qui re nondum præstita tenebatur, liberatur, ea deteriore reddita, in duabus causis: 1. Si scienti

CAPVT VLTIM.

Pro aliis, an qui teneantur.

PRÆTER memoratos hos NVLLI PRO ALIO OBLIGANTVR. ^a Non coniunx t. C. Ne vx. pro mar. ^b nec filius pro patre aut pro eo mater paterve emancipati t. *Cod. Ne fil. pro patre* ^c nec libertus ac seruus pro patrono aut domino d. tit. Nec manumissus de eo quod seruus gessit, quia alius effectus t. C. *An seru. pro suo fac. Exc. in l. 3. C. d. 1.* Nec debitoribus debitoris, nisi cessæ actiones aut bona nobis sint pignori t. C. *Quant. fise. vel prim. debit. sui debitoribus exigere debeat.*

NOTATA.

^a Incognitæ enim iure ciuili repræsentatæ, quibus alius pro aliis, qui suum debitum in alia ditione obtinere non potuit, tenetur, *veritæ Nou. 52. Duar. ad tit. C. Ne vx. pro marito.* Et l. Longob. tit. 100 §. 4. alium pro alio pignorate verant. Tamen si earum vsum à vetustiss. Rom. ll. & iure fœciali orig. sumpsisse putet *Zaf. in l. 2. §. & ita leges (est in Florent. versic. §. 2.) de O. l. num. 20.* ac aliis gentibus receptam *Paul. Busf. 1. subtil. 17.* De quibus vid. *Mynsing 6. obs. 1. Gail. de pignorat. obs. 2. Coler. de Process. fec. p. 1. cap. 2. num. 272. Per. Heig. p. 1. q. 22. Guido Poian. lib. 2. de sequestr. cap. 14. Io. Koppen. qu. 41. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 7. cap. 9. † Scholasticos res*

scienti & accipienti sponte dederit. Aliud enim volenti solui potest. l. 12. C. de solut. 2. Si res actione stricti iuris debita, liberatur quidem, sed contra eum de dolo actio l. 7. §. 3. de dolo. Quare si sine dolo reddidit, forte heres, nulla actio. Aliud in bonae fidei contractibus, quia non proprie res reddita, quae deterior l. 3. §. 1. comm. l. 1. §. 16. Depos. Et si eadem res sit si corpus & substantia specietes, (quod attenditur in strictis negociis.) Neque enim Stichus mutilatus ex. gr. alius est quam qui prius erat, alia tamen, si utilitatem, cuius ratio in bonae fidei iudiciis habetur. Quae obstant expedita ad l. 2. de cond. critic. n. 27. quod Don. remittit.

NOTATA.

a Periculum plerumque significat fatale damnum, saepe tamen quodvis, ex culpa etiam contingens. vid. p. Fab. ad l. 23. de R. I. pag. 122. Goad. ad l. 7. §. 1. de V. S. num. 3. b Quod si vero conventionione agatur, vt debitor minus praestet quam ex natura negocij praestandum, exempl. gr. ne teneatur de culpa illa vel illa, conventio, etsi ex intervallo adiecta, efficax, quia pertinet ad liberandum non ad obligandum Don. ad l. 6. Cod. de pig. act. num. 35. c Periculum in se generatim recipiens an teneatur de casu fortuito subtilissime Hieron. Pant. febrian. libr. 1. qu. 6. Num necessaria specialis enumeratio, idem d. libr. 1. qu. 9. & Delrio ad leg. 23. de R. I. cap. 21. p. 268. & seq. † Sed num receptio periculi & casuum fortuitorum extenditur ad casus insolitos & plane insperatos? Acris contentio est. Aff. Pinel. in l. 2. C. de resc. vend. p. 1. cap. 3. num. 30. & 2. seqq. per l. 78. §. vltim. de contr. emp. Fachin. 1. contr. 86. Serfer. libr. 1. de iuram. cap. 25. num. 58. & seq. Vasq. 3. contr. usu freq. 54. numer. 6. Sed quae ratio huic mouit, confestim mihi vitiosa visa est. Durius est, arguit Vasq. recipere praestationem casus crebrius contingentis quam rarioris, duriorque huius praestatio quam rarissimi. Quare putat dubium fuisse veteribus, recepto casuum fortuitorum periculo, non an de rarissime contingentibus teneatur, sed an de frequentioribus, quia casus fortuiti appellatio vim fatalem magis, quam damna crebro contingentia significare videatur. Quare, pergit, conductor, recepto periculo, tenebitur & de crebro contingentibus ex natura locationis, & ex causa conventionionis, non tantum de insperato & inaudito, sed & de raro, de quo maius dubium. Minus ambigi putat, quod contrahentes sentent de rarissimis, quia si eos praestat rarissime periclitatur. Durius autem stringitur si & raros praestat. Attamen verba generalia, quae restrictionem non patiuntur, necesse est vtrosque venire. Si venditor contra naturam contractus, periculum susceperit, sine dubio, ait Vasq. eius est damnum rarissimè accidens. Dubium in eo superest, an & quod raro, non tamen rarissimè, euenire solet, praestet, magisque an quod frequenter. Atque hic vult. Vasq. raros & rariss. casus praestari, crebriores non praestari per leg. 15. §. 2. Locati leg. 78. §. vlt. de contr. emp. l. 6. Cod. de pig. act. † Quae illad hoc impertinentissimae contrarium probant. Atque haec est summa opinionis Vasquij, quae refelli vix poterit. Sensus illi communis, obseruantia contractuum, vsus vitae satis superque consistunt. Miror qui in mentem venerit Vasquio, magis qui in calamum, dum conuenitur inter contrahentes de periculo, de rariori & plane insperato maximè cogitatum esse, cum tamen de eo, ob omen inauspicatum, ferè cogitari non soleat, de communibus autem casibus fortuitis cogitatum non esse. Nec opinor, fuerunt, eruntve, huic opinio, ad stipulantes. Nam Dd. vulgò casus insolitos contineri censentes, communiores tamen alios non excludunt, nec de illis iustiore dubitationem esse diffitentur. Tameñi verò ea sententia non improbabilis sit, cum primisque d. 78. §. vltim. probari videatur, magis tamen placet negatiua opinio quoad casus valde insolitos, de quibus verosimile est cogitatum non fuisse Menocharb. cap. 80. Guirrez. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 24. nu. 6. Io. Lubler. 17. de incendio cap. 2. num. 131. & seqq. (post multos quos citat) qui & ad d. l. 78. §. vltim. respondet, & numer. 137. extendit etiam iustur. accessit. d Non igitur dicendum verba: ita si specialiter, &c. Tibonianum suo Marte adiectisse, vt Cuiacius 14. obseru. 7.

CAPVT IV.

Confusio obligationis.

CONFUSIO (de I. S. C. I. lit. C.) cum ius duarum personarum venit in vnam iure hereditario a § 1. sicut 75. l. 93. l. 95. §. 2. l. pen. de sol. h. l. 7. C. de pact. l. 71. D. de fidei. Quia quae prius iura & nomina distincta in vno permiscetur ac confunduntur, vt idè fiat creditor & debitor. b Vnde res in eum casum recidit, &c. Eius DVAE SPECIES. I. CVM DEBITOR CREDITORI HERES AVT CONTRA. Vbi interdum pro solutione credit, d in persona debitoris vnus qui creditor aut cui creditor heres, atque tunc accessiones quoq; liberatur l. Granus 71. vers. & puto de fidei. & totum debitum, etiã naturale, consequitur, licet hereditas restitui iussa l. 95. §. 2. h. t. Ac si heres pro parte sit, pro eadem sit confusio l. 1. l. pen. C. de her. act. e Interdum persona obligationi eximitur. Si duo rei promittendi & vni successit creditor, liberantur quidè accessiones eius cui successum est, sed correus alter non liberatur, de quo d. l. 71. sed vbi in solidum, si duo rei socij non fuerunt, teneatur, vel pro parte si fuerunt, nisi mandatum alterius intercesserit, vbi heres creditor exceptione doli repellitur. Quod si vnus principalis, alter fideiussor, si illi creditor heres, vterque liberatur, sin huic is solus obligationi eximitur d. l. 71. in fin. pr. quia principalis non est accessio fideiussoris. 2. CVM FIDEIUSSOR PRINCIPALI HERES AVT CONTRA. f Vbi, quia non potest idem pro se esse fideiussor, principalis obligatio sola manet l. 93. in fin. leg. 95. §. 3. h. t. quia quoad hanc res non rediit in eum casum, &c. nisi plenior fideiussoris obligatio, vt si accesserit naturali debitor d. §. 3. l. heres 21. §. 2. de g. fidei. Hinc si fideiussor ex sua persona exceptionem habuit, eam heres debitoris factus amittit, exemplum in d. leg. 95. §. 2. Contra si debitor proprium auxilium habuit in id, succedit fideiussor, & sic planè liberatur, vt fideiussor confusione, vt principalis defensione, quam ex defuncti persona adeptus, d. l. 95. §. 3. vers. e contrario, vbi haec species. Minor creditum. Is acceptum perdidit. Ideoque conuentus habuit restit. in integrum. Intra tempora eiusdem decessit, heres ei fideiussor. Causa iuris honorarij non retinet obligationem fideiussoris; id est, non facit vt duret, sed fidei. liberatur, quod ante dixerat IC. in vers. nam si reus, cuius hic sensus: Si reus ita obligatus vt nulla illi propria defensio fideiussor liberatur ex causa fideiussionis, sin fuit illa, tollitur quoque obligatio. Summa. Vt ex causa fideiussoria liberatur ob confusione, ita ex principali ob defensionem propriam eius cui successit l. 6. de in. rest. Quod si duorum reorum stipuladi vnus alteri successerit, nulla confusio l. si duo 93. pr. h. t. Idè que si duo rei promittendi, vt rectè vulg. libri d. l. 93. §. 1. Nam in Florent. transposita negatio, deficiens, in d. §. 1. redundans in §. seq. h vt regula subiecta arguit. h Et quia nec hic res redit in eum casum, &c. quia & ab initio aliquis rem debere potest, tum ex sua, tum ex alterius persona, eodemque modo ipsi deberi potest. i

NOTATA.

a Cuiac. 7. ad Afric. in leg. 20. de her. vend. definit quod sit Concurfus debiti & crediti in eandem personam, qui plerumque contingit aditione hereditatis. Idem 9. ad Afric. in l. frater à fratre, Confusionem duobus modis fieri: Aditione hereditatis, & acquisitione peculij. Sed vid. not. libr. 14. cap. 19. b Haec causa huius iuris, quia ratio non patitur vt idem sibi obligetur, Duar. de Cond. ind. cap. 6. ad l. frater à fratre § 911. Gomez. 2. res. sol. 13. num. 20. Nec genuina ratio est An. de Padilla ad leg. 67. §. 3. de l. 2. quia videatur testator ita

ita instituisse si actionem aduersus se heres remittat. Malè Idem enim est in successione intestati. Et alia ratione vocatur tacita pensatio d. §. 3. quia qui confundit tecum ipse pensat l. 33. Sol. marit. e Idem est si ad fiscum bona creditoris vel debitoris perueniant l. 2. C. h. t. item si vtramque hereditatem creditoris & debitoris tertius quidam acquirat. d Ac penide ea extinguitur obligatio atque solutio l. 21. §. 1. de lib. leg. licet ciuilitur contingat liberatio l. pen. h. t. quia solà iuris ratione, absque naturali nunciatione vel praestatione l. 3. de separar. Hoc tamen non est perpetuum. Nam venditã hereditate manent venditori actiones integrae l. 2. §. 18. de her. vend. item euicta ea per querelam inoffic. l. 21. §. vlt. de inoffic. ratio in l. 95. §. 8. in fin. h. t. item pupillo aduersus aditionem restituito l. 87. §. 1. de acq. her. Hodieque integra seruantur iis qui cum inuentario aduent. l. vlt. §. 4. C. de l. delib. Non tamen restituuntur, hereditate ablatã indigno l. 8. l. 17. l. 18. §. 1. de his que vt indig. Exc. in d. l. 17. in fin. In ratione quoque l. Falcid. act. confusae reputantur l. 6. l. 8. C. ad l. Falc. Briff. lib. 2. de solut. tit. de Confusione. † Quando confusio vis solutionis Cuiac. 7. ad Afric. in l. 33. Sol. marit. Vers. quod ad alterum e atineret e Facit l. 14. C. de R. V. l. 3. C. de neg. gest. Briff. d. lo. pag. 404. Pro portionibus itaque coharendum petitur debitum, nisi animo compensandi facta institutio, vid. Daubr. de fustam. num. 399. † Quam confusione minus proprie vocari, Cuiac. 7. ad Afric. in l. 2. §. 1. de fidei. quia prior fit vtrunque hec ex parte fideiussoria tantum. Et principalis manet quia maior & plenior tollit minorem. Proculianus autem tantum admittebat confusione vbi heres reo fideiussor, non vbi contra, vt referret d. l. 39. §. vlt. ratione ea, quia cum reus heres fideiussori principali superuenit fideiussoria, quae tam superuenit non potest excludere minor & debiliorem maiorem; nec ipsa potest excludi quia non superuenit, sed superuenit, ita Cuiac. d. lo. Exactius hac de confusione tractant Hart. Piff. lib. 3. §. 9. 11. & Hering. de fidei. c. 20. §. 16. g Atque tunc vult Cuiac. d. lo. nec fideiussoriam tolli per principale, quia ciuile vinculum maius, nec contra, quia non potest dici fideiussoria maior quoad hoc cum accedat principali. Vtramque igitur in suo statu manere h ita & Cuiac. 11. obs. 34. & 4. ad Afric. ad d. l. 21. §. 1. vid. l. 5. de fidei. i Huiusmodi igitur successio duas obligationum species sustinet l. 5. de fidei. Briff. de sol. tit. de confusione pag. 407. Idem est cum fideiussori quis heres d. l. 21. §. 1. quia ambae obligationes pares & eiusdem potestatis. Par parem non tollit. Si tamen vna agi coeptum consumitur altera, ne idem bis praestetur Cuiac. d. lo.

CAPVT V.

Causarum lucratuarum concursus.

CONCURSVS LVCRATIVARVM CAVSSARVM, in eandem personam & rem. Vbi tres regulae, verbis diuersae, sententia conformes §. si res 6. l. de legat. l. 17. de O. & A. l. 61. h. t. SI EADEM SPECIES, non si quantitas l. 34. §. 3. de leg. 1. l. 87. pr. de leg. 2. Re enim & corporibus nummorum diuersae summae sunt, licet numero eadem. Nec itaque potest dici eadem peruenisse, quae ab alio debetur, EX CAVSSA LVCRATIVA, dum pro eo nobis nihil abest d. l. 61. h. t. l. 82. §. 2. de leg. 1. non onerosa, qualis etiam causa doris l. 19. de O. & A. Atqui & hic eidem rationi locus, quia res rediit in eum casum, &c. cum res quae ex alia causa mea esse coepit, mihi nec dari, ac ita denuò acquiri, nec deberi possit. h. Res abesse videtur cui pretium abest l. 14. de V. S. Nec, licet domini iure habeatur, emolumento haberi videtur, pro quo vicissim aliquid praestitum. AD CREDITOREM PERVENERIT, ita vt auocari nequeat d. l. 61. d. l. 82. Veluti si res legata alicui eademque eidem ab alio donata. Si ex causa legata rem ille adeptus liberatur donator d. §. 6. l. de leg. ET EANDEM IDEM CREDITOR EX ALIA CAVSSA LVCRATIVA, non si ex onerosa, licet prius eam adeptus sit ex lucrativa; vt si rem legatam quam consecutus petat ab alio act. exempto. PETAT. Nam si ex duorum testamentis eadem res debeatur, ab vno consecutus aestimationem, rectè rem petet ab altero. l. 34. §. 2. de leg. 1. quae sic accipienda. Secus enim est si prius rem adeptus d. §. 6. Nec resistunt verba d. §. 2. Dicit enim

Vlp. posero: satis est si aliquando possim, etsi non semper.

CAPVT VI.

Amisio rei debita.

SECVNDÒ (de I. S. C. I. lit. B. de 3. j. c. 8.) AMISSIO REI DEBITAE, integro corpore, VBI IN STRICTIS DAMNVN est PROMISSORIS, per l. 137. §. 4. de V. O. quia nec impossibilis fit praestatio, aut vllum naturale impedimentum, sicuti cum res planè perempta, nec obligatio recidit in eum casum, &c. cum & res aliena promitti possit. Nam regula: Casus fortuitos à nemine praestari l. 23. de R. I. vbi, inter eos referuntur fugae seruorum quae citra interitum sunt, accipi debet, de contractibus bonae fidei, quod & nominatim additum in l. 6. C. de pig. act. a IN BONAE FIDEI IVDICIIS CREDITORIS l. 31. de act. em. & quae illis comparatur legis ac fideicommissis l. 47. §. 4. de leg. 1. Et generatim in bonae fidei negociis si res peritit, deteriorata, vel saluo corpore deperdita, ID CONTIGIT VEL DOLO, QVEM OMNES CONTRACTVS RECIPIVNT l. 23. de R. I. §. 2. Commod. l. 13. §. vlt. de pig. act. Nulli enim dolus lucrosus esse debet l. 1. de dolo. b Vt nec contra pacisci liceat d. l. 23. & l. 27. §. 4. de pact. l. 1. §. 7. Depos. quia impunitas ad fraudem inuitat, c nisi de commissio l. 4. c in fin. l. pen. C. de transf. l. 7. §. 14. de pact. quia remittitur actio quaesita, nec fit inuitatio ad dolum committendum. d Obi. Immo & de futuro d. l. 27. §. 3. h. Malè qui d. d. §. 3. vers. quamuis accipiunt de remissione doli praeteriti, Nam regula est de dolo futuro; ei necesse est coeueniat exceptio. Malè qui apertè ita pacisci non licere, tacitè & rectè, licere vt ne depositi agam, per regulam: Expressa nocent, &c. e Nam non minus impunitatem fraudandi tribuit tacita talis conventio. Equè igitur bonis moribus aduersa, & si non contra verba legis, tamen in fraudem legis fit. Ergo per l. 15. C. de ll. Nec si non expressa nocent, contra d. regulam, sed pactio inutilis nulli nec prodest, nec nocet. Quid igitur? Valet pactio ne depositi agat, nec tamè ea fit ne dolus praestetur. Licet enim vi ipsa id pactus videatur (haec vocula notetur) si verba spectes, non tamen si sententiam. Nam semper in generali pacto dolus exceptus, nec de eo sensisse pacificentes censentur l. 35. de pact. l. 9. §. 2. de transf. Initas. Sic pactum non proderit, contra quam Vlp. quia depositi agi nisi ob dolum nequit h. Proderit ad id vt reo dicenti rem se amisisse fides habeatur, nõ verò vt dolo probato liberetur. Quare cum, absque pacto hoc esset, reo incumberet probatio amissionis & casus, per l. 2. de prob. quo non ostenso, eo ipso dolo non restituere creditur, vi pacti huius fit vt probatio doli iniungatur creditori, VEL CASV FORTVITO, QUI NVLLO BONAE FIDEI IVDICIO PRAESTATUR l. 6. C. de pig. act. l. 23. de R. I. f licet corpore infregro res amissa l. 31. de act. em. d. l. 23. ibi fuga seruorum. Qui vel prauideri non potest d. l. 16. vel cui prauiro restitit nequit l. 18. pr. Comm. 8. vis maior l. 13. in fin. de pig. act. l. 25. §. 6. Locati fatum l. vltique de R. V. h Et quidem à h rebus superioribus deest βλα d. l. 25. §. 6. i ab inferioribus i incendia & ruina, naufragia, inundationes, eluiones: k In rebus mortes, chasmata; ab hominibus hostium incursus, praedonum, piratarum, fuga seruorum d. l. 23. l. 5. 18. princ. Commod. l. 47. §. vltim. de leg. 1. damna quae vitari nequeunt l. 19. Commod. l. 31. de act. em. l. 1 Non item furta quae custodia vitari possunt l. 52. §. 3. Profoc. m Sed haec ita nisi culpa praecesserit, vel mora aut conuentio obstat. Vbi quoad posteriores ius idem quod in interitu seruari dicitur sup. cap. 1. Quo ad culpam verò si is causam dedit periculo, praestatur casus, vt in incendio leg. 11. de peric. & Commod.

naufragio & prædatione l. 18. pr. Com. damnis in rixâ il-
latis l. pen. Sol. matr. aut ob inimicitias l. 25. §. 4. Locati.
Exceptio nisi contractus is culpam non recipiat vt
Depositum l. 1. §. vlt. l. 23. 4. Depof.

N O T A T A.

a Atqui Don. noster ad d. l. 6. m. 21. verba ea non excludere
re stricta iudicia l. 23. de V. O. sed addita esse propter id genus
contractuum, in quo solius debitoris utilitas vertitur, vt in
Commodato: In stipulatione autem solius stipulantis, seu
creditoris utilitas. Et verba d. l. 23. à nullo præstantur, discrimen
iudiciorum bonæ fidei & stricti iuris vix admittunt. Præ-
terea ratio naturalis, eaque perpetua, dicitur casum, quia est
extra hominis potestatem semper impunitum esse. Delrio ad
l. 23. de R. l. c. 4. Quin si nec omnis culpa in strictis præstat, quæ
in bonæ fidei iudiciis venit s. c. 1. in fin. Delrio ad l. 23.
de R. l. c. 18. pag. 240. minus vllus casus fortuitus. Nec mul-
tum obest si rectè expendatur d. l. 137. §. 4. b Nullum negotium
à quo malitia & fraudatio abesse non debeat: Tollendum est
ex rebus contrahendis mendacium Cicero 3. offi. Pet. Faber ad
c. l. 23. de R. l. f. 126. Delrio ad d. l. 13. c. 4. e Et renunciatio pro-
prij commodi rata nisi in alterius præiudicium vergat, vti
hic Reipubli. Delrio ad l. 23. de R. l. c. 20. p. 28. qui & idem esse
vult in dolo præsumpto seu lata culpa. p. 262. Quin nec re-
scriptum Principis penam delicto committendo remittens
d. l. 23. de R. l. f. 126. Delrio ad d. l. 13. c. 4. e Et quæ casu
nulla vestatur turpido, sed sola commiseratio & liberalitas
Gæd. ad l. 3. de V. S. n. 14. & quiuis iuri suo renunciare potest
P. Fab. ad l. 23. de R. l. p. 128. Coler. de Proc. exsec. p. 1. c. 10. m. 22.
e e vt Ant. Fab. ad l. 7. §. 15. de pact. P. Fab. ad l. 23. de R. l. p. 126.
f Et seq. Delrio ibid. c. 20. p. 160. Et seqq. f Iure Sax. Lam. lib. 3.
art. 5. pignore perempto circa culpam creditoris, periculum
quidem debitoris domini catenus vt eius astimationem solu-
uere non teneatur creditor, sed iactura fit crediti in quod ob-
ligatum fuit. Quod mutauit D. Aug. Sax. elector. Nou. suâ
g 26. p. 2. g ita & noster ad l. 6. c. de pig. a. c. P. Greg. 21. Synr. 12.
n. 1. Delrio ad l. 23. de R. l. c. 1. sub finem Sebast. Medic. de fort.
h casp. 1. q. 12. h damnum fatale, detrimentum fatale, & c. in l. 1.
i citatis à Lublero vt de Incend. c. 2. num. 2. Et seqq. i Don. ad l. 6.
c. de pig. act. n. 3. Et seqq. Vis maior vel interna est, vt in ani-
malibus mors cum vinum accescit, & c. vel externa & aut cæ-
litus immititur, aut à rebus inferioribus, & nobis cognatis
inferunt, atque hoc vel ab inanimatis vt naufragia, incendia,
ruina; vel à brutis depaſſiones locustarum, graeculorum & c.
vel ab hominibus hostium & prædonum incursus. f Hor. 4.
obſ. 16. fatalium casuum quinque species statuit, Vim diuini-
nam, naturalem, humanam, bestialem & fluuialem. k Incen-
dium casus fortuitus, si extraium sit vel à vicini ædibus exor-
tum vel à fulmine excitatum, Delrio ad l. 23. de R. l. c. 26. vel à
pauis hominibus & incendiariis. Alias sine culpa fieri non
potest, licet ea non semper patriam, vel inhabitanti imputari
queat l. 3. §. 1. de off. præf. vigil. l. 11. de peric. & comm. cuius l.
recepta & negatiua lectio rectissima Cuiac. 17. obſ. 29. in fin.
Pac. 1. q. 46. Virg. Pingit. c. 2. ill. q. Sax. 23. num. 7. Et seqq. contr.
Hor. 5. obſ. 10. Vid. Modest. Pist. p. 1. q. 25. Sed Mod. de fort. cas.
l. p. 2. q. 7. Lubler. vt de Incendio. l. Quæ imprudentibus accidunt
l. 52. §. 3. Pro soc. id est, nihil huiusmodi verentibus, nec opi-
nauibus. Imprudens enim significat non tantum ignoran-
tem, sed & minimè prouidentem Rob. 2. rec. l. 31. Nec ne-
cesse est vel prudentibus, reponere, vt Hor. 4. obſ. 16. vel acci-
pere ac intelligere quasi uocula in ibi non priuer, & ita nega-
tionis vim deirahere, vt Gibb. Reg. 2. Enant. 20. m In sortio le-
uiffi culpam statuunt. Duar. ad iii. Commod. c. 8. Meno. 5. præf.
3. num. 130. Et 6. præf. 61. num. 34. Sub. Mod. de fort. cas. p. 1. q. 10.
num. 4. Excipiunt domesticum, quod non ita facile præcaueri
potest Duar. d. lo. Meno. d. præf. 61. num. 37. Hering. de fideiuss.
c. 20. §. 27. num. 17. Et 2. seqq. diff. Delrio ad l. 23. de R. l. c. 24.

C A P V T VII.

Culpa eiusque species & præstatio.

V EL CULPA vbi res minus expedita. QVÆ
EST FACTVM OMNE, etiam quod omiffum
neglectumve est, quæ desidia & negligentia, culpæ
species, l. socius 72. Pro soc. §. vlt. l. de Societ. b Facti enim
c verbo continetur quoque vt non fiat §. vlt. l. de V. O. c
INCONSULTVM, vt fecernatur à dolo, l. 23. de R. l. l. 13.
d §. vlt. de pig. act. l. 7. C. arb. iur. & passim d qui consilij est &
à casu, qui consilio vitari regi nequit, si scil. quod pro-

uideri potuit non prouisum est l. 31. ad l. Ag. QVO NO-
CETVR ALII, & prodesse licet l. 39. de neg. gest. INIV-
RTIA. Non si iure, vt si damnus rei commodatæ da-
tum, ex vfu ad quem concessa est l. 5. §. 7. l. 10. l. vlt.
Comm. DVPLEX EST l. 22. §. 3. ad Treb. l. tutori 20. C. de
neg. gest. l. 7. C. Arb. iur. f LATA, quæ & magna l. magna f
220. de V. S. §. licuti & magni agri latifundia, dolo pro-
xima l. 8. §. 3. de precar. dolo comparatur l. 1. §. 1. si men.
fal. mod. eum repræsentat l. 1. §. 2. si is qui ref. li. propriè
dolum est, l. 29. pr. Mand. h & est dolo l. magna 226. de
V. S. l. 32. Depof. l. 44. Mand. iunct. l. 29. pr. eod. interpretati-
one sc. ac effectu iuris. Non est proprietate verbi ao
genere facti, quia non fit dedita opera. Est enim dili-
gentior quis fuerit in suis rebus, ramen id inde, quod
quiuis sibi maull bene esse, non quod alteri nocet
voluit. Hinc dolo comparatur vt s. & dolo est nec
fraude caret minor in alienis rebus cura d. l. 32. non si
factum spectes, sed officium, quo se obstrinxit depo-
sitarius & custodiam bona fide recepit. k Cuius DVÆ k
NOTÆ Vna. Non eadem cura in alienis, quæ in rebus l
suis d. l. 32. Neque enim vt Bart. vult. latior alia est. m
Nam quod in d. l. 32. de latiori, idem de latâ in l. 226. de
V. S. l. 22. §. 3. ad Treb. vbi non consueta in suis rebus ne-
gligentia. Comparatiuus autem sæpe propositiuo. n n
Sic vis maior l. 25. §. 6. Locati, quæ eadem vis magna l.
2. in fin. de peric. & comm. Quin nec semper auget tem,
sed quandoque imminuit. Sic tristior pro tributis
Virg. 1. En. paulò iracundior, vinum austerius, hic &
ad l. 1. C. Depof. num. 12.) Altera non intelligere quod
omnes intelligunt l. lata 223. de V. S. vbi finis significat
extremum. Exempla in l. 7. de fideiuss. licet eodem modo
quis peccet in rebus suis l. 24. §. 5. fol. matr. o eius nullæ o
species. Nam latior eadem est, vt dictum latissima vfu
iuris non reperitur, nec illa alia esset quam lata. ER
LEVIS, quæ nocetur per imprudentiam. Vt lata est
eius qui norit periculum ex facto imminens, aut pro
eo habetur ac si sciret, ita hæc eius qui ignorat pericu-
lum imminens, quod & alij non diligentes, id faciunt.
Vel cum id factum non est, quod diligens paterf. face-
ret, indeque damnus l. 13. §. vlt. Et seqq. de pig. act. modo
eadem negligentia peccet in suis, aliâs lata culpâ, licet
in suis fuerit diligentissimus l. 32. Dep. l. 22. §. 3. ad Treb.
p Vel cum quod à diligente prouideri potuit, per im-
prudentiam non est prouisum l. 31. ad l. Ag. iunct. l. 44.
eod. Atque hæc simpliciter vocatur culpa d. l. 12. §. vlt. de
pig. act. l. 23. de R. l. q. maximè cum dist. à dolo aut de q
præstatione doli, culpæque agitur, non significatione
vocis, sed ratione iuris, quia lata verbo doli continetur.
Huius DVÆ SPECIES, re & iure distinctæ, l. 9. 1. pr. de
V. O. Quæ eadem equidem in latâ, sed illic vtriusque
eadem præstatio, hic dispar. In faciendo, quæ FA-
CTVM l. 21. l. 23. Pro soc. & in omitendo, quæ desidia
ET NEGIGENTIA l. 72. Pro soc. §. vltim. l. de Societ.
Vbi igitur diligentia exigitur, notatur ea, quæ negli-
gentiæ contraria. Vbi culpa ab ea distinguitur nota-
tur ea quæ in faciendo, significatione ex vfu, vt sæpe
fit. Exempla in adoptione actione, & c. restricta. Itemque
vbi dicitur præstari culpa & quanta in rebus suis dili-
gentia l. 1. pr. de tut. Et rat. distr. intelligitur leuis in fa-
ciendo & lata quoque in omitendo. Cum autem
vtraque culpa leuis præstanda, dicitur venire culpam
& diligentiam, seu custodiam, contractum culpam re-
cipere & diligentiam, culpam æstimandam, sed & di-
ligentiam exigi l. 23. de R. l. l. 13. §. vltim. de pig. act.
leg. 47. §. 4. de leg. 1. f Cum autem culpa & diligen-
tia præstari dicitur verbû præstare licet pariter ad vtrum-
que referatur, non idem tamen in vtroque significat.
Præstatur diligentia propriè id est adhibenda, culpa
autem metonymicè causa pro effectu, id est damnus
culpæ:

culpæ. f Quævis verò in sua specie vnus modi. Nam
quæ in faciendo negligentia comparata illa grauior.
Vulgò statuunt aliam leuiorem, aliam que leuiffi per l.
44. ad l. Ag. Et quia quandoque exigitur diligentia dili-
gentis l. 14. de pig. act. quâdoque diligentissimi l. 18. pr.
Com. l. 3. §. 7. Locati. Vnde nodi inextricabiles in quib.
frustra Dd. se torquent ac discentes cruciant. Sed re &
iure eandem esse culpam leuiffi, cum leui seqq. probant.
1. Eadem vtriusque definitio. Nam in l. 31. ad d.
l. Ag. definitur leuis culpa per l. 14. de pig. act. Definitur
autem ea quæ vindicatur l. Ag. Illa verò est leuiffima
d. l. 44. E. 2. Qui diligentiffi. Est enim qui diligentiam
necessariam adhibet. Eo autem nemo diligentior.
3. Diligens idem qui frugi l. 11. de peric. & com. Homo
frugi omnia rectè facit Cic. 4. Tulg. 4. Accedit vfi iuris.
Qui diligentissimus l. 18. pr. Comm. idem diligens l. 5.
§. 5. eod. eadem diligentia quæ in commodato, requiritur
in pignore l. 13. §. vlt. de pig. act. in re venditâ l. 3. de
peric. & comm. Atqui illic diligentia diligentissimi exi-
gitur d. l. 18. pr. E. 6. Alioqui maior diligentia præstan-
da in Locatione, per l. 25. §. D. §. vlt. Inst. de Loc. vbi dili-
gentissimi mentio, quam in commodato vbi custodia
diligentis l. 5. §. 5. Com. At hoc absurdum, cum illic ver-
tatur vtriusque commodum hic vnus. 7. Denique ex-
acta & exactissima diligentia non differunt §. 2. vers. ac-
is qui Inst. Quib. mod. re contr. iunct. §. 1. in fin. l. de O. q. ex
contr. aliâs absurdum sequitur negot. gestorem, plus
præstare quam commodatarium. Vna species culpæ
excepta videtur, cum quis, dum ex incendio vel nau-
fragio seruare potest, aut res suas aut alienas, suas
prætulit. Hic culpa leuiffi. quæ in solo commodato
præstat, vt j. Atque hæc de generibus. Sequitur
præstatio. LATA CULPA IN OMNI CONTRACTV
PRÆSTATVR, quamuis dicatur dolum tantum recipere
l. 1. C. Depof. l. 1. §. vlt. D. eod. l. 8. §. 3. de precar. l. 1. §. 1.
si men. fal. mod. u Et generatim vbi dolo coercetur ibi
& hæc l. 5. §. 3. de in iur. iunct. l. 2. C. eod. Hinc tutor qui
suspectus remotus ob dolum infamis, etiam ob latam
x culpam. x Nam quod in §. 6. Inst. de susp. iur. habetur: si
ob culpam non aq; intellige scil. leuem, vt l. vlt. C. eod.
ob negligentiam, nimirum consueta in rebus suis.
Nam & obnegnitiam remoueri potest l. 5. C. d. t. Nisi
apertè constet aliud sensisse legem. Hinc in l. Corneli-
de fidei. pro dolo non accipitur l. 7. de fidei. non quod
y agatur de crimine vindicando, y sed quia ex ipsis ver-
bis legis apparet coerceri dolum tantum, animumque
occidendi & datam operam exigi l. 1. pr. & §. 3. d. t.
LEVIS NON ÆQVE. SED QVIDAM DO-
LVM TANTVM RECIPIVNT l. 23. de R. l. &
quæ eius nomine venit lata culpam. AVT IVRE
COMMVN, in quibus solius dantis utilitas, vel de-
bitor est, officij debitor l. 5. §. 2. Comm. vt depositum l. 1.
§. vlt. Depof. & quandoque Commodatum l. 5. §. 10. Com.
ne officium sit damnosum. Nisi vel conuenerit præsta-
retur culpa vel officio se obrulit l. 1. §. sepè 35. Depof. si
petiit vt res apud se potius quam alium deponeret.
Sic se offerunt negot. gestor. l. 11. de neg. gest. Ratio in l.
culpa 32. de R. l. Nec enim debuit affectare si imperitus
18. ad l. Ag. nisi ad negocia periura accesserit vid. s. lib.
15. c. 15. lr. Et madataarius vid. s. lib. 13. c. 11. lr. D. & E.
Vel si officium muneris publici, vt tutela & cura l. 7.
C. arb. iur. vid. s. lib. 15. c. 20. AVT IVRE SINGV-
LARI; Agrimenforis opera l. 1. §. 1. si men. fal. mod.
vbi ratio, & precarium l. 8. §. de precar. vbi ratio,
quia totum id ex liberalitate descendit, id est, per omne
tempus. Vt enim libera concessio ita & reuocatio. Si
itaque non contentus est diligentia eius cui concessit,
sibi imputet quod non reuocauerit. Quod non ita
est in Commodato, in quoratio diff. quia eius con-

cessio libera, reuocatio ante tempus vel vsum simi-
lem non æquè. z QVIDAM DOLVM ET CUL-
PAM. Reliqui omnes atque ex his quidam eam so-
lam quæ in faciendo. Societas l. 23. de R. l. l. 23. Pro soc.
Obſ. §. vlt. l. de Soc. ibi: non ad exactissimam, & c. Scil.
quæ in omitendo. Vbi enim factio nocitum est omnis
præstatur d. l. 23. Pro soc. vbi inconsultis foreis admiffus
exterus. Damnus ab eo datum præstat qui admiffit, li-
cet leui culpâ peccauerit, cum, admittendo in res com-
munes, admiffit simul in suas. Et d. l. 23. de R. l. vbi so-
cietas recipit culpam leuem, dolo oppositam. Quare
hi in specie contrarij textus de diuersis culpæ specie-
bus exponendi. Dos l. in rebus 17. de l. dor. vbi quia dili-
gentia opponitur culpæ late in negligendo significatur
per culpam leuis in faciendo, aliâs falsa distinctio si
omnem culpam præstaret maritus. Tutela l. 1. pr. de tut.
Et rat. disty eod. arg. quod ex d. l. 17. petitum iam & maximè per
l. 7. §. 2. Et de adm. tut. l. 2. C. arb. iur. vid. lib. 15. c. 20. & cura
quæ in eadem causâ l. 7. C. arb. iur. Rerum communio
inter coheredes vel collegatarios per l. 23. de R. l. iunct.
l. 25. §. 16. Fam. etc. Obi. Atqui in societate, dote, com-
munione vtriusque utilitas vertitur. Quare diligentia,
non consueta suis rebus tantum, sed qualem diligens
adhibet, præstanda, per regulam l. 5. §. 2. Comm. l. 13. §.
vlt. l. 14. de pig. act. l. 3. de act. em. Bz. Hi contractus à re-
gulâ excepti, quia aut defenduntur debitoribus volunta-
te creditoris vt Socius. De fe enim alter queratur,
quod parum diligentem adsumpserit §. vlt. l. de soc. sero-
que acculat mores antea probatos. Et maritus in dote,
quia ibi quoque persona idonea probata est. Dispar
caussa aliorum contract. ex. g. emptionis, in qua res spe-
ctatur, non persona. Aut necessitate rei gerendæ, in
communione rerum d. l. 25. §. 16. Quæ ratio & in tutela.
Obi. Ac si nulla diff. horum contractuum in præstatio-
ne culpæ à deposito. Bz. Nulla quoad culpam in ne-
gligendo, quia vtrouique adhibenda consueta in suis
diligentia. Multa autem quoad culpam in faciendo,
quam depositor non recipit. At cum vtraque leuis sit
tam quæ in faciendo quam quæ in omitendo, cur illa
porius quam hæc præstatur. Bz. Specie tamen differunt.
Illâ namque grauior ac minus ferenda. Nam qui facit
primò deliberare debet expediat. Potuit enim non
facere. At qui omitit forè faciendum nescit, aut diffi-
lus imperitiæ non facit, ideoque venia dignior. Sic in
l. Ag. culpa leuiffima venit in faciendo l. 44. ad l. Ag. non
in negligendo l. 13. §. 2. de V. S. QVIDAM VTRAMQUE
ceteri omnes, vbi dicitur venire culpam & diligentiam
seu custodiam. Diligentia enim verbo omnis, quæ
ab homine frugi adhiberi solet notatur, non solum
leuem culpam æstimandam, sed & diligentiam exigi
l. 13. §. vlt. de pig. act. l. 47. §. 4. de leg. 1. l. 2. & 3. de peric. &
comm. Et hoc est quod Vlp. in d. l. 23. de R. l. ait in his
quidam & diligentiam sc. recipiunt. Sic enim legen-
dum est non vt vulgò quidem & diligentia, vt subaudia-
mus præstatur. Sic enim sententia falsa nec vt Florent.
quidem & diligentiam. Nam si sic accipitur vt omnes
contractus eam recipiant sententia falsa, & præterea
vitiosa oratio. Sin sic vt aliqui quidam, legi debere eui-
dens est. IN QVIBVS VTRIVSQUE VTI-
TAS, excepta Societate, dote, communionem, vrs. Vt
pignus, Emptio, Locatio, vbi eadem diligentia quæ in
Commodato, in quo vnus utilitas l. 25. §. 7. Loc. Vnum
tamen amplius præstandum in Commodato. Si ex
incendio, naufragio, hostium incurfu, cum vtraque
non posset, suas seruare maluit l. 5. §. 4. Comm. Eadem
præstatio in innominatis, eademque distinctio, vt
si meâ tantum causa quid dedi, exempli gratia, inspi-
ciendum, dolo solus præstetur, sin meâ & tuâ
culpa quoque & diligentia, magis que si tua tantum
N n 2 l. 9. §. 1.

l. 9. §. 1. Commod. l. 17. §. 1. & 2. de pres. verb. Eadem praestatio in legatis l. 47. §. pen. l. 108. §. 12. de leg. 1. Obi. At in his vnus legatarij vtilitas...

NOTATA.

Coras. 4. mis. 1. definit: Imprudentia qua homines circa res alienas vel negligunt quod fieri oportet, vel faciunt quod omitti debet... Nota: Imprudentia est defectus in rebus propriis...

mentis, vt quod omnes sciunt ignoret Decian. d. num. 16. Ideoque est & vocatur dolus l. 226. de V. S. d. l. 32. Depof. feil praesumptus Goad. ad l. 213. §. vlt. de V. S. num. 2. Delrio d. cap. 1. p. 126. Quandoque tamen fraudis suspicio cessare potest...

C A P V T VIII.

Tempus adionum.

Tempus adionum praestitit, si aliquo die paulo sunt negligenter, non tamen dissoluit fuerit, in lata culpa censeri. deteriorisque esse conditionis, quam si quotidiana ipsi fuisset...

Tempus adionum (de 2. s. c. 6.) Tempus si ad id constituta. Vel voluntate privata, cum quid sapientius praestandum promittitur aut legatur, sed vltique ad certum tempus. Vt 10. auri annui quoad viuam, vel ad 10. annos, vel donec ad 20. annum uenerit...

Quia enim ambigi potest, an sit ex negotio suscepto, accipitur in dubio quod mensori obest, heredi autem qui dolo caret, prodest. Omnes autem actiones temporales vel intra biennium dantur: vt dolo *l. ult. C. de dolo* vel intra sex menses vt rehibitoria *l. 19. §. ult. de ad. ed.* vel intra annum ceterarum omnes. Sed & perpetuis ex constit. praefinitum tempus diuersum pro ratione creditorum. C. Ciuitatibus enim 100. anni. Ecclesiae hodie 40. reliquis vt priuatis & fisco 30. vid. *s. lib. 5. c. vlt.* Et pro genere facti. Nam et si propè exierit, litis contest. act. perpetuar ad annos 40. *l. vlt. C. de pres. 30. an.*

ANNVS DVPLEX: CONTINVS ET VTILIS, qui vtiles dies ad agendum habet, seu quibus est experiundi potestas *l. 1. de diu. temp. l. 2. de succ. ed.* Vbiqve verò vtiles, nisi nominatim continuus. Nam in perpetuis act. 30. 40. 100. anni continui *l. 3. §. 4. C. de pres. 30. an.* verbis iugi silentio. In temporalibus vna actio de dolo continuam habet biennium *l. vltimo C. de dolo.* Cetera vtile tempus, siue nominatim id edictis cautum, vt in *l. 1. Quae in fr. cred. l. 19. §. vlt. de ad. ed.* siue de eo nihil expressum. Nam si simpliciter annum dedit id interpretari sunt de vtili *l. 1. pr. iunct. §. annus 39. de vi arm.* Et quae vno loco dicitur intra annum dari, alio intra id tempus vtile *l. 35. de O. & A. iunct. l. vlt. C. Ex quib. ca. mis. l. 2. C. de ad. act. iunct. l. 19. §. vlt. D. de ad. ed.* Numerari denique tempus actionum incipit ex eo die quo primùm agi potuit. Ergo non nisi conditio, aut dies venerit *l. 7. §. 4. C. de pres. 30. an.* Et si creditor per conditionem personae exarsitve agere nequeat, eam mutat; vt si filius sui potestatem liberatus *l. 1. §. vlt. C. de ann. ex. c.* Finitur idem vltimo die non capto, sed impleto *l. 6. de O. & A. vid. s. lib. 5. c. 19. lit. F.* Et temporalis ita tollitur ipso iure *d. l. 6. in verbo finit iunct. §. finitur 3. l. de V. sus. l. 15. pr. de dam. inf. & c.* quia Lex dans act. intra annum post eum experiri vetat. Perpetua praescriptione submouetur *l. omnes 4. C. de pres. 30. an.* quae temporalis est exceptio. Quia cum prioribus simpliciter datae, posteriores intra tempus eas concludentes ita accip. vt non illas plane tollant, sed interpretentur ac derogent *per l. 26. §. seqq. d. l. 1.* Neque haec inter nihil interest. Inutilis enim pactio vt post annum Paulianâ ex. g. agere liceat, vtiles vt post triennium perpetua quia exceptio replicatione pacti repellitur *l. 27. §. 2. de pact.* Sed haec ita nisi cuius temporis interrumpatur, de quo *s. lib. 5. c. vlt.*

NOTATA.

a Hopper. lib. 2. *περί των* pag. 35. Tempus non est modus tollendae obligationis, quia sicuti quae iuris sunt, ex. g. postliminum, non restituant ea quae facti ex. gr. possessionem. Sic contra quae facti, vt tempus, non pertinent ad corruptenda ea quae iuris, vt est obligatio, vid. *§. Guirrez. ad l. 55. de leg. 1. b. nu. 190. §. seqq.* b Anqua enim erant edicta Praetorum *A. Gentil. de diu. temp. appell. c. 9. vt & Senatus decreta Io. Sar. Zamose. C. lib. 2. de Senatu pag. 169.* c Dicuntur tamen adhuc perpetuae, vel quia saepius retinetur nomen vi amissa; vel quia anni 30. 40. & c. iusta videri debet aetas & vita. Perpetuum autem quod ad vitam hominis *l. 1. §. penult. de off. praef. vrb. l. 2. C. de his qui latr. A. Gentil. de diu. temp. appell. c. 9.* Elapso autem hoc tempore ipso iure rursus est, qui praescriptis, *Zang. de except. p. 3. c. 6.* Et exceptio praescriptione non obiecta iudicis d officio suppliri potest *Non ulet. Sax. 25. p. 1. d. vid. s. lib. 5. c. vlt. lit. H. bique not. ad Tirag. de recr. lignag §. 1. gl. 10. n. 77. §. seq. §. num. 85.* vbi aliud esse tradit si litis contestatio inuadit *Guirrez. de iuram. confirmat p. 3. c. 1. Hortens. ad l. 29. de Nouat. p. 170. §. seqq. P. Fab. ad l. 86. §. seqq. ad l. 139. de R. I.* Perpetuantur & actiones iureiur. vide de *iureiur. c. 9. j. lib. 24.* Et fideiuss. datione *gl. sing. in l. cum quis §. si quis de fideiuss. ref. Hering. de fideiuss. c. 15. n. 44.* Praescriptio Saxonica, an litis contestatione vel citatione interpellatur, vid. *Rauchbar. c. 2. q. 28.* e Contra *Coler. & Dd. comm. in not. s. lib. 1. c. 18. §. seqq. conium. in lit. D.* Vide de tempore continuo ac vtili, *Beuff. ad l. 9. §. 3. de iureiur. num. 5. §. seqq. Zas. in l. 1. de diu. temp. praes. A. Gentil. de diu. temp. appell. c. 14. Rad. Forner. 2. ver. quosid 14.*

VEL CONTRAHENTIVM FACTO (connecte s. G. I.) ET RATIO ALIA EXTRAORDINARIA creditoris delictum pecuniam, aut rem debitam vi auferentis *l. exhat 13. Quot. mor. ca. a ALIA ORDINARIA* ET VEL SOLVTIONE fit (ac quae eius vice, vt *j. c. 13. vel vid. j. c. 16.*) *pr. l. Quib. mod. toll. obl. Soluendi verbum aliâ generale vbi refertur ad debitorem qui b solui dicitur l. decem 116. de P. O. & obligationem l. prout 80. l. 54. h. tit. Et sic significat quamuis liberationem. Aliâ speciale & res debita dicitur solui *l. 49. h. r. l. 4. §. ait 3. de re iud. l. 9. §. 3. l. 11. pr. §. 5. de pig. act. e Vbi significatur sola naturalis rei praestatio d. l. 49.* Cum tamen Lex exigit, licet ex vsu verbi denotetur rei debita praestatio, quae vera solutio obligationis, per illius definit. ex sententia tamen legis omnis liberatio accipitur, a qua id propositum legi vt debitor liberaretur d. ex sententia creditoris. Et hoc est quod habetur in *l. 54. h. r. l. liberationis 47. de V. S. solutionis & liberationis verba exaequari. e Licet verò res debita principaliter, nisi pignori nexa, obligata non sit, ideoque nec soluta dici posse videatur, per consequentiam tamen videtur eodem, quo debitor, vinculo teneri. SOLVTIO EST PRÆSTATIO si verè seu naturaliter vt in *l. 49. h. r.* numeratur pecunia, vt disting. ab acceptilatione, compensatione, & obligatione: Idem est si res debita in conspectu creditoris ponatur *l. 79. h. r.* Praestari autem dicuntur quodque res *l. 114. de V. O. & facta solui 198. §. mibi Roma 6. h. r.* EIVS QVOD DEBETVR, per definit. obligationis. Vera igitur solutio non est quae indebiti dicitur, sed abusuè relatione ad animum errantis. g ALIVD equidem SOLVI VOLENTI POGTEST *l. 17. C. h. r.* Voluntas enim facit rem eandem & satisfactio pro solutione est *l. satisf. 52. h. r.* h modo ita detur vt fiat accipientis in solidum *l. 46. h. r.* quod nisi fit statim actio pristina creditori *l. 38. §. 3.* Interdum tamen praeterea vtiles illi actio ex empto, re euicta, si pro pecunia species in solutum data *l. 4. C. de euict. l. 24. pr. de pig. act.* non directa, quia principali intentione inspectâ cum distrahendi causa datum sit, emptio non contracta *§. 1. l. Quib. mod. re. §. per. l. de O. exq. contr.* sed per consequentiam contracta, re pro pecunia ex consensu data. i Expedit autem creditori dupl. habere act. Re siquidem nondum euicta plus est in veteri actione post euictionem actio ex empto ad id quod interest, quod pretium quandoque egreditur, plenior. INVITO NEQVIT *l. 2. §. 1. de reb. cred. k vt nec ignoran. k tit. l. 50. h. r.* SIVE RES DEBITA, QVÆ ALIA EST AVT SPECIE si pro Sticho Pamphilus, pro nummis fundus, aut contra, *l. si quis 46. D. l. 17. C. h. r.* AVT FORMA, si pro 100. aureis alterius fortis nummi. Quod non licet, si damnus inde creditori *l. creditorem 99. h. r.* i vt si minior moneta peregrinè transportaturo reddatur, ad gestationem grauis & onerosa, aut si in regione eâ, quo is abiturus, illocabilis. Aliâsmoto hoc damno licet, vid. *Don. ad l. 3. de reb. cred. quod remittit. m AVT IVRE REI,* si aliena vel obligata, vbi creditor agere potest, & ante euictionem *l. 38. §. 3. l. 72. §. pen. l. 20. l. 26. l. 98. pr. h. r.* Hinc solvens vt recipiat non liberatur *l. qui sic 55. h. r.* SIVE FACTVM QVOD ALIVD AVT EX SPECIE; & solui nequit *l. 98. §. 6. h. r.* AVT EX PERSONA, si fiat ab alio & non potest, nisi is æquè petitus *l. inter 31. h. r.* Facta verò quae nudam habent operam vt Romam ire, ab alio expediri possunt *l. veteris 13. C. de contr. stip. NISI VEL NECESSITAS COGAT,* pro commodo debitoris, vt pro specie aestimatio solvatur, si ea perempta vel praestari nequit *l. 8. pr. de cond. furt. & sim. n n***

VEL

VEL FACILITAS soluendi aliud SIT debitori AVT A LEGE in malef. ferui. Damnatus enim in aestimatione damni noxae deditur liberatur, AVT TESTAMENTO. Exemplum *l. 1. de pen. leg. AVT CONVENTIONE.* vt si penum non dederis 100. dabis. Hic post mortam sola quidem 100. in obligatione, sed licet penum soluere *l. 115. in fin. de V. O.* Item si mihi Stichum aut Titio Pamphilum stipuler, Titio quidem nihil deberur, solui tamen potest *l. 98. §. 6. hoc tit. vbi ratio.* cuius hic sensus: Non ideo liberatur, quia rem pro re praestat, etsi re vera aliud quàm debet soluat, sed quia electione pacto sibi tributâ vitur.

NOTATA.

a *l. 7. ad l. iul. de vi priuata.* Quae de re fusè *Menoch. re. cap. pess. remed. 4.* Item si ægotantur & animam agentis domum ingressus signa rebus imponat, & c. de quo vid. *Non. 60. & adeam Cuia.* Quid si ideo quod copia magistratus non haberetur. Idem esse *Pileus Modic. q. 87. vid. j. lib. 17. c. 2. b Vult. in pr. l. h. r. num. 3.* Modus inquit, tollendae obligationis est solutio in genere considerata. Eamque definit omnem actum quo debitor liberatur. Hac enim acceptioe etiam praecedd. modos continet. c Lui quoque dicitur res. At iurio non est simpliciter solutio, sed magis actus, quo quis obligationi eximitur, atque nexu se vindicat. Sic lui dicitur pignus luere se dicuntur redempti ab hostibus, de quo vid. *Rob. 3. d Sent. 10.* d Solutio tamen generalius accepta se habet ad liberationem, vt causa ad effectum, contractus ad obligationem: Solutio respicit factum, liberatio ius *Vult. ad pr. Inst. h. r. num. 3. Cuia. ad l. 47. de V. S.* Propriè solutio ait significat praestationem, seu dationem naturalem pecuniae vel rei. Et propriè liberatio ad oblig. refertur, solutio ad rem quae est in obligatione, liberatur obligatio, soluius rem debitam. Et sciunda haec in *h. r. D. de sol. & liberat. §. Menoch. 3. praef. 151. num. 1.* tripl. esse liberationem Naturalem tantum quae fit solutione reali, Ciuilem cui natura cooperatur, quae confessione creditoris & Ciuilem tantum quae pacto, transact. acceptilatione, & ita & vulgò, quia reliquae liberationes eandem habeant potestatem cum solutione nummorum. Sed *Briff. initio lib. 1. de sol. IC. in d. l. 54.* non tam effectum quam verborum vim & potestatem spectasse censet. Quae si origini suae reddatur solutio, & liberatio, ait, solo nominis solo differunt *d. l. 47. de V. S.* Hoc autem commune nomen suum ac proprium fecit ea liberationis species, quae uifmeratione vel aliâ naturali praestatione contingit. f *Quatio 7. ad Afric. in l. 38. §. 3. h. r.* definitur. Eius quod debetur a se in creditorem, vel alium, cui solvatur rectè, ab alienatio profecta *Vult. in pr. l. h. r. num. 8.* Eius quod debetur realis, legitime facta, praestatio. g Nulla solutio vbi liberatio non contingit. Nec enim facta videri potest nisi vi obligationis extinctâ & vinculo dissoluto. Nec liberatio vbi à nexu nō fit solutio. Est enim horum verborum significatio ad iura obligationum transacta, metaph. ductâ à vinculo constrictione. Vnde versus gl. Solutum, à nodo nos dando vel faciendo. Solutur & taurus fune remoto ferus *Gad. ad l. 47. de V. S. num. 1.* Malè igitur Cuia. ad *d. l. 47.* non omnem solutionem parere liberationem veluti quae pupillo fit, & c. Eâ namque non est propriè solutio. At Cuia. propriam se significat ibi tradere profectur. h *l. 167. de V. S.* Satisfactio autem variis modis fit. Nam ad nummorum quoque solutione pertinet, quia satisfactio qui quoquo modo delideriū creditoris implet *l. 1. Qui sat cog.* Et generatim, vt vis verbi indicat satisfactio est facere quantum alicui satis est: Sed vifate à solutione feiungitur & modos reliquos continet *l. 49. in fi. h. r. & sim. quas adducit Briff. initio serè lib. 1. de sol. p. 298.* Non tamen simpliciter omnem satisfactio vice solutionis. Nam & ex promissione aut pignori dato satisfieri dicitur *§. 41. l. de R. D.* sed quia aduersarij desiderio plenè, iuxta obligationis substantiam satisfactum. Hinc *Gad. ad l. 47. de V. S. num. 2.* contendit in *d. l. 176.* adnexâ declaratione restringi dictam regulam ad eam satisfactioem quâ fit quod fieri promissum est. Quod non placet. Contextus enim docet alteri ibi potius aliam acceptioem vocis *solutiois* scil. generalius acceptae cum ad obligationem, itemque debitorum passiuè, aliam verbi soluere cum scil. ad debitorem actiuè & ad rem passiuè referunt. Soluti qui dat vel facit quod promissum. Solutio tamen contingit & liberatio etiam quando aliud volenti praestatur. Stichio debito, e. g. si Pamphilus volenti & admittenti praestetur, rectè dicitur soluta obligatio Stichii, non item so-

luta, Stichus. Rectè dicitur exsoluisse se seu solutus esse à praestazione Stichii, (passiuè) non rectè dicitur soluisse Stichium (actiuè) Satisfactio itaque in *d. l. 176. de V. S. vt & in l. 52. h. r.* per se ex subiectae materiae ratione denotat non aliam quàm qua obligatio plenè dissoluta, vt nec restrictioe opus sit. Eoque sensu satisfactio satisfactiois species non est cum non liberet, sed obliget nisi ad fideiussorem dandum quis obligatus ob id ipsum satisfecerit. Ideoque in *l. 49. in fi. h. r.* pro satisfactiois quod habent P. Florentini satisfactiois legere malunt *Hoto. 6. obs. 15. & ad l. 8. C. de pig. Don. noster ad rub. C. h. r. num. 6. Briff. lib. 1. de sol. A. Fab. ad 45. l. pr. de Procur.* Probabiliter sanè si antiqui codices suffragantur, ceu restari Accurs. refert *Hoto.* Nil tamen verat satisfactiois voculam ibid. vt & in *l. 21. §. vlt. de pec. const.* sic accipere vt satisfactioem significet. Nec absurdè enim dicitur satisfactum creditori pecuniam ex g fundo in solutum daco; cum is ipse pecuniam ideo acceptam habere possit, tamen ea non sit alias vifata eius vocis acceptio; Datio in solutum est emptio quae fit breui manu. Celeritate enim coniungendorum actuum, is actus qui soluendo, & soluto pretij vice reddendo expediendus quasi per occultum intermortuus videtur arg. *l. 3. §. vltimo de don. int. vir.* Sed ita si modo res pretij & mercis instar habeant, scitè *Cur. 2. Coniact. ad fr. 15.* Ne reuocari potest res in solutum data *l. 34. de pig. act.* nec si postea plaris eam vendiderit creditor, quàm quanti accepit *l. pen. C. h. n. i. minor in solutum deditur, per l. 10. C. h.* Sed si promissa tantum, debitor nihilo minus debiti quantitatem offerendo liberatur *l. 45. h. r.* quia in eius gratiam tantum ad necessitatem praestatiois conuerti non debet *Briff. lib. 1. de sol. pag. 331.* f Quid si datio in solutum facta (sub conditione si intra sex menses ex. g. debitor non soluat, non elapso tempore creditor poterit debitum petere, an cogetur res in solutum data accipere? Cogetur. vid. *Tessaur. de sol. l. 147. k Nemo cogitur satisfactioem accipere l. 6. §. 1. Quib. mod. pig. l. 21. §. vlt. de pec. const. l. 10. de pig. act. & sim. vid. Cuia. in Nou. 4. p. m. 41. & seqq. P. Fab. ad l. 95. de R. I. p. 440. & seqq. Guirrez. de iuram. confirmat. p. 1. c. 29. Io. Koppen. q. 55.* i Sic in vulg. libris *d. l. 99.* incipit & probat *Hoi. ill. q. 15. P. Fab. ad l. 78. & seqq. de R. I. p. 357.* cū Florent. habeant *debitorem* Quae lectio licet vel primâ fronte cuius incongrua videri queat, omniqve carens dubio, adstruitur tamen à *M. Lycklama lib. 5. Membran. eclog. 21. m* Damnum verum requiritur. Nec ex nudâ affectione res aestimanda, quae in nummis iustam rationem non habet *l. 3. de in lit. iur.* quia in eis non speciem intrinsecam, sed aestimationem *Briff. lib. 1. de sol. p. 333. Pinel. in rub. C. de resc. vend. p. 1. c. 3. num. 16. & seqq. Confer. Coler. de Proc. exc. p. 1. cap. 10. num. 14. & seqq. Earlador 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 17. p. 17. & seqq. Guirrez. praef. qq. lib. 2. q. 179.* (qui tamen etiam in minutissimâ moneta solutionem fieri posse censet, modo probata sit, tamen inde damnum creditori. Sed male.) *Cassp. Ant. Tessaur. in addit. ad decis. 174.* Quia imò *Conar. coll. veter. numism. c. 7. §. 1.* contendit etsi obligatio concepta sub certa specie monetae, creditorem, licet alterius materiae eiusdem aestimationis nummos recipere non teneatur, cogi tamen eiusdem materiae, sed diuersae formae & characteris. Quid autem si monetae bonitas intrinseca vel extrinseca, (id est aestimatio) mutata? Quaestio agitata est, quam, etsi libeat, tractare per institutum non licet. Adeat, qui vult *Conar. d. lo. Vafq. ill. contr. 2. m. 7. Gail. 2. obs. 73. fusc. A. Fab. lib. de nummar. debit. sol. Andr. Knich. de Sax. non prouoc. iure. v. Ducum Sax. c. 5. num. 324. & seqq. Corbma. iur. B. 36. lo. Koppen. q. 2. 10. Bapt. Costa de facti sciens. vel ignor. dist. 63. Herm. Meirer. l. 2. de praes. credit. tit. 5. n. 18. & seqq. vid. & *Nou. Aug. Sax. E. l. 28. p. 2.* Confer. *Tirag. de rer. lign. §. 1. gl. 18. num. 27. & seqq.* † Sanè non liberatur reprobos nummos solutus *l. 24. §. 1. de pig. act.* atofam pecuniam *l. 102. pr. h. r.* id est, subararitam cui nimium æris admixtum, sicut *Festus lib. 1. vbi. Coraf. 1. misc. 9. Cuia. 8. ad Afric. in l. 39. h. r. Baldum. ad l. 12. tab. 5. num. 8. Briff. lib. 1. de sol. p. 334. Broide. 10. misc. 17. lac. Bornit. lib. 2. de Nummis c. 2. in fin.* Nec legendum in *d. l. 102. ipse & id est, merces, vt Ale. 2. disp. 25. nec etata, vt Forcat. dual. 1. num. 1.* Nec disting. an debitor reprobos esse scierit an nescierit, vt malè *Pileus Modic. q. iuris controu. 5.* Denique nec pro pecunia massa auri argenteive insignata solui potest, licet contra possit *l. 1. §. vlt. de auro & arg. leg. Pinel. in rub. C. de resc. vend. p. 1. cap. 3. num. 14.* (Motibus equidem Hispanorum pro pecunia vas argenteum solui posse testatur *Parlad. d. §. 17. num. 19.*) Nec pro frumento pecunia numerata vel contra, vid. *Io. Koppen. q. 25. & q. 55. num. 4.* n Sic etsi nummorum facultate carens debitor rerum suarum emptores facillè non reperiat creditor in solutum debitoris possessiones, in itâ prius aestimatione, accipere cogitur *Non. 4. c. 3. & N. 10. aut. b. hoc nisi C. h. r. Briff. lib. 1. de sol. §. habentis qui soluant**

p. 329. & seq. vid. Parlador. d. s. 17. num. 22. & 2. seqq. Def-
fauv. decis. 153. Io. Koppem. q. 55. num. 14. & seqq. Inc. Schul-
thes. q. praef. 42.

C A P V T X.

Persona solutionis.

ITA UT DEBETUR, iuxta modum obligatione
comprehensum. **Q**UOD POSITUM PARTIM IN
PERSONIS (partim ut c. seq.) **U**T SOLVAT DEBITOR
a cui sit administratio, quia sic fit alienatio * Pupillus
igitur nequit sine tutore l. 14. §. vlt. h. l. 9. §. 2. de auct.
b tut. Et numeri vindicatorum si exstent, sed si con-
sumpti, quia nulli condictioni locus, vt inductione
paret, pro solutione cedunt dd. ll. Idem in aliis quibus
alienatio verita. **V**EL ALIUS EIVS MANDATO, vbi
c ipse videtur per l. 5. §. de admin. **S**EV NOMINE etiam
debitore inuito l. 23. l. solvere 53. D. l. 17. C. h. t. vt & cre-
ditore, quod illi consequens & prob. per l. 16. §. 3. de pig.
ita vt si accipere renuat, oblatio & obfignatio eam-
dem vim habeat. **N**ec enim recufatio creditoris alio
speccat, quam vt debitor officii l. 38. de R. V. Ac licet
soluentis pecuniatiter nihil interfit, interest tamen for-
te ex affectione l. 7. in fin. de seru. ex port. vt & debitor li-
beretur inuito l. 23. l. 40. h. t. Non obstat l. 69. de R. V.
vid. s. lib. 12. c. 16. lit. D. Aliud si sub nomine alius solue-
rit licet pecunia sit debitoris l. 17. l. 101. h. t. **C**REDITO-
d RI l. 49. D. l. inuito 12. C. h. t. Et si postea definat esse
creditor tamen rata solutio. **E**xempla l. silius 90. l. 104.
h. Fac. l. 8. §. 1. de R. I. modo habeat administrationem
l. pupillo 15. h. t. quia & accipiendo obligationem alic-
natus, & acceptum consumi perdit vt vt saepe in-
terfit act. retinere. **F**uriolo nec auctore curatore
solui potest l. 5. de R. I. pupillo autem hoc modo potest
d. l. 15. vt & adolescenti. **N**eque sic tamen tuto solui-
tur, Nam si pecunia consumpta, aut perierit postea,
reficitur in integrum, l. 1. C. si adu. sol. et si tutor interuen-
sit l. C. si tut. vel cur. interuen. & exceptis annuis redditibus
g & pensionibus l. 25. C. de adm. **Q**uod periculum fug-
gere licet, si prius sententia iudicis praecesserit §. vlt.
h. vers. at ex contrario l. Quib. al. lic. Si tamen minor cui
consultum est, denuo petat, pecunia adhuc salua, vel
inde locupletior, quod spectatur tempore litis conte-
statae l. 47. h. t. l. 37. pr. de neg. gest. licet inter moras iudicij
designat. Ratio in l. more 26. C. de R. V. except. doli arce-
tur d. l. 47. d. §. vlt. vers. sed hoc. **N**ec tamen si quid inde pa-
rauit, sed et si consecutus ne de suo fieret pauperior d.
l. 47. §. 1. vt si res ad victum inde emit quae postea pe-
terunt. **Q**uestio, An reus capitis postulari solvere
ei que solui possit? Ratio dub. in publicatione bono-
rum quae sequi potest. Sed aff. l. 41. & seq. l. 45. §. 1. h. t. l.
46. §. 6. de l. sili. Exc. reo maiestatis l. vlt. C. ad l. tut. mai.
k **A**LII NON LICET l. 12. C. h. Ratio in l. 39. de neg. gest.
Qui tamen depositam lancem accepit eam restituendo
vni heredi liberatur l. 8. l. §. 1. h. t. quia dolo, qui solus
in deposito praestatur, haec restitutio, cum pluribus
fieri nequeat, vacat. **N**ISI PRO CREDITORE HA-
BEATUR, SIVE IVRE TUTOR & CURATOR l. 46. §. 5. de
admin. l. 49. h. t. etiam honorarius l. 14. §. 1. & seqq. l. qua-
lro 100. h. t. vbi tamen in integrum restitutio, contra
quam quae cautio modo dictum. **S**IVE VOLUNTATE
TE CREDITORIS, ET AVT PRAECEDENTE,
M A N D A T O. Mandatum duplex l. Collatum
in eum cui soluitur, si potestas facta pecuniae exigen-
dae & accipiendae quale habet procurator l. 12. l. 49. h.
Non autem qui se vltro offert l. 34. §. 4. h. sed cui man-
dat. generale vel speciale dat d. l. 12. pr. **N**on igitur
n procur. litis l. 68. h. nec ad aliam summam accip. da-
tus l. 89. §. 1. h. Habent quoque actor seruus, cui ra-

tionem domini commissam & dispensator l. 51. l. 62. h. t.
o Item serui alij & filijfam. quoad pecunias peculiares
l. 19. l. 32. l. 36. h. Quamdiu mandatum peculiares
Non eo reuocato, creditore mortuo, peculio adem-
pto, si id sciuit debitor l. 12. l. 32. 34. §. 3. l. §. 1. l. si cum
82. h. Si ignorauit, ne factio alieno grauetur, liberatur
dd. ll. ipso iure si is cui solui non ea mente accepit vt
lucretur. Sin ea, furtum numerorum facturus, per ex-
cept. doli si condit. furtiuam, creditori cedere para-
tus, distinct. haec in l. 38. §. 1. h. t. vbi ratio §. 2. **D**irectum
ad debitore ipsam, si potestas ei facta alij soluendi. Et
vel extra stipulationem ac recte soluitur l. 49. h. **Q**uod
postea veterit creditor alterum, cui prius solui vo-
luit, accipere disting. an sciuerit debitor d. l. 12. l. 18. l. 32.
h. Vel in ipsa stipulatione sic: Mihi aut Titio dabis, ac
non nihil in eo ius dispar. **V**trobique quidem potestas
Titio soluendi, non autem notandi, delegandi, acce-
ptum faciendi l. 10. h. ipsi non heredi eius l. 8. l. pr. h. l.
55. de V. O. non domino serui l. 9. pr. nec tutori pupilli
solutioni adiecti l. 95. §. 6. h. **Q**uia hanc potestatem solu-
endi non metimur ex iure eius cui solui potest, quod
per alium ei acquiritur non potuit, sed ex voluntate cre-
ditoris. Et potest solui pupillo adiecto, sine tutore l.
11. h. quia soluitur ei ex voluntate creditoris & habe-
tur ac si ipsi esset solutum. **Q**uod si indebitum Titio q
solutum, conditio est contra creditorem, non contra
Titium l. 34. §. 7. h. Sed in perseverantia differunt.
Si extra stipulationem, postea adimi potest ea pote-
stas, sin iure stipulationis nequit l. 12. §. 2. & 3. vbi ra-
tio l. 106. h. **Q**uae tamen, licet adimi nequeat, finitur r.
Capitis inuentione Titij quacumque l. 38. pr. h. si videl.
in detriorem causam status mutatus, seruitute, de-
portatione, arrogatione l. 38. pr. h. **T**acite enim hoc
actum videtur. Nam cum pecuniam Titio solutam sti-
pulatori petere possit. act. mand. vel neg. gest. l. 131.
§. 1. de V. O. censetur ideo commississe debitori vt exsol-
ueret, quia norat se posse facit a Titio consequi. **S**tatu
autem mutato alius si futurus est. Secus si in melio-
rem, vt si emancipetur l. 56. §. qui sibi 2. de V. O. vel ma-
numittatur, quia his casibus fit ius stipulatoris melius.
Nec obstat generalitas d. l. 38. pr. cum in eodem statu
sit, qui cepit esse in meliore, cum plus minus conti-
neat l. 1. §. 4. de V. O. hic & ad l. 55. de V. O. num. 6. **E**x-
cip. vlt. fructus in l. 95. §. vlt. fr. 6. h. vbi capitis minu-
tio soluendi potestatem non tollit. **I**. quia stipulatoris
nihil interest quo tempore vlt. soluitur Titio, cum
recipere ab eo nequeat. **2**. quia promissoris interesse
potest, vt liceat quouis tempore Titio potius solvere,
si speret citius sic ad se reuerturum vlt. fr. h. & ad
d. l. 55. num. 7. **I**I. **P**etitione creditoris in iudicio l. si quis
57. h. Aut enim fateatur debitor & solvere iubetur, aut
negat & litis contest. noua obligatione suscipitur.
III. Si debitor constituerit se soli creditori solutum
l. si v. 8. de pec. const. secus si simpliciter l. 59. h. **A**UT SE-
QVENTE R A T I H A B I T I O N E l. 12. in fin. D. l. 1.
12. C. h. l. vlt. C. ad Maced. Praeter hos casus alij facta so-
lutio non liberat, nec si filiofamilias l. silius 22. **E**t si
debitor probabilis errore putauerit se ei cui soluit de-
bere, vt si fugitiuus pro libero se gerens vendiderit,
emptor ei soluens a domino non liberatur l. 34. §. 5. h. Si
bona fide possessus emit & venditor tradiderit possesso-
ri, vero domino integra est actio ex empto l. 31. §. 1.
de reb. cred. Obicitur l. 19. hoc t. vbi quomodo domini a
fugitiuo creditos accipiens, & eidein reddens libera-
tur §. 2. **I**d speciale est in pecunia credita, quia reddita
seruo perinde habetur ac si numquam credita fuisset,
argum. l. 4. §. 10. de V. sic. Res autem aliae ex contractu
serui debitas prius domini non erant. **M**inus proficere
errore putans eum cui soluit pro curatorem esse d. l. 34.
§. 4.

§. 4. Sed an hic condici potest solutum? Dist. est in l.
si quis 58. h. t. cui iungenda l. 13. Rem rat. hab. **N**ISI SO-
LUTA PERVENIRIT AD CREDITOREM
l. 28. l. 34. §. 6. l. filia 88. h. sed si eo animo soluta vt credi-
tori vero solutum velle. Alias ope exceptionis tan-
tum liberatio, vt in specie l. 4. Sol. matr. t

N O T A T A.

a Distractus in plurimis eiusdem naturae, cuius est con-
tractus. **V**nde ferè quibus contractus prohibetur, iisdem &
b liberatio, vt renunciatio, de quo Tirac. in l. Con. nub. gl. 5. b Et
si rem promiserit vel debeat quae sine decreto alienari nequit
requiritur praetoris interuentus sine quo, nec tutore aucto-
re, solvere licet, per l. 5. §. 5. de reb. eor. qui sub tut. Idem in mi-
nore curatore habente, secus in alio vid. Zang. de except. p. 3.
c. 1. num. 12. & seqq. c. l. 87. l. qui mandati 56. h. t. vbi voculam
ipso habere emphafticam, & notare quod meo iure, non per ex-
cept. liberatur qui mandauit, tradit Curt. 3. Coni. ad fr. 20.
Procurator autem generalis seu totorum bonorum ea debi-
ta solvere potest quae exactionem habent non quae retentio-
nem tantum. **N**on enim verifimile est dominum mandatu-
rum fuisse vt naturalibus debitoribus soluat, arg. l. 46. de pe-
cul. **Q**uod & Bart. in l. legani 25. de lib. leg. ad executores te-
stamentorum trahit, eiusque opinio praualuit, teste Briff.
d. lib. 1. de solut. p. 304. **E**t si duo rei credendi alteruti solui po-
telt l. 3. in fi. de duob. reis Ita & Briff. lib. 1. de sol. p. 306. **E**t si il-
lius interfit solui tamen facilitate atatis perdita profusa ve-
f cunia laedi potest. **F** Consentit Briff. lib. 1. de solut. p. 310. per d.
l. 1. C. si adu. sol. l. 2. C. si tut. vel cur. & quia tutorem auctori-
tas pupillorum gratia comparat in odium verti & restitu-
onis auxilium impedire non debeat, & Gomez. 2. re sol. 14. n. 4.
10. **M**auric. de restit. in int. c. 176. & seq. qui tamen si curator
soluendo cessare vult restitutionem, Diff. A. Fab. ad l. 7. §. 2.
de min. & 17. Coni. 3. & 1. Iurispr. 12. pr. 7. ill. 43. **Q**uia perpe-
tuum vt qui potest exigere possit liberare l. 10. §. vlt. & seq. de
paft. l. 12. h. t. **I**niquè enim cogeret debitor solvere, nec ei
quid imputari potest. **R**. Imò non cogitur vt soluat sine iust.
iudicis, iustitiae enim tutor desiderat. **N**i fecerit sibi im-
putet cautione sibi proposta d. l. 25. non vltus. **A**st occidit Fa-
ber agi in d. l. 25. de solutione facta nondum habenti tuto-
rem, aut curatorem per verba illa *creatione tutorum, &c.*
procedente, id est, dum proceditur ad creationem tutorum.
Sed eorum alius non est sensus, quam tutoribus ritè ac legi-
time constitutis aliter solui tuto non posse quam iudicis iustu
praui. **A**lias quod noui Iustin. fanxit, quam subritatem ob-
seruationis, vt ipse vocat induxit. **D**udum id ante Iustin.
iuris ex vulgatis. regulis nullum planè negotium pupillum
tutore destitutum iniire posse, nisi si quando defectum tutoris
iudicis praesentia suppleat. **S**ed quid multis. **I**psè auctor &
Imp. interpres verborum suorum omni except. potior in d.
§. vlt. **V**ers. at ex contrario d. interre sua constit. se disposuisse
testis est, ita licet tutori, &c. debitorum solvere vt prius iudi-
cialis sententia hoc permittat. **F**acessat iam Fabri violenta &
contorta expositio: loqui equidem d. §. de habente tutorem,
sed solutione sine tutore facta, eò quod Imp. se ad d. l. 25. referat.
Ehò ad non hac pugnantia sunt, l. 25. de adm. tut. lo-
quitur de non habentibus tutores. **A**d d. vers. at ex contra-
rio, quo eiusdem constit. summa referunt, de habentibus Vi-
deat Faber quo seruo hunc nodum discindat. **F**acessat argu-
tia, verba illa quae reuli, hoc velle. **T**utorem non posse li-
berare debitorem, qui antea soluit pupillo, sine sua auctorita-
te, quis non scripserit **I**mp. licere debitori solvere, sed ita li-
cere tutori debitorum solvere. **Q**uam fragilia haec. **V**no equi-
dem, quod sciam, loco solutus dicitur debitor, qui liberatus
d. l. 16. de V. S. **S**olueret debitorem, id est, ab obligatione ad-
mittere nondum me legere memini. **A**t rectè ita dicitur,
non repugno, rata ea, certè tyronibus non obuia, significa-
tio. **H**occe Imp. de induitua egit, vt claraora cum suppetere
verba, obcurè mentem suam proderet, nec facile
erudam, nec illi loco, vel cognita & accepta illa vocis ac-
ceptione, nisi praesuppositis & subauditis multis, accommo-
datione. **N**ihil verò illatium vulgato & ex ipsis verbis aperto
sensu reterto. **N**ec necesse est licere referre ad debitorem con-
tra constructionis leges, sed ita licet exponere licere, id est,
permitteri debitorum solvere, &c. **C**uiusmodi formulas quae
periti inscietur, quis Iustin. cum primis tempestate, multum
amminuto Latij decore, insolentes dicit. **S**ed grauius tor-
queamus telum. **F**ateatur Faber, nec negare integrum, in d.
vers. at ex contrario remittere Imp. ad d. l. 25. **A**t vbi in ea
constit. vocula, syllaba: apex vltus de tutore liberante debi-

torem aut acceptum ei ferente, qui ante pupillo se non au-
ctorante, soluit. **Q**uin ea aperte pleniss. securitatem tribuit
debitori ad iudicis prononciationem persolueret. **N**ihil de
eo qui ante pupillo numerauit solo, quem iudex ideo per tu-
torem solui, id est, liberari obligatione, iubeat. **D**enique ad
d. l. 1. C. si adu. sol. §. Faber restitutionem illic concedi non vt
iterum soluat, tutor, qui fuerat, quasi solutio prius facta q.
curatori non plenissime liberet, sed si probetur male redditas
tutela rationes. **V**erum hac ratione l. illa nihil minus quam
conueniens titulo. **D**ist. quoque **V**as. 3. contr. vlt. fr. 66. n. 4.
& c. 67. voto **G**uirrez. de tutel. p. 2. c. 22. §. **Q**uia enim in his g
constitunt alimenta minorum, expedit solutionem non diu
differri. **M**olestumque esset quotannis ea de re adire iudicem,
Duar. ad tit. C. si adu. sol. h. **I**dem est, iure quoque veteri, est h
iudicis iussa solui tutorem non habenti l. 7. §. 2. de minor.
quia, vt ibi **A**ccursus facit licitum quod alias illicitum, **A**b-
surdumque non impunè solvere quem Praetor cogit l. 6. §. 6.
Que in fr. cred. A. Fab. ad d. §. 2. **B**riff. lib. 1. de sol. p. 307. dist.
quodammodo **I**o. **M**auric. de restit. int. c. 177. n. 7. & seq. **Q**uan-
do tantumdem de suo erogaturus, est innumeros solutos non
accepisset. **I**tem si per hoc debito liberatus si iussit debitorem
suum solvere suo creditori, quae species est l. 66. h. t. **F**acit l.
penult. §. vlt. de reb. eor. qui sub tut. **B**riff. lib. 1. de sol. p. 307. &
seq. l. vlt. de bon. damnat. quia ex ipso die criminis nihil ex
bonis suis alienare potest l. 20. de Accusat. **Q**uae idem erit in
reperundatum reo, per d. l. 20. in int. l. 5. §. 5. de reb. eor. qui sub
tut. **E**xemplum apud **P**lin lib. 3. epist. ad Minutium **B**riff. lib. 1.
de solut. pag. 300. **D**ist. **Z**ang. de except. p. 3. cap. 1. num. 19. &
seqq. **I** procuratoria autem non soluens non liberatur, nisi
pecunia in rem pupilli Peruenierit l. 28. h. t. **E**xceptis tres adfert
A. Fab. 1. Iurispr. 12. pr. 8. ill. 41. 1. **N**isi obligatio illa ab ipso
protutore causam & originem habuerit, vt in l. filia 88. h. t. et
si sciat debitor tutorem non fuisse modo is sit soluendo d. l. 88.
si verò ignoret omnimodo. **2**. **N**isi Praetor decreuerit rata ef-
fesse omnia gesta protutoris l. 1. §. pen. **Q**uod sal. tut. auct. 3. addit
Faber. **N**isi solutio facta ei qui verè tutor fuit, sed desit ex ea
caussa, quam probabiliter soluens ignorauit, puta superue-
niente pubertate vbi nihil est, quod soluenti queat imputari.
Quid enim si ipse, iam pubes factus patiebatu manere in ad-
ministratoe & tutorem nominabar &c. ita Fab. **N**ec
distinctio Accursij, cum libera an sine libera datur sit Pro-
curator omnium bonorum admittenda, **V**aud. 1. q. 47. **N** Diuersa
enim potestas solutionis accipiendae & actionis exercendae.
Nam & quibus sine mandato agere licet l. 35. de Proc. solui
nequit l. 22. h. t. **B**riff. lib. 1. de sol. p. 316. **C**ui tamen mandatum
est ad contrahendum, ex. g. vendendum, locandum, datum
eidem & pretium vel merces solui potest, **B**enu. **S**traccha de
Mercat. i. Mandati n. 23. o. l. 4. l. 19. C. h. t. l. 11. D. Depof. **B**riff. o
lib. 1. p. 310. pira & **C**uiac. 7. ad **A**fric. in d. l. 48. §. 1. sic acci-
piendum scribens quod in l. 18. in fin. h. dicitur liberari debi-
tor scil. per exceptionem. **q** Et cum tamquam alij restitutoris q
accipiat, non laboramus, an profusus sit. **N**eque enim de
suo aliquid sic deminuer. **N**am si non amittit nummos cog-
tur reddere stipulatori l. 131. de V. O. **B**riff. lib. 1. de sol. p. 316.
Donel. **n**oster ad l. 55. de V. O. num. 8. **A**c sibi imparee stipula-
tor, quod non alium elegerit, **S**traccha de adiecto p. 3. nu. 16.
r **D**ist. **C**uiac. 7. ad **A**f. in d. l. 38. pr. & ad l. 55. de V. O. volens
idem esse in manumissione, & emancipatione in quo ei con-
sentit **A**. **F**ab. 3. **C**oni. 10. quia ratio **A**fric. ostendat non separan-
dam emancipationem ab aliis c. minutionibus, quibus no-
stet occurrit. **C**ui autem intelligit d. l. 56. §. 2. & ad l. 95. §. 6.
vbi filius tempore stipulationis iam capite minorus sit. **Q**uod
ipsa verba resellunt, maxime ea. *sibi aut extraneo, an sibi aut
filio*, vbi filius necessarius, qui tempore stipulationis in pote-
state est: **E**mancipatus enim est extraneus. **N**ec vlla ea ratio-
ne dubit. **C**ausa. **Q**uae **A**. **F**ab. dissent. agnoscit. **S**ed nostro
herba portigenda. **C**ui & **C**ommunis sententia interpp. suc-
cinit, vid. **V**as. 2. **con**tr. vlt. fr. 22. n. 8. c. 9. **3** **N**ec marito aut v-
xori l. 11. C. h. t. vid. **E**rid. **P**ruckman. vol. 2. conf. 24. n. 87. & seq.
Nec gener solidam dotem socero solvere potest que ipsi
cum filia communis. *l. qui hominem l. 34. §. 6. b. t* **S**ic solutio
creditori creditoris facta liberat ope exceptionis l. 6. de doli
except. **B**riff. lib. 1. de solut. pag. 327. **†** **C**asus quoque quibus alij
quam creditori solueret coactus liberatur peti possunt, ex **M**e-
noch. arb. ca. 138. **Q**uid si à iudice alij solueret compulsus vid.
Parlador. 1. rer. quotid. ca. fin. pag. 5. §. 17. num. 8. **G**uirrez praef.
99. lib. 1. q. 81. num. 10. & seqq. non liberari scribens, si manda-
to iniusto paruit & **P**ruckman. vol. 2. conf. 24. n. 138. & seqq.

CAPUT XI.

Circumstantia solutionis.

PARTIM IN CIRCUMSTANTIIS TRIBVS I. EST TEMPVS. Quod nondum debetur, pendente conditione, solum non liberat l. 38. §. inter 16. de V. O. Quod debetur, licet peti nequeat, contra. Nam & inuito creditori ante diem solui potest, l. quod certa 70. l. 98. §. 4. h. r. & maximè d. l. 38. §. 16. l. 1. 37. §. 2. de V. O. Ratio quia dies pro reo adiectus l. 41. §. 1. de V. O. Dilatio igitur ut aufertur ipsi nequit, ita eidem renunciare integrum est. Et quin volenti sic solui possit nulla dubitatio. Ac in eo plerique consentiunt. **Dicitur enim posse solui. Possè autem quis dicitur quod suo iure alicui liceat, nec ab altero prohiberi potest arg. l. 10. l. 59. h. r. iun. c. l. 12. h. r. 2. Medium tempus dicitur liberum ad solvendum d. l. 38. §. 16. 3. quia dies adiectio pro reo est d. l. 41. §. 1. Licet igitur uti, vel non uti ac pro se introducta contemneret. Et si uti nolit dilatio perinde est ac si pura obligatio esset. Nostra primùm c. atate fuerunt, c. qui in dubium vocarent incassum. Nil eos iuuat l. 39. h. r. ibi, si inoportuno tempore. Nec enim est id tempus inoportunum; Nam certè si pura esset obligatio statim soluta inoportuno tempore soluta non diceretur. Multò minus l. 18. pr. de pec. conf. ubi, ut act. de constituto locus sit sufficit si per actorem non stetit ante diem constitui licet steterit forè ante eum diem. Hinc inferunt impune creditorem ante diem solutionem recusare. At imò is locus pro nobis est. Eo ipso enim fateatur l. C. per creditorem stetit, adeoq. eum fuisse in mora, sed hæc ei vocare negat in proposito, &c. Hæc noster plurib. ad l. 41. de V. O. num 47. & 2. seqq. Nisi adiectus dies creditoris causa l. 3. §. 3. de Vfur. d. vel creditor vacare nequeat occupationibus districtus, publicis vel priuatis per l. 72. pr. h. r. ut si in Senatu sit, causam agat, nuptias celebret, funus ducat, &c. arg. l. 2. & 3. de in ius voc. II. Locus. Et si nihil de eo conuenit ac res fungibilis simpliciter debeatur, soluenda loco domicilij vel contractus, sin (species loco rei sitæ vid. lib. 17. c. 14. & seqq. Sin conuenit & is adiectus creditor alio loco petere potest l. 2. de eo quod cer. lo. debitor soluere nequit l. pen. d. r. ubi vid. comm. nostri quo remittit. III. QUANTITAS. QVA PARTIM IN IVRE REI DEBITÆ VIRES GENERALITER debita non tradatur, sed datur, ut fiat dominus cui soluitur pleno iure. Alienam pecuniam vel rem soluens non liberatur l. C. assus 17. l. 94. pr. h. ne quidem si postea illi possint debitoria acquiri ut in l. 98. §. 3. h. Nec soluens propriam, sed quæ aufertur potest, ut pignoratitia l. si rem 20. l. 69. l. 98. pr. h. statuliber l. 38. §. 3. l. 72. §. pen. & ult. h. pecunia pro pignore vendito soluta, quamdiu res inempta fieri potest l. 26. h. Mutata tamen conditione ex euentu liberatio l. 67. l. 98. h. item si vsciperit creditor l. 66. nummos permiscuerit l. 78. aut f bona fide consumpserit l. 17. l. 94. pr. h. f si conditio libertatis defecerit l. 38. §. 3. h. Nec si vscifer alienus l. 38. §. 3. f si hominem 69. h. ubi vscifer adhuc peti potest l. 56. §. pen. de V. O. Non si ius rei habende abbit, in cautione de enictione positum l. etiam. 27. h. Res autem certa & species debita, ex. gr. Stichus, solui potest et si vscifer imposuit aut seruus statuliber factus, ante morã debitoris l. 92. h. l. 23. l. 91. §. 3. de V. O. PARTIM IN CORPORE. Non enim deteriorem rem dando liberatur l. qui sibi 33. h. vid. Dom. ad l. 3. de cond. tit. quò se refert. Nec rei debita partem accipere cogitur creditor, et si ea diuidua; nam de indiuiduã questio inanis, siue partem se debere neget partem fateatur, in quo communis Dd. scho. a diss. siue totum fateatur, ubi solus Alc. diss. vid. Don. noster ad l. 21. de reb. cre. l. quo remittit. Parte autem soluta & a creditore accepta, si natura rerum & obligationis conditio præstationem partis recipit pro,**

ea solutio. Ut si res certa debita, vt plures coniunctim aut nomine plurali vel collectiuo l. 9. §. 1. l. 94. pr. h. Secus si res incertã si vel sit obligatio generis l. 2. §. 1. de V. O. l. 9. §. 1. l. 34. §. 1. hoc tit. l. 26. §. pen. de cond. ind. vel alternatiua d. l. 2. §. 1. vel pœnalis §. 5. §. ult. de Verb. O. Quia nisi hic tota res præstetur conditioni obligationi non satisficit d. l. 2. §. 1. Et parte soluta euenire potest ne stipulator consequatur quod debetur l. 85. §. 4. de V. O. Non homine soluto si Stichus pars soluta liberet, postea postea parte alterius hominis liberatio fieri eò quod genere in. obligatio deducto electio in toto eo genere sit debitoris. At hoc non sinit conditio obligationis, quæ ea est vt debitor vnam rem integram ex eo genere præstet, non duarum partes. Idem est in alternatiua Stichum aut decem. Nam partis Stichus solutione admilla potest deinde quinque solutio liberare. At qui hoc actum vt vel totus Stichus, vel tota 10. præstarentur. Sane si reliquam partem Stichus deinde soluat debitor euentu liberatur d. l. 9. §. 1. Interim igitur dum alius detur in pendenti est partis solutæ conditio d. l. 2. §. 1. de V. O.

NOTATA.

Potest tamen volenti ita soluere debitor vt existente a conditione liberentur deficienter repetat, l. 16. h. r. b. Coraf. & b. Duar. ad d. l. 38. §. 16. Gomez. 2. resol. 11. num. 22. Briff. lib. 1. de sol. p. 348. A. Fab. 1. Con. 1. Gæd. ad l. 12. §. 1. de V. O. n. 5. Aruma. de Morã c. 6. n. 9. Bron. 4. aff. 36. Nam qui ante diem soluit plus præstat quod debet. 15. in fin. de ann. leg. Et die solidum non solui dicitur l. 85. h. Qui tardius soluit minus soluit per l. 2. a. Goth. ibid. not. Dies pars solutionis, vid. Tirag. de rerr. lignag. §. 1. gl. 18. n. 35. R. 3. seqq. Iure Sax. res expedita Landr. lib. 1. arr. 65. c. Cuiac. ad d. l. 38. §. 16. c. 23. per d. l. 39. d. l. 18. pr. quibus noster occurrit. Et quia Liu. lib. 35. Rom. Carthaginealibus offerentibus pecuniam, quam pluribus pensionibus in multos annos debebant, respondiisse nullam se pecuniam ante diem accepturos. 32. Sed id ideo, puro Romani, (locum Lijui perquisiui nec in eo lib. 35. reperire potui, alibi esse reor) non quod damnus ipsi ceterioris solutionis verendum esset, sed vt iustitiam laudem aucuparentur, plus debito, oblatum licet, respuentes. Esto autem alia de causã fecerint, exemplum vnicum num pro lege? Obi. Cuiac. Benigne hoc receptum in statulibero, vt ante diem oblata pecunia liber fiat l. 3. §. 14. de statulib. E. in aliis secus 32. Imperite. Celeritas ibi præmatuæ solutionis, medij temporis commodum quod ex seruo parare postet dominus, compensat. Et in hoc est ratio dub. Briff. lib. 1. de sol. p. 348. Huiusmodi commodum in aliis casibus non est creditori. Neque ibi quæ terius dare iussus, debentur, vt pretium pro libertate, sed vt onus à restatore relicto libertatis adiectum, d. Gomez. 2. resol. 11. n. 22. Petr. de Bell. Perticã q. 41. Quò pertinet l. 12. pr. de V. O. iuxta interpretationem Anr. Fabri 1. Con. 1. Et quibus aliis temporibus in ius vocare non licet Cuiacius 8. Afric. in l. 39. h. r. Don. noster ad l. 19. C. de Vfur. n. 4. Aruma. de Morã c. 7. n. 4. Vnde nec notu fieri posse post Bart. in l. 8. de ser. Baldum in l. 19. C. de Vfur. Briff. lib. 1. p. 349. Sanè quod tempus oportunitate iudici definiendum concedit Meno. ar. ca. 232. num 31. f Quæ enim ratio facit vt quamdiu f. hummi salui liberatio non contingat, quia apud accip. remanentibus incertum est. eadem vt consumptis conualescant, ubi nulla iam ratione aufertur possunt Briff. lib. 1. p. 334.

CAPUT XII.

Solutionis effectus.

EFFECTVS. TOLLITVR OBLIGATIO, pr. l. Quib. mod. tol. obl. penitus IPSO IVRE l. 95. §. 4. h. l. §. C. de pact. tam naturalis d. §. 4. l. 83. h. r. Est enim hic modus maximè naturalis l. 49. h. quàm ciuilibis mixta d. l. 5. non autem ciuilibis tantum. Nam exceptione peracta tutus solutum repetit, ideoque obligatio ciuilibis non sublata l. 34. §. ult. h. quia ea dicitur magis quàm est obligatio s. lib. 12. c. 3. Et si ignorans soluit, condicit l. 40. de cond. ind. si sciens non quidem repetit, verum quia donauit non quia soluit. SED EA IN QVAM SOLVTVM EST l. l. 103. h. r. HINC QVÆSTIO, Si ex pluribus causis plures summæ debita, IN QVAM causam acceptum fieri debeat, de qua in d. l. 1. & 8. seqq.

sequitur. perplexè & confusè. Nos sic: IN DEBITORIS POTESTATE DICERE tempore solutionis, in quam causam solutum velit l. 1. pr. d. l. 1. C. h. r. Nec tamen necesse habet creditor in eam accipere l. 2. D. h. r. Quod si autem acceperit, tamen testetur se in aliam causam acceptum velle, rata tamen debitoris demonstratio, b. Si debitor NIHIL DIXIT CONVERTITVR ELECTIO AD CREDITOREM d. l. 1. C. d. l. 1. vers. quoties D. h. r. Quare poterit constituere quoque in causam leuiorem, perinde ac potuit debitor; si ipse dixisset, in grauiorem. Quod significat d. l. 1. in fin. iun. l. 3. pr. si mendum ex ea tollatur. Nam vulg. & Florent. lect. si verba extrema ad præced. referimus, sententia falsa: Possè creditorem constituere, modo ita constituat vt in re sua faceret, id est, in causam duriorum, vt tamen constituat in re præsentis, hoc est statim ac solutum est. Nam in duriorè causam potest etiam postea, imò id ipsum postea facere cogitur d. l. 3. pr. Quod si nouam orationem dicamus institui, patet imperfectam esse sententiam. Quare pro hoc est legendum potest, vt oratio fiat integra & sententia plana: Quouis tempore posse creditorem constituere, dum ita vt in re sua faceret. Simpliciter autem si velit postea in re præsentis statim ac solutum est. Postea non posse; nisi ita vt in duriorè causam acceptum ferat. Nec obstat d. l. 1. vers. quoties. Nam ubi loquitur Vlp. de eo qui post pecuniam acceptam non in re præsentis constituit; per verba: non dicimus scil. vterque debitor & creditor in ipsa solutione, & ne idem in fin. repetatur, quod priùs dictum, & quia in l. 3. in duriorè causam, &c. cum postea, id est post solutionem constituit. Sed hæc ita nisi debitor contradixerit l. 2. h. r. SI NEVTER DIXERIT, tempore solutionis, dist. AVT AGITVR DE PLVRIBVS PRINCIPALIBVS SVMMIS & acceptum fuerit in causam grauiorem d. l. 1. vers. quoties l. 3. l. 5. pr. h. per l. fauorabiliores rei 125. de R. l. 47. de O. & A. Grauior autem ex quâ tunc, cum soluebat, compelli poterat ad soluendum l. 103. h. Leuior contra vt debitum naturale l. 5. §. imp. 2. h. In diem vel sub conditione l. 3. §. 1. Obi. l. 1. ubi aut cuius dies nondum venerat. 32. Sed ibi ne sententia falsa fiat, pro leg. legendum haud, vt in veteri exemplari, teste Ruffardo, & gl. ibid. in fin. d. vel die, ait, haud pro non vel interpretandum. Nec enim rari in Florent. P. omitti aspiracionem. Sic omo pro homo l. 5. §. ult. de res. vend. oc casu pro hoc casu l. 8. cir. fin. de p. ric. anc pro hanc l. 4. in fin. pr. de in diem add. Nec leues auctores haud, rectius scribi quam haud. contendunt. Denique leuior causa quæ in controuersia d. l. 1. ubi quod non est, &c. Ordo autem hic vt à grauissimis progressus fiat ad minus graues, f. 1. gradus si dilatio periculum adferat vel famæ in causis famosis, furti iniuriarum tuelat, depositi, &c. l. si quid 7. l. 97. h. vel pecuniaz, ubi pœnam continet obligationem aut vsciferam aut hypoth. adiunctam haber aut lis inficiando crescit l. 4. item in act. iudicati, cui vscifæ centesimæ accedunt l. vlt. C. de vscif. rei iud. vel molestiæ à pluribus subeundæ, si quid debet satisfactio, id est, fideiuss. d. l. 4. Et ex his potior causa famosa, hinc pœnam continens, tum sub pignore contracta l. 97. h. denique satisfactio d. l. 4. 2. gradus: Potior causa propria quàm fideiussoria d. l. 4. d. l. 97. vbi ratio. Hodie res expeditior, cum ob beneficia fidei, propè in diem vel conditione debitor sit. 3. Causa grauior, cæteris paribus, quæ antiquior d. l. 97. l. 5. pr. l. 24. l. 102. §. 2. h. Licet enim propius absit à præscriptione, tamen triplicum est diu debere & frustratorem videri. Hinc Quæstio aliquando quis contractus antiquior, vt si libertus & operas debeat & ex aliis contractibus patrono obligatus. De quo l. 77. h. r. nullum contractum antiquiorem esse operatū

contractu. Sic enim vocem contractu, sibi repetendam esse ratio adiecta docet. Sed & Accurs. ubi voculam quam subaudiendam censet. Quod si plus soluti quam ratio singulorum exposcit, superfluum reliquit causis suo ordine tribueretur d. l. 97. Denique si par dierum & contractuum causa, ex omnibus summis pro portione solutum videtur l. 8. h. r. AVT AGITVR DE SORTE ET VSVRIS. Et priùs in vscifas deinde in sortem accepto fertur, l. 1. C. h. r. g quod creditori vtilius, alioqui, g si in sortem, tolleretur accessoria vscifuram obligatio non sine iniuriã creditoris. Siue nihil dictum, siue creditor dixit se in sortem & vscifas accipere l. 5. §. ult. l. 6. vbi ratio h. Quod accipi debet de vscifis ciuilitèr debitis non naturaliter l. 5. §. 2. nisi in eas quoque pignus datum l. 101. §. 1. d. l. 5. §. 2. Vbi tamen si ex. g. vscifuram nomine 50. ciuilitèr, 20. naturaliter debeant, soluta 20. detrahentur de singulis 10, ex æquo, non pro rata d. §. 2.

NOTATA.

Immò & hæc. Nam aut erit perpetua nec vllã ratione a tollatur, aut qua ratione alia tollatur si non solutione. Quare d. l. 34. §. ult. accipio vt ita non tollatur, si solutum postea repetatur, per l. 55. h. r. Nam si sciens soluerit vel eo animo vt ciuili hac, qualicumque obligatione liberetur quidam liberari eum dicemus. Quis admittet act. etiam tunc creditor siu peresse quæ ipso iure teneat, cui nisi except. reus opponat eamque initio litis contestetur, denud condemnandus sit. Quis dicit eo casu pacto effici posse vt actio planè reddatur vtilis, &c. b. Vulgò tamen eo casu quo creditor debitori constituenti non assensit, solutionem in nullam causam cederè voluit, nec liberationem sequi, sed solutum condici posse, quod multis refellit Hart. Piff. lib. 3. q. 21. n. 4. ostendens contradic. creditoris impedire non posse liberationem in eam causam, in quam solutum voluit debitor, modo suo tempore, id est, initio id expresserit. Quæ enim voluntas, arbitrium, electio quæ alterius dissensu impediri potest. Et facit l. 102. §. 1. h. r. l. vlt. Quib. mo pig. sol. Nec obstat d. l. 2. h. r. verba creditori liberum non accipere, ceu exponit: Piff. d. n. 4. p. 542. & seq. unde pete. c. Nihil mutandum, Nec oratio imperfecta in Flor. lect. Sed vitiosa redditur hac correctio ac perquam dura nostri expositio, ad l. 3. h. r. Et imò non ita memæ ac libera ac libera voluntati creditoris res permittitur, vt cum debitor constituit, sed velut in boni viti arbitrio ponitur Briff. lib. 1. de sol. p. 354. Hart. Piff. lib. 3. q. 21. num 7. Nec ideo inanis eligendi facultas. Quid enim si omnium debitorum par causa; Quid si probare velit creditor se, si debitor esset in eam quam elegit causam solutum, licet leuior sit, potius quàm in aliam grauiorem Hart. Piff. d. q. 21. n. 1. Quid si verè durior causa ex ordine iuris à creditore electa, debitor autem ex intervallo velit in causam aliam leuiorem, certã ratione permorus, imputari. Non audierit inuito creditore, &c. d. Et Rad. Forner. 1. rer. quod id. to. Sed Cuiac. 5. obf. d. 34. ita maualt Græcorum auctoritate non in id debitum quod est in controuersia & Cont. 1. d. i. p. 7. in fin. quo quia idem sensus redditur lectori electionem præbet Hart. Piff. lib. 3. q. 21. n. 10. Verùm Lycklama 5. Membran. 20. receptam scriptionem sic tueretur. Ordo hic: 1. Constituit sibi solutum debitum liquidum. Et donec proprio nomine debitum liquidum, non in id quod fideiuss. nomine debetur, multò minus quod in diem. Sin cætera debita controuersa, & quod fideiuss. nomine debet liquidum, in hoc potius accepto feret. Quod si & huiusmodi nullum aut iridem illiquidum, tunc deuenitur ad debitum, cuius dies nondum venerit. Quippe si ipse deberet magis adhuc se exoneraturus eo credi posset quam eo quod controuert. haberet. Perperam verò Io. Leuncl. lib. 2. notat. duplicem negationem ponendo legit non in id debitum, quod non in controuersia, ref. Sim. Vltic. Piff. in add. d. q. 21. num. 10. e Sed Lips. 3. var. lect. 29. ex Victorino Grammatico testatur e haud scribi quoties à consonanti sequens dictio incipit, haud verò quoties à vocali: Atqui in d. l. 1. vocalis sequitur. E. f. de quo & Monac. arb. cap. 495. & 3. presumpt. 136. Hart. Piff. lib. 3. q. 21. num. 15. & seqq. & vid. Hart. Piff. q. 21. num 25. & 8. seqq. Iacob. Sculiet. q. præf. 45.

CAPUT XIII.

Oblatio.

ACQVA EIVS VICE, (connecte vts. c. 9. initio) ET IVRE PRO SOLUTIONE HABETVR:

TYR: VBI VEL QUID OFFERTVR (vel vid. j. c. 15. ET AVT NONDVM PLENE LIBERAT: OBLATIO si rem debitam repræsentans soluere se paratum ostendat. Et si species debita cum in manum tradere paratus, si nummi, cum non confusè repræsentat, sed adnumerat, l. cum servus 82. de cond. & dem. a Sin res immobilis, quia repræsentationem non recipit, sufficit si paratum se dicat, vel constituat nomine creditoris possidere, per auth. dos data C. de do. an. nup. l. 18. de acq. poss. RITE FACTA, id est post contestationem l. acceptam 19. C. de vsur. testatò l. 6. C. d. i. l. i. C. de suscep. & prep. lib. 10. tit. 70. vt hac ratione, si res postea perierit, parata probatio sit, REI DEBITÆ TOTIVS, b non si minimum dehit d. l. 19. C. de vsur. l. 9. C. h. t. nisi c aliud conuenerit, l. 41. §. i. de vs. c. A DEBITORE d non alio, a quia exceptio, per quam hæc liberatio contingit, per alium non queritur CREDITORI, non alij, nec si Procuratori, quia is non ex mandato creditoris recusat, Ergo per tit. C. Res int. al. act. Qui si absit interpellat magistratum, l. 6. C. de vsur. LOCO ET c TEMPORE OPPORTVNO l. 39. D. l. ob signatione 9. C. h. t. EFFECTVS QVAMDIU RES OBLATA EXSTAT, f NON LIBERATVR, f adeo vt postea moram in ea facere possit Lillud 17. de peric. & com. iunct. l. 127. de V. O. Nec retardantur vsuræ d. l. 19. C. fin. l. debitor 7. D. de V. g. sur. l. 28. in fin. de admin. tut. 8. & pignus perseuerat l. 8. C. de distr. pig. l. vlt. C. deb. vend. pig. imp. non posse l. vlt. C. de luit. pig. Exceptæ 2. causæ in quibus plena liberatio. Libertatis hylt. C. de cond. insit. & penitrationum publicarum l. 1. C. de susc. & prest. lib. 10. tit. 70. Postquam verò perierit, (sine nouâ debitoris morâ, per d. l. 17. de peric. l. 91. §. 3. de V. O. & dolo, quia is nulli prodest, per vulgata) liberatur d. l. 9. C. h. t. et si culpa d. l. 17. l. si mora 9. Sol. matr. quia mora debitoris ipsi nocet. Licet quantitas debita fuerit l. 27. h. t. Ideoque causâ liberationis non tam interitus, qui quantitatibus nullus s. c. i. hoc lib. quam oblatio ipsa. Nam & in specie debita. vbi aliâs interitus tantum libera culpa vacans, post oblationem et si culpa res perit, citra dolum tamen, liberatio d. l. 17. de vsur. d. l. 9. Sol. matr. in strictis per exc. doli, in bonæ fidei iudiciis ipso iure d. l. 27. pr. Ex vtroque equidem genere vna exceptio. Sed in strictis contestatione opus, bonæ fidei verò iudicio except. insunt l. 3. de h. resc. vend. b Sed hæc in re ex oblig. debita. Quod si præstanda sit ex conditione, oblata eius implendæ causa si non accipitur, conditio pro impletâ, non tantum pecunia soluta, quia non debebatur, i sed quia toties impleta habetur conditio, quoties stat per aduersarium ne impleatur l. iure 24. de cond. & dem. Quod sit bifariam i. Si quid tribuatur sub conditione, si alij pecuniam dederit l. vltim. de cond. insit. Hinc pignoratitia actio data edicto si debitor soluerit competit post oblatam pecuniam non acceptam l. 9. §. vlt. l. 20. §. 2. de pig. act. k vbi tamen etiam moram purgare potest creditor postea petendo ante litem contest. Et tunc necesse est iterum offerat debitor, in iudicio, quæ verba idè adiecta in d. l. 9. §. vlt. 2. Si pœna aut vsuræ promissâ si pecunia data non esset, vbi contraria conditione non debentur. Hic conditio si pecunia data sit impleta censetur ea oblata l. Celsus 23. pr. de rec. arb. l. 9. de vsur. Atque ita oblatio non sistens cursum obligationis vsurarum ante contractæ vt s. l. 19. C. de vsur. l impedit futuram ne contrahatur. l

NOTATA.

a Don. ad l. 19. de C. de vs. num. 6. Non in loculis & crumenis tantum ostendat, Menoch. arb. ca. 232. num. 10. Tiraq. de retr. conu. §. 4. gl. 6. num. 18. & quos laudat Aruma. de Morâ cap. 7. num. 4. ipse tamen, nec improbabiler ab iis re-

cedens i. per l. 122. pr. de V. O. vbi qui testato dixerat se numerate paratum liberatum esse, nisi alio loco fecisset. 2. per l. 4. §. 1. de eo quod cer. lo. l. 5. de aut. em. l. 5. C. de distr. pig. Nouerit. cap. 2. quæ tantum de paratis tradere. 3. quia & hic est quod impuretur creditori, plus certe quam quod debitori 4. quia quæ ratio efficit vt res faciliè transferri nequeat, veluti si immobilis sit) sufficiat testatio debitoris quod tradere paratus sit, illi & in alia re locus. 5. cui bono reclusio sacculi & numeratio molesta debitoris, siquidem creditor aperit profreatur se accipere nolle. Dices vt constet integram summam offerri. Atqui hoc est testium asserione & depositione secuta liquere potest. Atque his rationibus blandâ vi clariss. & exactiss. iudicij Iuriconsultus, Salanz huius decus, in suam sententiam me faciliè pertrahit. b Vna cum vsuris, vt si vel minimum ex vsuris dehit nulla ex parte liberetur d. l. 41. §. 1. Don. ad d. l. 19. C. de vsur. num. 10. & seq. vt tamen calculi aliisve facti error non oblit, vid. Gwâ. de contr. stip. cap. 12. num. 36. Ant. Fab. de var. nummar. debiti. fol. c. 7. p. 135. & pag. 141. & seq. Tiraq. de retr. conuent. §. 4. gl. 6. num. 23. & seq. Si tamen debitorum non omni ex parte liquidum, partis liquidæ solus oblatio valet, maximè si pro residuo fideiussori offeratur 10. Koppen. q. 34. num. 9. c Item exc. alia fauore libertatis in l. 4. §. item c si 10. de statulib. Don. d. lo. d. l. mō idem est alio pro debitorè d offerente. Quod omnino consequens est, iis quæ s. ca. 10. lit. C. quod alius pro alio creditore quoque inuito soluere possit, & tradit hoc nos ter aperte à se dissentiens, ad l. 19. C. de vsur. num. 8. & Briss. lib. 2. de sol. tit. de ob signatione pag. 408. Nec obstitit ratio hic adducta quia nihil queritur principaliter, sed per consequentiam. e vid. s. c. 11. lit. E. & not. Non si studiosè captato tempore absentia creditoris, quem scit Procur. non reliquit. Cuiac. conf. 57. f Quatuor calus hic distinguunt, Menoch. cap. 232. num. 13. & seq. † Cuiac. 8. ad Afric. in l. 39. h. t. Nudæ oblationis hos esse effectus scribit: Moram emendat, periculum in creditorè transferit, vt perempta pecunia sine culpa debitoris (Don. autem statuit et si culpa liberetur. Soluti vsuræ per l. 11. C. de vsur. (quam tamen de oblatione in iure factâ exaudit; Aruma. de Morâ c. 7. num. 7. liberat publicis debitis l. i. C. de suscep. & arc. & vsuris ex morâ debitis l. 122. §. 5. de V. O. ac grauioribus in stipul. deductis, si offerantur minores, de quibus initio conuenit l. 19. C. de vsur. Sorte autem non liberat, si exiter, nec vsuris ex stipul. debitis, nec pœna iam commissa, nec pignus soluit, & c. vid. & Anton. Fab. 22. err. prag. 5. & C. Fabr. de pign. act. definit. 1. & definit. 6. g scilicet ex conuentione debita. Ex morâ autem debitarū cursum sistit, per l. 122. §. 5. de V. O. quia moram impedit, commissamque purgat, ita Cuiac. d. lo. Ant. Fab. 22. err. prag. 6. Sed hoc displicet. Aruma. de Morâ c. 7. num. 7. † Positâ verò illâ distinct. moueri tamen inde Faber non debuit, vt d. l. 28. §. vlt. Tribonianæ emblema, falsò pro Vlp. notatione obtulit, statueret; Nec vt eadem ibi & 12. Cons. 16. vers. sed hoc constat vsque ad fin. l. 73. de Procur. tribueret. Alia enim elabendi via. Diss. Gwâ. de contr. stip. cap. 12. nu. 34. nudâ oblatione sisti cursum vsurarum sentiens cum communi schola, quod refellit Aruma. d. lo. h. l. 84. §. 5. de leg. 1. l. 36. de h. pecul. Briss. lib. 2. de sol. cap. de Obsign. p. 408. i Sic Ant. Fab. 22. i err. prag. 5. interesse an solutio, id est, numeratio seu præstatio sit in conditione, an in dispositione. Illic oblatio sola facit vt conditio ob moram creditoris (ita vocat Faber abusivè) habeatur pro impleta in forma specifica. Hic numquam sufficit ad liberationem. Sed & illic non ea potestas oblationis immediatè, sed mora potius non accipiens. Nihil commune iuri impletæ conditionis cum iure quasita liberationis. Et ad impletionem conditionis nudam, absque depositione, oblationem sufficere probat, ex l. 3. §. 12. de statul. vlt. C. de cond. insit. P. Anson. Angulolâ lib. 2. conf. 23. num. 14. k ita & Ant. Fab. d. err. 5. initio oblatione induci pignerat. act. nec hac parte minorem eius effectum esse quam ob signationis. Verum cum & vt nascatur pigneratitia, requirit ob signationem & depositionem videam l. 10. l. vlt. C. de pig. act. tutius puto dici, quod oblatio facta antequam pig. act. intenteretur non faciat vt locus sit eius exercendæ. Quod si iam actio instituta sit, eam oblatio confirmet. Quod & subobscure, sentire videret Briss. lib. 2. de sol. cap. de Obsignat. p. 409. in fin. Sanè Dd. per d. l. 9. §. vlt. excipiunt oblationem factam in iudicio, quam, nudam licet, liberat censent Menoch. arb. cap. 232. num. 4. Aruma. de Morâ cap. 7. num. 7. Sicque in Camera iudicatum Rutgers. Rulanz. 99. iuxta modum in Camera & c. 68. & vltim. l. ita & Menoch. d. cap. 232. cursum vsurarum impediri, quando nondum cœperunt currere, non autem sisti quando cœperunt.

CAPVT

Obsignatio.

AVT PLANE ET SEMPER OBSIGNATIO l. obsignatione 9. C. h. t. si immittitur pecunia in a sacculum, peram aut cistam & signa imponuntur, a vt, nisi ijs amotis, aperiri nequeat l. 1. §. si pecunia 36. b Depos. l. vlt. de l. Commiss. SOLENNITER FACTA d. l. 9. id est vt præcedat oblatio l. debitor 7. d. l. 16. l. 19. C. de vsur. sequatur totius pecuniæ debita ob signatio d. l. 19. C. l. 41. §. i. d. de vsur. l. 9. C. h. t. ET DEPOSITIO l. i. §. vlt. l. 7. D. d. l. 19. C. de vsur. l. 10. l. vlt. C. de pig. act. l. 8. C. de distr. pig. l. vlt. C. deb. vend. pig. imp. non posse. Et cum ob signationis sollempnis mentio, depositio continetur l. 9. C. h. t. l. 41. §. i. de vsur. Secus si simpliciter, VTVO LOCO l. 28. §. vlt. de admin. id est publico, adibus sacris, in quibus more Romano pecuniæ publicæ & priuatæ custodiri solebant, e quarum cura mandata aditus, vel alibi vt mors regionis fert. arg. l. 1. pr. de vsur. l. pen. Cod. reb. cred. Tutius est vt adeatur d magistratus, qui locum constituat d. leg. 19. d Atque hic modus, Obsignatio, proximè ad solutionem accedit, dum pecunia non manet apud debitorem, vt solâ oblatione factâ; sed creditor eam, quando vult, confequi potest. Et per ob signationem fit ne quid subtrahi possit, quin furto deprehensio de eo contra depositariū sit actio. Ac si repetitum veniat creditor signis integris & nō reperitur tota pecunia, debitor nō est liberatus, sin congruat summa, creditoris satisfactum est. Ex QVATRTAM LIBERATIO d. l. 9. C. h. Vnde in hiberat vsuratum cursum, ius pignorum tollitur d. leg. 19. Cod. de vsur. l. p s o l v r e, quia simpliciter liberari dicitur d. l. 9. Obi. At vbi pecunia manet debitoris, vt hîc deponentis l. 17. §. 1. Depos. liberatio ipso iure non contingit l. 38. §. 1. h. t. 82. Sed regula d. §. 1. ad veram tantum solutionem, in qua spectatur voluntas creditoris, qui hoc egit, non ad alias liberationes pertinet, quæ vel inuito quoque creditore fiunt, vt hæc ob signatio, vel in iis non agitur, vt pecunia numeretur vt nouatio, acceptilatio NISI RECEPERIT DEBITOR. Tunc enim rursus teneri incipit d. l. 19. in fin. C. de vsur. Obi. At irreductus est semel exstincta obligatio l. 98. §. 8. de sol. & sim. 82. Nō dici potest quod ita liberetur si nunquam recipiat, sed si recipiat, retroversus videri nunquam liberationem contigisse. Perinde ac legatum, licet recta transeat, si tamen legatarius repudiauerit, retroversus nullum videtur. Nam si ita esset retroversus quoque vsuræ deberentur, contra l. 7. D. de vs. Nec dici potest incipere debitorem teneri noua depositi actione, e tum quia non apud eum est deposita pecunia, tum quia depositum non est rei vsuræ. Dicendum igitur recipiendo eum teneri quidem act. verum non directâ, sed vtili d. l. 19. cir. fin. quæ potest restitui ex sententia legis & æquitate, sublata liberationis causa. Acrius obstat L. 7. de vs. vbi ponitur debitorem post ob signationem moram facere posse & ex ea ad vsuras tenci. Ergo de forte liberatus non est l. 88. de R. l. 26. pr. C. de vs. 82. Sed ibi subaudiendum, si scilicet tunc cum pecunia recepit, vbi rursus teneri incipit d. l. 19. interpellatus non soluerit. Nec violenta hæc verbisve aduersa expositio, sed planè conueniens. Neque enim dicit IC. debitorem si conuentus sit moram facere, sed ita si conuentum moram fecerit, vsuras debiturum quibus verbis inest conditio, nihil asserens, sed quod in ea est, in suspensio ponens l. 8. si quis om. ca. test. Quando igitur moram faciat aliunde ex iuris principiis petendum, videl. vbi act. tenet. Actio autem tenet vbi pecunia recepta, Quæstio hic cuius in dominio sit pecunia ob signata nec dum recepta? 82. Deponentis & per l.

17. §. 1. Dep. & quia inuitus dominium non amittit, imò nec volens, nisi pro derelicta habeat l. 17. §. 1. de acq. poss. Quare ad recipiendum habet tum act. in rem contra tertium, tum in personam contra depositarium. Quamuis enim deposuerit hoc animo vt restitueretur repositi creditori, id tamen aperte egit, vt quandiu illi restituta non erit, restituarur tibi l. pen. C. de exhib. Egedem tamen act. & creditoris dantur d. leg. 19. in fin. vbi per verba vltima innuitur actio in rem contra alios possessores. Ea enim dicitur rem sequi l. vlt. Cod. si vn. ex plur. & illâ res conueniri leg. 7. de Publ. Obiicitur, At hic creditor nec dominus, nec bonæ fidei possessor. 82. Subiiliure. Aliud si ex æquo res restituitur. Deposita enim res vt depositarius esset in possess. nomine creditoris. Ergo creditor possidet, eique acquiritur vt primum constituit se velle possidere per. l. 18. pr. de acq. poss. Quia tamen quo tempore vult, non amplius depositarius eius nomine possidet, sed cum aduersarium experitur, idcirco vtilis actio non directâ. Vtilis etiam depositi, quia quoties quis commodat vel deponit, vt restituarur alteri, toties ei qui dedit directâ, illi alteri vtilis actio queritur l. pen. C. ad exhib. leg. 9. C. de don. qua sub mo. Sed hæc in rebus que ob signatione recipiunt. In rebus soli quia ipsa natura rerum est pro ob signatione, cum furto amoueri nequeant, adhibendus curator dito iudice, qui conseruet & curet de que restituendis teneatur mandati actione directâ debitori vtili creditori. In animalibus nulli ob signationi locus, sed oblationi. Nec alia igitur liberationis spes, quam si citra dolum deinde debitoris, perierint vt cap. præced. Nec ægrè ferendum id debitori, cum pro molestia custodiæ lucretur fructus, leg. 1. pr. & §. 1. de vs. Nunquam autem licet debitori rem oblatam & receptam abijcere & pro derelicta habere, vna vini doliaris venditi specie excepta. Quod si emptor constitutâ die non recipiat, aut die non dictâ, priusquam ad vindemiam valorum vsus necessarius licet per coram mensuram facere & effundere, vt quatenus inde effusum eatenus liberetur l. 11. §. vltim. de peric. & comm. Corbis enim mensuræ genus ad eam ad mensuram vsuratum, f Et doliare vinum quod in amplis dolijs, in f ipsa cellâ confici solitis, g vnde ita vendebatur vt g emptor id in sua vasa transfunderet. h

NOTATA.

a Lino trajecto, signisque ceræ impressis, Aruma. de Morâ c. 7. n. 7. post. Briss. in Lex. Consignanda autem signis non publicis, vt quidam somniant, ait Briss. lib. 2. de solur. cap. de ob signat. p. 411. sed priuatis Cio. 7. Verrina: Ipse in tabellis retere, ob signat sigillis amicorum. Ad quem vsum anaulo circumferrebant, non ornatus, sed signandi causa paratos Macrobo. 7. Sat. 13. Briss. lib. de adult. cap. 4. Meyer. 1. opin. 8. Res. 5. var. 16. Fr. Roborell. 2. Emend. 17. vid. & Tiraq. de retr. lignag. §. 7. gl. 3. Idem esse si obliterata deponatur vult, Cuiac. 8. ad Afric. in leg. 39. hoc iur. ac et si claus deponens retinuit idem esse scribit contra eos qui clauibus non traditis retineri possent. Nam nec possess. hic transferri necesse est, Et aliâs nec ob signata pro soluta haberetur ante, quam remotis signis, aut facultate eorum remouendorum creditori datâ. b Ad cautionem tum debitoris, vt amoto signo deprehendatur furtum, tum creditoris vt sciat ob signatam summam congruere oblatæ, Don. ad l. 19. C. de vsur. num. 18. c l. 4. pr. de c. statulib. l. 73. de Proc. l. 1. §. fin. d. Cod. de. com. seru. man. l. 5. D. ad. l. lul. pecul. Cio. 5. ad Art. ep. vltim. in cimularchio sanctæ Ecclesiæ leg. vlt. §. 1. Cod. de bo. aut. iud. poss. & ex aliis auctoribus probant 10. Broida. 4. misc. 17. Marcoll. Penar. dilucid. in Sueton. in Domitiano. cap. 7. Hinc Hierodiam. lib. 1. consumpto per incendium Romæ templo Pacis, magnam factam pecuniarum, quæ ibi depositæ iacturam. d Apud d. tabellionem enim fieri non debere Cuiac. conf. 57. † Res. 1. var. 15. dupl. esse rerum fide publica deponendarum rationem i. in loco publico apud mensam nummulariorum. l. 24. §. 2. de reb. aut. iud. 2. in sacro apud sacerdotem adibus alicuius vel fani. Sed immo apud nummulariam, non tam soluendâ, quam probandâ pecuniæ causâ sit depositio, quæ

non ita liberat l. 39. hoc. tit. ubi Guiac. 8. ad Afric. e Sicut Don. noster ipse B. ad. d. l. 19. n. 27. teneri incipere nouis actioibus, in rem quæ creditori competit vel depositi vili. Sed...

CAPVT XV.

Compensatio.

VEL NIHIL OFFERTVR (vid. s. cap. 13.) COMPENSATIO, quæ pro solutione l. 4. C. h. t. Cum quis vult id quod sibi debetur pro dependo, seu pensato esse, id est pro soluto retineri ne amplius debeat. Nomen traxit ex antiquo grauis æris adpendendi more. a Vnde pensiones & pensionationes pro æris præstationibus, Feff. lib. 4. b Quare hic singuli pensant, ambo coniunctim compensant id est vna pensant inuicem, c quod debetur pro eo quod debent, liberantur & liberant. Hinc definitur l. 1. h. t. debiti & crediti inter se contributio, id est confusio ex mutua contributione in vtriusque personâ nata, tanquam si debitum & creditum in vtroque contributum & confusum, vt iam nendum apparet. d QVAM NOLENS (inter consentientes res expedita, semperque rata compensatio est res eam non recipiant, e tempus non idoneum, &c. quia cuique iuri suo renunciare liberum,) ADMITTE-RE COGITVR CERTIS CONDITIONIBVS, QUÆ PARTIM IN PERSONIS: DEBITORIS, qui omnis hac vti potest l. 2. hoc. tit. f quacunque actione conuenus, etiam reali, quando pro re æstimatio præstanda l. vlt. C. h. s. in bona 30. l. de adl. etiam interdico aut stipulat. prætoriam l. 10. §. vlt. h. etiâ ex maleficio, modo pecuniariter agatur d. l. 10. §. pe. 8 Hinc quise mutuo deceptur de dolo inuicem non agunt l. 36. de dolo. inde illud. Paria delicta mutua pensatione dissolui l. 39 Sol. matr. pertinens ad actiones priuatas non ad accusaciones l. 5. de publ. ind. h Exc. actio Depositi, & quæ res alienæ malè occupata repetuntur l. vlt. in fi. C. hoc. titulo. [Quia aduersus naturam ipsam conventionis depositi fidemque darum fit recta, si mora vlla reddendo, quocunque prætextu fiat, i Vi autè occupati nec probabilis vlla retentio, & vim comprobati boni & mores non sinunt l. nihil i 16. pr. de R. l. 4. Don. ad §. 30. l. de adl. n. 20.] ET CREDITORIS. Priuatus qui libet hac repellit potest l. 2. h. t. sed & fisco ac Resp. regulariter l. idem 12. l. vlt. b. Sed in his except. DENEGATUR enim CONTRA Reap. vel fiscoVM, Licet enim de fisco tantum 4. causæ referantur, in l. 46. §. 5. de l. fisci. tamen quod ibi deest, supplendum, ex l. 3. C. h. t. Quæ quamuis de Rep. concepta sit, tamen Resp. propriè Romanam significat l. 15. & seq. de V. S. ac quod ærarium eius olim, hodie fisco, principis, ac licet, Resp. ibi quamuis ciuitatem denoter per verba vltima tamen in fisco vtilitatis publicæ ratio

maior, VEL EX CAUSSA, quatum septem sex in l. 3. C. hoc. tit. septima in d. l. 46. §. 5. 1. Pensionationum publicarum seu tributaria & stipendariorum d. l. 3. d. §. 5. quia in his nerui ciuitatis & rerum gerendarum, ideoque mota periculosa. 2. Frumenti & olei publici d. leg. 3. seu causa annonaria d. §. 5. si, cui mandata annonæ publicæ administratio, eam fraudauit. Quò referri debet negocium copiaru expeditionis tempore mandatum leg. 20. hoc. tit. Copiarum id est commeatu seu annonæ exercitui alendo necessariæ, vt Duar. i. diffinit. 26. l. quod magnis copiis conuehi oporteat. Non item si princeps, aut potens aliquis largitionis causa quid ex vidualibus publicè ciuibus tributum velit. m Vbi annona priuata. Quomodo exponenda leg. 17. hoc. tit. vbi qui arctiorem, id est minorem, n annonam edulitatis. Sic enim habent alij libri prætor Florent. & ita legit Accurs. in gl. laborans in expositione verbi, tempore præbuit compensationem, habet. Sed P. florentini habent adlitis & ita legunt Buda. Hal. & Alc. o Verum Duar. voculam adlitis tuerit i. o diff. 26. exponens rerum edulium largitionem à principe, caritate annonæ, collatam. Hoc enim exigit sententia Iurisconsulti. Nam si ædilis annonam publicè tractauit, vtrique causa annonaria est, nec compensationi locus. Hoc sensu edulitatem bis vsurpat Lamprid. in Alex. Cum edulitatem P. R. ab eo peteret, &c. Audax vero manus eorum, qui, vt Duar. vellicent, in loco Lamprid. reponunt vtilitatem. P Quia nulla inter has voces affinitas, & contextus ipse correctus repudiat. Nam sequitur. Tunc ille non quidem edulitatem proposuit, &c. Quod si vtilitatem hic substituis sine proponendi verbo exhibitionem sine ostentationem & pollicitationem intelligas, sententiam falsam & pugnantem reddis. Id namque agit Alex. iubendo, &c. vt sequitur vt vtilitatem induceret, factòque suo induxit maximam. Præterea munera, spectacula, largitiones peti & proponi legimus. Vilitatem fortè nullibi. Sententia itaque loci Lampridij hæc: Edulitatem id est edulium præbitionem petebat populus Imp. rogat quæ speciem caram putarent. Quo perceptio aliâ ratione desiderio pop. latifecit, pro edulitate vilitate earum specieru, in quibus edulitas petebatur, inducta. 3. causa foeneratiæ pecuniæ mutuo à Rep. acceptæ, debitum ex Calendario vocatur metonymicè d. l. 3. C. h. 4. debitum alimentorum, id est pecuniæ à Rep. destinatæ ad alimoniam pauperum in prochetropiis. &c. 5. Pecuniæ quæ statutis sumptibus seruit, d. l. 3. ad solvenda scilicet stipendia militibus, magistratibus officariis, &c. reip. operam nauantibus 6. fideicommissi ciuitati relicti d. l. 3. 7. Debitu ex pretio rei à fisco vel Republica (quod supplet arg. d. l. 3.) emptæ d. l. 46. §. 5. Nec enim solent res à fisco vendi, nisi vbi pecunia ad vsus necessarios, moræ impatientes, eget. VEL EX PERSONA EIVS QUI FISCO NOMINE EXPERITVR. Nam si vna statione (metonym. id est stationario, vt vocatur l. 5. C. de velt. & comm. sicuti officium pro officialibus l. 6. C. de sent. & interl.) fisci agente quis compensare velit, quod ab aliâ statione debetur nihil agit l. 1. C. h. t. propter confusionem officiorum, vt scilicet ea enitetur, ceu rectè Accurs. Singulis enim curarum ad eas stationes pertinentium commissis. Nec onerare conuenit vt inquirant in resaliarum stationum Interest. quoque singulorum pecuniam suo facto debitam recipere vt eam pro officio tractare deque illa rationem reddere queant. f Aliud in pluribus stationibus tutorum diuisâ administratione l. inter 36. de admin. tut. vbi ratio diuers. quia illa diuisio non est ipso iure constituta, nam nihil ominus quilibet in solidum tutor, sed permissu magistratus tributa pro eius iurisdictione, Debitu itaque est vnus tutelæ iure diuisæ. In fisci autè stationibus administratio ipso iure diuisa.

PARTIM

PARTIM IN REBUS QUÆ PETVNTVR. Recipit eam TANTVM PECVNIA ET QUANTITAS l. 4. C. h. non species, t quia cum aliud solui non possit inuito, minus compensari, vbi solum imago solutionis. Et qui pro specie pensare vult speciem, permutare; qui quantitatem vendere postulat. Atqui contractus hi initio voluntatis non necessitatis. Hinc si decem aut hominem debeas & electio sit petitoris non compensari potest priusquam dicat vtrum velit l. 22. hoc. tit. Nam si 10. eligat compensationi locus, si hominem, non. u Quod autem in actionibus in rem & personalibus iis quibus species petitur compensatio est, intelligendum scilicet tunc cum re peremta aut per contumaciam non restituta, præstantia æstimatio, * ET QUÆ PENSANTVR, y vt compensatione vtriusque vicissim SIT PECVNIA l. 4. C. h. DEBITA, quocumque iure, etiam prætorio ac ex rei contractu alieno, Vbi si ex contractu filij vel heredi agatur compensatio est ad finem peculij quoque tenet actio l. 19. h. Sin ex eodem pater vel dominus agant in solidum l. 9. pr. q. h. quia agendo probant quod gestum est. Etiam si officio iudicis accedat l. 15. ac et si de eâ lis contestata leg. 8. h. vbi ratio, ETIAM NATVRALI leg. etiam 6. z h. Non vero quod tantum ciuilitate, quod exceptione perimuntur leg. 14. pacti videl. rei iudicatur. Non quod in diem l. 7. h. quia is debitoris gratia adiectus l. 41. §. vlt. de V. O. nisi is humanitatis gratia solutioni indultus leg. 16. §. 1. hoc. tit. vt iudicatis datus Quoties enim causa vel persona locum facit beneficio, toties ea deficiente beneficium cessat leg. in omnib. causis. 68. de R. l. Vnde non obstat quod indultum à iure beneficium sit auferendum cap. indultum de R. l. in. 6. EI QUI PENSAT leg. eius 9. C. h. non alij ne volente quidem eo cui debetur leg. 18. §. 1. D. h. Obi. At soluere pro aliis licet. Hæc in re compensatio non est pro solutione, quia apertum discrimen. Cui ab alio soluitur accipit, cui ab alio pensatur nihil. Filiusf. tamen focius conuentus pensat quod ex ea causa patri debetur l. 9. §. 1. h. Procurator quoque in rem suam obicit compensationem eius pecuniæ, cuius act. illi cessat, quia huic magis debetur quam cedenti l. 18. pr. h. tit. aa ABE OCVI OBIICITVR l. 16. pr. l. pen. h. Sed & partis compensatio est veluti si petens 100. vicissim debeat 50. l. 11. l. 19. D. l. 4. C. h. Neque in eo à solutione, quæ particularis inuito non fit, differt. Quia hic altera pars iam ante est apud creditorem, quam dum volens retinet, perinde est ac si volens accepisset. PARTIM IN TEMPORE: SI CAUSSA LIQVIDA vt l. vlt. C. h. vel aperto iure nititur, vt §. 30. l. de actio loquitur, QUOVIS, etiam post rem iudicatam l. 2. C. hoc. tit. quia pro solutione est, quæ semper liberat. SI NON LIQVIDA in lite contestanda & postea, sed priusquam aduersarius probauerit sibi deberi. Eo probato non item vt moratoris ambagibus & frustrationibus debitorum obuiam eatur. l. vlt. C. h. bb Liquida quæ & iusta est & probata facilis, cc vel euestigio vel absque longiore mora, intra tempus iudicatis & confessis indultum per l. 46. §. 4. de l. fisco. vbi intra 2. menses probandum, dd quia id tempus solutioni datum debitoribus si scilicet l. 45. §. 10. eo. Hæc ita nisi in alia petitione iam ante obiecta sit l. 13. h. t. VIS ADMISSA EST VT PRO SOLVTO HABEATUR l. 4. C. h. ee Ratio in l. 9. §. 5. de acq. do. l. 15. de reb. cred. & simil. quia numerationem breui manu continet. Hinc equitas compensationis leg. 18. h. l. de 36. de admin. ipso iure etiam olim leg. ff. vlt. C. h. t. d. l. 4. l. 19. pr. l. 21. D. h. t. ff Nam quod iust. in §. 3. l. de adl. se induxisset scribit vt act. ipso iure minuat intelligi non simpliciter, quia & ante obtinuit, sed cum adiuncto, scilicet vt ipso iure minuat etiam in

realibus actionibus, in quibus ante recepta non erat. Mentio equidem d. §. 30. rescripti D. Marci qui in gg strictis compensatio liberabat per except. Sed id dubium ius fuit, à seqq. Impp. mutatum, certè vsus ab eo recessit supr. dd. h. h. Obi. Qui post compensatio-nem petit malè petit l. 4. D. h. t. At cui ipso iure nihil debetur, non malè agere, sed nihil facere dicitur, l. 20. in fin. Quan. di. vs. leg. 12. Malè agit qui plus petit. Iam in d. l. 4. sermo de eo cui partis compensatio obici potuit. Is si deinde totum petat, nõ in vnuersum nihil facit, sed malè agit plus debito petendo. Ideoque (in quo effectus quæst) opponi potest etiam in executione rei iudicatæ l. 2. Cod. hoc. tit. ii cum except. initio contestati oporteat. EX EO TEMPORE QUO PRIMVM OBIICI POTVIT id est quo pecunia vtriusque deberi cepit l. 4. C. h. t. Quod prodest i. ad access. tollendas, vt vsuras, quauis alter sine vsuris debeat d. l. 4. C. l. 11. & seqq. D. h. t. fideiussores l. 4. h. Vnde si fideiussores vicissim aliquid debeatur à creditoribus, eligere potest an velit compensare ex suâ an principalis personâ leg. 5. h. Item pignora ead ratione l. 43. de sol. 2. ad solutum scilicet errore facti, si ignorauit tantundem deberi, repetendū condit. indabl. 10. §. 1. h. Idque maximè vtile tunc si forte naturale tantum debitum fuit compensandum cum ciuili, ne quis putet nihil interesse eius qui soluit, cum vetus actio ipsi sit integra. 3. ad Procur. beneficentis hac vtem, satisfactio de rato exonerandum leg. 21. h. Sed hæc si velit compensatione vti l. 2. l. 5. h. Etia vtero non vsus sit, salua tamen vetus petitio l. 7. §. 1. h. Quid si iudex compensationis allegatione sprætâ condemnauit? Dist. d. l. 2. §. 1. Aut reicit quia locus in proposito non fit k & salua manet petitio; aut quia non kk existat debitum, & postea petenti nocet exc. rei iudicatæ.

NOTATA.

a Ante vsum signatorum nummorum, vid. not. s. lib. 6. c. 7. lit. a B. p. 347. A. Aug. 2. Emend. 8. Facit Genes. 2. §. 16. quos primum percussisse alij Ianum, alij Saturnum volunt, vid. præter citatos s. lib. 13. c. 1. lit. Et. Lud. Carriv. 2. antiq. l. 3. Theod. Tant. 1. var. l. 23. Confer. Forst. 1. de succ. 36. b Et pendere, b soluere significat, vnde & dispendiosos expensa, impendere A. Aug. 2. Em. 8. e Et quasi in vna lace appendunt vt aqua præstatio fiat & quantum præstatur, tantum rependatur. Sic pensare beneficium, tarditatem supplicij grauitate compensare, Don. ad §. 30. l. de adl. n. 13. Vt si diuini rerum æquilibrium seu æqualis ponderis retributio P. Greg. 21. Syn. 22. n. 2. Leonhard. Cappel. de comp. c. 1. n. 2. d Cum is vnde d petitur vicissim sibi debere dicit & id imputate, quasi pro imputatione hoc idem re ipsa illi tribueret Don. ad d. §. 30. n. 3. Nec tamen compensationem obiciens eo ipso debitum fatetur vid. Fach. 1. 1. cont. 6. e Improprie & abusive loquitur hic noster. Neque enim ea dici potest compensatio, sed in solutum dato & acceptio. f Quare nec excommunicatio hæc deneganda, cum & soluere possit arg. de veritat. 8. in fin. de dolo & conu. ac excipere & se defendere post alios Cappel. de compens. c. 3. n. 3. & seqq. g Seneca 6. de benef. Rau. 1. var. 11. Et si pœnalis sit, modo in pecuniâ, nam & illa pecuniaria actio dici potest, nec in d. §. pen. mendum hæret aut pro idem est, id est, rectè reponit Cuiac. 13. obs. 37. h l. 2. §. 5. ad leg. Tul. de adult. De iudicio enim de moribus, quod priuatum fuit, loquitur d. l. 39. non de adulterij accusatione, Cuiac. ad tit. 7. Vlp. Briff. de adult. c. 19. Scipio Gentil. de sac. nupt. c. 6. i Itaque etiam ante Iustin. iuris fuit Paul. 2. Sent. tit. 12. §. 4. Cui 8. obs. 16. Nec repugnant verba d. leg. vlt. Cod. hoc. tit. secundum nostram sanctionem, Nec aut Imp. quid immeritè sibi tribuit, aut Pauli sententis quid ab aliis adiectum vt Briff. lib. 2. de sol. tit. ad Compens. p. 424. Nam idem ferè scribit Seneca 6. de benef. Sed nec Tribon. erroris argui meruit à Rau. 1. var. 11. Nam dictis verbis Imp. non se hoc induisse significat, vt deposito non obicitur compensatio quasi antea potuerit. Sed quia Iustin. contra ius vetus, compensationis beneficium extendit ad omnes omnino actiones d. l. vlt. pr. ideo nominatim excipit

O O 2

fuit depositi actio, ne aliis quis putaret etiam ad illam, quod in aliis generatim ex iustitia, sanctione obtinet pertinere. Atque ita illis verbis ostendit, sed episcopus in hoc vereri iuri reliquisset, neque in eo naturam eius immutatam, quod alias, except hac non adiecta, quilibet ob generalitatem verborum precedentium putasset. Et ne quod beneficio celeritatis inuentum est, subdatur iniuriis caritatis l. 22. C. Th. Quot. app. non recip. lib. 1. tit. 36. 1. Et Briff. lib. 2. de sol. cap. de Compens. p. 426. quia sic apud Valer. lib. 5. c. 1. Plia. in Panegy. Ratio autem hic inhibenda compensat. est utilitas publica, Renat. Choppin. lib. 2. de princ. iust. p. 1. cap. 9. & non necessitatis, de qua Frid. Fur. Cerialan. de Consiliis, in Concilio 5. Frumentario Elias Reufner. lib. 1. art. stratagem. cap. 22. m. Delargitione frumentaria vid. M. Vertran. Maur. de Iure lib. cap. 16. f. 8. Lips. 1. Elector. 8. Atque hinc coena annona, Plaut. in Trinummio 2. f. 4. pro annona, quae sine impensa alieno sumptu daretur Palmer. Spicilleg. epist. 5. pag. m. 689. n. Qui aliqui subduxit ex frumento quantitate, quam virum populo distribui oportuit, Rob. 3. Sent. ult. Aliter Rau. 3. var. 17. qui in annona dispensatione pretium auctoritate senatus constitutum excessit & auxit o. Ale. ad leg. pupillus 239. de V. S. Cuiac. 2. obs. 23. Rhen. 3. var. 17. Lyellama 3. Membr. 13. Leonhard. Coppel. de Compens. cap. 4. numer. 23. Et seqq. & ante eos primus Catellian. Costa in Memorial. v. annona p. Cuiac. 14. obs. 13. quia edulitatis nomen Latinum non fit. Sed recte hic noster Lamprid. locum explicat, apud quem id vocis retinetur & Briff. 1. antiq. 7. ac Marcell. Donat. dilucid. in Lamprid. p. m. 956. licet hic velit edulitatem potius ibi esse esculentorum pretij moderamen ac diminutionem, quam eorum largitionem. Praeferenda tamen in d. leg. 17. q. b. auctor. Florent. exemplaris vox *adulitatis* id est cum in adulterate esset Cuiac. 2. obs. 23. Neque enim quia Lampridius voce *adulitatis* bis usus, ideo & Papinianus illo multo rectior ac purior, Rob. 3. Sent. 26. Et sunt aliae componendi dissidij rationes. Sic Cuiac. d. c. 23. Et Pac. 4. q. 74. diff. inter curatorem rei frumentariae qui accipit pecuniam publicam ad annonam parandam, d. lege. 20. & aedilem, qui ab eo redactam praebendam suscipit. Et Rau. 3. var. 17. annona praefectum si in redemptione fraudem fecisset aetatio, maiorem quam expenderat pecuniam in tabulas publicas referendo, pecularis lege teneri l. 10. ad l. l. l. pecul. nec compensationi locum esse d. l. 20. Expeditius M. Lyellama d. ecloga 13. aedilem in d. l. 17. ex causa architoris annona praebita non esse debitorem fisci, sed hominum priuatorum quibus aliquid subduxit. Pro eo igitur quod illi quibus architus praebuit ipsi debent, compensat, retinendo partem eam quam non praebuit. Aliter Rob. d. c. 26. q. ita & noster ad d. l. 3. C. h. num. 21. vid. Briff. lib. 2. de sol. c. de Comp. cir. f. Simile forte quod Rebuff. princ. Scholast. 163. tradit studiose non posse mercatore pecunias a parte missas deferentem compensationem obli- cere. Sic & in l. 1. C. de fisco, rem. quam vend. lib. 10. tit. 5. ubi Cuiac. 2. obs. 40. Don. ad d. l. 1. C. h. i. num. 4. Gothof. ibid. f. Adde quod periculum fisci versetur. Nam si illa statio quae debet ignoret compensationem cum alia statione facile iterum soluet, Don. ad d. l. 1. num. 4. t. Don. noster ad l. 4. C. hoc. tit. n. 3. Et ad leg. ult. n. 2. Et ad §. 30. l. de alt. num. 13. quia non potest dici aequa praestatio ac tantumdem reddi nisi cum res quantitate constantes eadem quantitate redduntur, vel mutuo imputantur. Et haec inter. communi consensu recepta sententia, teste Mercer. 1. Opin. 14. probata l. 18. pr. de fig. act. Paul. 2. Sent. 5. §. 5. Compensatio ex pari specie admittitur, id est quae in suo genere alterius vicem praestat, eandemque aestimationem habet Briff. lib. 2. de sol. c. de Compens. p. 425. add. Forner. 2. Select. 14. Glib. Reg. 1. enant. 8. Busf. 3. subtilit. 4. Coppel. hoc tit. cap. 2. Et ad l. 7. §. 5. Sol. matr. v. Non utroque casu ibi compensatio locum habet, ut vult Duar. d. l. sed in accipiti est vitium possit opponi, donec electio facta, alias frustra requiritur ut eligat aduer- sarius, Mercer. 1. opin. 14. * Omnes actiones hodie compensat. admittunt, l. ult. C. hoc tit. scilicet. conditione sua, si nihil aliud impediatur, personae debitorum vel res debita, Don. ad §. 30. l. de alt. n. 12. Et ad l. ult. Cod. h. num. 2. Sed & in Com- mod. act. iisdem conditionibus compensationi locus est si re amissa vel deteriorata in aestimationem aut pecuniam reus condemnandus, Don. in d. §. 30. num. 10. Harprecht. ibid. num. 10. Pac. 4. q. 44. licet id ipso commodato, quatenus pro re commodata accipitur, locus nunquam sit, M. Lyellama studios. iur. velit. 3. quaeft. 20. p. 140. Atque sic L. ultim. accip. C. de Commod. quod res ipsa commodata pro pecunia debita iure compensationis retineri nequeat, Don. d. num. 10. tum quia in species illa non cadit, tum quia res commodata in dominio potius est actoris l. 8. Et seq. Com. quam ipsi debita Pac. 4. q. 44. Nec concedendum Cuiac. ad 2.

Sent. Pauli 12. Et 9. obs. 37. constit. eam corruptam in Tribon. manus incidisse, cum commendati legere deberit, & idem eam, & alieno loco positam & mendosam relictam, Quem licet sequantur Borch. de iur. cap. 3. numer. 17. Et Busf. 5. subtil. 16. ac ad leg. 18. §. ult. Commod. num. 5. iustitias norant Forner. 2. select. 14. Forner. 1. amicit. 21. Don. noster ad d. leg. ultim. num. 3. Mercer. 1. opin. 14. Lyellama d. quaeft. 20. y. Quid si ex vna parte quantitas simpliciter ex altera ea quae ad instar speciei se habet vel certum corpus nummorum designatum ex gr. 100. quae in arca habeo debeantur? Fachin. 1. contr. 6. compensat. negat. Contrarium verius puto & quia eadem omnino aequitatis ratio huius iuris causa l. 3. h. r. nec iure ita obtinente depositum excipere necesse, in quo eadem nummorum corpora reddenda. Quas rationes Fachin. satis non elidit. Ergo si pater filio in potestate mutuo dedit & sic naturaliter obligauerit ac, is postea emancipatus cre- dendo patrem ciuilitate obliget, compensatio dabitur Don. ad l. 4. C. h. numero 3. aa. vid. Doml. ad l. 9. C. h. r. Briff. lib. 2. de sol. de Compens. p. 421. Cuiac. 2. obs. 37. A. Fab. 12. Coni. 6. Leonh. Coppel. de Comp. cap. 3. numero 10. Et seqq. bb. Quod si lite contest. obiecta vult Don. ad l. ultim. C. h. r. num. 9. Et ad §. 30. l. de alt. numero 9. non tantum compensationem eo casu ad- mitti, quo obiectis bonam fidem agnouit, quia tum actor in vno reuelatus, ab onere probandi, in altero grauari debeat, vt interpp. vulgo, sed etiam in initio inficiatus sit debitum, quia reicitur in d. l. ult. vlt. conditioe, si post multa certamina pars iam penè conuicta Ergo ea cessante recipitur 2. per verba: iure stricto videntes. Stricti iuris ratio haec vt ex- initio non contestata, deinde opponi nequeat, antea autem contestata quodocumque possit. 3. Iure veteri non dubium quin ita fuerit. Ad id tantum mutatur, vt compensatio minuatur ipso iure act. si aperto iure nitatur. Ergo si non aperto, &c. non minuit quidem ipso iure, opponi tamen potest per except. 4. Si alia except. debitor vtatur daudum eius spaciun ad probandum. Ergo est haec quae iustissima. 5. Negans se de- bere & dicens tamen si debet soluisse auditur, est solutio non liquida l. 1. C. de prob. Ergo quia haec vice solutio §. 1. A. Fab. ad l. 3. §. 4. de neg. gest. Olim cuiuscumque debiti ad quodocumque, siue liquidum siue non, compensatio d. §. 4. (quod & probat noster ad §. 30. l. de alt. numero 7. quia si ipso iure liberat, vt solutio, vtiue actio sublati, & tantum eo res redit vt solutio probetur) Postea l. ult. C. h. r. non liquida ad liquidum obici potest, non autem liquidum ad non liqui- dum. Quod si ex vtraque parte liquidandum quid & quan- tum debeat, nil vetare ait etiam hodie obici l. 8. §. 2. de neg. gest. cc. Vulgo liquidum esse de quo apparet quid qua- le, quantum sit, per l. certum 6. de reb. cred. l. 75. de V. O. l. 5. §. 1. Quibus ex ca. in poss. ant. Vt & de quantitate constet & de causa obligationis lo. Koppen qua. 34. seu de iustitia causae & veritate Don. ad d. §. 30. numero 8. qui & ad l. ultim. C. h. numero 6. Et seqq. Liquidam causam fieri i. confessione ad- uersarij 2. Generis constitutionis si aduersarius factum fatetur, ius autem apertum neget 3. Celeritate probationis. dd. ita Bart. ref. Menoch. 2. arb. cap. 14. Et Don. ad d. §. 30. numero 8. vbi a quae ac hic probat & ad ultim. C. h. numero 8. (vbi ad & diff. natiens eam opinionem reprobat) ita tamen si & con- siderato idem tempus daretur ad iudicatum faciendum. Sed Don. ad d. l. ultim. numero 7. eo ipso die vult afferri probatio- nem debere Menoch. d. cap. 14. iudicis arbitrio hoc tempus re- liquit. Sanc Aug. Sax. Elector Nou. sua 8. p. 1. (qua reprobat eos qui Iuri Sax. compensationem ignorant putatur vid. diff. iur. Ciu. & Sax. 19. p. 1.) exigit vt ex confessionis instrumentis nunc actis conuentionis ita liquida sit vt nulla alia probatione indigeat ee l. 4. Qui pot. in pig. l. 19. de lib. ca. Hinc licet ee conditiones in forma implenda, iustus tamen solueret com- pensando satisfacit l. 20. §. 2. de statulib. Moll. ad d. Nou. Elect. Sax. 8. numero 1. Quia tamen vera haec solutio non est, sed fi- cta l. 45. ibi quasi de heredi de cond. Et dem. inde inferit Tirag. de verr. leg. §. 3. gl. 3. numero 6. eum qui se soluturum iuratum compensationem vti non posse. Et CC. ref. Guirrez. de Iu- ram. confirmat. p. 3. c. 4. n. 3. quia iuramentum efficit vt oblig. sit praecisa, & quia deposito obici vetat exuberantior illius fides, magis iuriur. illius religio. Contra tamen & his & ar- tiis occurrentes Martin. Fran. in c. ad nostram de Iurur. numero 10. Fachin. 1. contr. 7. Moll. ad d. Nou. Sax. 8. numero 1. Seifer lib. 1. de Iuram. cap. 25. numero 100. Et seqq. Coppel. de Compens. cap. 4. numero 26. Et seqq. ff. Cuiac. 8. obs. 16. Duar. hoc tit. cap. 2. A. Fab. 11. Coni. 9. Molina. tr. de Iurur. quaeft. 43. numero 322. P. Busf. 3. subtilit. 11. Et ad l. 2. Et hoc tit. num. 1. Vasqu. 3. contr. vlt. seq. 64. num. 7. scribas contra tam aper- tas ll. decisiones contendere non esse ll. int. epretari, sed nouas cedere. Non vero sensus est quod sine vltio hominis facto te- near, est nō obiciatur, vt Marcinus volebat, sed sine ope ex- ceptio

ceptionis quam initio contestari necesse non est, Don. ad l. 4. C. h. r. n. 7. Et seq. Datur enim ei qui paratus est compensare l. 2. h. r. Nam nisi obiciatur, iudex variatari non debet reo aliquid vicissim deberi: Vnde condemnabit eum, sicuti & ite- rum conuentum qui soluisse, solutione non allegat, condem- naret. Et multa ipso iure inducta, requiritur hominis factum siue ministerium, Vasq. d. n. 7. Ac scite Pac. 4. q. 37. aliam quasi esse an compensetur, non nisi facto hominis si & aduersarius desiderauerit, & iudex approbauerit, qui ex causa reproba- tur: ipso iure vt retro vim habeat, non ex quo opposita vel admilla l. 11. Et seq. D. l. 10. C. h. r. 88. Quod probat Cuiac. 15. obs. 12. contrarias ll. dissolvens, qui tamē 8. obs. 16. quae conti- nentur, in l. ult. C. h. r. fuisse iam ante recepta. hh. Ante const. Marci in strictis nec ipso iure fiebat, nec ope exceptionis Cuiac. 8. obs. 16. quia in illis formulae adstrictus iudex, Duar. h. r. c. 1. nec quid alteram alteri, sed quid eum actori dare oporteret cognoscebat cum etiam mutae petitiones, seu re- conuentiones in iis iudiciis corā eod. iudice viderentur Cop. de Cō- pens. c. 7. n. 4. Post coepit fieri constitutionem Marci per excep- tionem doli quae iudic. strictum bonae fidei efficit. Denique constitit etiam vbiue ipso iure fieri, Cuiacius 8. obs. 16. qui vid. Et 15. obs. 1. Et Coppel. d. n. 4. Et seqq. Et Don. noster qui alii- ter ad d. §. 30. n. 4. Et §. 11. l. 6. §. 1. D. hoc tit. l. 7. de re iud. Ant. Cappe. decif. Neap. 167. Moll. ad Nou. Sax. 8. p. 1. n. 5. k. pura quia causa non liquida, altiorum requirens indaginem, Ant. Fab. ad l. 8. §. 2. de neg. gest. vid. Coppel. h. r. c. 9.

CAPVT XVI.

Solutio Oblig. ex consensu.

VEL (conecte s. c. 9. lit. A.) TOLLITUR CONSENSV, id est amorum reorum voluntate. Non autem vnus contrahentium, altero inuito, quod de emptione definitum, vt nec ex rescripto principis alteri recedere liceat l. 3. C. de rescrip. vend. generatim obtinet, quaecumque causa praeraxatur, quae proba- biles videri possent. Exempla in d. l. 3. Cod. si dicat se, ne- cessitate muneris vel inopia, minoris vendidisse leg. 12. ignorasse rei valorem l. 15. si duplum pretij offer- rat leg. 6. ac et si fiscus vel ciuitas vendiderit l. 7. C. d. t. Quin est emptor pretium non soluat l. 14. Cod. d. t. l. 8. Et seq. C. de contr. emt. l. 6. C. de act. emt. Ac et si arbris cedere paratus, de quo noster ad l. 17. C. de fide instr. Et retuli supr. in nov. l. 13. c. 1. lit. Z. Denique gene- ralis regula l. scilicet 5. C. de O. & A. Contractus cuius- uis initium voluntarium, celebrati autem impletionem esse necessarium. Ea enim obligatio lex & conditio, vt definitio eius arguit. Excipe tamen Mandatum & Societas vt infra cap. 23. Et seq. ET VEL VDO (vel vt infra c. 20.) SI SOLO CONSISTIT: Naturae enim ordinem & formam hic ius aemulatur l. 35. l. 53. de R. I.

CAPVT XVII.

Solo Consensu quando tollatur.

SIVE initio ita contrahatur, siue contracta non ni- si volentem teneat, Ideoque TAM NATVRA- LIS, quae est ex variis causis nec tantum ex pacto nascatur supra lib. 12. cap. 2. non tamen nisi consensu consistit, cum actionem non pariat. Quia iusto pacto vel iureiurando ipso iure tollitur l. 95. §. 4. de solutio- nib. vbi licet alia ratio, huic tamen conspirat, cum vincu- lum aequitatis lolo consensu consistens, non nisi volentem teneat, Hinc & fideiussor pupilli scilicet natu- ra obligati, ex iustis causis liberatus d. §. 4. intellige pupillo hoc modo liberato. Nam si ipse pactus fuerit, quia ciuilitur obstrictus, non nisi pacti exceptione. QVAM CIVILIS, quae ex contractibus consensu contentis l. ab emptione 58. de pact. l. 1. Et 2. C. Quan-

do lic. ab emt. disced. l. 2. l. 5. §. vlt. D. de res. vend. §. vlt. Inst. Quib. mo. toll. obl. SED HIC DVÆ CON- DITIONES: VNA EX RE ET PRAESEN- TI STATV OBLIGATIONIS SI CON- SENSVM SIT REBVS INTEGRIS d. l. 1. Et 2. id est cum rerum praestatio, seu implemenum contra- ctus nondum sequutum d. l. 58. ibi nec quidquam d. §. vlt. l. Quib. mo. Vt res sit integra fieri potest VEL INITIO CONTRACTVS (vel vid. j. c. 19. lit. F.) in re gerenda, siue in continenti. Veluti si in ipsa emptione conueniat, vt si quis casus acciderit, ab ea abeat, vt si intra certum tempus displicuerit l. 6. D. de res. vend. item vt pretio quandoque vel intra certa tempora reddito res restituatur vt vulgo vocat pa- ctum de retrocendendo l. 2. Cod. de pact. int. empt. d. Vbi mirum videatur quod vtrobique datur & actio ex ven- dito, & ad resolendum emptionem, cum ad confir- mandam prodita sit. Sed id idem quia & talis conuen- tio pars emptionis. Quare eo ipso emptionis confir- mandae causa agitur nec id agitur vt omnis obligatio empti soluat, sed vt haec tenus maneat, quo ista pars seruetur l. 6. §. 1. de contr. emt. Et actio praef. verb. de quo vid. lib. de praef. verb. cap. 2. HVIVSMODI CON- VENTIONES tit. C. Si man. ita ven. Si man. ita fuer. alien. Si ser. export. ven. Et tit. D. de fernis export. Et Si- miles aliae conuentiones vt tit. C. de pact. int. emt. C. E- T EB RAT I O R E S A U T E M DVÆ.

NOTATA.

* Non haec omnino placent. Nam & oblig. naturalis suo modo necessitatem praestationis continet, vt s. lib. 12. c. 1. Et 2. Planctus aduerus hoc naturae & substantiae cuiuscun- que obligationis vt sit voluntaria l. 8. de O. & A. b. id est licit. ro, honesto, ll. non improbo vt recte Coraf. 1. misf. 1. num. 5. Duar. de pact. c. 2. Gouern. 2. var. lect. 26. Briff. lib. 3. de sol. p. 448. Et seq. Forst. de pact. c. 2. q. 6. Greg. Lopez. Janim. cap. 9. num. 7. Male d. loci a Forst. citatis exponit velturum, seu non nudum. Male Charond. 1. versum. 4. Et nouissime Fach 13. contr. 23. legitimum. Quod refellit Coraf. Briff. Et Lopez. ad loci. quia iuritur comparatur d. §. 4. Et iurif. conuenticia iusta dicitur l. 39. de iurei. quae tamen praetoris tantum iurif. sustinetur, nec lege confirmata. Eodemque sensu iusta con- uentio l. 40. §. 1. l. 32. §. 2. de pact. Denique in d. §. 4. agitur de obligatione naturali per naturalem modum dissoluenta non per ciuilem. At hac ratione acris pugna inter d. l. 95. §. 4. & l. 27. §. 4. de pact. Ita sanè est. Vnde Zaf. ad d. l. 27. §. 2. conque- ritur hanc pugnantiam perstrinxisse oculos, obnupisite inge- nia omnium antiquorum glossatorum f. Distin. veriff. & ex- pedittissimam puto inter pactum de petendo, seu obligato- rium, de quo d. §. 4. quod posteriore tollitur, & de non pe- tendo, seu liberatorio, ex quo quæstia debitori exceptio ipsa iure posterioris pacti vi non eliditur d. §. 2. Quae Azonis. diff. licet Zafio reprobata probari videret Goueano 2. var. lect. 26. Eodemque tendit solutio Ant. Fabri ad d. §. 2. Exceptio ex pacto de non petendo non potest alio pacto tolli, quia in pa- ctis factum versatur: Exceptio non minus ac actio iuris est. Obligatio naturalis sola ex pacto de petendo nec potest alii- ter tolli quam ipso iure, quia nec exceptioni locus esse po- test, quippe praesupponenti act. quae ex priore pacto nata non est. Accedit quod exceptio, vt & alij effectus naturalis oblig. quos à ll. accommodatos habet, sint ciuiles vt firma vi s. in not. lib. 12. c. 2. lit. P. Ideoque nulla vera est contrarietas, inter d. §. 4. quia diuersa sunt subiecta. In d. l. 27. §. 2. dicitur pactum non elidi ipso iure scilicet quoad except. effectum, de qua ibi, & quae non ex omni pacto, sed liberatorio. At in d. §. 4. habetur naturalem obligat. ex pacto scilicet quā id actum vt alter obligaretur, tolli. Inter diuersa igitur pacta hac in re differunt, non inter duplicem eiusdem pacti vim, ceu vult Pac. 1. quaeft. 97. Et Fach. 10. contr. 96. Nec facile expli- care Zaf. d. lo. num. 20. postterius pactum tollere quidem obli- gat. naturalem ipso iure d. §. 4. sed non ciuilem, non except. prioris actionis: non reducere naturalem obligat. quae in principali contractu extincta. Non displicet tamen quo- que conciliatio Rau. 2. var. 6. talis: Quod eodem iure tolli- tur, quo ligatum est, ipso iure tollitur. In stipulatione per ipsum ius, ciuile intelligimus ex quo illa constat, in pacto natura-

naturale. Ergo pactum tollitur ipso iure citra prætoris open, si hoc actum est. Contra tolli non potest ipso iure, si etiam hoc actum est, ne tollatur. Ipso iure igitur si prius pactum non ad ciuilem oblig. pertineat aut actionem pariat, vt d. §. 2. sed naturalem sudam continet obligationem, vt d. §. 4. Vbi vt tollatur per except. aut replicationem ne potest quidem fieri, natura oblig. non patitur (recedit hoc & superioribus conuenienter) At in d. l. 27. §. 2. contractus mutui in causâ est, ne pacto posteriore prius elidatur, & hoc actum est vt tollatur per replicationem. Quia enim prius pactum, quod facti est tollere contractum non potuit, salua piincipali obligatione, ni pacti exceptione repellatur actor, condemnaretur reus statim. Et nisi replicatione pacti de petendo reus rursus excludatur, absoluendus omnino esset. Aliter Briss. lib. 3. de sol. p. 349. Vacom. 1. declar. 19. & seq. Bello. 2. Supput. 1. c. 13. pr. D. de resc. vend. d. de quo vid. Dom. noster ad d. l. 1. Coras. 3. mis. 2. Har. Hartm. lib. 2. tit. 22. obs. 4. & seq. Hot. 6. obs. 14. Zoamer. ad d. l. 28. Gail. 1. obs. 16. fusc. Tiraq. de retr. conuen. Couar. 3. Var. ref. 8. & 3. seq. Gomez. 2. resol. 2. nu. 27. & seq. Fach. 2. contr. 11. & seq. Raubh. p. 1. q. 19. A. Fab. 9. err. prag. 9. & 10. & decade 10. err. 2. qui & diuersam esse pactionem d. l. 2. propositam à vulgato redimendi pacto contendit & 22. err. prag. 2. 3. 4. item 6. & seq. In quo tit. vt hoc obiter, non verè pugnant l. 6. §. 1. & leg. 7. q. Papinianam sententiam quæ in d. l. 7. traditur corripit d. l. 6. §. 1. ceu putat Cuiac. 2. obs. 37. & Paul. Buf. 6. subitil. 15. num. 8. Sed nec d. §. 1. per l. seq. aboleret vt vult Gothof. in not. ibid. Nam in d. l. 6. in fin. agitur vtiliter non ad pœnam integram, quanta in oblig. deducta est, excludenda, sed quanti minoris propterea seruis venditur. Non hoc negat d. l. 7. sed tantum vindicta (hæc vocula notetur) ratione act. non concedit ad integram videl. pœnam Imò illi consequens dicitur superfore remedium ad id persequendum, quanti interfuit venditoris ad pœnam alij promissam Idem igitur erit, si aliam ob causam æquè interfuit, puta si alias pluri venditurus. Quod et si ibi non adicitur, ex aliâ tamen proxima l. supplendum. Quin et si de eo nullibi vsipiam, ex ratione tamen legis eò extensio facienda esset l. 12. & seq. de ll.

CAPVT XVIII.

Addictio in diem.

IN DIE ADDICTIO quæ ita fit l. 1. b. t. Fundus ille 100. tibi emptus esto, nisi quis intra Cal. 1. Ianuar. meliorem conditionem fecerit. Vbi Quæritur I. QUANDO EXSISTAT HÆC CONDITIO. Et sex conditiones insunt. SI ALIUS EMPTOR (1. conditio) verus non simulatus l. 4. §. cum igitur 5. non quem venditor subicit l. 14. pr. h. nec tantum si extraneus, sed & si vnus ex pluribus contrahentibus, venditoribus aut emptoribus, l. 13. §. vlt. quamuis socij sint l. 18. b. t. AFFERAT CONDITIONEM MELIOREM (2. conditio) l. 4. §. vlt. h. id est quicquid ad utilitatem venditoris pertinet l. quicquid 5. b. AVT QUANTITATE, si pretio adiecit. d. §. vltimo nisi tamen venditor quædam accedere faciat emptori secundo d. leg. 15. §. 1. & pro illis nouum pretium non accipiat, l. pen. h. Sic & alterius rei quam vendit adiecit non admittitur l. 14. §. 1. b. t. AVT TEMPORE, si cum prior in diem posterior presentem pecuniâ afferat d. l. 4. §. vlt. verbis vel maturior agr. §. 33. vers. plus a. l. de act. AVT LOCO, si commodiore d. §. vlt. & arg. l. 3. de eo quod cer. lo. AVT EX PERSONA EMPTORIS si prior pauper, lapsus facultatibus, posterior idoneus aut onerum priorum venditoris subleuatione, vt si secundus satisfactiones remittat d. §. vlt. in fin. ET INTRA EVM DIEM VENDITOR VIVAT AVT EI SIT HERES (3. conditio) non si post diem heres existat l. si prædio 15. hoc tit. PRIORQUE EMPTOR MONITVS (4. conditio) NIHIL PLS ADICIAT alias secus l. 7. & seq. b. Nec enim melior conditio allata quam emptor adiectione superat, & certiorandi necessitas ex naturâ bonæ fidei iudicij vt quicquid celatum nocere possit, eius emptor admodocatur l. 1. §. 1. de ac. em. l. 1. d.

